HW 2JFE M

Digitized by Google

~~Gp 82.141~~
KE 30520

VE RI TAS

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google

PLATONIS
QUAE EXSTANT
OPERA.

ACCEDUNT
PLATONIS QUAE FERUNTUR
SCRIPTA.

AD
OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM
RECENSUIT
IN LINGUAM LATINAM CONVERTIT
ANNOTATIONIBUS EXPLANAVIT INDICESQUE
RERUM AC VERBORUM ACCURATISSIMOS
ADIECIT

FRIDERICUS ASTIUS.

TOMUS NONUS

HIPPIAM MAIOREM MENEXENUM EUTHYDEMUM MENONEM HIPPIAM MINOREM IONEM CLITOPHONTEM MINOEM AXIOCHUM DE IUSTO DE VIRTUTE SCRIPTA DEMODOCUM SISYPHUM ERYXIAM EPISTOLAS TIMAEUM LOCRENSEM ET DEFINITIONES CONTINENS.

LIPSIAE MDCCCXXVII.
LIBRARIA WEIDMANNIA
G. REIMER.

Digitized by Google

KE30520

~~Hfr 83.441~~

14 November 1889.
Gift of
Dr. Samuel A. Green.
Boston.

HARVARD UNIVERSITY LIBRARY

1744
44-17
33-3

Digitized by Google

INDEX SCRIPTORUM.

Alcibiades I. V. VIII p. 195 — 297.
——— II. V: VIII. p. 299 — 335.
Apologia Socratis V. VIII. p. 97 — 159.
Axiochus V. IX. p. 397 — 415.
Charmides V. VIII. p. 413 — 469.
Clitophon V. IX. p. 353 — 365.
Convivium V. III. p. 429 — 548.
Cratylus V. III. p. 105 — 262.
Critias V. V. p. 279 — 317.
Crito V. VIII. p. 161 — 193.
Definitiones V. IX. p. 664 — 683.
Demodocus V. IX. p. 436 — 452.
Epinomis V. VIII. p. 1 — 51.
Epistolae V. IX. p. 505 — 635.
Eryxias V. IX. p. 468 — 503.
Euthydemus V. IX. p. 107 — 191.
Euthyphro V. VIII. p. 53 — 95.
Gorgias V. I. p. 255 — 469.
Hippias maior V. IX. p. 1 — 67.
——— *minor* V. IX. p. 279 — 317.
Io V. IX. p. 319 — 351.
De iusto V. IX. p. 416 — 425.
Laches V. VIII. p. 471 — 533.
De lege (Minos) V. IX. p. 367 — 395.
Leges lib. I — VI. V. VI.
——— VII — XII. V. VII.
De lucri cupiditate (Hipparchus) V. VIII. p. 337 — 359.

Lysis V. VIII. p. 535 — 581.
Menexenus V. IX. p. 69 — 105.
Meno V. IX. p. 193 — 277.
Parmenides V. III. p. 1 — 103.
Phaedo V. I. p. 471 — 619.
Phaedrus V. I. p. 123 — 253.
Philebus V. III. p. 263 — 427.
Politia lib. I — VIII. V. IV.
——— IX. X. V. V. p. 1 — 108.
Protagoras V. I. p. 1 — 121.
Rivales V. VIII. p. 361 — 379.
Sisyphus V. IX. p. 452 — 467.
Sophistes V. II. p. 203 — 365.
Theaetetus V. II. p. 1 — 201.
Theages V. VIII. p: 381 — 411.
Timaeus V. V. p. 109 — 278.
——— Locrensis V. IX. p. 637 — 663.
Vir civilis (Politicus) V. II. p. 367 — 526.
De virtute V. IX. p. 426 — 435.

ΙΠΠΙΑΣ ΜΕΙΖΩΝ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΙΠΠΙΑΣ.

ΣΩ. Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφός, ὡς διὰ χρόνου 281
ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας.

ΙΠ. Οὐ γὰρ σχολή, ὦ Σώκρατες. ἡ γὰρ Ἦλις, ὅταν
τι δέηται διαπράξασθαι πρός τινα τῶν πόλεων, ἀεὶ ἐπὶ
πρῶτον ἐμὲ ἔρχεται τῶν πολιτῶν αἱρουμένη πρεσβευτήν,
ἡγουμένη δικαστὴν καὶ ἄγγελον ἱκανώτατον εἶναι τῶν λόγων
* οἳ ἂν παρὰ τῶν πόλεων ἑκάστων λέγωνται. πολλάκις μὲν B
οὖν καὶ εἰς ἄλλας πόλεις ἐπρέσβευσα, πλεῖστα δὲ καὶ περὶ
πλείστων καὶ μεγίστων εἰς τὴν Λακεδαίμονα. διὸ δή, ὃ σὺ
ἐρωτᾷς, οὐ θαμίζω εἰς τούσδε τοὺς τόπους.

ΣΩ. Τοιοῦτον μέντοι, ὦ Ἱππία, ἐστὶ τὸ τῇ ἀλη-
θείᾳ σαφόν τε καὶ τέλειον ἄνδρα εἶναι. σὺ γὰρ καὶ ἰδίᾳ
ἱκανὸς εἶ παρὰ τῶν νέων πολλὰ χρήματα λαμβάνων ἔτι
πλείω ὠφελεῖν ὧν λαμβάνεις, καὶ αὖ δημοσίᾳ τὴν * σαυτοῦ C
πόλιν ἱκανὸς εὐεργετεῖν, ὥςπερ χρὴ τὸν μέλλοντα μὴ κα-
ταφρονήσεσθαι, ἀλλ' εὐδοκιμήσειν ἐν τοῖς πολλοῖς. ἀτάρ,
ὦ Ἱππία, τί ποτε τὸ αἴτιον ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι, ὧν
ὀνόματα μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφίᾳ, Πιττακοῦ τε καὶ Βίαντος
καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Μιλήσιον Θαλῆν καὶ ἔτι τῶν ὕστερον
μέχρι Ἀναξαγόρου, ὡς ἢ πάντες ἢ οἱ πολλοὶ αὐτῶν
φαίνονται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων;

ΙΠ. Τί δ' οἴει, ὦ Σώκρατες, ἄλλο γε ἢ ἀδύνατοι
ἦσαν * καὶ οὐχ ἱκανοὶ ἐξικνεῖσθαι φρονήσει ἐπ' ἀμφότερα, D
τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια;

ΣΩ. Ἆρ' οὖν πρὸς Διός, ὥςπερ αἱ ἄλλαι τέχναι
ἐπιδεδώκασι καὶ εἰσὶ παρὰ τοὺς νῦν δημιουργοὺς οἱ πα-
λαιοὶ φαῦλοι, οὕτω καὶ τὴν ὑμετέραν τῶν σοφιστῶν τέχνην
ἐπιδεδωκέναι φῶμεν καὶ εἶναι τῶν ἀρχαίων τοὺς περὶ τὴν
σοφίαν φαύλους πρὸς ὑμᾶς;

ΙΠ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις.

SOCRATES HIPPIAS.

So. Hippias pulcher et sapiens, quam longo intervallo nobis venisti Athenas!

Hip. Non est otium, Socrate. etenim Elis, quando quid transigendum est cum aliqua civitate, semper primum me aggreditur ex civibus et legatum eligit, iudicem me existimans et nuncium maxime idoneum esse eorum quae a civitate quaque proponantur. ac saepius quidem ad alias civitates legatus sum missus, saepissime vero et de plurimis maximisque negotiis Lacedaemonem. quocirca, id quod tu rogas, non frequenter haec in loca venio.

So. Tanti vero est, Hippia, vere sapientem ac perfectum esse virum. tu enim et privatim potes a iuvenibus multum pecuniae accipiens maiorem etiam quam pro eo quod accipis utilitatem praebere, et publice quoque de civitate tua bene mereri, ut convenit ei qui non volt despici, sed gloriam consequi apud multitudinem. at, Hippia, quidnam causae esse putemus cur veteres illi, qui magna sapientiae fama floruerunt, Pittacus et Bias et Thales Milesius et posteriores etiam usque ad Anaxagoram, vel omnes vel plerique eorum a rebus civilibus, ut constat, se abstinuerint?

Hip. Quid aliud, Socrate, nisi quod non potuerint nec valuerint ad utraque intelligentia assequenda, communia et privata?

So. An igitur per deos, quemadmodum reliquae artes increverunt et ad artifices qui hodie vivunt nihil sunt pristini, ita etiam vestram artem, sophisticam, increvisse dicamus et nihil ad vos esse veteres sapientiae studiosos?

Hip. Prorsus sane recte loqueris.

ΣΩ. Εἰ ἄρα νῦν ἡμῖν, ὦ Ἱππία, ὁ Βίας ἀναβιῴη,
γέλωτ' * ἂν ὄφλοι πρὸς ὑμᾶς, ὥςπερ καὶ τὸν Δαίδαλόν φα- 282
σιν οἱ ἀνδριαντοποιοί, νῦν εἰ γενόμενος τοιαῦτ' ἐργάζοιτο
οἷα ἦν ἀφ' ὧν τοὔνομ' ἔσχε, καταγέλαστον ἂν εἶναι.

ΙΠ. Ἔστι μὲν ταῦτα, ὦ Σώκρατες, οὕτως ὡς σὺ
λέγεις· εἴωθα μέντοι ἔγωγε τοὺς παλαιούς τε καὶ προ-
τέρους ἡμῶν προτέρους τε καὶ μᾶλλον ἐγκωμιάζειν ἢ τοὺς
νῦν, εὐλαβούμενος μὲν φθόνον τῶν ζώντων, φοβούμενος
δὲ μῆνιν τῶν τετελευτηκότων.

ΣΩ. Καλῶς γε σύ, ὦ Ἱππία, * νομίζων τε καὶ δια- B
νοούμενος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖς. συμμαρτυρῆσαι δέ σοι ἔχω
ὅτι ἀληθῆ λέγεις καὶ τῷ ὄντι ὑμῶν ἐπιδέδωκεν ἡ τέχνη
πρὸς τὸ καὶ τὰ δημόσια πράττειν δύνασθαι μετὰ τῶν
ἰδίων. Γοργίας τε γὰρ οὗτος ὁ Λεοντῖνος σοφιστὴς δεῦρο
ἀφίκετο δημοσίᾳ οἴκοθεν πρεσβεύων, ὡς ἱκανώτατος ὢν
Λεοντίνων τὰ κοινὰ πράττειν, καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ ἔδοξεν
ἄριστα εἰπεῖν καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος καὶ συνὼν
τοῖς νέοις χρήματα πολλὰ εἰργάσατο * καὶ ἔλαβεν ἐκ τῆςδε C
τῆς πόλεως· εἰ δὲ βούλει, ὁ ἡμέτερος ἑταῖρος Πρόδικος
οὗτος πολλάκις μὲν καὶ ἄλλοτε δημοσίᾳ ἀφίκετο, ἀτὰρ τὰ
τελευταῖα ἔναγχος ἀφικόμενος δημοσίᾳ ἐκ Κέω λέγων τ' ἐν
τῇ βουλῇ πάνυ εὐδοκίμησε καὶ ἰδίᾳ ἐπιδείξεις ποιούμενος
καὶ τοῖς νέοις συνὼν χρήματα ἔλαβε θαυμαστὰ ὅσα. τῶν
δὲ παλαιῶν ἐκείνων οὐδεὶς πώποτε ἠξίωσεν ἀργύριον μισθὸν
πράξασθαι οὐδ' ἐπιδείξεις ποιήσασθαι ἐν παντοδαποῖς ἀν-
θρώποις * τῆς ἑαυτοῦ σοφίας· οὕτως ἦσαν εὐήθεις καὶ ἐλε- D
λήθει αὐτοὺς ἀργύριον ὡς πολλοῦ ἄξιον εἴη. τούτων δ' ἑκά-
τερος πλέον ἀργύριον *) ἀπὸ σοφίας εἴργασται ἢ ἄλλος δη-
μιουργὸς ἀφ' ἧςτινος τέχνης· καὶ ἔτι πρότερος τούτων
Πρωταγόρας.

ΙΠ. Οὐδὲν γάρ, ὦ Σώκρατες, οἶσθα τῶν καλῶν
περὶ τοῦτο· εἰ γὰρ εἰδείης ὅσον ἀργύριον εἴργασμαι ἐγώ,
θαυμάσαις ἄν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ· ἀφικόμενος δέ
ποτε εἰς Σικελίαν, Πρωταγόρου αὐτόθι * ἐπιδημοῦντος καὶ E
εὐδοκιμοῦντος καὶ πρεσβυτέρου ὄντος καὶ πολὺ νεώτερος

---

*) γρ. ἀργυρίου.

So. Iam si nunc nobis, Hippia, Bias revivisceret, risui foret ad vos, quemadmodum etiam Daedalum dicunt statuarii, nunc si vivens talia faceret qualia fuerint quibus famam consequutus fuerit, deridiculum esse futurum.

Hip. Sunt sane ista, Socrate, ita ut tu dicis; consuevi tamen equidem veteres nobisque superiores prius magisque laudare quam qui nunc sunt, cavens invidiam vivorum et timens iram mortuorum.

So. Praeclare tu quidem, Hippia, existimas ac sentis, ut mihi videris. testimonio autem meo tibi possum confirmare, te vera dicere et artem vestram reapse adeo increvisse ut et publicas et privatas possit res gerere. Gorgias enim ille Leontinus sophistes huc venit publice domo legatus, quippe qui Leontinorum maxime idoneus esset ad res communes gerendas, et tum ad populum visus est optime dicere tum privatim scholas habens iuvenesque instituens multum pecuniae fecit et accepit ex hac urbe; porro si vis, noster amicus Protagoras ille quum saepe alio publice venit, tum postremum nuper publice ex Ceo huc profectus est et dicens in senatu laudem sibi peperit, privatimque scholas habens iuvenesque instituens mirum quantum pecuniae accepit. pristinorum vero illorum nullus umquam sustinuit argentum mercedem exigere nec apud homines omnis generis sapientiam suam ostentare: adeo erant simplices et fugerat eos magni faciendum esse argentum. horum autem uterque plus argenti e sapientia fecit quam alius artifex ex quacumque arte; et his etiam prius Protagoras.

Hip. Nihil sane, Socrate, veri scis de hac re; nam si scires quantum argenti fecerim ego, mirarere. ac reliqua quidem mitto; profectus vero aliquando in Siciliam, licet Protagoras ibi commoraretur et laudem consequeretur et aetate provectior esset, ego tamen iunior perbrevi plus quam centum et quinquaginta

ὢν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνυ πλέον ἢ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μνᾶς εἰργασάμην, καὶ ἐξ ἑνός γε χωρίου πάνυ σμικροῦ, Ἰνυκοῦ, πλέον ἢ εἴκοσι μνᾶς. καὶ τοῦτο ἐλθὼν οἴκαδε φέρων τῷ πατρὶ ἔδωκα, ὥστε ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἄλλους πολίτας θαυμάζειν τε καὶ ἐκπεπλῆχθαι. καὶ σχεδόν τι οἶμαι ἐμὲ πλείω χρήματα εἰργάσθαι ἢ ἄλλους σύνδυο οὕστινας βούλει τῶν σοφιστῶν.

ΣΩ. Καλόν γε, ὦ Ἱππία, λέγεις καὶ μέγα τεκμήριον σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ * καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς 283
ἀρχαίους ὅσον διαφέρουσι. τῶν γὰρ προτέρων *) λέγεται πολλὴ ἀμαθία κατὰ τὸν σὸν λόγον· τοὐναντίον γὰρ Ἀναξαγόρᾳ φασὶ συμβῆναι ἢ ὑμῖν· καταλειφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων καταμελῆσαι καὶ ἀπολέσαι πάντα· οὕτως αὐτὸν ἀνόητα σοφίζεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ περὶ ἄλλων τῶν παλαιῶν ἕτερα τοιαῦτα. τοῦτο μὲν οὖν μοι δοκεῖς καλὸν τεκμήριον ἀποφαίνειν περὶ σοφίας τῶν * νῦν πρὸς τοὺς προ- B
τέρους, καὶ πολλοῖς συνδοκεῖ, ὅτι τὸν σοφὸν αὐτὸν αὑτῷ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι· τούτου δ' ὅρος ἐστὶν ἄρα, ὃς ἂν πλεῖστον ἀργύριον ἐργάσηται. Καὶ ταῦτα μὲν ἱκανῶς ἐχέτω· τόδε δέ μοι εἰπέ, σὺ αὐτὸς πόθεν πλεῖστον ἀργύριον εἰργάσω τῶν πόλεων εἰς ἃς ἀφικνεῖ; ἢ δῆλον ὅτι ἐκ Λακεδαίμονος, οἷπερ καὶ πλειστάκις ἀφῖξαι;

ΙΠ. Οὐ μὰ τὸν Δί, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Πῶς φής; ἀλλ' ἐλάχιστον;

ΙΠ. Οὐδὲν μὲν οὖν * τὸ παράπαν πώποτε. C

ΣΩ. Τέρας λέγεις καὶ θαυμαστόν, ὦ Ἱππία. καί μοι εἰπέ, πότερον ἡ σοφία ἡ σὴ οὐχ οἵα τοὺς συνόντας αὐτῇ καὶ μανθάνοντας εἰς ἀρετὴν βελτίους ποιεῖν;

ΙΠ. Καὶ πολύ γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλὰ τοὺς μὲν Ἰνυκηνῶν **) υἱεῖς οἷός τε ἦσθα ἀμείνους ποιῆσαι, τοὺς δὲ Σπαρτιατῶν ἠδυνάτεις;

ΙΠ. Πολλοῦ γε δέω.

ΣΩ. Ἀλλὰ δῆτα Σικελιῶται μὲν ἐπιθυμοῦσιν ἀμείνους γίγνεσθαι, Λακεδαιμόνιοι δ' οὔ;

ΙΠ. *Πάντως που, ὦ Σώκρατες, καὶ Λακεδαιμόνιοι. D

---

*) γρ. προτέρων περὶ Ἀναξαγόρου.

**) γρ. Ἰνυκινῶν.

minas feci, et ex uno oppido admodum parvo, Inyco, plus quam viginti minas, et has domum reversus ultro patri dedi, ut ille et reliqui cives admirarentur et obstupescerent. et arbitror fere me plus pecuniae fecisse quam alios duos simul quoscumque vis sophistarum.

So. Praeclarum sane, Hippia, dicis et magnum argumentum et tuae et hominum qui nunc sunt sapientiae, quantum pristinis ea praestant. superiorum enim magnam fuisse inscitiam oratio tua confirmat; Anaxagorae videlicet contra dicunt accidisse ac vobis; lautum enim quum patrimonium accepisset, neglexisse et perdidisse totum: tam insipienter eum sapientiae studuisse. dicunt autem de aliis quoque illius temporis eadem. hoc igitur mihi videris praeclarum argumentum afferre sapientiae hominum qui nunc sunt cum superioribus comparatorum, et multis idem videtur, sapientem sibi ipsum maxime oportere sapientem esse; idque sic definitur, plurimum oportere argenti facere. Sed satis de hoc; istud vero mihi dic, tu ipse e quibusnam in quas venis civitatibus plurimum fecisti argenti? an patet e Lacedaemone, quo etiam plurimum venisti?

Hip. Nequaquam hercle, Socrate.

So. Quomodo ais? sed minimum?

Hip. Nihil omnino umquam.

So. Monstrum dicis et admirabile, Hippia. at dic mihi, an sapientia tua non potest eos qui ei student eamque discunt meliores ad virtutem efficere?

Hip. Ac multum quidem, Socrate.

So. At Inycensium quidem filios poteras meliores efficere, Spartiatarum vero non poteras?

Hip. Multum vero absum.

So. An forte Siculi cupiunt meliores exsistere, Lacedaemonii vero non cupiunt?

Hip. Prorsus sane, Socrate, etiam Lacedaemonii.

ΣΩ. Ἆρ᾽ οὖν χρημάτων ἐνδείᾳ ἔφευγον τὴν σὴν ὁμιλίαν;

ΙΠ. Οὐ δῆτα, ἐπεὶ ἱκανὰ αὐτοῖς ἐστιν.

ΣΩ. Τί δῆτ᾽ ἂν εἴη ὅτι ἐπιθυμοῦντες καὶ ἔχοντες χρήματα, καὶ σοῦ δυναμένου τὰ μέγιστα αὐτοὺς ὠφελεῖν, οὐ πλήρη σε ἀργυρίου ἀπέπεμψαν; ἀλλ᾽ ἐκεῖνο, μῶν μὴ Λακεδαιμόνιοι σοῦ βέλτιον ἂν παιδεύσειαν τοὺς αὐτῶν παῖδας; ἢ *) τοῦτο φῶμεν οὕτω, καὶ σὺ συγχωρεῖς;

ΙΠ. Οὐδ᾽ * ὁπωστιοῦν. E

ΣΩ. Πότερον οὖν τοὺς νέους οὐχ οἷός τ᾽ ἦσθα πείθειν ἐν Λακεδαίμονι, ὡς σοὶ συνόντες πλέον ἂν εἰς ἀρετὴν ἐπιδιδοῖεν ἢ τοῖς ἑαυτῶν, ἢ τοὺς ἐκείνων πατέρας ἠδυνάτεις πείθειν ὅτι σοὶ χρὴ παραδιδόναι μᾶλλον ἢ αὐτοὺς ἐπιμελεῖσθαι, εἴπερ τι τῶν υἱῶν κήδονται; οὐ γάρ που ἐφθόνουν γε τοῖς ἑαυτῶν παισὶν ὡς βελτίστοις γενέσθαι.

ΙΠ. Οὐκ οἶμαι ἔγωγε φθονεῖν.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν εὔνομός γ᾽ ἡ Λακεδαίμων.

ΙΠ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Ἐν δέ γε ταῖς εὐνόμοις πόλεσι * τιμιώτατον ἡ ἀρετή. 284

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Σὺ δὲ ταύτην παραδιδόναι ἄλλῳ κάλλιστ᾽ ἀνθρώπων ἐπίστασαι.

ΙΠ. Καὶ πολύ γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ὁ οὖν κάλλιστ᾽ ἐπιστάμενος ἱππικὴν παραδιδόναι ἆρ᾽ οὐκ ἂν ἐν Θετταλίᾳ τῆς Ἑλλάδος μάλιστα τιμῷτο καὶ πλεῖστα χρήματα λαμβάνοι, καὶ ἄλλοθι ὅπου τοῦτο σπουδάζοιτο;

ΙΠ. Εἰκός γε.

ΣΩ. Ὁ δὴ δυνάμενος παραδιδόναι τὰ πλείστου ἄξια
μαθήματα εἰς ἀρετὴν* οὐκ ἐν Λακεδαίμονι μάλιστα τιμήσε- B
ται καὶ πλεῖστα ἐργάσεται χρήματα, ἂν βούληται, καὶ ἐν
ἄλλῃ πόλει ἥτις τῶν Ἑλληνίδων εὐνομεῖται, ἀλλ᾽ ἐν Σικε-
λίᾳ, ὦ ἑταῖρε, οἴει μᾶλλον καὶ ἐν Ἰνυκῷ; ταῦτα πειθώμε-
θα, ὦ Ἱππία; ἐὰν γὰρ σὺ κελεύῃς, πειστέον.

*) ἴσ. ἤ.

So. An igitur argenti inopia fugerunt usum tuum et consuetudinem?

Hip. Minime, quum satis pecuniae habeant.

So. Quidnam igitur causae fuerit cur illud cupientes nec inopia laborantes te, qui maximas ipsis utilitates afferre potueris, non dimiserint argento refertum? at illud: numquid Lacedaemonii melius quam tu instituunt filios suos? an hoc ita dicamus, et tu concedis?

Hip. Nullo omnino modo.

So. Utrumigitur iuvenibus non poteras persuadere Lacedaemone, te si uterentur magistro plus se profecturos esse in virtute quam si suos sequerentur, an eorum patribus non poteras persuadere, tibi potius eos tradendos esse quam ipsorum curae, siqua liberis suis prospicerent? neque enim, opinor, invidebant liberis suis, si quam optimi possent exsistere.

Hip. Non arbitror ego ipsos invidere.

So. Iam vero Lacedaemon legibus bonis temperata est.

Hip. Quidni?

So. In civitatibus autem institutis et legibus bonis temperatis in summo honore est virtus.

Hip. Sane quidem.

So. Et tu hanc alteri tradere scis pulcherrime ex hominibus.

Hip. Ac longe quidem, Socrate.

So. Qui igitur pulcherrime scit rem equestrem tradere, nonne is in Thessalia maiore quam in reliqua Graecia afficietur honore plurimumque pecuniae accipiet, et ubicumque studium ad eam confertur?

Hip. Consentaneum est.

So. Iam qui tradere possit disciplinas ad virtutem praestantissimas, isne ut Lacedaemone non summo honore afficiatur nec plurimum faciat pecuniae, si velit, et quaecumque alia civitas graeca bonis temperatur legibus? at in Sicilia, amice, magis arbitraris id fieri et Inyci? hoc credamus, Hippia? nam si tu iusseris, credendum.

ΙΠ. Οὐ γὰρ πάτριον, ὦ Σώκρατες, Λακεδαιμονίοις κινεῖν τοὺς νόμους οὐδὲ παρὰ τὰ εἰωθότα παιδεύειν τοὺς υἱεῖς.

ΣΩ. Πῶς λέγεις; Λακεδαιμονίοις οὐ πάτριον ὀρθῶς *πράττειν, ἀλλ' ἐξαμαρτάνειν; C

ΙΠ. Οὐκ ἂν φαίην ἔγωγε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὀρθῶς ἂν πράττοιεν βέλτιον, ἀλλὰ μὴ χεῖρον παιδεύοντες τοὺς νέους;

ΙΠ. Ὀρθῶς· ἀλλὰ ξενικὴν παίδευσιν οὐ νόμιμον αὐτοῖς παιδεύειν· ἐπεὶ εὖ ἴσθι, εἴπερ τις ἄλλος ἐκεῖθεν χρήματα ἔλαβε πώποτε ἐπὶ παιδεύσει, καὶ ἐμὲ ἂν λαβεῖν πολὺ μάλιστα· χαίρουσι γοῦν ἀκούοντες ἐμοῦ καὶ ἐπαινοῦσιν. ἀλλ', ὃ λέγω, οὐ νόμος.

ΣΩ. Νόμον* δὲ λέγεις, ὦ Ἱππία, βλάβην πόλεως εἶναι, ἢ ὠφέλειαν; D

ΙΠ. Τίθεται μέν, οἶμαι, ὠφελείας ἕνεκα, ἐνίοτε δὲ καὶ βλάπτει, ἐὰν κακῶς τεθῇ, ὁ νόμος.

ΣΩ. Τί δέ; οὐχ ὡς ἀγαθὸν μέγιστον πόλει τίθενται τὸν νόμον οἱ τιθέμενοι, καὶ ἄνευ τούτου μετὰ εὐνομίας ἀδύνατον οἰκεῖν;

ΙΠ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ὅταν ἄρα ἀγαθοῦ ἀμάρτωσιν οἱ ἐπιχειροῦντες τοὺς νόμους τιθέναι, νομίμου τε καὶ νόμου ἡμαρτήκασιν· ἢ πῶς λέγεις;

ΙΠ. * Τῷ μὲν ἀκριβεῖ λόγῳ, ὦ Σώκρατες, οὕτως ἔχει, οὐ μέντοι εἰώθασιν ἄνθρωποι ὀνομάζειν οὕτως. E

ΣΩ. Πότερον, ὦ Ἱππία, οἱ εἰδότες, ἢ οἱ μὴ εἰδότες;

ΙΠ. Οἱ πολλοί.

ΣΩ. Εἰσὶ δ' οὗτοι οἱ εἰδότες τἀληθές, οἱ πολλοί;

ΙΠ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀλλὰ μήν που οἵ γ' εἰδότες τὸ ὠφελιμώτερον τοῦ ἀνωφελεστέρου νομιμώτερον ἡγοῦνται τῇ ἀληθείᾳ πᾶσιν ἀνθρώποις· ἢ οὐ συγχωρεῖς;

ΙΠ. Ναί, συγχωρῶ ὅτι γε τῇ ἀληθείᾳ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἔστι γε καὶ ἔχει οὕτως ὡς οἱ εἰδότες ἡγοῦνται;

Hip. Etenim non est patrii moris, Socrate, Lacedaemoniorum ut in legibus quicquam novent et praeter consuetudinem instituant filios.

So. Quomodo ais? Lacedaemoniorum non est patrii moris ut recte faciant, sed ut imprudenter agant?

Hip. Non dixerim equidem, Socrate.

So. Nonne recte facient si melius, non deterius, instituent iuvenes?

Hip. Recte; sed non est moris eorum ut peregrina utantur institutione; nam certo scito, si quis alius inde pecuniam accepisset umquam pro institutione, me accepturum fuisse longe maxime; audiunt videlicet me cum voluptate et laudant. at, quod dico, non est lex.

So. Legem vero dicis, Hippia, perniciem civitatis esse, an salutem?

Hip. Datur quidem, ut censeo, salutis causa, nonnumquam vero etiam nocet, si male datur, lex.

So. Quid vero? nonne tamquam summum bonum civitatis sciscunt legem qui sciscunt, nec sine hac ordine vivi potest?

Hip. Vera dicis.

So. Quando igitur a bono aberrant qui leges instituunt dare, a legitimo ac lege aberrant; an quomodo sentis?

Hip. Ad veritatem si rem exegeris, Socrate, sic se habet, neque tamen solent homines ita nominare.

So. Utrum, Hippia, qui sciunt, an qui nesciunt?

Hip. Multitudo.

So. An veri sciens est multitudo?

Hip. Minime.

So. Iam vero sine dubio scientes utilius inutiliore censent revera omnibus esse hominibus magis legitimum; an tu non concedis?

Hip. Vero, concedo.

So. Nonne igitur est et habet ita ut scientes censent?

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἔστι δέ γε Λακεδαιμονίοις, ὡς σὺ φῄς, ὠφε-
λιμώτερον τὴν ὑπὸ σοῦ παίδευσιν, * ξενικὴν οὖσαν, παι- 285
δεύεσθαι μᾶλλον ἢ τὴν ἐπιχωρίαν.

ΙΠ. Καὶ ἀληθῆ γε λέγω.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ὅτι τὰ ὠφελιμώτερα νομιμώτερά ἐστι, καὶ τοῦτο λέγεις, ὦ Ἱππία;

ΙΠ. Εἶπον γάρ.

ΣΩ. Κατὰ τὸν σὸν ἄρα λόγον τοῖς Λακεδαιμονίων υἱέσιν ὑπὸ Ἱππίου παιδεύεσθαι νομιμώτερόν ἐστιν, ὑπὸ δὲ τῶν πατέρων ἀνομώτερον, εἴπερ τῷ ὄντι ὑπὸ σοῦ πλείω ὠφεληθήσονται.

ΙΠ. Ἀλλὰ μὴν ὠφεληθήσονται, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Παρανομοῦσιν * ἄρα Λακεδαιμόνιοι οὐ διδόντες B
σοι χρυσίον καὶ ἐπιτρέποντες τοὺς αὑτῶν υἱεῖς.

ΙΠ. Συγχωρῶ ταῦτα· δοκεῖς γάρ μοι τὸν λόγον πρὸς ἐμοῦ λέγειν, καὶ οὐδέν με δεῖ αὐτῷ ἐναντιοῦσθαι.

ΣΩ. Παρανόμους μὲν δή, ὦ ἑταῖρε, τοὺς Λάκωνας εὑρίσκομεν, καὶ ταῦτ' εἰς τὰ μέγιστα, τοὺς νομιμωτάτους δοκοῦντας εἶναι. ἐπαινοῦσι δὲ δή σε πρὸς θεῶν, ὦ Ἱππία, καὶ χαίρουσιν ἀκούοντες ποῖα; ἢ δῆλον δὴ ὅτι ἐκεῖνα ἃ σὺ
κάλλιστα ἐπίστασαι, * τὰ περὶ τὰ ἄστρα τε καὶ τὰ οὐράνια C
πάθη;

ΙΠ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν ταῦτά γε· οὐδ' ἀνέχονται.

ΣΩ. Ἀλλὰ περὶ γεωμετρίας τι χαίρουσιν ἀκούοντες;

ΙΠ. Οὐδαμῶς, ἐπεὶ οὐδ' ἀριθμεῖν ἐκείνων γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πολλοὶ ἐπίστανται.

ΣΩ. Πολλοῦ ἄρα δέουσι περί γε λογισμῶν ἀνέχεσθαί σου ἐπιδεικνυμένου.

ΙΠ. Πολλοῦ μέντοι νὴ Δία.

ΣΩ. Ἀλλὰ δῆτα ἐκεῖνα ἃ σὺ ἀκριβέστατα ἐπίστασαι
ἀνθρώπων διαιρεῖν, περί τε γραμμάτων δυνάμεως * καὶ D
συλλαβῶν καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν; *)

ΙΠ. Περὶ ποίων, ὦ 'γαθέ, ἁρμονιῶν καὶ γραμμάτων;

---

*) γρ. καὶ ἁρμονιῶν καὶ ῥυθμῶν.

Hip. Sane quidem.

So. Est autem Lacedaemoniis, ut tu ais, utilius tua institutione eaque peregrina potius uti quam domestica.

Hip. Ac verum quidem dico.

So. Et utiliora esse magis legitima, hoc quoque dicis, Hippia?

Hip. Dixi sane.

So. Ex tua igitur oratione magis legitima est Lacedaemoniorum filiis Hippiae institutio, patrum vero contra legem, siquidem revera a te plus percipient utilitatis.

Hip. Plus sane percipient, Socrate.

So. Faciunt ergo contra legem Lacedaemonii non dantes tibi argentum nec curae tuae committentes filios suos.

Hip. Concedo hoc; videris enim mihi e re mea istud dicere, nec oportet me repugnare.

So. Contra legem igitur facientes, amice, Lacones reperimus, et in maximis quidem rebus, quum legi censeantur obedientissimi esse. laudant autem te per deos immortales, Hippia, et delectantur quaenam audientes? an patet ea quorum tu scientissimus es, astrorum rerumque caelestium expositionem?

Hip. Nequaquam haec; ne admittunt quidem.

So. At de geometria aliquid cum voluptate audiunt?

Hip. Minime, quum ne numerare quidem, prope dixerim, multi eorum sciant.

So. Multum igitur abest ut de computationibus te disserentem admittant.

Hip. Multum sane hercle.

So. At videlicet illa quae tu accuratissime ex hominibus explicare scis, de litterarum vi et syllabarum et numerorum et harmoniarum?

Hip. Quid, mi bone? de harmoniis ac litteris?

ΣΩ. Ἀλλὰ τί μὴν ἔστιν ἃ ἡδέως σου ἀκροῶνται καὶ ἐπαινοῦσιν; αὐτός μοι εἰπέ, ἐπειδὴ ἐγὼ οὐχ εὑρίσκω.

ΙΠ. Περὶ τῶν γενῶν, ὦ Σώκρατες, τῶν τε ἡρώων καὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν κατοικίσεων, ὡς τὸ ἀρχαῖον ἐκτίσθησαν αἱ πόλεις, καὶ συλλήβδην πάσης τῆς ἀρχαιολογίας ἥδιστα ἀκροῶνται, ὥστ' ἔγωγε δι' αὐτοὺς ἠνάγκασμαι ἐκμεμαθηκέναι * τε καὶ μεμελετηκέναι πάντα τὰ τοιαῦτα. E

ΣΩ. Ναὶ μὰ Δί', ὦ Ἱππία, εὐτύχηκάς γε ὅτι Λακεδαιμόνιοι οὐ χαίρουσιν ἄν τις αὐτοῖς ἀπὸ Σόλωνος τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡμετέρους καταλέγῃ· εἰ δὲ μή, πράγματ' ἂν εἶχες ἐκμανθάνων.

ΙΠ. Πόθεν, ὦ Σώκρατες; ἅπαξ ἀκούσας πεντήκοντα ὀνόματα ἀπομνημονεύσω.

ΣΩ. Ἀληθῆ λέγεις· ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐνενόησα ὅτι τὸ μνημονικὸν ἔχεις· ὥστ' ἐννοῶ ὅτι εἰκότως σοι χαίρουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἅτε πολλὰ * εἰδότι, καὶ χρῶνται ὥσπερ ταῖς 286 πρεσβύτισιν οἱ παῖδες πρὸς τὸ ἡδέως μυθολογῆσαι.

ΙΠ. Καὶ ναὶ μὰ Δί', ὦ Σώκρατες, περί γε ἐπιτηδευμάτων καλῶν καὶ ἔναγχος αὐτόθι εὐδοκίμησα διεξιών, ἃ χρὴ τὸν νέον ἐπιτηδεύειν. ἔστι γάρ μοι περὶ αὐτῶν πάγκαλος λόγος συγκείμενος, καὶ ἄλλως εὖ διακείμενος καὶ τοῖς ὀνόμασι. πρόσχημα δέ μοί ἐστι καὶ ἀρχὴ τοιάδε τις τοῦ λόγου. ἐπειδὴ ἡ Τροία ἥλω, λέγει ὁ λόγος ὅτι Νεοπτόλεμος * Νέστορα ἔροιτο ποῖά ἐστι καλὰ ἐπιτηδεύματα, ἃ ἄν τις B ἐπιτηδεύσας νέος ὢν εὐδοκιμώτατος γένοιτο. μετὰ ταῦτα δὴ λέγων ἐστὶν ὁ Νέστωρ καὶ ὑποτιθέμενος αὐτῷ πάμπολλα νόμιμα καὶ πάγκαλα. τοῦτον δὴ καὶ ἐκεῖ ἐπεδειξάμην καὶ ἐνθάδε μέλλω ἐπιδεικνύναι εἰς τρίτην ἡμέραν ἐν τῷ Φειδοστράτου διδασκαλείῳ, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄξια ἀκοῆς· ἐδεήθη γάρ μου Εὔδικος ὁ Ἀπημάντου. ἀλλ' ὅπως παρέσει καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους * ἄξεις, οἵτινες ἱκανοὶ ἀκούσαντες κρῖναι τὰ λεγόμενα. C

ΣΩ. Ἀλλὰ ταῦτ' ἔσται, ἂν θεὸς ἐθέλῃ, ὦ Ἱππία. νυνὶ μέντοι βραχύ τί μοι περὶ αὐτοῦ ἀπόκριναι· καὶ γάρ με εἰς καλὸν ὑπέμνησας. ἔναγχος γάρ τις, ὦ ἄριστε, εἰς ἀπορίαν με κατέβαλεν ἐν λόγοις τισὶ τὰ μὲν ψέγοντα ὡς

So. At quid tandem est quod libenter audiunt audientesque te laudant? ipse mihi dic, quum ego non inveniam.

Hip. De generibus, Socrate, heroum et hominum et urbibus quomodo antiquitus conditae sint, et universe de tota antiquitate maxima cum voluptate audiunt: ut ego illorum causa coactus sim ediscere et meditari omnia id genus.

So. Hercle sane, Hippia, praeclare tecum agitur, quod Lacedaemonii voluptatem non capiunt si quis eis principes nostros a Solone exordiens recenseat; alioquin satis haberes negoti in nominibus memoriae mandandis.

Hip. Unde enim, Socrate? quinquaginta nomina semel audita memoria tenebo.

So. Vera dicis: non reputavi artem memoriae te tenere; iam intelligo iure Lacedaemonios delectari te quippe multarum rerum sciente, et uti te sicut aniculis pueri ad fabulas suaviter narrandas.

Hip. Hercle, Socrate, etiam nuper de studiis pulchris ibi laudem consequutus sum exponens iuveni exercendis. composui enim de his oppido pulchram orationem, quum ad alia tum ad verba ornate factam. causa vero et exordium mihi hoc est orationis: quum Troia capta esset, narrat oratio Neoptolemum e Nestore quaesivisse qualia essent pulchra studia quae iuvenis exercens maximam consequeretur laudem. deinde loquitur Nestor et proponit ei permulta legitima oppidoque pulchra. hanc igitur et ibi recitavi et hic volo recitare in tertium diem in Phidostrati ludo, et alia multa quae audiantur digna; rogavit enim me Eudicus Apemanti filius. et cura ut venias et ipse et alios adducas qui idonei sint iudices eorum quae dicantur.

So. Sane hoc fiet, si deus voluerit, Hippia. nunc vero paullum quid mihi de hoc responde; opportune enim me admonuisti. etenim nuper aliquis, vir optime, in dubitationem me coniecit quum in disputando alia

αἰσχρά, τὰ δ' ἐπαινοῦντα ὡς καλά, οὕτω πως ἐρόμενος
καὶ μάλα ὑβριστικῶς· Πόθεν δέ μοι σύ, ἔφη, ὦ Σώκρα-
τες, οἶσθα ὁποῖα καλὰ καὶ αἰσχρά; ἐπεὶ φέρε, * ἔχοις ἂν D
εἰπεῖν τί ἐστι τὸ καλόν; Καὶ ἐγὼ διὰ τὴν ἐμὴν φαυλότητα
ἠπορούμην τε καὶ οὐκ εἶχον αὐτῷ κατὰ τρόπον ἀποκρίνα-
σθαι. ἀπιὼν οὖν ἐκ τῆς συνουσίας ἐμαυτῷ τε ὠργιζόμην
καὶ ὠνείδιζον καὶ ἠπείλουν, ὁπότε πρῶτον ὑμῶν τῳ τῶν
σοφῶν ἐντύχοιμι, ἀκούσας καὶ μαθὼν καὶ ἐκμελετήσας ἰέναι
πάλιν ἐπὶ τὸν ἐρωτήσαντα, ἀναμαχούμενος τὸν λόγον. νῦν
οὖν, ὃ λέγω, εἰς καλὸν ἥκεις· καί με δίδαξον ἱκανῶς αὐτὸ
τὸ καλὸν ὅ τι * ἔστι, καὶ πειρῶ μοι ὅτι μάλιστα ἀκριβῶς E
εἰπεῖν ἀποκρινόμενος, μὴ ἐξελεγχθεὶς τὸ δεύτερον αὖθις
γέλωτα ὄφλω. οἶσθα γὰρ δήπου σαφῶς, καὶ σμικρόν τί
που τοῦτ' ἂν εἴη μάθημα ὧν σὺ τῶν πολλῶν ἐπίστασαι.

ΙΠ. Σμικρὸν μέντοι νὴ Δί', ὦ Σώκρατες, καὶ οὐδενὸς ἄξιον, ὡς ἔπος εἰπεῖν.

ΣΩ. Ῥᾳδίως ἄρα μαθήσομαι καὶ οὐδείς με ἐξελέγξει ἔτι.

ΙΠ. Οὐδεὶς μέντοι· φαῦλον γὰρ ἂν εἴη τὸ ἐμὸν
πρᾶγμα * καὶ ἰδιωτικόν. 287

ΣΩ. Εὖ γε νὴ τὴν Ἥραν λέγεις, ὦ Ἱππία, εἰ χειρωσόμεθα τὸν ἄνδρα. ἀτὰρ μή τι κωλύω μιμούμενος ἐγὼ ἐκεῖνον, ἐὰν σοῦ ἀποκρινομένου ἀντιλαμβάνωμαι τῶν λόγων, ἵν' ὅτι μάλιστά με ἐκμελετήσῃς; σχεδὸν γάρ τι ἔμπειρός εἰμι τῶν ἀντιλήψεων. εἰ οὖν μή τί σοι διαφέρει, βούλομαι ἀντιλαμβάνεσθαι, ἵν' ἐῤῥωμενέστερον μάθω.

ΙΠ. Ἀλλ' ἀντιλαμβάνου. καὶ γάρ, ὃ νῦν δὴ εἶπον,
οὐ μέγα ἐστὶ τὸ ἐρώτημα, ἀλλὰ καὶ πολὺ τούτου * χα- B
λεπώτερα *) ἂν ἀποκρίνασθαι ἐγώ σε διδάξαιμι, ὥστε μηδέν' ἀνθρώπων δύνασθαί σε ἐξελέγχειν.

ΣΩ. Φεῦ ὡς εὖ λέγεις! ἀλλά γ', **) ἐπειδὴ καὶ σὺ κελεύεις, φέρε ὅτι μάλιστ' ἐκεῖνος γενόμενος πειρῶμαί σε ἐρωτᾶν. εἰ γὰρ δὴ αὐτῷ τὸν λόγον τοῦτον ἐπιδείξαιο ***) ὃν φής, τὸν περὶ τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων, ἀκούσας,

*) γρ. χαλεπώτερον. **) γρ. ἀλλ' ἄγ'.
***) γρ. ἐπιδείξαις.

vituperarem ut turpia, alia laudarem ut pulchra, ita fere interrogans et valde contemptim: Unde mihi tu, inquit, Socrate, scis quae pulchra et turpia sint? nam age, poteris dicere quid sit pulchrum? Tum ego pro ea qua sum tenuitate haesitavi nec potui ei rite respondere. discessi igitur e congressione mihimet ipsi irascens et increpans et minans, quum primum vestrum aliquem sapientium conventurus essem, me auditurum ac percepturum esse ut praeparatus aggrederer eum qui me interrogasset et sermonem tamquam pugnam redintegrarem. nunc igitur, id quod dixi, opportune venis; iam me doce satis ipsum pulchrum quid sit, et stude mihi quam planissime dicere respondens, ne refutatus iterum risui sim. scis enim sine dubio liquido, et exigua haec quaedam scientia fuerit e multis illis quas tenes.

Hip. Exigua sane hercle, Socrate, et nihili, prope dixerim, facienda.

So. Facile igitur discam nec quisquam iam me refellet.

Hip. Nemo sane; vilis enim forem atque imperitus.

So. Bene hercle narras, Hippia, si superabimus virum. at numqid ego illum imitans ero impedimento, si te respondente impugnabo sermones, ut quam maxime me exerceas ac praepares? fere enim peritus sum impugnandi. iam si tua nil refert, volo impugnare, ut firmius discam.

Hip. Impugno sane. etenim, quod modo dixi, haud magna est quaestio, sed ad longe graviores quam haec est te respondere possim docere, ut nullus te homo queat refellere.

So. Hem quam bene loqueris! iam age, quoniam tu iubes, quam maxime illius mihi personam accommodans conor te interrogare. etenim si orationem istam quam dicis de studiis pulchris compositam ei recitares, ea audita, postquam desivisses loqui, non aliud prius

ἐπειδὴ παύσαιο λέγων, ἔροιτ' ἂν οὐ περὶ ἄλλου πρότερον ἢ περὶ τοῦ καλοῦ (ἔθος γάρ τι τοῦτ' ἔχει), καὶ εἴποι· ἂν Ὦ C ξένε Ἠλεῖε, ἆρ' οὐ δικαιοσύνῃ δίκαιοί εἰσιν οἱ δίκαιοι; Ἀπόκριναι δή, ὦ Ἱππία, ὡς ἐκείνου ἐρωτῶντος.

ΙΠ. Ἀποκρινοῦμαι ὅτι δικαιοσύνῃ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἔστι τι τοῦτο, ἡ δικαιοσύνη;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σοφίᾳ οἱ σοφοί εἰσι σοφοὶ καὶ τῷ ἀγαθῷ πάντα τἀγαθὰ ἀγαθά;

ΙΠ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Οὖσί γέ τισι τούτοις· οὐ γὰρ δήπου μὴ οὖσί γε.

ΙΠ. Οὖσι μέντοι.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τὰ καλὰ πάντα τῷ καλῷ ἐστὶ καλά;

ΙΠ. Ναί, τῷ * καλῷ. D

ΣΩ. Ὄντι γέ τινι τούτῳ;

ΙΠ. Ὄντι· ἀλλὰ τί γὰρ μέλλει;

ΣΩ. Εἰπὲ δή, ὦ ξένε, φήσει, τί ἐστι τοῦτο τὸ καλόν;

ΙΠ. Ἄλλο τι οὖν, ὦ Σώκρατες, ὁ τοῦτο ἐρωτῶν δεῖται πυθέσθαι ἢ τί ἐστι καλόν;

ΣΩ. Οὔ μοι δοκεῖ, ἀλλ' ὅ τι ἔστι τὸ καλόν, ὦ Ἱππία.

ΙΠ. Καὶ τί διαφέρει τοῦτ' ἐκείνου;

ΣΩ. Οὐδέν σοι δοκεῖ;

ΙΠ. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει.

ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι δῆλον ὅτι σὺ κάλλιον οἶσθα· ὅμως δέ, ὦ 'γαθέ, ἄθρει· ἐρωτᾷ γάρ σε οὐ τί ἐστι καλόν, * ἀλλ' E ὅ τι ἔστι τὸ καλόν.

ΙΠ. Μανθάνω, ὦ 'γαθέ, καὶ ἀποκρινοῦμαί γε αὐτῷ ὅ τι ἔστι τὸ καλόν, καὶ οὐ μή ποτε ἐλεγχθῶ. ἔστι γάρ, ὦ Σώκρατες, εὖ ἴσθι, εἰ δεῖ τἀληθὲς λέγειν, παρθένος καλὴ καλόν.

ΣΩ. Καλῶς γε, ὦ Ἱππία, νὴ τὸν κύνα, καὶ εὐδόξως ἀπεκρίνω. ἄλλο τι οὖν, ἂν ἐγὼ τοῦτο ἀποκρίνωμαι, τὸ ἐρωτώμενόν τε ἀποκεκριμένος ἔσομαι καὶ ὀρθῶς, * καὶ οὐ 288 μὴ ἐλεγχθῶ.

quaereret quam pulchrum (habet enim hoc moris) et diceret O hospes Elee, nonne iustitia iusti sunt iusti? Responde dum, Hippia, quasi ille interroget.

Hip. Respondebo, iustitia.

So. Nonne est aliquid hoc, iustitia?

Hip. Sane quidem.

So. Nonne etiam sapientia sapientes sunt sapientes et bono omnia bona bona?

Hip. Quippini?

So. Et haec quidem aliquid sunt; non enim, opinor, nihil sunt.

Hip. Sunt sane aliquid.

So. Nonne etiam pulchra omnia pulchro sunt pulchra?

Hip. Etiam, pulchro.

So. Et hoc quidem est aliquid.

Hip. Est; quidni?

So. Dic igitur, hospes, dicet: quid est hoc pulchrum?

Hip. An aliud quid, Socrate, qui hoc interrogat volt comperire quam hoc quid pulchrum sit?

So. Non mihi videtur, sed quid sit ipsum pulchrum, Hippia.

Hip. Et quid differt inter hoc et illud?

So. Nihil tibi videtur differre?

Hip. Nihil sane differt.

So. Ac patet quidem te rectius id scire; sed tamen, quaeso, considera; interrogat enim te non quid pulchrum sit, sed quid sit ipsum pulchrum.

Hip. Intelligo, mi bone, et respondebo ei quid sit pulchrum, nec umquam erit ut redarguar. est enim, Socrate, certo scito, si verum dici oportet, virgo pulchra pulchrum.

So. Praeclare, Hippia, per canem, et splendide respondisti. an igitur, si hoc respondero, ad id quod interrogatum est respondero et recte, ut redargui nequeam?

ἐπειδὴ παύσαιο λέγων, ἔροιτ' ἂν οὐ περὶ ἄλλου πρότερον ἢ περὶ τοῦ καλοῦ (ἔθος γάρ τι τοῦτ' ἔχει), καὶ εἴποι· ἂν Ὦ C ξένε Ἠλεῖε, ἆρ' οὐ δικαιοσύνῃ δίκαιοί εἰσιν οἱ δίκαιοι; Ἀπόκριναι δή, ὦ Ἱππία, ὡς ἐκείνου ἐρωτῶντος.

ΙΠ. Ἀποκρινοῦμαι ὅτι δικαιοσύνῃ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἔστι τι τοῦτο, ἡ δικαιοσύνη;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ σοφίᾳ οἱ σοφοί εἰσι σοφοὶ καὶ τῷ ἀγαθῷ πάντα τἀγαθὰ ἀγαθά;

ΙΠ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Οὖσί γέ τισι τούτοις· οὐ γὰρ δήπου μὴ οὖσί γε.

ΙΠ. Οὖσι μέντοι.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τὰ καλὰ πάντα τῷ καλῷ ἐστὶ καλά;

ΙΠ. Ναί, τῷ * καλῷ. D

ΣΩ. Ὄντι γέ τινι τούτῳ;

ΙΠ. Ὄντι· ἀλλὰ τί γὰρ μέλλει;

ΣΩ. Εἰπὲ δή, ὦ ξένε, φήσει, τί ἐστι τοῦτο τὸ καλόν;

ΙΠ. Ἄλλο τι οὖν, ὦ Σώκρατες, ὁ τοῦτο ἐρωτῶν δεῖται πυθέσθαι ἢ τί ἐστι καλόν;

ΣΩ. Οὔ μοι δοκεῖ, ἀλλ' ὅ τι ἐστὶ τὸ καλόν, ὦ Ἱππία.

ΙΠ. Καὶ τί διαφέρει τοῦτ' ἐκείνου;

ΣΩ. Οὐδέν σοι δοκεῖ;

ΙΠ. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει.

ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι δῆλον ὅτι σὺ κάλλιον οἶσθα· ὅμως δέ, ὦ 'γαθέ, ἄθρει· ἐρωτᾷ γάρ σε οὐ τί ἐστι καλόν, * ἀλλ' E ὅ τι ἐστὶ τὸ καλόν.

ΙΠ. Μανθάνω, ὦ 'γαθέ, καὶ ἀποκρινοῦμαί γε αὐτῷ ὅ τι ἐστὶ τὸ καλόν, καὶ οὐ μή ποτε ἐλεγχθῶ. ἔστι γάρ, ὦ Σώκρατες, εὖ ἴσθι, εἰ δεῖ τἀληθὲς λέγειν, παρθένος καλὴ καλόν.

ΣΩ. Καλῶς γε, ὦ Ἱππία, νὴ τὸν κύνα, καὶ εὐδόξως ἀπεκρίνω. ἄλλο τι οὖν, ἂν ἐγὼ τοῦτο ἀποκρίνωμαι, τὸ ἐρωτώμενόν τε ἀποκεκριμένος ἔσομαι καὶ ὀρθῶς, * καὶ οὐ 288 μὴ ἐλεγχθῶ.

quaereret quam pulchrum (habet enim hoc moris) et diceret O hospes Elee, nonne iustitia iusti sunt iusti? Responde dum, Hippia, quasi ille interroget.

Hip. Respondebo, iustitia.

So. Nonne est aliquid hoc, iustitia?

Hip. Sane quidem.

So. Nonne etiam sapientia sapientes sunt sapientes et bono omnia bona bona?

Hip. Quippini?

So. Et haec quidem aliquid sunt; non enim, opinor, nihil sunt.

Hip. Sunt sane aliquid.

So. Nonne etiam pulchra omnia pulchro sunt pulchra?

Hip. Etiam, pulchro.

So. Et hoc quidem est aliquid.

Hip. Est; quidni?

So. Dic igitur, hospes, dicet: quid est hoc pulchrum?

Hip. An aliud quid, Socrate, qui hoc interrogat volt comperire quam hoc quid pulchrum sit?

So. Non mihi videtur, sed quid sit ipsum pulchrum, Hippia.

Hip. Et quid differt inter hoc et illud?

So. Nihil tibi videtur differre?

Hip. Nihil sane differt.

So. Ac patet quidem te rectius id scire; sed tamen, quaeso, considera; interrogat enim te non quid pulchrum sit, sed quid sit ipsum pulchrum.

Hip. Intelligo, mi bone, et respondebo ei quid sit pulchrum, nec umquam erit ut redarguar. est enim, Socrate, certo scito, si verum dici oportet, virgo pulchra pulchrum.

So. Praeclare, Hippia, per canem, et splendide respondisti. an igitur, si hoc respondero, ad id quod interrogatum est respondero et recte, ut redargui nequeam?

ΙΠ. Πῶς γὰρ ἂν, ὦ Σώκρατες, ἐλεγχθείης ὅ γε πᾶσι δοκεῖ καὶ πάντες σοι μαρτυρήσουσιν οἱ ἀκούοντες ὅτι ὀρθῶς λέγεις;

ΣΩ. Εἶεν, πάνυ μὲν οὖν, φέρε δή, ὦ Ἱππία, πρὸς ἐμαυτὸν ἀναλάβω ὃ λέγεις. ὁ μὲν ἐρήσεταί με οὑτωσί πως· Ἴθι μοι, ὦ Σώκρατες, ἀπόκριναι· ταῦτα πάντα ἃ φὴς καλὰ εἶναι, εἰ τί ἔστιν *) αὐτὸ τὸ καλόν, ταῦτ' ἂν εἴη καλά; ἐγὼ δὲ δὴ ἐρῶ ὅτι εἰ παρθένος καλὴ καλόν ἐστι, δι' ὃ ταῦτ' ἂν **) εἴη καλά.

ΙΠ. * Οἴει οὖν ἔτι αὐτὸν ἐπιχειρήσειν σε ἐλέγχειν ὡς B οὐ καλόν ἐστιν ὃ λέγεις; ἢ ἐὰν ἐπιχειρήσῃ, οὐ καταγέλαστον ἔσεσθαι;

ΣΩ. Ὅτι μὲν ἐπιχειρήσει, ὦ θαυμάσιε, εὖ οἶδα, εἰ δ' ἐπιχειρήσας ἔσται καταγέλαστος, αὐτὸ δείξει. ἃ μέντοι ἐρεῖ, ἐθέλω σοι λέγειν.

ΙΠ. Λέγε δή.

ΣΩ. Ὡς γλυκὺς εἶ, φήσει, ὦ Σώκρατες! θήλεια δ' ἵππος καλὴ οὐ καλόν, ἣν καὶ ὁ θεὸς ἐν τῷ χρησμῷ ἐπῄνεσε; Τί φήσομεν, ὦ Ἱππία; ἄλλο τι ἢ φῶμεν καὶ τὴν * ἵππον C καλὸν εἶναι, τήν γε καλήν; πῶς γὰρ ἂν τολμῷμεν ἔξαρνοι εἶναι τὸ καλὸν μὴ καλὸν εἶναι;

ΙΠ. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες, ἐπεί τοι καὶ ὀρθῶς αὐτὸ ὁ θεὸς εἶπε· πάγκαλαι γὰρ παρ' ἡμῖν ἵπποι γίγνονται.

ΣΩ. Εἶεν, φήσει δή, τί δέ; λύρα καλὴ οὐ καλόν; Φῶμεν, ὦ Ἱππία;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ἐρεῖ τοίνυν μετὰ τοῦτ' ἐκεῖνος (σχεδόν τι εὖ οἶδα ἐκ τοῦ τρόπου τεκμαιρόμενος) Ὦ βέλτιστε σύ, τί δέ; χύτρα καλὴ οὐ καλὸν ἄρα;

ΙΠ. Ὦ Σώκρατες, * τίς δ' ἔστιν ὁ ἄνθρωπος; ὡς D ἀπαίδευτός τις, ὃς οὕτω φαῦλα ὀνόματα ὀνομάζειν τολμᾷ ἐν σεμνῷ πράγματι!

ΣΩ. Τοιοῦτός τις, ὦ Ἱππία, οὐ κομψός, ἀλλὰ συρφετός, οὐδὲν ἄλλο φροντίζων ἢ τὸ ἀληθές. ἀλλ' ὅμως ἀπο-

---

*) γρ. εἴ τι ἐστιν. **) ἴσ. καλόν ἐστι, ταῦτ' ἄν.

Hip. Qui enim, Socrate, redargui poteris in eo quod omnibus videtur, ita ut omnes qui audiverint testificaturi sint te recte dicere?

So. Sane quidem; at agedum, Hippia, sine me reputare mecum id quod dicis. ille enim ex me ita fere quaeret Age mihi, Socrate, responde: haec omnia quae dicis pulchra esse an pulchra erunt, si ipsum pulchrum aliquid erit, et quidnam erit? equidem respondebo. haec pulchra fore, si virgo pulchra pulchrum sit.

Hip. Censesne eum adhuc conaturum esse te redarguere quod pulchrum non sit quod dicas? vel si conetur, non futurum esse risui?

So. Conaturum quidem esse, o mirifice, certo scio, an vero si conetur risui sit futurus, res ipsa ostendet. quid vero dicturus sit, volo tibi patefacere.

Hip. Dic igitur.

So. Quam fatuus est, dicet, Socrate! equa pulchra non pulchrum, quam deus quoque in oraculo laudavit? Quid reponemus, Hippia? nonne dicamus equam quoque pulchrum esse si quidem pulchra sit? quomodo enim audeamus negare pulchrum esse pulchrum?

Hip. Vera dicis, Socrate; etenim recte deus loquutus est; nam oppido pulchrae apud nos sunt equae.

So. Iam, dicet, quid? lyra pulchra nonne pulchrum? Dicamusne, Hippia?

Hip. Vero.

So. Dicet vero deinde ille (fere certo scio ex more coniiciens): Vir optime tu, quid? olla pulchra nonne pulchrum?

Hip. O Socrates, quis est homo ille? quam incultus, qui tam vilia nomina usurpare non vereatur in gravi quaestione!

So. Talis est, Hippia: non politus, sed homo de turba, qui nihil aliud curat nisi verum. attamen respon-

κριτέον τῷ ἀνδρί, καὶ ἔγωγε προαποφαίνομαι, εἴπερ ἡ χύτρα κεκεραμευμένη εἴη ὑπ' ἀγαθοῦ κεραμέως λεία καὶ στρογγύλη καὶ καλῶς ὠπτημένη, οἷαι τῶν καλῶν χυτρῶν εἰσί τινες δίωτοι, τῶν ἓξ χόας χωρουσῶν, πάγκαλαι, εἰ τοιαύτην ἐρωτῴη χύτραν, * καλὴν ὁμολογητέον εἶναι· πῶς γὰρ ἂν φαῖ- E
μεν καλὸν ὂν μὴ καλὸν εἶναι;

ΙΠ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ χύτρα, φήσει, καλὴ καλόν; Ἀποκρίνου.

ΙΠ. Ἀλλ' οὕτως, ὦ Σώκρατες, ἔχει, οἶμαι· καλὸν μὲν καὶ τοῦτο τὸ σκεῦός ἐστι καλῶς εἰργασμένον, ἀλλὰ τὸ ὅλον τοῦτο οὐκ ἔστιν ἄξιον κρίνειν ὡς ὂν καλὸν πρὸς ἵππον τε καὶ παρθένον καὶ τἆλλα πάντα τὰ καλά.

ΣΩ. Εἶεν μανθάνω, * ὦ Ἱππία, ὡς ἄρα χρὴ ἡμᾶς ἀν- 289
τιλέγειν πρὸς τὸν ταῦτα ἐρωτῶντα τάδε, Ὦ ἄνθρωπε, ἀγνοεῖς ὅτι τὸ τοῦ Ἡρακλείτου εὖ ἔχει, ὡς ἄρα πιθήκων ὁ κάλλιστος αἰσχρὸς ἀνθρωπείῳ *) γένει συμβάλλειν, **) καὶ χυτρῶν ἡ καλλίστη αἰσχρὰ παρθένων γένει συμβάλλειν, ὥς φησιν Ἱππίας ὁ σοφός. Οὐχ οὕτως, ὦ Ἱππία;

ΙΠ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, ὀρθῶς ἀπεκρίνω.

ΣΩ. Ἄκουε δή. μετὰ τοῦτο γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι φήσει Τί
δέ, ὦ Σώκρατες; τὸ τῶν παρθένων γένος θεῶν γένει* ἄν τις B
συμβάλλῃ, οὐ ταὐτὸν πείσεται ὅπερ τὸ τῶν χυτρῶν τῷ τῶν παρθένων συμβαλλόμενον; οὐχ ἡ καλλίστη παρθένος αἰσχρὰ φανεῖται; ἢ οὐ καὶ Ἡράκλειτος ταὐτὸν τοῦτο λέγει, ὃν σὺ ἐπάγει, ὅτι ἀνθρώπων ὁ σοφώτατος πρὸς θεὸν πίθηκος φανεῖται καὶ σοφίᾳ καὶ κάλλει καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν; Ὁμολογήσομεν, ***) ὦ Ἱππία, τὴν καλλίστην παρθένον πρὸς θεῶν γένος αἰσχρὰν εἶναι;

ΙΠ. Τίς γὰρ ἂν ἀντείποι τοῦτό γε, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἂν τοίνυν ταῦτα * ὁμολογήσωμεν, γελάσεταί τε C
καὶ ἐρεῖ Ὦ Σώκρατες, μέμνησαι οὖν ὅ τι ἠρωτήθης; Ἔγωγε, φήσω, ὅτι αὐτὸ τὸ καλὸν ὅ τί ποτ' ἔστιν. Ἔπειτα, φήσει, ἐρωτηθεὶς τὸ καλὸν ἀποκρίνει ὃ τυγχάνει ὄν, ὡς

---

*) γρ. ἄλλῳ. **) γρ. συμβαλεῖν. ***) ἄλλ. ὁμολογήσωμεν.

dendum viro, et ego ante declaro, si olla ficta sit a bono figulo levis et rotunda et pulchre cocta, ut inter pulchras ollas sunt quaedam utrinque ansatae, inter eas quae sex congios capiunt, oppido pulchrae, si de huiusmodi interroget olla, confiteri nos debere pulchram esse; quî enim dicamus pulchrum non esse pulchrum?

Hip. Nequaquam, Socrate.

So. Nonne etiam olla, dicet, pulchra pulchrum? Responde.

Hip. At ita, Socrate, habet, ut arbitror: pulchrum quidem hoc quoque vas est pulchre factum, sed totum hoc non est dignum quod pulchrum iudicetur cum equa collatum et virgine omnibusque reliquis pulchris.

So. Iam intelligo, Hippia, nos oportere id interroganti hoc reponere O homo, nescis verum esse quod Heraclitus dixit, simiarum pulcherrimam deformem esse cum humano genere collatam, et ollarum pulcherrimam deformem si cum virginum genere comparetur, ut ait Hippias sapiens? Nonne ita, Hippia?

Hip. Sane quidem, Socrate, recte respondisti.

So. Audi dum. deinde enim certo eum scio dicturum esse Quid vero, Socrate? virginum genus cum deorum genere si quis conferat, nonne idem ei eveniat quod ollarum generi cum virginum genere collato? nonne pulcherrima virgo deformis reperiatur? annon Heraclitus quoque idem hoc dicit, quem tu citas, hominum sapientissimum cum deo collatum simiam reperiri ad sapientiam et pulchritudinem et reliqua omnia? Concedamus, Hippia, pulcherrimam virginem ad deorum genus deformem esse?

Hip. Quis enim huic contradicat, Socrate?

So. Quodsi hoc concesserimus, ridebit et dicet O Socrates, meministi id quod te interrogavi? Sane, respondebo, ipsum pulchrum quid tandem esset. Itane, inquiet, interrogatus quid pulchrum esset respondes quod, ut ipse ais, non magis pulchrum quam deforme

αὐτὸς φῄς; οὐδὲν μᾶλλον καλὸν ἢ αἰσχρόν; Ἔοικε, φήσω. Ἢ τί μοι συμβουλεύεις, ὦ φίλε, φάναι;

ΙΠ. Τοῦτ' ἔγωγε· καὶ δὴ πρός γε θεοὺς ὅτι οὐ καλὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀληθῆ ἐρεῖ.

ΣΩ. Εἰ δὲ * σε ἠρόμην, φήσει, ἐξ ἀρχῆς τί ἐστι καλόν D
τε καὶ αἰσχρόν, εἴ μοι ἅπερ νῦν ἀπεκρίνω, ἆρ' οὐκ *) ἂν ὀρθῶς ἀποκέκρισο; ἔτι δὲ καὶ δοκεῖ σοι αὐτὸ τὸ καλόν, ᾧ καὶ τἆλλα πάντα κοσμεῖται καὶ καλὰ φαίνεται, ἐπειδὰν προσγένηται ἐκεῖνο τὸ εἶδος, τοῦτ' εἶναι παρθένος ἢ ἵππος ἢ λύρα.

ΙΠ. Ἀλλὰ μέντοι, ὦ Σώκρατες, εἰ τοῦτό γε ζητεῖ, πάντων ῥᾷστον ἀποκρίνασθαι αὐτῷ τί ἐστι τὸ καλόν, ᾧ καὶ
τἆλλα πάντα κοσμεῖται καὶ προσγενομένου * αὐτοῦ καλὰ E
φαίνεται. εὐηθέστατος οὖν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος καὶ οὐδὲν ἐπαΐει περὶ καλῶν κτημάτων. ἐὰν γὰρ αὐτῷ ἀποκρίνῃ ὅτι τοῦτ' ἐστὶν ὃ ἐρωτᾷ τὸ καλὸν οὐδὲν ἄλλο ἢ χρυσός, ἀπορήσει καὶ οὐκ ἐπιχειρήσει σε ἐλέγχειν. ἴσμεν γάρ που πάντες ὅτι, ὅπου ἂν τοῦτο προσγένηται, κἂν πρότερον αἰσχρὸν φαίνηται, καλὸν φανεῖται χρυσῷ γε κοσμηθέν.

ΣΩ. Ἄπειρος εἶ τοῦ ἀνδρός, ὦ Ἱππία, ὡς σχέτλιός ἐστι καὶ οὐδὲν ῥᾳδίως ἀποδεχόμενος.

ΙΠ. Τί οὖν τοῦτο, ὦ Σώκρατες; τὸ γὰρ ὀρθῶς λε-
γόμενον ἀνάγκη αὐτῷ ἀποδέχεσθαι, * ἢ μὴ ἀποδεχομένῳ κα- 290
ταγελάστῳ εἶναι.

ΣΩ. Καὶ μὲν δὴ ταύτην γε τὴν ἀπόκρισιν, ὦ ἄριστε, οὐ μόνον οὐκ ἀποδέξεται, ἀλλὰ πάνυ με καὶ τωθάσεται καὶ ἐρεῖ· Ὦ τετυφωμένε σύ, Φειδίαν οἴει κακὸν εἶναι δημιουργόν; Καὶ ἐγώ, οἶμαι, ἐρῶ ὅτι Οὐδ' ὁπωστιοῦν.

ΙΠ. Καὶ ὀρθῶς γ' ἐρεῖς, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ὀρθῶς μέντοι. τοιγάρτοι ἐκεῖνος, ἐπειδὰν ἐγὼ ὁμολογῶ ἀγαθὸν εἶναι δημιουργὸν τὸν Φειδίαν, Εἶτα, φή-
σει, οἴει, τοῦτο τὸ καλὸν ὃ σὺ λέγεις * ἠγνόει Φειδίας; Καὶ B
ἐγώ· Τί μάλιστα; φήσω. Ὅτι, ἐρεῖ, τῆς Ἀθηνᾶς τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐ χρυσοῦς ἐποίησεν οὐδὲ τὸ ἄλλο πρόσωπον, οὐδὲ τοὺς πόδας οὐδὲ τὰς χεῖρας, εἴπερ χρυσοῦν γε δὴ ὂν

*) ἴσ. οὖν.

est? Videtur, dicam. An quid tu mihi suades, amice, ut dicam?

Hip. Hoc equidem suadeo: et sane humanum genus cum diis collatum non esse pulchrum vere dicet.

So. Num igitur, si te initio interrogassem, inquiet, quid pulchrum et deforme esset, et tu mihi ea, quae nunc respondisses, recte respondisses? praeterea etiam videtur tibi ipsum pulchrum, quo reliqua quoque omnia ornantur et pulchra reperiuntur, quum illa accedit species, esse virgo vel equa vel lyra.

Hip. Hoc vero, Socrate, si quaerit, omnium facillimum est ad respondendum quid sit pulchrum, quo reliqua quoque omnia ornentur et quo accedente pulchra reperiantur. stolidissimus sane est homo nec rerum pulchrarum sciens, nam si ei responderis hoc quod interroget pulchrum nihil aliud esse nisi aurum, haesitabit nec conabitur te redarguere. scimus enim omnes, ubicumque hoc accedat, quamvis prius deforme repertum fuerit, pulchrum reperiri quippe auro ornatum.

So. Nescis, Hippia, quam contumax sit vir nec facile quicquam accipiat.

Hip. Quid tum, Socrate? id enim quod recte dicitur accipiat, aut, si non accipiat, rideatur necesse est.

So. At vero hanc quidem responsionem, mi optime, non modo non accipiet, sed etiam valde me irridebit et O stolide tu, inquiet, Phidiamne censes malum fuisse artificem? Tum ego sine dubio reponam Nullo modo.

Hip. Ac recte quidem repones, Socrate.

So. Recte sane. quocirca ille, quum concessero bonum fuisse artificem Phidiam, Ergo, inquiet, putas hoc quod dicis pulchrum non cognovisse Phidiam? Tum ego, Cur tandem? rogabo. Quia, inquiet, Minervae neque oculos aureos fecit neque reliquum voltum, nec pedes nec manus, quum tamen aurea si essent pulcherrima se exhiberent, sed eburnea. hoc scilicet propter

κάλλιστον ἔμελλε φαίνεσθαι, ἀλλ' ἐλεφάντινον· δῆλον ὅτι
τοῦτο ὑπὸ ἀμαθίας ἐξήμαρτεν, ἀγνοῶν ὅτι χρυσὸς ἄρ' ἐστὶν
ὁ πάντα καλὰ ποιῶν, ὅπου ἂν προςγένηται. Ταῦτ' οὖν
λέγοντι τί ἀποκρινώμεθα, ὦ Ἱππία;

ΙΠ. Οὐδὲν χαλεπόν· ἐροῦμεν· γὰρ ὅτι ὀρθῶς ἐποίησε· C
καὶ γὰρ τὸ ἐλεφάντινον, οἶμαι, καλόν ἐστιν.

ΣΩ. Τοῦ οὖν ἕνεκα, φήσει, οὐ καὶ τὰ μέσα τῶν
ὀφθαλμῶν ἐλεφάντινα εἰργάσατο, ἀλλὰ λίθινα, ὡς οἷόν τ'
ἦν, ὁμοιότητα τοῦ λίθου τῷ ἐλέφαντι ἐξευρών; ἢ καὶ ὁ λί-
θος ὁ καλὸς καλόν ἐστι; Φήσομεν, ὦ Ἱππία;

ΙΠ. Φήσομεν μέντοι, ὅταν γε πρέπων ᾖ.

ΣΩ. Ὅταν δὲ μὴ πρέπων, αἰσχρόν; Ὁμολογῶ, ἢ μή;

ΙΠ. Ὁμολόγει, ὅταν γε μὴ πρέπῃ.

ΣΩ. Τί δὲ δή; ὁ ἐλέφας καὶ ὁ χρυσός, φήσει, ὦ σοφὲ D
σύ, οὐχ, ὅταν μὲν πρέπῃ, καλὰ ποιεῖ φαίνεσθαι, ὅταν δὲ
μή, αἰσχρά; Ἔξαρνοι ἐσόμεθα, ἢ ὁμολογήσομεν αὐτῷ
ὀρθῶς λέγειν αὐτόν;

ΙΠ. Ὁμολογήσομεν τοῦτό γε, ὅτι ὃ ἂν πρέπῃ ἑκάστῳ,
τοῦτο καλὸν ποιεῖ ἕκαστον.

ΣΩ. Πότερον πρέπει, φήσει, ὅταν τις τὴν χύτραν
ἣν ἄρτι ἐλέγομεν, τὴν καλήν, ἕψῃ ἔτνους καλοῦ μεστήν,
χρυσῆ τορύνη αὐτῇ, ἢ συκίνη;

ΙΠ. Ἡράκλεις, οἷον λέγεις ἄνθρωπον, ὦ Σώκρατες!
οὐ βούλει· μοι εἰπεῖν τίς ἐστιν; E

ΣΩ. Οὐ γὰρ ἂν γνοίης, εἴ σοι εἴποιμι τοὔνομα.

ΙΠ. Ἀλλὰ καὶ νῦν ἔγωγε γιγνώσκω ὅτι ἀμαθής τις
ἐστιν.

ΣΩ. Μέρμερος πάνυ ἐστίν, ὦ Ἱππία. ἀλλ' ὅμως τί
φήσομεν; ποτέραν πρέπειν τοῖν τορύναιν τῷ ἔτνει καὶ τῇ
χύτρᾳ; ἢ δῆλον ὅτι τὴν συκίνην; εὐωδέστερον γάρ που τὸ
ἔτνος ποιεῖ, καὶ ἅμα, ὦ ἑταῖρε, οὐκ ἂν συντρίψασα ἡμῖν
τὴν χύτραν ἐκχέαι τὸ ἔτνος καὶ τὸ πῦρ ἀποσβέσειε καὶ τοὺς
μέλλοντας ἑστιᾶσθαι ἄνευ ὄψου πάνυ γενναίου ποιήσειεν·
ἡ δὲ χρυσῆ ἐκείνη πάντ' ἂν ταῦτα ποιήσειεν, ὥςτ' ἐμοὶ δο-
κεῖν τὴν συκίνην ἡμᾶς μᾶλλον φάναι πρέπειν ἢ τὴν χρυσῆν, 291
εἰ μή τι σὺ ἄλλο λέγεις.

inscitiam peccavit, quum nesciret aurum esse quod omnia pulchra efficeret, quocumque accederet. Haec vero dicenti quid respondeamus, Hippia?

Hip. Haud difficile; dicemus enim recte eum fecisse; nam eburneum quoque haud dubie pulchrum est.

So. Cur igitur, inquiet, etiam medias oculorum partes non eburneas fecit, sed lapideas, ebori quam simillimum poterat lapidem exquirens? an lapis quoque pulcher pulchrum est? Dicemusne, Hippia?

Hip. Dicemus vero, si conveniat.

So. Et si non conveniat, deforme? Concedam, necne?

Hip. Concede, si non conveniat.

So. Quid vero? ebur et aurum, inquiet, o sapiens tu, nonne, si conveniunt, pulchra omnia reddunt, sin minus, deformia? Negemus, an concedamus ei recte ipsum dicere?

Hip. Concedamus hoc quidem, quod cuique conveniat, id pulchrum quodque reddere.

So. Utrum convenit, inquiet, si quis ollam quam modo diximus pulchram coquat pultis pulchrae plenam, aurea ei rudicula, an ficulnea?

Hip. Pro Iuppiter, qualem dicis hominem, Socrate! nonne mihi vis dicere quis sit?

So. Non cognosceres, si tibi dicerem nomen.

Hip. At nunc iam cognosco incultum aliquem esse.

So. Admodum difficilis est, Hippia. attamen quid dicamus? utram convenire e rudiculis pulti et ollae? an patet ficulneam? odoratiorem enim efficit pultem, simulque, amice, olla confracta pultem non profundet nec ignem exstinguet opsonioque lauto privabit epulaturos; aurea vero illa omnia haec faciet, ut mihi videatur nos dicere oportere ficulneam magis convenire quam auream, nisi quid aliud tibi videtur.

ΙΠ. Πρέπει μὲν γάρ, ὦ Σώκρατες, μᾶλλον· οὐ μέντ' ἂν ἔγωγε τῷ ἀνθρώπῳ τοιαῦτ' ἐρωτῶντι διαλεγοίμην.

ΣΩ. Ὀρθῶς γε, ὦ φίλε· σοὶ μὲν γὰρ οὐκ ἂν πρέποι τοιούτων ὀνομάτων ἀναπίμπλασθαι καλῶς μὲν οὑτωσὶ ἀμπεχομένῳ, καλῶς δὲ ὑποδεδεμένῳ, εὐδοκιμοῦντι δὲ ἐπὶ σοφίᾳ ἐν πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν· ἀλλ' ἐμοὶ οὐδὲν πρᾶγμα φύρεσθαι* πρὸς τὸν ἄνθρωπον. ἐμὲ οὖν προδίδασκε καὶ ἐμὴν B
χάριν ἀποκρίνου. εἰ γὰρ δὴ πρέπει γε μᾶλλον ἡ συκίνη τῆς χρυσῆς, φήσει ὁ ἄνθρωπος, ἄλλο τι καὶ καλλίων ἂν εἴη, ἐπειδήπερ *) τὸ πρέπον, ὦ Σώκρατες, κάλλιον ὡμολόγησας εἶναι τοῦ μὴ πρέποντος; Ἄλλο τι ὁμολογῶμεν, ὦ Ἱππία, τὴν συκίνην καλλίω τῆς χρυσῆς εἶναι;

ΙΠ. Βούλει σοι εἴπω, ὦ Σώκρατες, ὃ εἰπὼν εἶναι τὸ καλὸν ἀπαλλάξεις αὐτὸν **) τῶν πολλῶν λόγων;

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν· * μὴ μέντοι πρότερόν γε, πρὶν C
ἄν μοι εἴπῃς ποτέραν ἀποκρίνωμαι οἷν ἄρτι ἔλεγον τοῖν τορύναιν πρέπουσάν τε καὶ καλλίω εἶναι.

ΙΠ. Ἀλλ', εἰ βούλει, αὐτῷ ἀπόκριναι ὅτι ἡ ἐκ τῆς συκῆς εἰργασμένη.

ΣΩ. Λέγε δὴ νυνὶ ὃ ἄρτι ἔμελλες λέγειν. ταύτῃ μὲν γὰρ τῇ ἀποκρίσει, ᾗ ἂν φῶ τὸ καλὸν χρυσὸν εἶναι, οὐδέν, ὡς ἔοικε, μοι ἀναφανήσεται κάλλιον ὂν χρυσὸς ἢ ξύλον σύκινον· τὸ δὲ νῦν τί αὖ λέγεις τὸ καλὸν εἶναι;

ΙΠ. Ἐγώ σοι ἐρῶ. ζητεῖν γάρ μοι * δοκεῖς τοιοῦτόν τι D
τὸ καλὸν ἀποκρίνασθαι, ὃ μηδέποτε αἰσχρὸν μηδαμοῦ μηδενὶ φανεῖται.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Ἱππία· καὶ καλῶς γε νῦν ὑπολαμβάνεις.

ΙΠ. Ἄκουε δή· πρὸς γὰρ τοῦτ', ἴσθι, ἐάν τις ἔχῃ ὅ τι ἀντείπῃ, φάναι ἐμὲ μηδ' ὁτιοῦν ἐπαΐειν.

ΣΩ. Λέγε δὴ ὡς τάχιστα πρὸς θεῶν.

ΙΠ. Λέγω τοίνυν ἀεὶ καὶ παντὶ καὶ πανταχοῦ κάλλιστον εἶναι ἀνδρὶ πλουτοῦντι, ὑγιαίνοντι, τιμωμένῳ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἀφικομένῳ εἰς γῆρας, τοὺς αὑτοῦ γονέας

---

*) γρ. εἴη; ΙΠ. Ἐπειδήπερ. **) γρ. αὐτόν.

Hip. Convenit sane, Socrate, magis; neque tamen equidem cum homine talia interrogante colloquar.

So. Ac recte quidem, amice; tibi enim non conveniat huiusmodi verbis foedari tam pulchre amicto et pulchre calceato et sapientiae laude ornato apud omnes Graecos; mea autem nihil refert cum homine illo congredi. me igitur perge docere meaque gratia responde. etenim si magis convenit ficulnea quam aurea, dicet homo, nonne etiam pulchrior erit, quum id quod conveniret, Socrate, pulchrius concesseris esse quam quod non conveniret? An concedamus, Hippia, ficulneam pulchriorem aurea esse?

Hip. Visne tibi dicam, Socrate, quo responso de pulchro dato a multis te hisce sermonibus liberaturus sis?

So. Sane quidem. neque tamen prius quam mihi dixeris utram respondeam de rudiculis quas modo dixi convenientem et pulchriorem esse.

Hip. Si vis, responde ei ex ficu factam.

So. Dic igitur nunc quod modo volebas dicere. ex hac enim responsione qua pulchrum definio aurum, nihilo, ut patet, mihi reperietur pulchrius aurum ligno ficulneo; nunc vero quid dicis pulchrum esse?

Hip. Ego tibi dicam. cupere enim mihi videris tale quid pulchrum respondere, quod nullo umquam modo cuiquam deforme reperiatur.

So. Sane quidem, Hippia; et bene nunc accipis.

Hip. Audi dum; huic enim si quis habeat quod contradicat, scito me confessurum nullius omnino rei me intelligentem esse.

So. Dic dum per deos quam citissime.

Hip. Dico igitur semper et cuivis et ubique pulcherrimum esse viro, si dives sit, sanus, honoratus a Graecis, senectutem attingat et, quum parentes suos

τελευτήσαντας καλῶς περιστείλαντι ὑπὸ τῶν αὑτοῦ ἐκγόνων E
καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ταφῆναι.

ΣΩ. Ἰοὺ ἰού, ὦ Ἱππία! ἦ θαυμασίως τε καὶ μεγάλως καὶ ἀξίως σαυτοῦ εἴρηκας. καὶ νὴ τὴν Ἥραν ἄγαμαί σου, ὅτι μοι δοκεῖς εὐνοϊκῶς, καθ' ὅσον οἷός τ' εἶ, βοηθεῖν. ἀλλὰ γὰρ τοῦ ἀνδρὸς οὐ τυγχάνομεν, ἀλλ' ἡμῶν δὴ νῦν καὶ πλεῖστον καταγελάσεται, εὖ ἴσθι.

ΙΠ. Πονηρόν γ', ὦ Σώκρατες, γέλωτα· ὅταν γὰρ πρὸς ταῦτα ἔχῃ μὲν μηδὲν ὅ τι λέγῃ, γελᾷ δέ, αὑτοῦ κατα-
γελάσεται καὶ ὑπὸ * τῶν παρόντων αὐτὸς ἔσται καταγέλαστος. 292

ΣΩ. Ἴσως οὕτως ἔχει· ἴσως μέντοι ἐπί γε ταύτῃ τῇ ἀποκρίσει, ὡς ἐγὼ μαντεύομαι, κινδυνεύσει οὐ μόνον μου καταγελᾶν.

ΙΠ. Ἀλλὰ τί μήν;

ΣΩ. Ὅτι, ἂν τύχῃ βακτηρίαν ἔχων, ἂν μὴ ἐκφύγω φεύγων αὐτόν, εὖ μάλα μου ἐφικέσθαι πειράσεται.

ΙΠ. Πῶς λέγεις; δεσπότης τίς σου ὁ ἄνθρωπός ἐστι; καὶ τοῦτο ποιήσας οὐκ ἀχθήσεται καὶ δίκας ὀφλήσει; ἢ
οὐκ ἔνδικος ὑμῖν ἡ πόλις ἐστίν, ἀλλ' ἐᾷ ἀδίκως * τύπτειν ἀλ- B
λήλους τοὺς πολίτας;

ΣΩ. Οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐᾷ.

ΙΠ. Οὐκοῦν δώσει δίκην ἀδίκως γέ σε τύπτων;

ΣΩ. Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Ἱππία, οὔκ, εἰ ταῦτά γε ἀποκριναίμην, ἀλλὰ δικαίως, ἔμοιγε δοκεῖ.

ΙΠ. Καὶ ἐμοὶ τοίνυν δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, ἐπειδήπερ γε αὐτὸς ταῦτα οἴει.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπω σοι καὶ ᾗ αὐτὸς οἴομαι δικαίως ἂν τύπτεσθαι ταῦτα ἀποκρινόμενος; ἢ καὶ σύ με ἄκριτον τυπτήσεις; ἢ δέξει λόγον;

ΙΠ. Δεινὸν γὰρ ἂν εἴη, ὦ Σώκρατες, * εἰ μὴ δεχοίμην. C
ἀλλὰ πῶς λέγεις;

ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ νῦν δὴ μιμούμενος ἐκεῖνον, ἵνα μὴ πρὸς σὲ λέγω ῥήματα οἷα ἐκεῖνος εἰς ἐμὲ ἐρεῖ, χαλεπά τε καὶ ἀλλόκοτα. εὖ γὰρ ἴσθι, Εἰπέ μοι, φήσει, ὦ Σώκρατες, οἴει ἂν ἀδίκως πληγὰς λαβεῖν, ὅστις διθύραμβον τοσουτονὶ ᾄσας οὕτως ἀμούσως πολὺ

mortuos pulchre sepeliverit, ipse quoque a filiis suis pulchro et magnifico funere efferatur.

So. Heu heu, Hippia! profecto admirabiliter et magnifice et ut te decet loquutus es. atque per deos amo te, quod mihi videris benevole, quantum potes, auxiliari. at vero virum non assequimur, sed nos scilicet nunc quam maxime deridebit; certo scito.

Hip. Inepte sane, Socrate, ridebit; nam si ad hoc nihil habet quod dicat, et tamen ridet, se ipse deridebit et praesentibus se ipse exhibebit ridiculum.

So. Fortasse sic se res habet; fortasse autem propter hanc responsionem, ut suspicor, verendum ne non solum me derideat.

Hip. Quid tandem.

So. Si forte baculum habebit, probe, nisi in fugam me coniecero, conabitur me percutere.

Hip. Quid ais? an dominus tuus est homo? et hoc si fecerit, non in ius rapietur poenasque persolvet? an civitas vestra non est iusta, sed sinit cives iniuste inter se verberare?

So. Nullo modo sinit.

Hip. Nonne igitur poenas dabit iniuste te verberans?

So. Non mihi videtur, Hippia, non, si hoc respondeam, sed iuste, ut equidem arbitror.

Hip. Igitur mihi quoque videtur, Socrate, siquidem ipse istud censes.

So. Nonne vis tibi dicam quatenus ipse censeam iuste me verberari haec si responderim? an tu quoque indicta causa me verberabis? an accipies orationem?

Hip. Indignum vero esset, Socrate, nisi acciperem.

So. Ego tibi dicam eodem quo supra modo illum imitans, ut ne verba in te dicam quae ille in me dicet, acerba et insolentia. certo enim scito: Dic mihi, inquiet, Socrate, censesne iniuste eum plagas accepturum esse qui, quum tantum decantaverit dithyrambum, tam

ἀπῇσας ἀπὸ τοῦ ἐρωτήματος; Πῶς δή; φήσω ἐγώ. Ὅπως; φήσει· οὐχ * οἷός τ᾽ εἶ μεμνῆσθαι ὅτι τὸ καλὸν αὐτὸ ἠρώτων, D ὃ παντὶ ᾧ ἂν προςγένηται, ὑπάρχει ἐκείνῳ καλῷ εἶναι, καὶ λίθῳ καὶ ξύλῳ καὶ ἀνθρώπῳ καὶ θεῷ καὶ ἁπάσῃ πράξει καὶ παντὶ μαθήματι; αὐτὸ γὰρ ἔγωγε, ὦ ἄνθρωπε, τὸ κάλλος *) ἐρωτῶ ὅ τι ἔστι, καὶ οὐδέν σοι μᾶλλον γεγωνεῖν δύναμαι, ἢ εἴ μοι παρεκάθησο λίθος, καὶ οὗτος μυλίας, μήτε ὦτα μήτ᾽ ἐγκέφαλον ἔχων. Εἰ οὖν φοβηθεὶς εἴποιμι ἐγὼ ἐπὶ τούτοις τάδε, ἆρα οὐκ ἂν ἄχθοιο, ὦ Ἱππία; Ἀλλὰ μέντοι τόδε τὸ καλὸν εἶναι Ἱππίας * ἔφη· καίτοι ἐγὼ αὐτὸν ἠρώτων E οὕτως ὥςπερ σὺ ἐμέ, ὃ πᾶσι καλὸν καὶ ἀεί ἐστι. Πῶς οὖν σὺ φῄς; οὐκ ἀχθέσει ἂν εἴπω ταῦτα;

ΙΠ. Εὖ γ᾽ οὖν οἶδα, ὦ Σώκρατες, ὅτι πᾶσι καλὸν τοῦτ᾽ ἐστὶν ὃ ἐγὼ εἶπον, καὶ δόξει.

ΣΩ. Ἦ καὶ ἔσται; φήσει· ἀεὶ γάρ που καλὸν τό γε καλόν.

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἦν; φήσει.

ΙΠ. Καὶ ἦν.

ΣΩ. Ἦ καὶ τῷ Ἀχιλλεῖ, φήσει, ὁ ξένος ὁ Ἠλεῖος ἔφη καλὸν εἶναι ὑστέρῳ τῶν προγόνων ταφῆναι, καὶ τῷ πάππῳ αὐτοῦ Αἰακῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοι ἐκ θεῶν γεγόνασι, καὶ * αὐτοῖς τοῖς θεοῖς; 293

ΙΠ. Τί τοῦτο; βάλλ᾽ ἐς μακαρίαν! τοῦ ἀνθρώπου οὐδ᾽ εὔφημα, ὦ Σώκρατες, ταῦτά γε τὰ ἐρωτήματα.

ΣΩ. Τί δαί; τὸ ἐρομένου ἑτέρου φάναι ταῦθ᾽ οὕτως ἔχειν οὐ πάνυ δύςφημον;

ΙΠ. Ἴσως.

ΣΩ. Ἴσως τοίνυν σὺ εἶ οὗτος, φησει, ὃς παντὶ φῂς καὶ ἀεὶ καλὸν εἶναι ὑπὸ μὲν τῶν ἐκγόνων ταφῆναι, τοὺς δὲ γονέας θάψαι. ἢ οὐχ εἷς τῶν ἁπάντων καὶ Ἡρακλῆς ἦν καὶ οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν πάντες;

ΙΠ. Ἀλλ᾽ οὐ τοῖς θεοῖς ἔγωγε ἔλεγον.

ΣΩ. * Οὐδὲ τοῖς ἥρωσιν, ὡς ἔοικας. B

ΙΠ. Οὐχ, ὅσοι γε θεῶν παῖδες ἦσαν.

*) γρ. ὦ ἄνθρωπε, κάλλος. **) γρ. ἐρασωμένους

inscite a quaestione longe aberret? Quomodo, quaeso? respondebo. Quomodo? inquiet; non potes recordari ipsum me pulchrum interrogasse quo accedente omnia pulchra efficerentur, et lapis et lignum et homo et deus et quaevis actio et quaevis disciplina? ipsa enim equidem, o homo, pulchritudo quae sit quaero, at non plus ad te vociferando proficio, quam si lapis mihi assideret, isque molaris, neque aures neque cerebrum habens. Iam si ego perterritus dicerem deinde haec, nonne aegre id ferres, Hippia? Attamen hoc pulchrum esse Hippias dixit; quamquam ego eum interrogaveram ita ut tu me, quid omnibus pulchrum ac semper esset. Quomodo igitur tu ais? non aegre feres si hoc dicam?

Hip. Certo tamen scio, Socrate, omnibus pulchrum hoc esse quod ego dixi, et visum iri.

So. An etiam futurum esse? inquiet; semper videlicet pulchrum quod quidem pulchrum est.

Hip. Sane quidem.

So. Nonne etiam fuisse? inquiet.

Hip. Etiam fuisse.

So. An etiam Achilli, inquiet, Eleus hospes dixit pulchrum fuisse post genitores sepeliri, et avo eius Aeaco, et ceteris qui ex diis nati erant, et ipsis diis?

Hip. Quid hoc? in malam crucem! hominis quaestiones hae, Socrate, nec piae sunt.

So. Quid? percontante altero affirmare sic se rem habere nonne prorsus est impium?

Hip. Fortasse.

So. Fortasse igitur tu es iste, inquiet, qui cuivis dicas et semper pulchrum esse a natis funere efferri, genitores autem humare. an non unus ex omnibus Hercules quoque fuit et quos modo diximus omnes?

Hip. At non diis equidem dicebam.

So. Nec heroibus, ut videtur.

Hip. Non, quicumque deorum filii fuerunt.

ΣΩ. Ἀλλ' ὅσοι μή;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν κατὰ τὸν σὸν αὖ λόγον, ὡς φαίνεται, τῶν ἡρώων τῷ μὲν Ταντάλῳ καὶ τῷ Δαρδάνῳ καὶ τῷ Ζήθῳ δεινόν τε καὶ ἀνόσιον καὶ αἰσχρόν ἐστι, Πέλοπι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς οὕτω γεγονόσι καλόν.

ΙΠ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Σοὶ τοίνυν δοκεῖ, φήσει, ὃ ἄρτι οὐκ ἔφησθα, τὸ θάψαντι τοὺς προγόνους ταφῆναι ὑπὸ τῶν ἐκγόνων ἐνίοτε καὶ ἐνίοις αἰσχρὸν * εἶναι· ἔτι δὲ μᾶλλον, ὡς ἔοικεν, C ἀδύνατον πᾶσι τοῦτο γενέσθαι καὶ εἶναι καλόν· ὥστε τοῦτό γε, ὥσπερ καὶ τὰ ἔμπροσθεν ἐκεῖνα, ἥ τε παρθένος καὶ ἡ χύτρα, ταὐτὸν πέπονθε, καὶ ἔτι *) γελοιοτέρως τοῖς μὲν ἐστι καλόν, τοῖς δ' οὐ καλόν· καὶ οὐδέπω καὶ τήμερον, φήσει, οἷός τ' εἶ, ὦ Σώκρατες, περὶ τοῦ καλοῦ ὅ τι ἐστὶ τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνασθαι. Ταῦτά μοι καὶ τοιαῦτα ὀνειδιεῖ δικαίως, ἐὰν αὐτῷ οὕτως ἀποκρίνωμαι.

Τὰ μὲν οὖν πολλά, ὦ Ἱππία, σχεδόν τί μοι * οὕτω D διαλέγεται· ἐνίοτε δ' ὥσπερ ἐλεήσας μου τὴν ἀπειρίαν καὶ ἀπαιδευσίαν αὐτός μοι προβάλλει ἐρωτῶν εἰ τοιόνδε μοι δοκεῖ εἶναι τὸ καλόν, ἢ καὶ περὶ ἄλλου ὅτου ἂν τύχῃ **) πυνθανόμενος καὶ περὶ οὗ ἂν λόγος ᾖ.

ΙΠ. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἐγώ σοι φράσω. Ὦ δαιμόνιε, φησί, Σώκρατες, τὰ μὲν τοιαῦτα ἀποκρινόμενος καὶ οὕτω παῦσαι· λίαν γὰρ εὐήθη τε καὶ εὐεξέλεγκτά ἐστιν· ἀλλὰ τὸ τοιόνδε σκόπει εἴ σοι δοκεῖ καλὸν * εἶναι οὗ καὶ νῦν δὴ ἐπελαβόμεθα ἐν τῇ E ἀποκρίσει, ἡνίκ' ἔφαμεν τὸν χρυσόν, οἷς μὲν πρέπει, καλὸν εἶναι, οἷς δὲ μή, οὔ, καὶ τἆλλα πάντα οἷς ἂν τοῦτο προσῇ. αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ πρέπον καὶ τὴν φύσιν αὐτοῦ τοῦ πρέποντος σκόπει εἰ τοῦτο τυγχάνει ὂν τὸ καλόν. Ἐγὼ μὲν οὖν εἴωθα συμφάναι τὰ τοιαῦθ' ἑκάστοτε· οὐ γὰρ ἔχω ὅ τι λέγω· σοὶ δ' οὖν δοκεῖ τὸ πρέπον καλὸν εἶναι;

ΙΠ. Πάντως δήπου, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Σκοπώμεθα μή πῃ ἄρ' ἐξαπατώμεθα.

---

*) γρ. καίτοι. **) γρ. τύχοι.

So. At quicumque non fuerunt?

Hip. Sane quidem.

So. Itaque ex hac tua oratione, ut patet, ex heroibus Tantalo quidem et Dardano et Zetho malum et impium et turpe est, Pelopi vero ac reliquis ita natis pulchrum.

Hip. Mihi sane videtur.

So. Tibi igitur videtur inquiet, quod modo non dixisti, parentes funere efferre et a filiis humari nonnumquam et nonnullis turpe esse; immo potius, ut apparet, non posse fieri ut omnibus hoc fuerit et sit pulchrum: ut hoc quidem eodem se modo habeat quo superiora illa, virgo et olla, et magis etiam ridicule aliis sit pulchrum, aliis contra. necdum hodie, inquiet, potes, Socrate, ad quaestionem de pulchro quid sit respondere. Haec mihi et talia exprobrabit merito ac iure, si ita ei respondeam.

Ac plerumque quidem, Hippia, ita fere mecum disserit; nonnumquam vero, quasi misereatur imperitiae meae atque inscitiae, ipse mihi proponit quod respondeam quaerens an tale mihi videatur esse pulchrum, vel aliud quid de quo sciscitatur et quod ipsum agitur.

Hip. Quomodo hoc dicis, Socrate?

So. Ego tibi exponam. O praestantissime, inquit, Socrate, talia respondere et ita desine; nimis enim stolida sunt et facilia ad redarguendum; at hoc specta an tibi videatur pulchrum esse quod etiam modo attigimus in responsione, quum dicebamus aurum, quibus conveniret, pulchrum esse, quibus vero non conveniret, non esse, et reliqua omnia quibus hoc adesset. ipsum autem hoc conveniens ipsiusque naturam convenientis vide an hoc sit pulchrum. Atque ego consuevi haec semper concedere; non enim habeo quid dicam; tibine vero videtur conveniens pulchrum esse?

Hip. Prorsus isto modo, Socrate.

So. Spectemus ne quid decipiamur.

ΙΠ. Ἀλλὰ χρὴ σκοπεῖν.

ΣΩ. Ὅρα τοίνυν. τὸ πρέπον ἄρα τοῦτο λέγομεν * ὃ 294 παραγενόμενον ποιεῖ ἕκαστα φαίνεσθαι καλὰ τούτων οἷς ἂν παρῇ, ἢ ὃ εἶναι ποιεῖ, ἢ οὐδέτερα τούτων;

ΙΠ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Πότερα ὃ ποιεῖ φαίνεσθαι καλά, ὥςπερ γε ἐπειδὰν ἱμάτιά τις λάβῃ ἢ ὑποδήματα ἁρμόττοντα, κἂν ᾖ γελοῖος, καλλίων φαίνεται; οὐκοῦν εἴπερ *) καλλίω ποιεῖ φαίνεσθαι, ἢ ἔστι τὸ πρέπον, ἀπάτη τις ἂν εἴη περὶ τὸ καλὸν τὸ πρέπον, καὶ οὐκ ἂν εἴη τοῦτο ὃ ἡμεῖς ζητοῦμεν, ὦ Ἱππία; ἡμεῖς γάρ που ἐκεῖνο ζητοῦμεν **) ᾧ * πάντα τὰ B καλὰ πράγματα καλά ἐστιν, ὥςπερ ᾧ πάντα τὰ μεγάλα ἐστὶ μεγάλα, τῷ ὑπερέχοντι· τούτῳ γὰρ πάντα μεγάλα ἐστί, καὶ ἂν μὴ φαίνηται, ὑπερέχῃ δέ, ἀνάγκη αὐτοῖς μεγάλοις εἶναι. οὕτω δή, φαμέν, καὶ τὸ καλόν, ᾧ καλὰ πάντα ἐστίν, ἄν τ' οὖν φαίνηται ἄν τε μή, τί ἂν εἴη; τὸ μὲν γὰρ πρέπον οὐκ ἂν εἴη· καλλίω γὰρ ποιεῖ φαίνεσθαι, ἢ ἔστιν, ὡς ὁ σὸς λόγος, οἷα δ' ἔστιν, οὐκ ἐᾷ φαίνεσθαι. τὸ δὲ ποιοῦν εἶναι καλά, ὅπερ νῦν δὴ εἶπον, ἐάν * τε φαίνηται ἐάν τε μή, C πειρατέον λέγειν τί ἐστι· τοῦτο γὰρ ζητοῦμεν, εἴπερ τὸ καλὸν ζητοῦμεν.

ΙΠ. Ἀλλὰ τὸ πρέπον, ὦ Σώκρατες, καὶ εἶναι καὶ φαίνεσθαι ποιεῖ καλὰ παρόν.

ΣΩ. Ἀδύνατον ἄρα τῷ ὄντι καλὰ ὄντα μὴ φαίνεσθαι καλὰ εἶναι, παρόντος γε τοῦ ποιοῦντος φαίνεσθαι.

ΙΠ. Ἀδύνατον.

ΣΩ. Ὁμολογήσομεν ***) οὖν τοῦτ', ὦ Ἱππία, πάντα τὰ τῷ ὄντι καλὰ καὶ νόμιμα καὶ ἐπιτηδεύματα καὶ δοξάζε- D σθαι καλὰ εἶναι καὶ φαίνεσθαι * ἀεὶ πᾶσιν, ἢ πᾶν τοὐναντίον ἀγνοεῖσθαι καὶ πάντων μάλιστα ἔριν καὶ μάχην περὶ αὐτῶν εἶναι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστοις καὶ δημοσίᾳ ταῖς πόλεσιν;

ΙΠ. Οὕτω μᾶλλον, ὦ Σώκρατες, ἀγνοεῖσθαι.

---

*) Ισ. ἢ οὐδέτερα τούτων; ΙΠ. Ὃ ποιεῖ φαίνεσθαι καλά. ΣΩ. Πότερα, ὥςπερ γε καλλίων φαίνεται; ΙΠ. Ἔμοιγε δοκεῖ. ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ κτλ.

) γρ. ἐζητοῦμεν. *) ἄλλ. ὁμολογήσωμεν.

Hip. Sane spectandum est.

So. Vide igitur. conveniens hoc utrum dicimus quod accedens efficiat ut pulchra quaeque videantur quibus adsit, an quod efficiat ut sint, an neutrum horum?

Hip. Quod efficiat ut videantur pulchra.

So. An ita ut, velut si quis amictum sumat vel calceos congruentes, quamvis sit ridicula deformitate, pulchrior videatur?

Hip. Mihi sane videtur.

So. Nonne vero si efficit conveniens ut pulchriores videantur res quam sint, fraudulenta erit pulchri species, non id quod quaerimus, Hippia? nos enim sane quaerimus id quo omnes res pulchrae sunt, quemadmodum quo omnia magna sunt magna, id est quod excedit; hoc enim omnia sunt magna, et, licet non videantur, excedant tamen, ipsa magna sint necesse est. ita igitur, dicimus, etiam pulchrum, quo pulchra omnia sunt, sive videntur sive non, quid est? conveniens enim non erit; nam pulchriores efficit ut res videantur, quam sint, ut tu ais, quales vero sunt, tales non sinit videri. hoc vero quod efficiat ut pulchrae res sint, quod modo diximus, sive videantur sive non videantur, conandum est dicere quid sit; de hoc enim quaerimus, si de pulchro quaerimus.

Hip. At conveniens, Socrate, efficit ut quibus adsit ea et sint et videantur pulchra.

So. Fieri ergo nequit ut quae revera pulchra sint non videantur pulchra esse, si adsit quod efficiat ut videantur.

Hip. Fieri sane nequit.

So. Utrum igitur hoc concedamus, Hippia, omnia quae revera sint pulchra et instituta et studia etiam existimari pulchra et videri semper omnibus, an plane ex contrario ignorari omniumque maxime litem et pugnam de eis esse tam privatim singulis quam publice civitatibus?

Hip. Ita potius, Socrate, ignorari.

ΣΩ. Οὐκ ἄν, εἴ γέ που τὸ φαίνεσθαι αὐτοῖς προσῆν·
προσῆν δ' ἄν, εἴπερ τὸ πρέπον καλὸν ἦν καὶ μὴ μόνον καλὰ
ἐποίει εἶναι, ἀλλὰ καὶ φαίνεσθαι. ὥστε τὸ πρέπον, εἰ μὲν
τὸ καλὰ ποιοῦν ἐστιν εἶναι, τὸ [μὲν] καλὸν ἂν εἴη ὃ ἡμεῖς
ζητοῦμεν, οὐ μέντοι τό γε ποιοῦν φαίνεσθαι· εἰ δ' αὖ τὸ
* φαίνεσθαι ποιοῦν ἐστι τὸ πρέπον, οὐκ ἂν εἴη τὸ καλὸν E
ὃ ἡμεῖς ζητοῦμεν· εἶναι γὰρ ἐκεῖνό γε ποιεῖ, φαίνεσθαι δὲ
καὶ ποιεῖν εἶναι *) οὐ μόνον καλὰ οὐκ ἄν ποτε δύναιτο
τὸ αὐτό, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλο ὁτιοῦν. ἑλώμεθα δὴ πότερα δοκεῖ
τὸ πρέπον εἶναι τὸ φαίνεσθαι καλὰ ποιοῦν, ἢ τὸ εἶναι.

ΙΠ. Τὸ φαίνεσθαι, ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Βαβαί! οἴχεται ἄρ' ἡμᾶς διαπεφευγός, ὦ Ἱππία,
τὸ καλὸν γνῶναι ὅ τί ποτ' ἐστιν, ἐπειδή γε τὸ πρέπον ἄλλο
τι ἐφάνη ὂν ἢ καλόν.

ΙΠ. Ναὶ μὰ Δία, ὦ Σώκρατες, καὶ μάλα ἔμοιγε
ἀτόπως.

ΣΩ. * Ἀλλὰ μέντοι, ὦ ἑταῖρε, μήπω γε ἀνῶμεν αὐτό· 295
ἔτι γάρ τινα ἐλπίδα ἔχω ἐκφανήσεσθαι τί ποτ' ἔστι τὸ καλόν.

ΙΠ. Πάντως δήπου, ὦ Σώκρατες· οὐδὲ γὰρ χαλεπόν
ἐστιν εὑρεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν εὖ οἶδ' ὅτι, εἰ ὀλίγον χρόνον εἰς
ἐρημίαν ἐλθὼν σκεψαίμην πρὸς ἐμαυτόν, ἀκριβέστερον αὐτό
σοι εἴποιμι τῆς ἁπάσης ἀκριβείας.

ΣΩ. Ἆ μὴ μέγα, ὦ Ἱππία, λέγε (ὁρᾷς ὅσα πράγματα
ἡμῖν ἤδη παρέσχηκε), μὴ καὶ ὀργισθὲν ἡμῖν ἔτι μᾶλλον
* ἀποδρᾷ. καίτοι οὐδὲν λέγω· σὺ μὲν γάρ, οἶμαι, ῥᾳδίως B
αὐτὸ εὑρήσεις, ἐπειδὰν μόνος γένῃ. ἀλλὰ πρὸς θεῶν ἐμοῦ
ἐναντίον αὐτὸ ἔξευρε, εἰ δὲ βούλει, ὥσπερ νῦν, ἐμοὶ συζή-
τει· καὶ ἐὰν μὲν εὕρωμεν, κάλλιστα ἕξει, εἰ δὲ μή, στέρξω,
οἶμαι, ἐγὼ τῇ ἐμῇ τύχῃ, σὺ δ' ἀπελθὼν ῥᾳδίως εὑρήσεις·
καὶ ἐὰν νῦν εὕρωμεν, ἀμέλει οὐκ ὀχληρὸς ἔσομαί σοι πυν-
θανόμενος ὅ τι ἦν ἐκεῖνο ὃ κατὰ σαυτὸν ἐξεῦρες· νῦν δὲ **)
θέασαι αὐτὸ εἴ σοι δοκεῖ εἶναι τὸ καλόν. * λέγω δὴ αὐτὸ εἶναι· C
ἀλλὰ γὰρ ἐπισκόπει μοι πάνυ προσέχων τὸν νοῦν, μὴ παρα-

---

*) ἴσ. εἶναι ποιεῖν.

**) ἴσ. δή.

So. Minime vero, opinor, si hoc accederet ut viderentur; id autem accederet, si conveniens pulchrum esset et non efficeret modo ut pulchra essent, verum etiam ut viderentur. quocirca conveniens, si est quod efficit ut pulchra sint, pulchrum ipsum erit quod quaerimus, neque tamen id quod efficit ut videantur; sin contra conveniens est id quod efficit ut videantur, non erit ipsum de quo quaerimus pulchrum; efficit enim hoc ut sint, numquam vero idem poterit efficere ut et videantur et sint vel pulchra vel aliud quicquam. eligamus igitur utrum videatur conveniens id esse quod efficiat ut pulchra videantur, an id quod efficiat ut sint.

Hip. Ut videantur, equidem arbitror, Socrate.

So. Papae! fugit ergo, Hippia, pulchrum quid sit cognitionem nostram, siquidem conveniens aliud quid repertum est ac pulchrum.

Hip. Hercle sane, Socrate, et mea sententia admodum admirabiliter.

So. Attamen, amice, nondum id dimittamus; adhuc enim spes me tenet fore ut eluceat quid sit pulchrum.

Hip. Prorsus sane, Socrate; non enim difficile est inventu. equidem certo scio, si paullisper in solitudinem discedens mecum reputem, accuratius me id tibi dicere posse omni accuratione.

So. Ah ne magna, Hippia, loquere (vides quantum negoti nobis iam exhibuerit), ne iratum nobis etiam magis aufugiat. quamquam nihil dico; tu enim sine dubio facile id invenies, si solus fueris. at proh deorum atque hominum fidem coram me excogita, vel, si mavis, ut nunc, mecum investiga; ac si invenerimus, bene erit, sin minus, contentus ero profecto mea vice, tu autem, quum discesseris, facile invenies; nunc vero si invenerimus, profecto non molestus tibi ero sciscitans quid sit istud quod per te excogitaveris. nunc igitur specta hoc an tibi videatur esse pulchrum. puto videlicet hoc esse; at considera me plane attendens, ne de-

ληρήσω. τοῦτο γὰρ δὴ ἔστω ἡμῖν καλόν, ὃ ἂν χρήσιμον ᾖ. εἶπον δὲ ἐκ τῶνδε ἐννοούμενος· καλοί, φαμέν, οἱ ὀφθαλμοί εἰσιν οὐχ οἳ ἂν δοκῶσι τοιοῦτοι εἶναι οἷοι μὴ δυνατοὶ ὁρᾶν, ἀλλ' οἳ ἂν δυνατοί τε καὶ χρήσιμοι πρὸς τὸ ἰδεῖν· ἢ γάρ;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τὸ ὅλον σῶμα οὕτω λέγομεν καλὸν
εἶναι, τὸ μὲν πρὸς δρόμον, τὸ δὲ πρὸς πάλην, καὶ αὖ τὰ
ζῶα πάντα, ἵππον καλὸν καὶ * ἀλεκτρυόνα καὶ ὄρτυγα, καὶ D
τὰ σκεύη πάντα καὶ τὰ ὀχήματα τά τε πεζὰ καὶ τὰ ἐν τῇ
θαλάττῃ, πλοῖά τε καὶ τριήρεις, καὶ τά γε ὄργανα πάντα
τά τε ὑπὸ τῇ μουσικῇ καὶ τὰ ὑπὸ ταῖς ἄλλαις τέχναις, εἰ δὲ
βούλει, τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ τοὺς νόμους, σχεδόν τι πάντα
ταῦτα καλὰ προςαγορεύομεν τῷ αὐτῷ τρόπῳ· ἀποβλέποντες
πρὸς ἕκαστον αὐτῶν ᾗ πέφυκεν, ᾗ εἴργασται, ᾗ κεῖται, τὸ
μὲν χρήσιμον καὶ ᾗ *) χρήσιμον καὶ πρὸς ὃ χρήσιμον καὶ
ὁπότε χρήσιμον καλόν * φαμεν εἶναι, τὸ δὲ ταύτῃ πάντῃ E
ἄχρηστον αἰσχρόν. ἆρ' οὖν οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ οὕτως, ὦ
Ἱππία;

ΙΠ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Ὀρθῶς ἄρα νῦν λέγομεν ὅτι τυγχάνει παντὸς ὂν μᾶλλον καλὸν τὸ χρήσιμον;

ΙΠ. Ὀρθῶς μέντοι, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ δυνατὸν ἕκαστον ἀπεργάζεσθαι, εἰς ὅπερ δυνατόν, εἰς τοῦτο καὶ χρήσιμον, τὸ δὲ ἀδύνατον ἄχρηστον;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Δύναμις μὲν ἄρα καλόν, ἀδυναμία δὲ αἰσχρόν.

ΙΠ. Σφόδρα γε· τά τε οὖν ἄλλα, ὦ Σώκρατες, μαρ-
τυρεῖ ἡμῖν ὅτι * τοῦτο οὕτως ἔχει, ἀτὰρ οὖν καὶ τὰ πολι- 296
τικά· ἐν γὰρ τοῖς πολιτικοῖς τε καὶ τῇ αὑτοῦ πόλει τὸ μὲν
δυνατὸν εἶναι πάντων κάλλιστον, τὸ δὲ ἀδύνατον πάντων
αἴσχιστον.

ΣΩ. Εὖ λέγεις. ἆρ' οὖν πρὸς θεῶν, ὦ Ἱππία, διὰ

---

*) ἴσ. χρήσιμον ᾖ.

lirem. hoc enim esto nobis pulchrum quod utile est. dixi autem ex his perspiciens: pulchri, dicimus, oculi, non sunt ii qui videntur eiusmodi esse qui non possint videre, sed qui possint videre et utiles sint ad visum; nonne?

Hip. Etiam.

So. Atque totum corpus ita dicimus pulchrum esse, aliud ad cursum, aliud ad luctam, et animalia quoque omnia, equum pulchrum et gallum et coturnicem, et utensilia omnia et vehicula tam terrestria quam maritima, navigia et triremes, et instrumenta omnia tum musicae tum reliquarum artium, si porro vis, instituta et leges, haec fere omnia pulchra appellamus eadem ratione: spectantes quomodo quodque eorum natura sit, quomodo factum, quomodo situm sit, id quidem quod utile est, quatenus et ad quid et quando utile sit respicientes, pulchrum dicimus esse, inutile vero in omnes has partes turpe. nonne tibi quoque ita videtur, Hippia?

Hip. Mihi sane.

So. Recte igitur nunc dicimus omnino esse pulchrum id quod utile sit?

Hip. Recte vero, Socrate.

So. Nonne igitur quod efficere aliquid potest, id ad hoc quod potest, etiam utile est, id vero quod non potest inutile est?

Hip. Sane quidem.

So. Potestas igitur pulchra est, potestatis vero inopia turpis.

Hip. Prorsus isto modo; quum alia, Socrate, testantur nobis hoc sic se habere, tum vero res civiles; in rebus enim civilibus et sua civitate potentem esse omnium est pulcherrimum, impotentem vero omnium turpissimum.

So. Bene dicis. an igitur per deos, Hippia, hanc ob

ταῦτα καὶ ἡ σοφία πάντων κάλλιστον, ἡ δὲ ἀμαθία πάντων αἴσχιστον;

ΙΠ. Ἀλλὰ τί οἴει, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἔχε δὴ ἠρέμα, ὦ φίλε ἑταῖρε· ὡς φοβοῦμαι τί ποτ᾽ αὖ λέγομεν.

ΙΠ. * Τί δ᾽ αὖ φοβεῖ, ὦ Σώκρατες, ἐπεὶ νῦν γέ σοι ὁ λόγος παγκάλως προβέβηκεν; B

ΣΩ. Βουλοίμην ἄν· ἀλλά μοι τόδε συνεπίσκεψαι· ἆρ᾽ ἄν τίς τι ποιήσειεν ὃ μήτ᾽ ἐπίσταιτο μήτε τὸ παράπαν δύναιτο;

ΙΠ. Οὐδαμῶς· πῶς γὰρ ἂν ὅ γε μὴ δύναιτο;

ΣΩ. Οἱ οὖν ἐξαμαρτάνοντες καὶ κακὰ ἐργαζόμενοί τε καὶ ποιοῦντες ἄκοντες, ἄλλο τι οὗτοι, εἰ μὴ ἐδύναντο ταῦτα ποιεῖν, οὐκ ἄν ποτε ἐποίουν;

ΙΠ. Δῆλον δή.

ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι δυνάμει γε δύνανται οἱ * δυνάμενοι· C οὐ γάρ που ἀδυναμίᾳ γε.

ΙΠ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Δύνανται δέ γε πάντες ποιεῖν οἱ ποιοῦντες ἃ ποιοῦσιν.

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Κακὰ δέ γε πολὺ πλείω ποιοῦσιν ἢ ἀγαθὰ πάντες ἄνθρωποι, ἀρξάμενοι ἐκ παίδων, καὶ ἐξαμαρτάνουσιν ἄκοντες.

ΙΠ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Τί οὖν; ταύτην τὴν δύναμιν καὶ ταῦτα τὰ χρήσιμα, ἃ ἂν ᾖ ἐπὶ τὸ κακόν τι ἐργάζεσθαι χρήσιμα, ἆρα φήσομεν ταῦτα εἶναι καλά; ἢ πολλοῦ δεῖ;

ΙΠ. * Πολλοῦ, ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. D

ΣΩ. Οὐκ ἄρα, ὦ Ἱππία, τὸ δυνατόν τε καὶ τὸ χρήσιμον ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ καλόν.

ΙΠ. Ἐάν γε, ὦ Σώκρατες, ἀγαθὰ δύνηται καὶ ἐπὶ τοιαῦτα χρήσιμον ᾖ.

ΣΩ. Ἐκεῖνο μὲν τοίνυν οἴχεται, τὸ δυνατόν τε καὶ χρήσιμον ἁπλῶς εἶναι καλόν· ἀλλ᾽ ἆρα τοῦτ᾽ ἦν ἐκεῖνο, ὦ Ἱππία, ὃ ἐβούλετο ἡμῶν ἡ ψυχὴ εἰπεῖν, ὅτι τὸ χρήσι-

causam etiam sapientia omnium pulcherrima res est, inscitia vero omnium turpissima.

Hip. Quidni, Socrate?

So. Sile, care amice; nam vereor quid rursus dicamus.

Hip. Quid rursus vereris, Socrate, quum nunc quidem tibi oratio praeclare processerit?

So. Pervelim sane; at hoc mecum considera: num quis quid faciat quod neque sciat neque omnino possit?

Hip. Minime; qui enim quod non possit?

So. Iam qui peccant et male agunt idque faciunt inviti, nonne hi, nisi possent haec facere, numquam facerent?

Hip. Patet sane.

So. Iam vero potestate possunt qui possunt; nullo enim modo potestatis inopia.

Hip. Minime.

So. Possunt vero omnes facere qui faciunt ea quae faciunt.

Hip. Etiam.

So. Mala autem multo plura faciunt quam bona omnes homines a pueris, et peccant inviti.

Hip. Sunt ista.

So. Quid igitur? hanc potestatem et haec utilia quae ad mali quid faciendum utilia sunt utrum dicemus esse pulchra? an longe abest?

Hip. Longe, mihi quidem videtur, Socrate.

So. Non igitur, Hippia, potestas et utile nobis, ut patet, est pulchrum.

Hip. Sed tamen, Socrate, si ad bona efficienda poterit et ad haec utile erit.

So. Illud igitur dilabitur, posse et utile simpliciter esse pulchrum; an vero hoc erat, Hippia, id quod animus noster volebat dicere, utile et

μόν τε καὶ τὸ δυνατὸν ἐπὶ τὸ ἀγαθόν τι ποιῆσαι, τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ καλόν;

ΙΠ. * Ἔμοιγε δοκεῖ. E

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε ὠφέλιμόν ἐστιν· ἢ οὔ;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὕτω δὴ καὶ τὰ καλὰ σώματα καὶ τὰ καλὰ νόμιμα καὶ ἡ σοφία καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν πάντα καλά ἐστιν, ὅτι ὠφέλιμα.

ΙΠ. Δῆλον ὅτι.

ΣΩ. Τὸ ὠφέλιμον ἄρα ἔοικεν ἡμῖν εἶναι τὸ καλόν, ὦ Ἱππία.

ΙΠ. Πάντως δήπου, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τό γε ὠφέλιμον τὸ ποιοῦν ἀγαθόν ἐστιν.

ΙΠ. Ἔστι γάρ.

ΣΩ. Τὸ ποιοῦν δέ γ᾽ ἐστὶν οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ αἴτιον· ἢ γάρ;

ΙΠ. Οὕτως.

ΣΩ. Τοῦ ἀγαθοῦ ἄρ᾽ αἴτιόν ἐστι τὸ καλόν.

ΙΠ. * Ἔστι γάρ. 297

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τό γε αἴτιον, ὦ Ἱππία, καὶ οὗ ἂν αἴτιον ᾖ τὸ αἴτιον, ἄλλο ἐστίν· οὐ γάρ που τό γε αἴτιον αἰτίου αἴτιον ἂν εἴη. ὧδε δὲ σκόπει· οὐ τὸ αἴτιον ποιοῦν ἐφάνη;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὑπὸ τοῦ ποιοῦντος ποιεῖται οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ γιγνόμενον, ἀλλ᾽ οὐ τὸ ποιοῦν.

ΙΠ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἄλλο τι τὸ γιγνόμενον, ἄλλο δὲ τὸ ποιοῦν;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα τό γ᾽ αἴτιον αἴτιον αἰτίου ἐστίν, ἀλλὰ τοῦ γιγνομένου ὑφ᾽ ἑαυτοῦ.

ΙΠ. * Πάνυ γε. B

ΣΩ. Εἰ ἄρα τὸ καλόν ἐστιν αἴτιον ἀγαθοῦ, γίγνοιτ᾽ ἂν ὑπὸ τοῦ καλοῦ τὸ ἀγαθόν, καὶ διὰ ταῦθ᾽, ὡς ἔοικε, σπουδάζομεν καὶ τὴν φρόνησιν καὶ τἆλλα πάντα τὰ καλά, ὅτι τὸ ἔργον αὐτῶν καὶ τὸ ἔκγονον σπουδαστόν ἐστι, τὸ

quod valeret ad boni quid faciendum hoc esse pulchrum?

Hip. Mihi sane videtur.

So. Iam vero hoc est commodum: annon?

Hip. Sane quidem.

So. Ita igitur et pulchra corpora et pulchra instituta et sapientia et quae supra significavimus omnia pulchra sunt, quia commoda sunt.

Hip. Patet sane.

So. Commodum igitur apparet nobis esse pulchrum, Hippia.

Hip. Prorsus ita, Socrate.

So. Iam vero commodum est efficiens boni.

Hip. Est.

So. Et efficiens nihil aliud est nisi causa; nonne?

Hip. Ita.

So. Boni ergo causa est pulchrum.

Hip. Est sane.

So. At vero causa, Hippia, et id cuius causa est causa diversa sunt; non enim opinor, causa causae causa est. sic autem perpende: nonne causa reperta est efficiens?

Hip. Sana quidem.

So. Nonne ab efficiente efficitur nihil aliud nisi id quod fit, non id quod efficit?

Hip. Sunt ista.

So. Nonne aliud quid est quod fit, aliud quod efficit?

Hip. Etiam.

So. Non ergo causa causa causae est, sed eius quod ab ipsa efficitur.

Hip. Sane quidem.

So. Iam si pulchrum est causa boni, efficitur a pulchro bonum, et icirco, ut patet, colimus prudentiam omniaque reliqua pulchra, quia eorum opus ac fetus colendus est, bonum, et videtur ex eis quae in-

ἀγαθόν, καὶ κινδυνεύει ἐξ ὧν εὑρίσκομεν πατρός τινος ἰδέᾳ εἶναι τὸ καλὸν τοῦ ἀγαθοῦ.

ΙΠ. Πάνυ μὲν οὖν· καλῶς γὰρ λέγεις, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ τόδε καλῶς λέγω, ὅτι * οὔθ' ὁ πα- C
τὴρ υἱός ἐστιν οὔθ' ὁ υἱὸς πατήρ;

ΙΠ. Καλῶς μέντοι.

ΣΩ. Οὐδέ γε τὸ αἴτιον γιγνόμενόν ἐστιν, οὐδὲ τὸ γιγνόμενον αὖ αἴτιον.

ΙΠ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Μὰ Δί', ὦ ἄριστε, οὐδὲ ἄρα τὸ καλὸν ἀγαθόν ἐστιν, οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν καλόν· ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι ἐκ τῶν προειρημένων; *)

ΙΠ. Οὐ μὰ τὸν Δί', οὔ μοι φαίνεται.

ΣΩ. Ἀρέσκει οὖν ἡμῖν καὶ ἐθέλοιμεν ἂν λέγειν ὡς τὸ καλὸν οὐκ ἀγαθὸν οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν καλόν;

ΙΠ. Οὐ μὰ τὸν Δί', οὐ πάνυ μοι ἀρέσκει.

ΣΩ. Ναὶ μὰ τὸν Δί', ὦ Ἱππία· ἐμοὶ δέ γε πάντων
* ἥκιστ' ἀρέσκει ὧν εἰρήκαμεν λόγων. D

ΙΠ. Ἔοικε γὰρ οὕτως.

ΣΩ. Κινδυνεύει ἄρ' ἡμῖν, οὐχ, ὥςπερ ἄρτι ἐφαίνετο κάλλιστος εἶναι τῶν λόγων τὸ ὠφέλιμον καὶ τὸ χρήσιμόν τε καὶ τὸ δυνατὸν ἀγαθόν τι ποιεῖν καλὸν εἶναι, οὐχ οὕτως ἔχειν, ἀλλ', εἰ οἷόν τ' ἐστίν, ἐκείνων εἶναι, γελοιότερος τῶν πρώτων, ἐν οἷς τήν τε παρθένον ᾠόμεθ' εἶναι τὸ καλὸν καὶ ἓν ἕκαστον τῶν ἔμπροσθεν λεχθέντων.

ΙΠ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Καὶ ἐγὼ μέν γε οὐκ ἔτι ἔχω, ὦ Ἱππία, ὅποι τράπωμαι, ἀλλ' ἀπορῶ· σὺ δὲ ἔχεις τι λέγειν;

ΙΠ. Οὐκ ἔν γε * τῷ παρόντι, ἀλλ', ὥςπερ ἄρτι ἔλε- E
γον, σκεψάμενος εὖ οἶδ' ὅτι εὑρήσω.

ΣΩ. Ἀλλ' ἐγώ μοι δοκῶ ὑπὸ ἐπιθυμίας τοῦ εἰδέναι οὐχ οἷός τε σὲ εἶναι περιμένειν μέλλοντα. καὶ γὰρ οὖν δή τι καὶ οἶμαι ἄρτι εὐπορηκέναι. ὅρα γάρ, εἰ ὃ ἂν χαίρειν ἡμᾶς ποιῇ, μή τι **) πάσας τὰς ἡδονάς, ἀλλ' ὃ ἂν διὰ τῆς ἀκοῆς καὶ τῆς ὄψεως, τοῦτο φαῖμεν εἶναι καλόν, πῶς

---

*) γρ. εἰρημένων. **) ἴσ. μήτοι.

venimus patris cuiusdam speciem habere pulchrum, siquidem bonum procreat.

Hip. Sane quidem; bene enim dicis, Socrate.

So. Nonne hoc quoque bene dico, neque patrem filium esse neque filium patrem?

Hip. Recte sane.

So. Neque causa est id quod efficitur, neque id quod efficitur causa.

Hip. Vera dicis.

So. Hercle igitur, mi optime, neque pulchrum est bonum, neque bonum pulchrum; an videtur tibi fieri posse ex eis quae supra disputavimus?

Hip. Haudquaquam hercle mihi videtur.

So. Placetne igitur et velimus dicere pulchrum non bonum esse neque bonum pulchrum?

Hip. Haud sane hercle mihi placet.

So. Profecto, Hippia; mihi vero minime placet ex omnibus quae diximus.

Hip. Videtur sane ita.

So. Vide igitur ne non, quae modo videbatur pulcherrima esse orationum commodum et utile et valens ad boni quid efficiendum pulchrum esse, sic se habeat, sed, si fieri potest, magis ridicula sit primis illis, in quibus virginem censebamus ipsum pulchrum esse et quidque eorum quae supra posuimus.

Hip. Videtur.

So. Atque equidem iam non habeo, Hippia, quo me vertam, sed haesito; tu vero an habes quid dicere?

Hip. Non in praesentia, at, ut modo dicebam, si mecum reputem certo scio me inventurum esse.

So. At videor mihi prae cupiditate cognoscendi non posse exspectare dum tu istud facias. atque etiam arbitror modo me aliquid reperisse. vide enim si id quod nos delectet, non omnes dico voluptates, sed eas quae auditu et visu percipiuntur, dicamus esse pulchrum, quomodo huic adversemur? pulchri videlicet

τί ἄρ' ἂν ἀγωνιζοίμεθα; * οἵ τέ γέ που καλοὶ ἄνθρωποι, 298
ὦ Ἱππία, καὶ τὰ ποικίλματα πάντα καὶ τὰ ζωγραφήματα
καὶ τὰ πλάσματα τέρπει ἡμᾶς ὁρῶντας, ἃ ἂν καλὰ ᾖ, καὶ
οἱ φθόγγοι οἱ καλοὶ καὶ ἡ μουσικὴ ξύμπασα καὶ οἱ λόγοι
καὶ αἱ μυθολογίαι ταὐτὸν τοῦτο ἐργάζονται· ὥστ' εἰ ἀπο-
κριναίμεθα τῷ θρασεῖ ἐκείνῳ ἀνθρώπῳ ὅτι Ὦ γενναῖε, τὸ
καλόν ἐστι τὸ δι' ἀκοῆς τε καὶ ὄψεως ἡδύ, οὐκ ἂν οἴει
αὐτὸν τοῦ θράσους ἐπίσχοιμεν;

ΙΠ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ νῦν, ὦ Σώκρατες, εὖ λέγε-
σθαι * τὸ καλὸν ὃ ἔστιν. B

ΣΩ. Τί δ' ἄρα; τὰ ἐπιτηδεύματα τὰ καλὰ καὶ τοὺς
νόμους, ὦ Ἱππία, δι' ἀκοῆς ἢ δι' ὄψεως φήσομεν ἡδέα ὄντα
καλὰ εἶναι, ἢ ἄλλο τι εἶδος ἔχειν;

ΙΠ. Ταῦτα δ' ἴσως, ὦ Σώκρατες, κἂν παραλάθοι
τὸν ἄνθρωπον.

ΣΩ. Μὰ τὸν κύνα, ὦ Ἱππία, οὐχ ὅν γ' ἂν ἐγὼ
μάλιστ' αἰσχυνοίμην ληρῶν καὶ προσποιούμενός τι λέγειν
μηδὲν λέγων.

ΙΠ. Τίνα τοῦτον;

ΣΩ. Σωκράτη τὸν Σωφρονίσκου, ὃς ἐμοὶ οὐδὲν ἂν
μᾶλλον ταῦτα ἐπιτρέποι * ἀνερεύνητα ὄντα ῥᾳδίως λέγειν ἢ C
ὡς εἰδότα ἃ μὴ οἶδα.

ΙΠ. Ἀλλὰ μὴν ἔμοιγε καὶ αὐτῷ, ἐπειδὴ σὺ εἶπες,
δοκεῖ τι ἄλλο εἶναι τοῦτο τὸ περὶ τοὺς νόμους.

ΣΩ. Ἔχ' ἡσυχῇ, ὦ Ἱππία· κινδυνεύομεν γάρ τοι, ἐν
τῇ αὐτῇ ἐμπεπτωκότες ἀπορίᾳ περὶ τοῦ καλοῦ ἐν ᾗπερ νῦν
δή, οἴεσθαι ἐν ἄλλῃ τινὶ εὐπορίᾳ εἶναι.

ΙΠ. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἐγώ σοι φράσω ὅ γέ μοι καταφαίνεται, εἰ ἄρα
τι λέγω. ταῦτα μὲν γὰρ τὰ περὶ τοὺς νόμους τε * καὶ τὰ D
ἐπιτηδεύματα τάχ' ἂν φανείη οὐκ ἐκτὸς ὄντα τῆς αἰσθή-
σεως ἣ διὰ τῆς ἀκοῆς τε καὶ ὄψεως ἡμῖν οὖσα τυγχάνει·
ἀλλ' ὑπομείνωμεν τοῦτον τὸν λόγον, τὸ διὰ τούτων ἡδὺ
καλὸν εἶναι, μηδὲν τὸ τῶν νόμων εἰς μέσον παράγοντες.
ἀλλ' εἰ ἡμᾶς ἔροιτο εἴθ' οὗτος ὃν λέγω εἴτε ἄλλος ὁστισοῦν,
Τί δή, ὦ Ἱππία τε καὶ Σώκρατες, ἀφωρίσατε τοῦ ἡδέος

homines, Hippia, et textilia omnia figuris distincta et picturae et imagines fictae delectant nos spectantes si pulchra sunt, et voces pulchrae et musica universa et orationes et fabulae idem hoc efficiunt; quocirca, si responderimus audaci illi homini Vir egregie, pulchrum est id quod per auditum et visum delectat, nonne fore putas ut eius audaciam reprimamus?

Hip. Mihi certe videtur nunc, Socrate, bene dici pulchrum quid sit.

So. Quid igitur? instituta pulchra ac leges, Hippia, per auditum vel visum delectantia dicamus pulchra esse, an aliam quandam speciem habere?

Hip. Hoc autem, Socrate, forsitan hominem lateat.

So. Haud sane per canem, Hippia, eum cuius me maxime puderet si delirarem simulansque me aliquid dicere nihil dicerem.

Hip. Quem istum dicis?

So. Socratem Sophronisci filium, qui mihi non magis permitteret ut haec non ante explorata temere dicerem, quam ut loquerer tamquam sciens quae nescirem.

Hip. Iam vero mihi quoque ipsi, quum tu hoc dixeris, videtur aliud quid esse hoc quod ad leges spectat.

So. Tacitus esto, Hippia; videmur enim, quum in eandem inciderimus dubitationem de pulchro atque paullo ante, existimare facile nos reperturos esse quomodo nos expediamus.

Hip. Quomodo hoc dicis, Socrate?

So. Ego tibi exponam quod sentio, si quid dicam. etenim leges et instituta forsitan videantur non extra sensum audiendi ac videndi esse; verumtamen sustineamus hanc sententiam: id quod per hos sensus nos delectet pulchrum esse, nihil legum in medium proferentes. at si nos roget vel hic quem dico vel alius quis Cur tandem, Hippia et Socrate, separastis ab ipso iucundo hanc iucundi speciem quam dicitis pulchram

τὸ ταύτῃ ἡδὺ ᾗ λέγετε καλὸν εἶναι, τὸ δὲ κατὰ τὰς ἄλλας
αἰσθήσεις σίτων τε καὶ ποτῶν καὶ * τῶν περὶ τἀφροδίσια E
καὶ τἄλλα πάντα τὰ τοιαῦτα οὐ φατε καλὰ εἶναι; ἢ οὐδὲ
ἡδέα, οὐδὲ ἡδονὰς τὸ παράπαν ἐν τοῖς τοιούτοις φατὲ
εἶναι, οὐδ' ἐν ἄλλῳ ἢ τῷ ἰδεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι; τί φήσομεν,
ὦ Ἱππία;

ΙΠ. Πάντως δήπου φήσομεν, ὦ Σώκρατες, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις μεγάλας πάνυ ἡδονὰς εἶναι.

ΣΩ. Τί οὖν, φήσει, ἡδονὰς οὔσας οὐδὲν ἧττον ἢ
καὶ ἐκείνας ἀφαιρεῖσθε τοῦτο τοὔνομα καὶ ἀποστερεῖτε τοῦ
καλὰς εἶναι; * Ὅτι, φήσομεν, καταγελῴη ἂν ἡμῶν οὐδεὶς 299
ὅςτις οὔ, εἰ φαῖμεν μὴ ἡδὺ εἶναι φαγεῖν, ἀλλὰ καλόν, καὶ
ὄζειν ἡδὺ μὴ ἡδύ, ἀλλὰ καλόν. τὰ δέ που περὶ τὰ ἀφροδίσια πάντες ἂν ἡμῖν μάχοιντο ὡς ἥδιστον ὄν, δεῖ δὲ αὐτό, ἐάν τις καὶ πράττῃ, οὕτω πράττειν ὥςτε μηδένα ὁρᾶν, ὡς αἴσχιστον ὂν ὁρᾶσθαι. Ταῦτα ἡμῶν λεγόντων, ὦ Ἱππία, Μανθάνω ἂν ἴσως φαίη, καὶ ἐγὼ ὅτι πάλαι αἰσχύνεσθε ταύτας τὰς ἡδονὰς φάναι καλὰς εἶναι, ὅτι οὐ δοκεῖ τοῖς ἀνθρώποις. * ἀλλ' ἐγὼ οὐ τοῦτο ἠρώτων, ὃ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς καλὸν εἶναι, ἀλλ' ὅ τι ἔστιν. Ἐροῦμεν δή, οἶμαι, ὅπερ ὑπεθέμεθα, ὅτι Τοῦθ' ἡμεῖς γέ φαμεν τὸ μέρος τοῦ ἡδέος, τὸ ἐπὶ τῇ ὄψει τε καὶ ἀκοῇ γιγνόμενον, καλὸν εἶναι. ἀλλὰ ἔχεις τι χρῆσθαι τῷ λόγῳ; Ἤ τί καὶ ἄλλο ἐροῦμεν, ὦ Ἱππία;

ΙΠ. Ἀνάγκη πρός γε τὰ εἰρημένα, ὦ Σώκρατες, μὴ ἄλλ' ἄττα ἢ ταῦτα λέγειν.

ΣΩ. Καλῶς δὴ λέγετε, φήσει. οὐκοῦν εἴπερ τὸ δι'
ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ * καλόν ἐστιν, ὃ μὴ τοῦτο τυγχάνει C
ὂν τῶν ἡδέων, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν καλὸν εἴη; Ὁμολογήσομεν;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ἦ οὖν τὸ δι' ὄψεως ἡδύ, φήσει, δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἐστὶν ἡδύ, ἢ τὸ δι' ἀκοῆς ἡδὺ δι' ἀκοῆς καὶ ὄψεώς ἐστιν ἡδύ; Οὐδαμῶς, φήσομεν, τὸ διὰ τοῦ ἑτέρου ὂν τοῦτο δι' ἀμφοτέρων εἴη ἄν· *) τοῦτο γὰρ δοκεῖς ἡμῖν

*) γρ. εἶναι.

esse, ceterorum vero sensuum iucunditates, ut ciborum et potuum et rerum venerearum omniaque reliqua id genus negatis pulchra esse? an nec iucunditates nec voluptates omnino in his dicitis esse, neque in alio nisi in visu et auditu? quid dicamus, Hippia?

Hip. Prorsus sane dicamus, Socrate, in ceteris quoque permagnas esse voluptates.

So. Cur igitur, inquiet, voluptates has, quae non minus sint voluptates quam illae, exuitis ac privatis nomine pulchri? Quia, respondebimus, nemo non derideret nos, si diceremus non iucundum esse edere, sed pulchrum, et iucunde olere non iucundum esse, sed pulchrum. res autem venereas vel iucundissimas esse omnes adversus nos contenderent, oportere autem, si quis eis uteretur, ita uti ut nemo videret, quia turpissimae essent visu. Haec quum dixerimus, Hippia, Intelligo iam, fortasse respondebit, vos dudum dubitare has voluptates dicere pulchras esse, quia non videtur hominibus. at ego non hoc rogavi quid videretur volgo pulchrum esse, sed quid esset. Reponemus igitur, opinor, quod proposuimus: Hanc nos dicimus partem iucunditatis quae in visu et auditu consistat pulchram esse. iam habes quod huic definitioni opponas? An quid aliud dicemus, Hippia?

Hip. Necesse est ad haec quae proponuntur, Socrate, nihil aliud nisi istud respondeamus.

So. Bene igitur dicitis, inquiet. nonne vero, si iucunditas quae visu et auditu percipitur pulchra est, patet quamque iucunditatem quae non sit talis non esse pulchram? Assentiamur?

Hip. Etiam.

So. An igitur quod per visum iucundum est, inquiet, per visum et auditum est iucundum, et quod per auditum iucundum est, per auditum et visum est iucundum? Nullo modo, dicemus, quod per alterum est, id per utrumque erit iucundum; hoc enim videris no-

λέγειν· ἀλλ' ἡμεῖς ἐλέγομεν ὅτι καὶ ἑκάτερον τούτοιν αὐτὸ καθ' αὑτὸ τοῖν ἡδέοιν καλὸν εἴη καὶ ἀμφότερα. Οὐχ οὕτως ἀποκρινούμεθα; *)

ΙΠ. * Πάνυ μὲν οὖν. D

ΣΩ. Ἆρ' οὖν, φήσει, ἡδὺ ἡδέος ὁτιοῦν ὁτουοῦν διαφέρει τούτῳ τῷ ἡδὺ εἶναι; μὴ γὰρ εἰ μείζων τις ἡδονὴ ἢ ἐλάττων ἢ μᾶλλον ἢ ἧττόν ἐστιν, ἀλλ' εἰ τις αὐτῷ τούτῳ διαφέρει τῷ ἡ μὲν ἡδονὴ εἶναι, ἡ δὲ μὴ ἡδονή, τῶν ἡδονῶν. Οὐχ ἡμῖν γε δοκεῖ· Οὐ γάρ;

ΙΠ. Οὐ γὰρ οὖν δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν, φήσει, δι' ἄλλο τι ἢ ὅτι ἡδοναί εἰσι προείλεσθε ταύτας τὰς ἡδονὰς ἐκ τῶν ἄλλων ἡδονῶν, τοιοῦτόν τι ὁρῶντες ἐπ' ἀμφοῖν, * ὅτι ἔχουσί τι διάφορον τῶν ἄλλων, εἰς ὃ ἀποβλέποντες καλάς φατε αὐτὰς εἶναι; οὐ γάρ πω **) διὰ τοῦτο καλή ἐστιν ἡδονὴ ἡ διὰ τῆς ὄψεως, ὅτι δι' ὄψεώς ἐστιν· εἰ γὰρ τοῦτο αὐτῇ ἦν τὸ αἴτιον καλῇ εἶναι, οὐκ ἄν ποτε ἦν ἡ ἑτέρα, ἡ διὰ τῆς ἀκοῆς, καλή· οὔκουν ἔστι ***) γε δι' ὄψεως ἡδονή. Ἀληθῆ λέγεις, φήσομεν; E

ΙΠ. Φήσομεν γάρ.

ΣΩ. Οὐδέ γ' * αὖ ἡ δι' ἀκοῆς ἡδονή, ὅτι δι' ἀκοῆς ἐστί, διὰ ταῦτα τυγχάνει καλή· οὐ γὰρ ἄν ποτε αὖ ἡ διὰ τῆς ὄψεως καλὴ ἦν· οὔκουν ἔστι ****) γε δι' ἀκοῆς ἡδονή. Ἀληθῆ φήσομεν, ὦ Ἱππία, λέγειν τὸν ἄνδρα ταῦτα λέγοντα; 30

ΙΠ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι ἀμφότεραί γ' εἰσὶ καλαί, ὡς φατέ. Φαμὲν γάρ;

ΙΠ. Φαμέν.

ΣΩ. Ἔχουσιν ἄρα τι τὸ αὐτό, ὃ ποιεῖ αὐτὰς καλὰς εἶναι, τὸ κοινὸν τοῦτο, ὃ καὶ ἀμφοτέραις αὐταῖς ἔπεστι κοινῇ καὶ ἑκατέρᾳ ἰδίᾳ· * οὐ γὰρ ἄν που ἄλλως ἀμφότεραί τε καλαὶ ἦσαν καὶ ἑκατέρα. Ἀποκρίνου ἐμοὶ ὡς ἐκείνῳ. B

---

*) γρ. ἀποκρινώμεθα. **) ἴσ. οὐ γάρ που,

) γρ. ἔτι. *) γρ. ἔτι.

bis dicere; at nos dicebamus tum harum quamque iucunditatum ipsam per se pulchram esse tum utramque. Nonne ita respondebimus?

Hip. Sane quidem.

So. An igitur, inquiet,[1] iucunditas a iucunditate quaeque a quaque eo differt quod iucunditas est? non enim quaero an maior aliqua voluptas vel minor aut magis vel minus sit, sed an eo ipso aliqua differat voluptatum quod aut sit aut non sit voluptas. Non videtur nobis. Nonne?

Hip. Haud sane videtur.

So. Nonne igitur, inquiet, aliam ob causam quam quod voluptates sunt elegistis has voluptates e reliquis voluptatibus, tale quid videntes in utrisque quo differant a reliquis, quod quidem respicientes pulchras dicite eas esse? neque enim opinor, propterea pulchra est voluptas quae visu percipitur, quod visu continetur; hoc enim si eam pulchram efficeret, numquam altera quae auditu continetur pulchra esset; non est enim voluptas quae visu percipitur. Vera dicis, respondebimus?

Hip. Respondebimus vero.

So. Neque etiam quae auditu percipitur voluptas, quia auditu continetur, iccirco est pulchra; neque enim umquam altera quae visu continetur pulchra foret; non est enim voluptas quae auditu percipitur. Verane dicemus, Hippia, loqui virum hoc statuentem?

Hip. Vera.

So. Attamen utraeque pulchrae sunt, ut dicitis. Dicimusne?

Hip. Dicimus.

So. Habent igitur aliquid idem, quod efficit ut pulchrae sint, et id commune, quod tum in utrisque inest communiter et in quaque separatim; neque enim aliter et utraeque pulchrae forent et quaeque. Responde mihi tamquam illi.

ΙΠ. Ἀποκρίνομαι, καὶ ἐμοὶ δοκεῖ ἔχειν ὡς λέγεις.

ΣΩ. Εἰ ἄρα τι αὗται αἱ ἡδοναὶ ἀμφότεραι πεπόνθασιν, ἑκατέρα δὲ μή, οὐκ ἂν τούτῳ γε τῷ παθήματι εἶεν καλαί.

ΙΠ. Καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτο, ὦ Σώκρατες, μηδ' ἑτέρας πεπονθυίας τι τῶν ὄντων ὁτιοῦν, ἔπειτα τοῦτο τὸ πάθος, ὃ μηδετέρα πέπονθεν, ἀμφοτέρας πεπονθέναι;

ΣΩ. Οὐ * δοκεῖ σοι;

ΙΠ. Πολλὴ γὰρ ἄν μ' ἔχοι ἀπειρία καὶ τῆς τούτων φύσεως καὶ τῆς τῶν παρόντων λέξεως λόγων.

ΣΩ. Ἡδέως γε, ὦ Ἱππία· ἀλλὰ γὰρ ἐγὼ ἴσως κινδυνεύω δοκεῖν μέν τι ὁρᾶν οὕτως ἔχον ὡς σὺ φῂς ἀδύνατον εἶναι, ὁρῶ δ' οὐδέν.

ΙΠ. Οὐ κινδυνεύεις, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ πάνυ ἑτοίμως παρορᾷς.

ΣΩ. Καὶ μὴν πολλά γέ μοι προφαίνεται τοιαῦτα πρὸ τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἀπιστῶ αὐτοῖς, ὅτι σοὶ μὲν οὐ φαντάζεται, ἀνδρὶ πλεῖστον * ἀργύριον εἰργασμένῳ τῶν νῦν ἐπὶ σοφίᾳ, ἐμοὶ δέ, ὃς οὐδὲν πώποτε εἰργασάμην. καὶ ἐνθυμοῦμαι, ὦ ἑταῖρε, μὴ παίζῃς πρός με καὶ ἑκὼν ἐξαπατᾷς· οὕτω μοι σφόδρα καὶ πολλὰ καταφαίνεται.

ΙΠ. Οὐδεὶς σοῦ, ὦ Σώκρατες, κάλλιον εἴσεται εἴτε παίζω εἴτε μή, ἐὰν ἐπιχειρήσῃς λέγειν τὰ προφαινόμενά σοι ταῦτα· φανήσει γὰρ οὐδὲν λέγων· οὐ γὰρ μήποτε εὕρῃς, ὃ μήτ' ἐγὼ πέπονθα μήτε σύ, τοῦτ' ἀμφοτέρους ἡμᾶς πεπονθότας.

ΣΩ. * Πῶς λέγεις, ὦ Ἱππία; ἴσως μέντοι τι λέγεις, ἐγὼ δ' οὐ μανθάνω. ἀλλά μου σαφέστερον ἄκουσον ὃ βούλομαι λέγειν. ἐμοὶ γὰρ φαίνεται, ὃ μήτ' ἐγὼ πέπονθα εἶναι μήτ' εἰμὶ μηδ' αὖ σὺ εἶ, τοῦτ' ἀμφοτέρους πεπονθέναι ἡμᾶς οἷόν τ' εἶναι; ἕτερα δ' αὖ ἃ ἀμφότεροι πεπόνθαμεν εἶναι, ταῦτ' οὐδέτερον *) εἶναι ἡμῶν.

---

*) ἴσ. ἀμφότεροι οὐ πεπόνθαμεν εἶναι, ταῦτ' ἑκάτερον.

Hip. Respondeo, et videtur mihi res sic se habere ut dicis.

So. Iam si quo modo hae voluptates utraeque afficiuntur, quaeque vero non afficitur, non hac quidem affectione erunt pulchrae.

Hip. Ac quomodo hoc fieri possit, Socrate, ut, licet neutra aliquo modo quicumque sit afficiatur, tamen haec affectio, quae in neutram cadat, in utrasque cadat?

So. Non videtur tibi?

Hip. Admodum sane imperitus forem et harum rerum naturae et huiusmodi sermonum quales nunc conferuntur rationis.

So. Concedo sane, Hippia. at ego fortasse videor videre tale aliquid quale tu ais fieri non posse, nihil autem video.

Hip. Non videris, Socrate, sed manifesto perperam vides.

So. Ac multa quidem mihi huiusmodi animo obversantur, sed diffido eis, quia tibi non obversantur, quippe viro qui plurimum confecerit pecuniae ex eis qui nunc sunt sapientia docenda, sed mihi, qui nihil umquam confecerim. ac vereor, amice, ne ioca mecum agites sponteque me decipias: tantopere et tam multa mihi obversantur.

Hip. Nemo te melius, Socrate, sciet an ioca agitem necne, quum inceperis dicere quaenam sint ista quae tibi obversentur; reperiere enim nihil dicens; neque enim cogitandum est fore ut umquam invenias, quod neque me neque te attingat, id nos ambos attingere.

So. Quomodo ais, Hippia? quamquam fortasse dicis aliquid, ego autem non capio. at audi me dilucidius quid velim explicantem. mihi enim videtur, quod neque mihi accidat ut sim neque vero sim nec etiam tu sis, hoc fieri posse ut nobis ambobus accidat, alia contra quae in ambos non cadant, haec ut uterque nostrum sit.

ΙΠ. Τέρατα αὖ ἀποκρινομένῳ ἔοικας, ὦ Σώκρα-
τες, ἔτι μείζω ἢ ὀλίγον πρότερον ἀπεκρίνω. σκόπει γάρ·
πότερον εἰ ἀμφότεροι δίκαιοί ἐσμεν, οὐ καὶ ἑκάτερος
ἡμῶν εἴη ἄν, ἢ εἰ ἄδικος * ἑκάτερος, οὐ καὶ ἀμφότεροι 301
αὖ; ἢ εἰ ὑγιαίνοντες, οὐ καὶ ἑκάτερος; ἢ εἰ κεκμηκώς
τι ἢ τετρωμένος ἢ πεπληγμένος ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν πεπονθὼς
ἑκάτερος ἡμῶν εἴη, οὐ καὶ ἀμφότεροι αὖ ἂν τοῦτο πε-
πόνθοιμεν; ἔτι τοίνυν εἰ χρυσοῖ ἢ ἀργυροῖ ἢ ἐλεφάν-
τινοι, εἰ δὲ βούλει, γενναῖοι ἢ σοφοὶ ἢ τίμιοι ἢ γέρον-
τές γε ἢ νέοι ἢ ἄλλο ὅ τι βούλει τῶν ἐν ἀνθρώποις
ἀμφότεροι τύχοιμεν ὄντες, ἆρ' οὐ μεγάλη ἀνάγκη καὶ
ἑκάτερον ἡμῶν τοῦτ' εἶναι;

ΣΩ. * Πάντως γε δήπου. B

ΙΠ. Ἀλλὰ γὰρ δὴ σύ, ὦ Σώκρατες, τὰ μὲν ὅλα
τῶν πραγμάτων οὐ σκοπεῖς, οὐδ' ἐκεῖνοι οἷς σὺ εἴωθας
διαλέγεσθαι, κρούετε δὲ ἀπολαμβάνοντες τὸ καλὸν καὶ ἕκα-
στον τῶν ὄντων ἐν τοῖς λόγοις κατατέμνοντες. διὰ ταῦτα
οὕτω μεγάλα ὑμᾶς λανθάνει καὶ διηνεκῆ σώματα τῆς
οὐσίας πεφυκότα. καὶ νῦν τοσοῦτόν σε λέληθεν, ὥστε
οἴει εἶναί τι ἢ πάθος ἢ οὐσίαν ἢ περὶ μὲν ἀμφότερα
ταῦτα *) ἔστιν ἅμα, περὶ δὲ ἑκάτερον * οὔ, ἢ αὖ περὶ μὲν C
ἑκάτερον, περὶ δὲ ἀμφότερα οὔ· οὕτως ἀλογίστως καὶ
ἀσκέπτως καὶ εὐήθως καὶ ἀδιανοήτως διάκεισθε.

ΣΩ. Τοιαῦτα, ὦ Ἱππία, τὰ ἡμέτερά ἐστιν, οὐχ
οἷα βούλεταί τις, φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμε-
νοι, ἀλλ' οἷα δύναται. ἀλλὰ σὺ ἡμᾶς ὀνίνης ἀεὶ νουθετῶν·
ἐπεὶ καὶ νῦν, πρὶν ὑπὸ σοῦ ταῦτα νουθετηθῆναι, ὡς εὐή-
θως διεκείμεθα, ἔτι σοι μᾶλλον ἐγὼ ἐπιδείξω, εἰπὼν ἃ δια-
νοούμεθα περὶ αὐτῶν· ἢ μὴ * εἴπω; D

ΙΠ. Εἰδότι μὲν ἐρεῖς, ὦ Σώκρατες· οἶδα γὰρ ἑκά-
στους τῶν περὶ τοὺς λόγους ὡς διάκεινται· ὅμως δ', εἴ τι
σοὶ ἥδιον, λέγε.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ἥδιόν γε. ἡμεῖς γάρ, ὦ βέλτιστε,
οὕτως ἀβέλτεροι ἦμεν πρὶν σὲ ταῦτ' ἡμῖν εἰπεῖν, ὥστε
δόξαν εἴχομεν περὶ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ ὡς ἑκάτερος ἡμῶν εἷς

---

*) ἴσ. ἄττα.

Hip. Monstra rursus videris respondere, Socrate, etiam maiora quam paullo ante respondisti. cogita enim: si ambo iusti sumus, nonne etiam uterque nostrum iustus erit, vel si iniustus uterque, nonne etiam ambo erimus? vel si sani, nonne etiam uterque? vel si aegrotus aut vulneratus aut percussus aut alio quo modo affectus uterque nostrum erit, nonne etiam ambo sic erimus affecti? praeterea si aurei vel argentei vel eburnei, vel si mavis, generosi vel sapientes vel honorati vel senes vel iuvenes vel aliud quodcumque vis in rerum natura ambo simus, nonne etiam uterque nostrum necessario hoc sit?

So. Prorsus isto modo.

Hip. At vero tu, Socrate, res non consideras in universum, neque illi quibuscum tu consuevisti disserere, sed contunditis excerpentes pulchrum et rem quamque in sermonibus concidentes. quo fit ut tam magna et integra rerum corpora naturâ ita constituta vos lateant. ac nunc adeo te latent ut putes esse aliquam affectionem vel vim ac naturam quae in ambo aliqua cadat, in utrumque non cadat, vel contra utrumque, ambo autem non attingat: tam insipientes et inconsiderati et stolidi et incogitantes estis.

So. Tales, Hippia, nostrae res sunt, non quales quis velit, ut dicere solent homines proverbii loco, sed quales esse possunt. tu vero nos iuvas semper increpans; nam nunc quoque, antequam nos increpaveras, quam stolidi fuerimus etiam clarius tibi ostendam dicens quid de his senserimus; an dicam necne?

Hip. Scienti quidem dices, Socrate; novi enim omnes qui in disputando versantur quomodo sint affecti; sed tamen, si mavis, expone.

So. Sane quidem malo. nos videlicet, vir optime, tam fatui fuimus antequam tu haec diceres, ut sentiremus de me et te utrumque nostrum unum esse, id vero quod uterque nostrum esset, non esse ambos; non

ἐστὶ, τοῦτο δὲ, ὃ ἑκάτερος ἡμῶν εἴη, οὐκ ἄρα εἴημεν ἀμφότεροι· οὐ γάρ εἷς ἐσμέν, ἀλλὰ δύο· οὕτως εὐηθικῶς εἴχομεν. νῦν δὲ παρὰ σοῦ ἤδη ἀνεδιδάχθημεν ὅτι, * εἰ E
μὲν δύο ἀμφότεροί ἐσμεν, δύο καὶ ἑκάτερον ἡμῶν ἀνάγκη εἶναι, εἰ δὲ εἷς ἑκάτερος, ἕνα καὶ ἀμφοτέρους ἀνάγκη· οὐ γὰρ οἷόν τε διηνεκεῖ λόγῳ τῆς οὐσίας κατὰ Ἱππίαν ἄλλως ἔχειν, ἀλλ', ὃ ἂν ἀμφότερα ᾖ, *) τοῦτο καὶ ἑκάτερον, καὶ ὃ ἑκάτερον, ἀμφότερα εἶναι. πεπεισμένος δὴ νῦν ἐγὼ ὑπὸ σοῦ ἐνθάδε κάθημαι. πρότερον μέντοι, ὦ Ἱππία, ὑπόμνησόν με· πότερον εἷς ἐσμὲν ἐγώ τε καὶ σύ, ἢ σύ τε δύο κἀγὼ δύο;

ΙΠ. Τί λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ταῦτα ἅπερ λέγω· φοβοῦμαι γάρ σε **) σαφῶς λέγειν, ὅτι μοι χαλεπαίνεις, ἐπειδάν τι δόξῃς σαυτῷ λέγειν. * ὅμως δ' ἔτι μοι εἰπέ, οὐχ εἷς ἡμῶν ἑκάτερός ἐστι καὶ 302
πέπονθε τοῦτο, εἷς εἶναι;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἴπερ εἷς, καὶ περιττὸς ἂν εἴη ἑκάτερος ἡμῶν; ἢ οὐ τὸ ἓν περιττὸν ἡγεῖ;

ΙΠ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἦ καὶ ἀμφότεροι οὖν περιττοί ἐσμεν δύο ὄντες;

ΙΠ. Οὐκ ἂν εἴη, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλ' ἄρτιοί γε ἀμφότεροι· ἢ γάρ;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Μῶν οὖν, ὅτι ἀμφότεροι ἄρτιοι, τούτου ἕνεκεν καὶ ἑκάτερος ἄρτιος ἡμῶν ἐστιν;

ΙΠ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. * Οὐκ ἄρα πᾶσα ἀνάγκη, ὡς νῦν δὴ ἔλεγες, ἃ E
ἂν ἀμφότεροι, καὶ ἑκάτερον, καὶ ἃ ἂν ἑκάτερος, καὶ ἀμφοτέρους εἶναι.

ΙΠ. Οὐ τά γε τοιαῦτα, ἀλλ' οἷα ἐγὼ πρότερον ἔλεγον.

ΣΩ. Ἐξαρκεῖ, ὦ Ἱππία· ἀγαπητὰ γὰρ καὶ ταῦτα, ἐπειδὴ τὰ μὲν οὕτω φαίνεται, τὰ δ' οὐχ οὕτως ἔχοντα.

*) γε ἦν. **) ἴσ. σαφ.

enim unum nos esse, sed duos: adeo insipientes fuimus. nunc autem tu nos iam contrarium docuisti, si duo ambo simus, duos etiam utrumque nostrum necessario esse, sin autem unus uterque, unum etiam ambos esse: neque enim ex integra rerum naturae ratione, ut Hippias praecipit, aliter se habere posse, sed, quod ambo sint, id etiam utrumque, et quod utrumque, id ambo esse. persuasus igitur nunc a te hic sedeo. ante tamen, Hippia, admone me: utrum unus sumus ego et tu, an tu et ego duo?

Hip. Quid dicis, Socrate?

So. Hoc quod dico; vereor enim tibi plane dicere, quia mihi succenses, quando tibimet ipsi videris aliquid dicere. attamen dic mihi adhuc, nonne unus nostrum uterque est et hoc in eum cadit ut unus sit?

Hip. Sane quidem.

So. Nonne igitur, si unus, etiam impar erit uterque nostrum? annon unum impar existimas?

Hip. Vero.

So. Num etiam ambo, quum duo simus, impares sumus?

Hip. Nequaquam, Socrate.

So. Sed pares ambo; nonne?

Hip. Sane quidem.

So. Num igitur, quod ambo pares, iccirco etiam uterque nostrum par est?

Hip. Minime vero.

So. Non ergo prorsus necesse est, quod modo dicebas, quae ambo, ea etiam utrumque et quae uterque, etiam ambos esse.

Hip. Non haec sane, sed qualia ego ante dixi.

So. Satis est, Hippia; sat est enim habendum, quod alia sic videantur, alia non sic se habere. etenim ego dicebam, si meministi unde egressa sit haec oratio, voluptates quae visu et auditu perciperentur non per id

καὶ γὰρ ἐγὼ ἔλεγον, εἰ μέμνησαι ὅθεν οὗτος ὁ λόγος ἐλέχθη,
ὅτι ἡ διὰ τῆς ὄψεως καὶ δι' ἀκοῆς ἡδονὴ οὐ τούτῳ εἶεν *)
καλαί, ὅ τι τυγχάνοιεν ἑκατέρα μὲν αὐτῶν εἶναι πεπονθυῖα,
* ἀμφότεραι δὲ μή, ἢ ἀμφότεραι μέν, ἑκατέρα δὲ μή, C
ἀλλ' ἐκείνῳ ᾧ ἀμφότεραί τε καὶ ἑκατέρα, διότι συνεχώρεις
ἀμφοτέρας τε αὐτὰς εἶναι καλὰς καὶ ἑκατέραν. τούτου δὴ
ἕνεκα τῇ οὐσίᾳ τῇ ἐπ' ἀμφότερα ἑπομένῃ ᾤμην, εἴπερ
ἀμφότερά ἐστι καλά, ταύτῃ δεῖν αὐτὰ καλὰ εἶναι, τῇ
δὲ κατὰ τὰ ἕτερα ἀπολειπομένῃ μή· καὶ ἔτι νῦν οἴομαι.
ἀλλά μοι λέγε, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς· ἡ δι' ὄψεως ἡδονὴ καὶ
ἡ δι' ἀκοῆς, εἴπερ ἀμφότεραί τ' εἰσὶ * καλαὶ καὶ ἑκατέρα, D
ἆρ' ὃ ποιεῖ αὐτὰς καλάς, οὐχὶ καὶ ἀμφοτέραις γε αὐταῖς
ἕπεται καὶ ἑκατέρᾳ;

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὅτι ἡδονὴ ἑκατέρα τ' ἐστὶ καὶ ἀμφότεραι, διὰ τοῦτο ἂν εἶεν καλαί; ἢ διὰ τοῦτο μὲν καὶ αἱ ἄλλαι **) πᾶσαι ἂν οὐδὲν τούτων ἧττον εἶεν καλαί; οὐδὲν γὰρ ἧττον ἡδοναὶ ἐφάνησαν οὖσαι, εἰ μέμνησαι.

ΙΠ. Μέμνημαι.

ΣΩ. Ἀλλ' ὅτι γε δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς αὗταί εἰσι, διὰ τοῦτο ἐλέγετο καλὰς αὐτὰς εἶναι.

ΙΠ. * Καὶ ἐῤῥήθη οὕτως. E

ΣΩ. Σκόπει δὲ εἰ ἀληθῆ λέγω. ἐλέγετο γάρ, ὡς ἐγὼ μνήμης ἔχω, τοῦτ' εἶναι καλὸν τὸ ἡδύ, οὐ πᾶν, ἀλλ' ὃ ἂν δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ᾖ.

ΙΠ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτό γε τὸ πάθος ἀμφοτέραις μὲν ἕπεται, ἑκατέρᾳ δ' οὔ; οὐ γάρ που ἑκάτερόν γε αὐτῶν, ὅπερ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγετο, δι' ἀμφοτέρων ἐστίν, ἀλλ' ἀμφότερα μὲν δι' ἀμφοῖν, ἑκάτερον δ' οὔ. ἔστι ταῦτα;

ΙΠ. Ἔστιν.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα τούτῳ γε ἑκάτερον αὐτῶν ἐστὶ καλόν ὃ μὴ ἕπεται ἑκατέρῳ· τὸ γὰρ ἀμφότερον ἑκατέρῳ οὐχ ἕπεται. ὥστε ἀμφότερα μὲν αὐτὰ φάναι καλὰ κατὰ τὴν ὑπό-

---

*) γρ. ἂν εἶεν. **) γρ. καὶ ἄλλαι.

pulchras esse quod in utramque quidem earum caderet, in ambas vero non caderet, aut ambas quidem attingeret, utramque vero non attingeret, sed per id quod in ambas et utramque caderet, quoniam concesseras ambas et utramque esse pulchras. hanc igitur ob causam per naturam in ambo cadentem arbitrabar, si ambo essent pulchra, per hanc esse pulchra debere, per eam autem quae alterum deficeret non debere. et nunc adhuc arbitror. at dic mihi, quemadmodum ab initio: voluptas quae visu percipitur et quae auditu si ambae sunt pulchrae et utraque, nonne quod efficit eas pulchras, id etiam in ambas et utramque cadit?

Hip. Sane quidem.

So. Num igitur, quia voluptas utraque est et ambae, iccirco erunt pulchrae? an propterea reliquae quoque omnes non minus quam hae erunt pulchrae? non minus enim repertae sunt voluptates, si meministi.

Hip. Memini vero.

So. Sed quia visu et auditu hae continentur, iccirco dicebantur pulchrae esse.

Hip. Sane quidem dictum est.

So. Vide autem an vera dicam. dicebatur enim, quantum ego memini, hoc esse pulchrum quod iucundum esset, non omne, sed quod visu et auditu perciperetur.

Hip. Vera sunt.

So. Nonne hoc in ambo cadit, in utramque vero non cadit? neque enim utrumque eorum, id quod supra dicebatur, per ambo est, sed ambo per ambo, utrumque vero non. suntne haec?

Hip. Sunt.

So. Non ergo per id utrumque eorum est pulchrum quod non attingit utrumque; nam quod in ambo cadit, non in utrumque cadit, quocirca ambo quidem ea pulchra dicere ex eo quod sumpsimus licet, utrumque

θεσιν ἔξεστιν, ἑκάτερον δὲ οὐκ ἔξεστιν· ἢ πῶς λέγομεν; οὐκ ἀνάγκη;

ΙΠ. * Φαίνεται. 303

ΣΩ. Φῶμεν οὖν ἀμφότερα μὲν καλὰ εἶναι, ἑκάτερον δὲ μὴ φῶμεν;

ΙΠ. Τί γὰρ κωλύει;

ΣΩ. Τόδε ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ φίλε, κωλύειν, ὅτι ἦν που ἡμῖν τὰ μὲν οὕτως ἐπιγιγνόμενα ἑκάστοις, εἴπερ ἀμφοτέροις ἐπιγίγνοιτο, καὶ ἑκατέρῳ, καὶ εἴπερ ἑκατέρῳ, καὶ ἀμφοτέροις, ἅπαντα ὅσα σὺ διῆλθες· ἢ γάρ;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ἃ δέ γε αὖ ἐγὼ διῆλθον, οὔ· ὧν δὴ ἦν καὶ αὐτὸ τὸ ἑκάτερον καὶ τὸ ἀμφότερον. ἔστιν οὕτως;

ΙΠ. Ἔστιν.

ΣΩ. Ποτέρων οὖν, ὦ Ἱππία, δοκεῖ σοι * τὸ καλὸν B
εἶναι; πότερον ὧν σὺ ἔλεγες; εἴπερ ἐγὼ ἰσχυρὸς καὶ σύ, καὶ ἀμφότεροι, καὶ εἴπερ ἐγὼ δίκαιος καὶ σύ, καὶ ἀμφότεροι, καὶ εἴπερ ἀμφότεροι, καὶ ἑκάτερος· οὕτω δὴ καὶ εἴπερ ἐγὼ καλὸς καὶ σύ, καὶ ἀμφότεροι, καὶ εἴπερ ἀμφότεροι, καὶ ἑκάτερος; ἢ οὐδὲν κωλύει, ὥςπερ ἀρτίων ὄντων τινῶν ἀμφοτέρων τάχα μὲν ἑκάτερα περιττὰ εἶναι, τάχα δ' ἄρτια, καὶ αὖ ἀῤῥήτων ἑκατέρων ὄντων τάχα μὲν ῥητὰ
τὰ συναμφότερα εἶναι, τάχα δ' * ἄῤῥητα, καὶ ἄλλα μυρία C
τοιαῦτα, ἃ δὴ καὶ ἐγὼ ἔφην ἐμοὶ προφαίνεσθαι; ποτέρων δὴ τίθης τὸ καλόν; ἢ ὥςπερ ἐμοὶ περὶ αὐτοῦ καταφαίνεται, καὶ σοί; πολλὴ γὰρ ἀλογία ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι ἀμφοτέρους μὲν ἡμᾶς εἶναι καλούς, ἑκάτερον δὲ μή, ἢ ἑκάτερον μέν, ἀμφοτέρους δὲ μή, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν τοιούτων. οὕτως αἱρεῖ ὥςπερ ἐγώ, ἢ ἐκείνως;

ΙΠ. Οὕτως ἔγωγε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Εὖ γε σὺ ποιῶν, ὦ Ἱππία, ἵνα καὶ ἀπαλλαγῶμεν πλείονος ζητήσεως. * εἰ γὰρ τούτων γ' ἐστὶ τὸ D
καλόν, οὐκ ἂν ἔτι εἴη τὸ δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ κα-

vero non licet. an quid sentimus? non necesse est?

Hip. Patet vero.

So. Dicamusne igitur ambo quidem pulchra esse, utrumque vero negemus?

Hip. Quid enim obstat?

So. Hoc mihi videtur, amice, obstare, quod alia nos vidimus sic singulis adesse ut, si ambobus, etiam utrique adessent, et si utrique, etiam ambobus, omnia videlicet ista quae tu enumerasti; nonne?

Hip. Etiam.

So. Quae contra ego enumeravi, non; in quorum quidem numero erat etiam ipsum utrumque et quod ambo dicitur. estne ita?

Hip. Est.

So. Iam utrorum, Hippia, videtur tibi pulchrum esse? an eorum quae tu dixisti? velut si ego et tu robusti sumus, etiam ambo, et si ego iustus atque tu, etiam ambo, et si ambo, etiam uterque: sic etiam si ego et tu pulchri sumus, etiam ambo, et si ambo, etiam uterque? an nihil obstat quominus velut si paria aliqua sint ambo, fortasse utrumque impar sit, fortasse par, itemque si non sint effabilia utraque, fortasse effabilia sint ambo, fortasse autem non effabilia, et alia innumerabilia eiusdem generis, quae quidem ego dixi ante oculos mihi obversari? in utrorum igitur numero reponis pulchrum? an quod mihi de eo videtur, id etiam tibi? vehementer enim repugnare mihi videtur ambos quidem nos esse pulchros, utrumque vero non esse, aut utrumque quidem esse, ambos autem non esse, vel aliud quid huiusmodi. itane eligis ut ego, an illo modo?

Hip. Ita equidem, Socrate.

So. Ac bene quidem tu id facis, Hippia, ut a longiore liberemur quaestione. nam si horum est pulchrum, iam non erit iucundum quod visu et auditu per-

λόν· ἀμφότερα μὲν γὰρ ποιεῖ καλὰ τὸ δι᾽ ὄψεως καὶ ἀκοῆς, ἑκάτερον δ᾽ οὔ· τοῦτο δ᾽ ἦν ἀδύνατον, ὡς ἐγώ τε καὶ σὺ δὴ ὡμολογοῦμεν, ὦ Ἱππία.

ΙΠ. Ὡμολογοῦμεν γάρ.

ΣΩ. Ἀδύνατον ἄρα τὸ δι᾽ ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ καλὸν εἶναι, ἐπειδή γε καλὸν γιγνόμενον τῶν ἀδυνάτων τι παρέχεται.

ΙΠ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Λέγετε δὴ πάλιν, φήσει, ἐξ ἀρχῆς, ἐπειδὴ τούτου διημάρτετε· τί φατε * εἶναι τοῦτο τὸ καλὸν τὸ E
ἐπ᾽ ἀμφοτέραις ταῖς ἡδοναῖς, δι᾽ ὅ τι ταύτας πρὸ τῶν ἄλλων τιμήσαντες καλὰς ὠνομάσατε; Ἀνάγκη δή μοι δοκεῖ εἶναι, ὦ Ἱππία, λέγειν ὅτι ἀσινέσταται αὗται τῶν ἡδονῶν εἰσὶ καὶ βέλτισται, καὶ ἀμφότεραι καὶ ἑκατέρα. ἢ σύ τι ἔχεις λέγειν ἄλλο ᾧ διαφέρουσι τῶν ἄλλων;

ΙΠ. Οὐδαμῶς· τῷ ὄντι γὰρ βέλτισταί εἰσιν.

ΣΩ. Τοῦτ᾽ ἄρα, φήσει, λέγετε δὴ τὸ καλὸν εἶναι, ἡδονὴν ὠφέλιμον; Ἐοίκαμεν, φήσω ἔγωγε. σὺ δέ;

ΙΠ. Καὶ ἐγώ.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὠφέλιμον, φήσει, τὸ ποιοῦν τἀγαθόν, τὸ δὲ ποιοῦν καὶ τὸ ποιούμενον ἕτερον νῦν δὴ ἐφάνη, καὶ εἰς τὸν πρότερον λόγον ἥκει ὑμῖν ὁ λόγος; οὔτε γὰρ τὸ ἀγαθὸν * ἂν εἴη καλὸν οὔτε τὸ καλὸν ἀγαθόν, εἴπερ ἄλλο 304
αὐτῶν ἑκάτερόν ἐστι. Παντός γε μᾶλλον, φήσομεν, ὦ Ἱππία, ἂν σωφρονῶμεν· οὐ γάρ που θέμις τῷ ὀρθῶς λέγοντι μὴ συγχωρεῖν.

ΙΠ. Ἀλλὰ δή γ᾽, ὦ Σώκρατες, τί οἴει ταῦτ᾽ εἶναι ξυνάπαντα; κνίσματά τοί ἐστι καὶ περιτμήματα τῶν λόγων, ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, κατὰ βραχὺ διῃρημένα. ἀλλ᾽ ἐκεῖνο καὶ καλὸν καὶ πολλοῦ ἄξιον, οἷόν τ᾽ εἶναι εὖ καὶ καλῶς λόγον καταστησάμενον ἐν δικαστηρίῳ ἢ ἐν βουλευτηρίῳ ἢ ἐπ᾽ ἄλλῃ τινὶ * ἀρχῇ πρὸς ἣν ἂν ὁ λόγος ᾖ, πεί- B
σαντα οἴχεσθαι φέροντα οὐ τὰ σμικρότατα, ἀλλὰ τὰ μέγιστα τῶν ἄθλων, σωτηρίαν αὑτοῦ τε καὶ τῶν αὑτοῦ χρημάτων

cipitur pulchrum; ambo enim efficit pulchra id quod visu et auditu continetur, utrumque vero non efficit. hoc autem fieri non posse ego et tu consentiebamus, Hippia.

Hip. Consentiebamus vero.

So. Fieri ergo nequit ut visui et auditui iucundum pulchrum sit, siquidem pulchrum si esset aliquid exhiberet quod fieri non posset.

Hip. Sunt ista.

So. Dicite igitur rursus, inquiet, ab initio, quum hoc non sitis consequuti: quid sumitis esse hoc pulchrum in ambabus voluptatibus, propter quod has reliquis praelatas pulchras nominastis? Necesse mihi videtur esse, Hippia, respondere, quia innocentissimae hae sunt e voluptatibus atque optimae, et ambae et utraque. an tu aliud quid habes dicere quod differat inter has et ceteras?

Hip. Nihil omnino; revera enim sunt optimae.

So. Hoc ergo, inquiet, dicitis pulchrum esse, voluptatem utilem? Videmur sane, equidem respondebo. et tu?

Hip. Ego quoque.

So. Nonne igitur, inquiet, utile est id quod bonum efficit, efficiens vero et id quod efficitur diversa sunt, ut supra vidimus, ut ad superiorem orationem redeat disputatio? neque enim id quod bonum est erit pulchrum neque id quod pulchrum est bonum, si aliud eorum utrumque est. Prorsus isto modo, respondebimus, Hippia, si sapientes esse volumus; neque enim, opinor, fas est recte loquenti non assentiri.

Hip. At vero, Socrate, quid arbitraris haec esse cuncta? ramenta sane sunt et praesegmina orationum, ut modo dixi, minutatim concisa. illud vero et pulchrum et magni faciendum orationem posse bene ac pulchre habere in iudicio vel senatu vel apud alium quem magistratum, ad quem verba sunt facienda, et

Digitized by Goo

ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΜΕΝΕΞΕΝΟΣ.

ΣΩ. Ἐξ ἀγορᾶς, ἢ πόθεν, Μενέξενος; 234

ΜΕΝ. Ἐξ ἀγορᾶς, ὦ Σώκρατες, καὶ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου.

ΣΩ. Τί μάλιστα σὺ πρὸς βουλευτήριον; ἢ δῆλα δὴ ὅτι παιδεύσεως καὶ φιλοσοφίας ἐπὶ τέλει ἡγεῖ εἶναι, καὶ ὡς ἱκανῶς ἤδη ἔχων ἐπὶ τὰ μείζω ἐπινοεῖς τρέπεσθαι, καὶ ἄρχειν ἡμῶν, ὦ θαυμάσιε, ἐπιχειρεῖς τῶν πρεσβυτέρων
τηλικοῦτος ὤν, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ * ὑμῶν ἡ οἰκία ἀεί τινα B
ἡμῶν ἐπιμελητὴν παρεχομένη;

ΜΕΝ. Ἐὰν σύ γε, ὦ Σώκρατες, ἐᾷς καὶ συμβουλεύῃ ἄρχειν, προθυμήσομαι, εἰ δὲ μή, οὔ. νῦν μέντοι ἀφικόμην πρὸς τὸ βουλευτήριον πυθόμενος ὅτι ἡ βουλὴ μέλλει αἱρεῖσθαι ὅστις ἐρεῖ ἐπὶ τοῖς ἀποθανοῦσι· ταφὰς γὰρ οἶσθ᾽ ὅτι μέλλουσι ποιεῖν.

ΣΩ. Πάνυ γε. ἀλλὰ τίνα εἵλοντο;

ΜΕΝ. Οὐδένα, ἀλλὰ ἀνεβάλοντο εἰς τὴν αὔριον. οἶμαι μέντοι Ἀρχῖνον ἢ Δίωνα αἱρεθήσεσθαι.

ΣΩ. Καὶ μήν, ὦ Μενέξενε, πολλαχῇ * κινδυνεύει C
καλὸν εἶναι τὸ ἐν πολέμῳ ἀποθνήσκειν. καὶ γὰρ ταφῆς καλῆς τε καὶ μεγαλοπρεποῦς τυγχάνει, καὶ ἐὰν πένης τις ὢν τελευτήσῃ, καὶ ἐπαίνου αὖ ἔτυχε, καὶ ἐὰν φαῦλος ᾖ, ὑπ᾽ ἀνδρῶν σοφῶν τε καὶ οὐκ εἰκῇ ἐπαινούντων, ἀλλὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου λόγους παρεσκευασμένων, οἳ οὕτω καλῶς ἐπαινοῦσιν ὥστε καὶ τὰ προσόντα καὶ τὰ μὴ περὶ ἑκάστου
* λέγοντες, κάλλιστά πως τοῖς ὀνόμασι ποικίλλοντες, γοη- 23
τεύουσιν ἡμῶν τὰς ψυχάς, καὶ τὴν πόλιν ἐγκωμιάζοντες κατὰ πάντας τρόπους καὶ τοὺς τετελευτηκότας ἐν τῷ πολέμῳ καὶ τοὺς προγόνους ἡμῶν ἅπαντας τοὺς ἔμπροσθεν καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς τοὺς ἔτι ζῶντας ἐπαινοῦντες· ὥστ᾽ ἔγωγε,

SOCRATES MENEXENUS.

So. E foro, an unde, Menexene?

Men. E foro, Socrate, et ex curia.

So. Quid tandem tu in curiam? an quidem dubium non est quin perfectam atque absolutam te putes doctrinam et philosophiam consequutum esse et quippe satis iam eruditus ad maiora cogites te convertere, et praeesse nobis, o mirifice, instituas senioribus tam iuvenis, ut ne desistat umquam domus vestra administratorem rerum nostrarum praebere?

Men. Si tu quidem, Socrate, siveris ac suaseris, operam dabo, sin minus, non. nunc vero in curiam ivi quia compereram senatum electurum esse qui laudaret in proelio interfectos; funere enim eos, ut nosti, efferre parant.

So. Sane quidem. sed quem elegerunt?

Men. Nullum, sed distulerunt in crastinum. arbitror autem Archinum vel Dionem electum iri.

So. Multis sane de causis, Menexene, videtur pulchrum esse in bello occidere. etenim sepultura praeclara et magnifica afficitur, etiam si quis pauper mortem occubuerit, itemque laudibus ornatur, etiam si mediocris fuerit, a viris sapientibus qui non subito laudant, sed iam diu ad dicendum se paraverunt, qui quidem tam praeclare laudant ut tam quae cadant quam quae non cadant in quemque dicentes verborumque luminibus pulcherrime orationem distinguentes permulceant animos nostros, et civitatem celebrantes omnibus modis et in proelio interfectos et maiores nostros omnes superiores et ipsos nos adhuc vivos laudantes: quocirca

ὦ Μενέξενε, γενναίως πάνυ διατίθεμαι ἐπαινούμενος ὑπ'
αὐτῶν, καὶ ἑκάστοτε ἕστηκα ἀκροώμενος καὶ κηλούμενος,
ἡγούμενος ἐν τῷ παραχρῆμα μείζων καὶ * γενναιότερος B
καὶ καλλίων γεγονέναι· καὶ οἷα δὴ τὰ πολλὰ ἀεὶ μετ' ἐμοῦ
ξένοι τινὲς ἕπονται καὶ ξυνακροῶνται, πρὸς οὓς ἐγὼ σε-
μνότερος ἐν τῷ παραχρῆμα γίγνομαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ταὐ-
τὰ ταῦτα δοκοῦσί μοι πάσχειν καὶ πρὸς ἐμὲ καὶ πρὸς τὴν
ἄλλην πόλιν, θαυμασιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι εἶναι ἢ πρό-
τερον, ὑπὸ τοῦ λέγοντος ἀναπειθόμενοι. καί μοι αὕτη ἡ
σεμνότης παραμένει ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς· οὕτως ἔναυλος ὁ
λόγος τε καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ * λέγοντος ἐνδύεται εἰς τὰ C
ὦτα, ὥστε μόγις τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀναμιμνήσκομαι
ἐμαυτοῦ καὶ αἰσθάνομαι οὗ γῆς εἰμί· τέως δὲ οἶμαι μό-
νον οὐκ ἐν μακάρων νήσοις οἰκεῖν· οὕτως ἡμῖν οἱ ῥήτορες
δεξιοί εἰσιν.

MEN. Ἀεὶ σὺ προςπαίζεις, ὦ Σώκρατες, τοὺς ῥή-
τορας. νῦν μέντοι οἶμαι ἐγὼ τὸν αἱρεθέντα οὐ πάνυ εὐ-
πορήσειν· ἐξ ὑπογυίου γὰρ παντάπασιν ἡ αἵρεσις γέγονεν·
ὥςτε ἴσως ἀναγκασθήσεται ὁ λέγων ὥςπερ αὐτοσχεδιάζειν.

ΣΩ. Πόθεν, ὦ 'γαθέ;* εἰσὶν ἑκάστοις τούτων λόγοι D
παρεσκευασμένοι, καὶ ἅμα οὐδὲ αὐτοσχεδιάζειν τά γε τοιαῦ-
τα χαλεπόν. εἰ μὲν γὰρ δέοι Ἀθηναίους ἐν Πελοποννη-
σίοις εὖ λέγειν ἢ Πελοποννησίους ἐν Ἀθηναίοις, ἀγαθοῦ
ἂν ῥήτορος δέοι τοῦ πείσοντος καὶ εὐδοκιμήσοντος· ὅταν
δέ τις ἐν τούτοις ἀγωνίζηται οὕςπερ καὶ ἐπαινεῖ, οὐδὲν
μέγα δοκεῖν *) εὖ λέγειν.

MEN. Οὐκ οἴει, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οὐ μέντοι μὰ Δία.

MEN. Ἦ οἴει οἷός τ' * ἂν εἶναι αὐτὸς εἰπεῖν, εἰ E
δέοι καὶ ἕλοιτό σε ἡ βουλή;

ΣΩ. Καὶ ἐμοὶ μέν γε, ὦ Μενέξενε, οὐδὲν θαυμαστὸν
οἵῳ τ' εἶναι εἰπεῖν, ᾧ τυγχάνει διδάσκαλος οὖσα οὐ πάνυ
φαύλη περὶ ῥητορικῆς, ἀλλ' ἥπερ καὶ ἄλλους πολλοὺς καὶ
ἀγαθοὺς πεποίηκε **) ῥήτορας, ἕνα δὲ καὶ διαφέροντα τῶν
Ἑλλήνων, Περικλέα τὸν Ξανθίππου.

---

*) γρ. δοκεῖ. **) γρ. ἐποίησε.

ego, Menexene, generoso plane animo afficior laudatus ab his semperque adsto auscultans et delinitus, existimans protinus me maiorem et generosiorem et pulchriorem factum esse; ac semper fere hospites aliqui me comitantur unaque auscultant, erga quos ego grandior extemplo evado; nam illi quoque eodem mihi videntur modo affici non modo erga me, sed etiam erga civitatem, ut admirabiliorem eam arbitrentur esse quam ante, a dicente in hanc adducti opinionem. et mihi haec granditas manet amplius triduum: adeo recens oratio et vox dicentis influit in aures, ut vix quarto vel quinto die meimet ipsius meminerim et cognoscam ubi terrarum sim; ante me puto tantum non in beatorum insulis versari: tam sciti nobis sunt rhetores.

Men. Semper tu irrides, Socrate, rhetores. nunc vero arbitror electum haud sane dicturum esse expedite; subito enim prorsus constitutum est ut eligatur; quo quidem fiet fortasse ut cogatur dicens quasi ex tempore perorare.

So. Unde, o bone? sunt cuique horum orationes paratae, simulque nec ex tempore dicere de talibus rebus difficile est. etenim si oporteret Athenienses apud Peloponnesios bene dicere vel Peloponnesios apud Athenienses, bono rhetore opus esset persuasuro laudemque consequuturo; sin autem aliquis apud hos perorat quos etiam laudat, haud magnum est videri bene dicere.

Men. Non putas, Socrate?

So. Haudquaquam hercle.

Men. Ecquid te censes ipsum valiturum esse ad orationem habendam, si oporteret et senatus te eligeret?

So. Ac me quidem, Menexene, non mirum dicendo valere, qui magistra rhetoricae utar haud sane mediocri, quippe quae quum alios multos ac bonos effecerit rhetores, tum vero etiam unum inter Graecos excellentem, Periclem Xanthippi filium.

ΜΕΝ. Τίς αὕτη; ἢ δῆλον ὅτι Ἀσπασίαν λέγεις;

ΣΩ. Λέγω γάρ, καὶ Κόννον γε τὸν Μητροβίου· οὗτοι γάρ μοι δύο εἰσὶ διδάσκαλοι, ὁ μὲν μουσικῆς, ἡ 236 δὲ ῥητορικῆς. οὕτω μὲν οὖν τρεφόμενον ἄνδρα οὐδὲν θαυμαστὸν δεινὸν εἶναι λέγειν. ἀλλὰ καὶ ὅςτις ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθείς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, ὅμως κἂν οὗτος οἷός τ' εἴη Ἀθηναίους γε ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινῶν εὐδοκιμεῖν.

ΜΕΝ. Καὶ τί ἂν ἔχοις εἰπεῖν, εἰ δέοι σε λέγειν;

ΣΩ. Αὐτὸς μὲν παρ' ἐμαυτοῦ ἴσως οὐδέν, Ἀσπασίας δὲ καὶ χθὲς ἠκροώμην * περαινούσης ἐπιτάφιον λόγον περὶ B αὐτῶν τούτων. ἤκουσε γὰρ ἅπερ σὺ λέγεις, ὅτι μέλλοιεν Ἀθηναῖοι αἱρεῖσθαι τὸν ἐροῦντα· ἔπειτα τὰ μὲν ἐκ τοῦ παραχρῆμα μοι διῄει, οἷα δέοι λέγειν, τὰ δὲ πρότερον ἐσκεμμένη, ὅτε μοι δοκεῖ συνετίθει τὸν ἐπιτάφιον λόγον ὃν Περικλῆς εἶπε, περιλείμματ' ἄττα ἐξ ἐκείνου συγκολλῶσα.

ΜΕΝ. Ἦ καὶ μνημονεύσαις ἂν ἃ ἔλεγεν Ἀσπασία;

ΣΩ. Εἰ μὴ ἀδικῶ γε· ἐμάνθανόν γέ τοι παρ' αὐτῆς, καὶ ὀλίγου πληγὰς * ἔλαβον ὅτι ἐπελανθανόμην. C

ΜΕΝ. Τί οὖν οὐ διῆλθες;

ΣΩ. Ἀλλ' ὅπως μή μοι χαλεπανεῖ ἡ διδάσκαλος, ἂν ἐξενέγκω αὐτῆς τὸν λόγον.

ΜΕΝ. Μηδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' εἰπέ, καὶ πάνυ μοι χαριεῖ, εἴτε Ἀσπασίας βούλει λέγειν εἴτε ὁτουοῦν· ἀλλὰ μόνον εἰπέ.

ΣΩ. Ἀλλ' ἴσως μου καταγελάσει, ἄν σοι δόξω πρεσβύτης ὢν ἔτι παίζειν.

ΜΕΝ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' εἰπὲ παντὶ τρόπῳ.

ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι σοί γε δεῖ χαρίζεσθαι, ὥςτε κἂν ὀλίγου, εἴ με κελεύοις ἀποδύντα * ὀρχήσασθαι, χαρισαίμην ἄν, ἐπειδή γε μόνω ἐσμέν. ἀλλ' ἄκουε. ἔλεγε γάρ, D ὡς ἐγῷμαι, ἀρξαμένη λέγειν ἀπ' αὐτῶν τῶν τεθνεώτων οὑτωσί.

Men. Quaenam ista? an non est dubium quin Aspasiam dicas?

So. Dico sane, et Connum quoque Metrobii filium; hi enim mihi duo sunt magistri, alter musicae, altera rhetoricae. et ita quidem institutum virum non est quod mirere in dicendo esse excellentem. verum etiam qui non tam bene quam ego institutus fuerit, ad musicam a Lampro et ad rhetoricam ab Antiphonte Rhamnusio, tamen hic quoque potuerit Athenienses apud Athenienses laudando gloriam consequi.

Men. Et quid haberes quod diceres si te oporteret perorare?

So. Ipse quidem a me fortasse nihil, Aspasiam vero heri audivi orationem funebrem de his ipsis perorantem. compererat enim quod tu dicis, Athenienses electuros esse qui orationem haberet; tum alia ex tempore mihi persequuta est quae dicenda essent, alia ante meditata, quum, ut mihi videtur, orationem funebrem composuisset quam Pericles habuit, reliquias aliquas ex ea conglutinans.

Men. An etiam meministi quae Aspasia dixit?

So. Vero, idque rare; didici enim ab ea, et paene plagas accepi, quod obliviscebar.

Men. Quin refers?

So. At vereor ne mihi irascatur magistra, si proferam eius orationem.

Men. Nullo modo, Socrate, sed dic, et pergratum mihi feceris, sive Aspasiae volueris orationem pronuntiare sive cuiuscumque lubet; igitur dic modo.

So. At fortasse me ridebis, si tibi videbor senex adhuc ludere.

Men. Haudquaquam, Socrate, sed dic omni modo.

So. At vero tibi gratum facere oportet, adeo ut propemodum, si me iuberes nudum saltare, tibi gratum facerem, quoniam soli sumus. itaque audi. dixit enim, ni fallor, initio ducto ab ipsis interfectis sic:

Ἔργῳ μὲν ἡμῖν οἵδε ἔχουσι τὰ προσήκοντα σφίσιν
αὐτοῖς, ὧν τυχόντες πορεύονται τὴν εἱμαρμένην πορείαν,
προπεμφθέντες κοινῇ μὲν ὑπὸ τῆς πόλεως, ἰδίᾳ δὲ ὑπὸ τῶν
οἰκείων· λόγῳ δὲ δὴ τὸν λειπόμενον κόσμον ὅ τε νόμος
προςτάττει ἀποδοῦναι τοῖς ἀνδράσι * καὶ χρή· ἔργων γὰρ E
εὖ πραχθέντων λόγῳ καλῶς ῥηθέντι μνήμη καὶ κόσμος τοῖς
πράξασι γίγνεται παρὰ τῶν ἀκουσάντων. δεῖ δὴ τοιούτου
τινὸς λόγου, ὅςτις τοὺς μὲν τετελευτηκότας ἱκανῶς ἐπαι-
νέσεται, τοῖς δὲ ζῶσιν εὐμενῶς παραινέσεται, ἐκγόνοις μὲν
καὶ ἀδελφοῖς μιμεῖσθαι τὴν τῶνδε ἀρετὴν παρακελευόμενος,
πατέρας δὲ καὶ μητέρας καὶ εἴ τινες τῶν ἄνωθεν ἔτι προ-
γόνων λείπονται, τούτους δὲ παραμυθούμενος. Τίς οὖν
ἂν ἡμῖν τοιοῦτος * λόγος φανείη; ἢ πόθεν ἂν ὀρθῶς 237
ἀρξαίμεθα ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐπαινοῦντες, οἳ ζῶντές τε τοὺς
ἑαυτῶν εὔφραινον δι' ἀρετὴν καὶ τὴν τελευτὴν ἀντὶ τῆς
τῶν ζώντων σωτηρίας ἠλλάξαντο; Δοκεῖ μοι χρῆναι κατὰ
φύσιν, ὥςπερ ἀγαθοὶ ἐγένοντο, οὕτω καὶ ἐπαινεῖν αὐτούς.
ἀγαθοὶ δέ γ' ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν. τὴν εὐ-
γένειαν οὖν πρῶτον αὐτῶν ἐγκωμιάζωμεν, δεύτερον δὲ
τροφήν τε καὶ παιδείαν· * ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν τῶν ἔργων B
πρᾶξιν ἐπιδείξωμεν, ὡς καλὴν καὶ ἀξίαν τούτων ἀπεφή-
ναντο. τῆς δ' εὐγενείας πρῶτον ὑπῆρξε τοῖσδε ἡ τῶν προ-
γόνων γένεσις οὐκ ἔπηλυς οὖσα, οὐδὲ τοὺς ἐκγόνους τού-
τους ἀποφηναμένη μετοικοῦντας ἐν τῇ χώρᾳ ἄλλοθεν σφῶν
ἡκόντων, ἀλλ' αὐτόχθονας καὶ τῷ ὄντι ἐν πατρίδι οἰκοῦν-
τας καὶ ζῶντας, τρεφομένους *) οὐχ ὑπὸ μητρυιᾶς, ὡς
ἄλλοι, ἀλλ' ὑπὸ μητρὸς τῆς χώρας ἐν ᾗ ᾤκουν, καὶ * νῦν C
κεῖσθαι τελευτήσαντας ἐν οἰκείοις τόποις τῆς τεκούσης καὶ
θρεψάσης καὶ ὑποδεξαμένης. δικαιότατον δὴ κοσμῆσαι
πρῶτον τὴν μητέρα αὐτήν· οὕτω γὰρ ξυμβαίνει ἅμα καὶ
ἡ τῶνδε εὐγένεια κοσμουμένη.

Ἔστι δὲ ἀξία ἡ χώρα καὶ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων
ἐπαινεῖσθαι, οὐ μόνον ὑφ' ἡμῶν, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ,
πρῶτον δὲ καὶ μέγιστον ὅτι τυγχάνει οὖσα θεοφιλής. μαρ-
τυρεῖ δὲ ἡμῶν τῷ λόγῳ ἡ τῶν ἀμφιςβητησάντων περὶ

*) γρ. καὶ τρεφομένους.

Re quidem nobis hi consequuti sunt quae ipsis convenerunt, eaque nacti itineri se committunt fatali, deducti publice a civitate, privatim a propinquis; verbis autem reliquum honorem et lex iubet tribui viris et par est; rerum enim bene gestarum memoriam et honorem eis qui gesserunt conciliat oratio bene habita apud auditores. opus igitur est huiusmodi oratione quae mortuos satis laudet et vivos benivole adhortetur, filios ac fratres ad horum virtutem imitandam excitans, patres vero et matres et si qui superiorum adhuc progenitorum superstites sunt consolans. Quaenam igitur nobis huiusmodi oratio reperietur? an unde recte ordiemur virorum bonorum laudationem, qui viventes suos oblectarunt virtute et morte viventium salutem redemerunt? Videtur mihi necesse esse prout natura fert, quemadmodum boni sunt nati, sic etiam ipsos laudare. boni autem nati sunt, qui a bonis sunt procreati. generis igitur nobilitatem primum celebremus, deinde educationem et institutionem; tum ostendamus quam praeclara hisque digna gesserint facta. generis vero nobilitatis prima fuit causa maiorum ortus, quippe qui non advenae fuerint, neque hos suos natos declaraverint inquilinos in hac terra, quum ipsi aliunde immigrassent, sed indigenas et revera in patria habitantes ac viventes, educatos non a noverca, sicut alii, sed a matre terra in qua habitaverint, et nunc iacentes, quum e vita discesserint, in domesticis locis eius quae ipsos pepererit et nutriverit et exceperit. maxime igitur par est primum ipsam ornari matrem; ita enim evenit ut horum simul nobilitas ornetur.

Est vero digna terra quae ab omnibus hominibus laudetur, non a nobis tantum, quum multis aliis de causis, tum primum et maxime, quia diis est cara. confirmat autem nostram orationem deorum de ea litigantium certamen et iudicium. quam igitur dii laudaverunt, quidni ab hominibus omnibus ad unum quae collaude-

αὐτὴν *) θεῶν ἔρις * τε καὶ κρίσις· ἣν δὴ θεοὶ ἐπῄνεσαν, D
πῶς οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων γε ξυμπάντων δικαία ἐπαινεῖσθαι;
Δεύτερος δὲ ἔπαινος δικαίως ἂν αὐτῆς εἴη, ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ
χρόνῳ, ἐν ᾧ ἡ πᾶσα γῆ ἀνεδίδου καὶ ἔφυε **) ζῶα παντο-
δαπά, θηρία τε καὶ βοτά, ἐν τούτῳ ἡ ἡμετέρα θηρίων μὲν
ἀγρίων ἄγονος καὶ καθαρὰ ἐφάνη, ἐξελέξατο δὲ τῶν ζώων
καὶ ἐγέννησεν ἄνθρωπον, ὃ συνέσει τε ὑπερέχει τῶν ἄλλων
καὶ δίκην καὶ θεοὺς μόνον νομίζει. μέγα δὲ τεκμήριον * τού- E
τῳ τῷ λόγῳ, ὅτι ἥδε ἔτεκεν ἡ γῆ τούς τῶνδέ τε καὶ ἡμετέ-
ρους προγόνους. πᾶν γὰρ τὸ τεκὸν τροφὴν ἔχει ἐπιτηδείαν
ᾧ ἂν τέκῃ, ᾧ καὶ γυνὴ δήλη τεκοῦσά τε ἀληθῶς καὶ μή,
ἀλλ' ὑποβαλλομένη, ***) ἐὰν μὴ ἔχῃ πηγὰς τροφῆς τῷ γε-
νομένῳ. ὃ δὴ καὶ ἡ ἡμετέρα γῆ τε καὶ μήτηρ ἱκανὸν τεκμή-
ριον παρέχεται ὡς ἀνθρώπους γεννησαμένη· μόνη γὰρ ἐν
τῇ τότε καὶ πρώτη τροφὴν ἀνθρωπείαν ἤνεγκε, * τὸν τῶν 238
πυρῶν καὶ κριθῶν καρπόν, ᾧ κάλλιστα καὶ ἄριστα τρέ-
φεται τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὡς τῷ ὄντι τοῦτο τὸ ζῶον αὐ-
τὴ ****) γεννησαμένη. μᾶλλον δὲ ὑπὲρ γῆς ἢ γυναικὸς προσή-
κει δέχεσθαι τοιαῦτα τεκμήρια· οὐ γὰρ γῆ γυναῖκα μεμί-
μηται κυήσει καὶ γεννήσει, ἀλλὰ γυνὴ γῆν. τούτου δὲ τοῦ
καρποῦ οὐκ ἐφθόνησεν, ἀλλ' ἔνειμε καὶ τοῖς ἄλλοις. μετὰ
δὲ τοῦτο ἐλαίου γένεσιν, πόνων ἀρωγήν, ἀνῆκε τοῖς ἐκγό-
νοις. Θρεψαμένη δὲ καὶ αὐξήσασα πρὸς * ἥβην ἄρχοντας B
καὶ διδασκάλους αὐτῶν θεοὺς ἐπηγάγετο, ὧν τὰ μὲν ὀνό-
ματα πρέπει ἐν τῷ τοιῷδε ἐᾶν· ἴσμεν γάρ· οἳ τὸν βίον ἡμῶν
κατεσκεύασαν πρός τε τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν τέχνας
πρώτους παιδευσάμενοι καὶ πρὸς τὴν ὑπὲρ τῆς χώρας φυ-
λακὴν ὅπλων κτῆσίν τε καὶ χρῆσιν διδαξάμενοι.

Γεννηθέντες δὲ καὶ παιδευθέντες οὕτως οἱ τῶνδε πρό-
γονοι ᾤκουν πολιτείαν κατασκευασάμενοι, ἧς ὀρθῶς ἔχει
διὰ βραχέων ἐπιμνησθῆναι. * πολιτεία γὰρ τροφὴ ἀνθρώ- C
πων ἐστί, καλὴ μὲν ἀγαθῶν, ἡ δὲ ἐναντία κακῶν. ὡς οὖν
ἐν καλῇ πολιτείᾳ ἐτράφησαν οἱ πρόσθεν ἡμῶν, ἀναγκαῖον
δηλῶσαι, δι' ἣν δὴ κἀκεῖνοι ἀγαθοὶ καὶ οἱ νῦν εἰσιν, ὧν

*) γρ. αὐτῆς. **) γρ. ἔφυ. ***) ἴσ. ὑποβαλομένη.
****) γρ. αὕτη.

tur digna sit? Secunda eius laus iure est haec, quod illo tempore quo universa terra edidit et genuit animalia omnis generis, et feras et pecudes, nostra ferarum sterilis et pura exstitit, ex animantibus vero elegit et procreavit hominem, qui intelligentia praestat reliquis animantibus et iustitiam deosque solus agnoscit. magno autem hoc argumento est, hanc genuisse terram horum nostrosque maiores; quicquid enim genuit alimentum habet accommodatum ei quod genuit. quo etiam mulier cognoscitur vere quae peperit, et quae non peperit, sed fetum supposuit, si nullos habet alimenti fontes partui. quod quidem nostra quoque terra et mater idoneum exhibet argumentum homines se procreasse. sola enim tunc et prima alimentum humanum protulit, triticum hordeumque, quo pulcherrime et optime nutritur humanum genus, probans revera se hoc animal procreasse. magis vero de terra, quam de muliere huiusmodi argumenta oportet accipi; non enim terra mulierem imitatur in procreando et pariendo, sed mulier terram. has autem fruges non denegavit, sed tribuit etiam reliquis. deinde oleum, laborum subsidium, emisit natis. Postquam eos educaverat et ad pubertatem auxerat, rectores et magistros eorum deos adduxit, quorum quidem nomina decet nunc omittere; novimus enim qui vitam nostram instruxerint, ad victum quotidianum artes nos primos docuerint et ad terram custodiendam armorum comparationem et usum tradiderint.

Procreati atque instituti hoc modo horum maiores vixerunt re publica constituta, quam par est paucis commemorare. res enim publica educatrix hominum est, bona bonorum, contraria malorum. in praeclara igitur civitatis forma educatos esse maiores nostros, necesse est exponere, per quam et illi boni fuerint et nunc viventes sint, quorum hi sunt qui mortem occubuerunt. Eadem videlicet civitatis forma et tunc erat et nunc est, optimatum principatus, in quo et nunc versamur

οἷδε τυγχάνουσιν ὄντες οἱ τετελευτηκότες. Ἡ γὰρ αὐτὴ πολιτεία καὶ τότε ἦν καὶ νῦν, ἀριστοκρατία, ἐν ᾗ νῦν τε πολιτευόμεθα καὶ τὸν ἀεὶ χρόνον ἐξ ἐκείνου ὡς τὰ πολλά. καλεῖ δὲ ὁ μὲν αὐτὴν δημοκρατίαν, ὁ *) δὲ ἄλλο, ᾧ ἂν χαίρῃ· ἔστι δὲ * τῇ ἀληθείᾳ μετ' εὐδοξίας πλήθους ἀριστοκρατία. D
βασιλεῖς μὲν γὰρ ἀεὶ ἡμῖν εἰσιν, οὗτοι δὲ τοτὲ μὲν ἐκ γένους, τοτὲ δὲ αἱρετοί· ἐγκρατεῖς δὲ τῆς πόλεως τὰ πολλὰ τὸ πλῆθος, τὰς δὲ ἀρχὰς δίδωσι καὶ τὸ κράτος τοῖς ἀεὶ δόξασιν ἀρίστοις εἶναι, καὶ οὔτε ἀσθενείᾳ οὔτε πενίᾳ οὔτ' ἀγνωσίᾳ πατέρων ἀπελήλαται οὐδεὶς οὐδὲ τοῖς ἐναντίοις τετίμηται, ὥσπερ ἐν ἄλλαις πόλεσιν, ἀλλὰ εἷς ὅρος, ὁ δόξας σοφὸς ἢ ἀγαθὸς εἶναι κρατεῖ καὶ ἄρχει. Αἰτία δὲ ἡμῖν τῆς * πολιτείας ταύτης ἡ ἐξ ἴσου γένεσις. αἱ μὲν γὰρ E
ἄλλαι πόλεις ἐκ παντοδαπῶν κατεσκευασμέναι ἀνθρώπων εἰσὶ καὶ ἀνωμάλων, ὥστε αὐτῶν ἀνώμαλοι καὶ αἱ πολιτεῖαι, τυραννίδες τε καὶ ὀλιγαρχίαι· οἰκοῦσιν οὖν ἔνιοι μὲν δούλους, οἱ δὲ δεσπότας ἀλλήλους νομίζοντες· ἡμεῖς δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι, μιᾶς μητρὸς * πάντες ἀδελφοὶ φύντες, 239
οὐκ ἀξιοῦμεν δοῦλοι οὐδὲ δεσπόται ἀλλήλων εἶναι, ἀλλ' ἡ ἰσογονία ἡμᾶς ἡ κατὰ φύσιν ἰσονομίαν ἀναγκάζει ζητεῖν κατὰ νόμον, καὶ μηδενὶ ἄλλῳ ὑπείκειν ἀλλήλοις, ἢ ἀρετῆς δόξῃ καὶ φρονήσεως.

Ὅθεν δὴ ἐν πάσῃ ἐλευθερίᾳ τεθραμμένοι οἱ τῶνδέ τε πατέρες καὶ ἡμέτεροι **) καὶ αὐτοὶ οὗτοι, καὶ καλῶς φύντες, πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἔργα ἀπεφήναντο εἰς πάντας ἀνθρώπους καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, οἰόμενοι δεῖν * ὑπὲρ τῆς B
ἐλευθερίας καὶ Ἕλλησιν ὑπὲρ Ἑλλήνων μάχεσθαι καὶ βαρβάροις ὑπὲρ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων. Εὐμόλπου μὲν οὖν καὶ Ἀμαζόνων ἐπιστρατευσάντων ἐπὶ τὴν χώραν καὶ τῶν ἔτι προτέρων ὡς ἠμύναντο, καὶ ὡς ἤμυναν Ἀργείοις πρὸς Καδμείους καὶ Ἡρακλείδαις πρὸς Ἀργείους, ὅ τε χρόνος βραχὺς ἀξίως διηγήσασθαι, ποιηταί τε αὐτῶν ἤδη καλῶς ***) τὴν ἀρετὴν ἐν μουσικῇ ὑμνήσαντες εἰς πάντας μεμηνύκασιν· ἐὰν οὖν ἡμεῖς * ἐπιχειρῶμεν τὰ αὐτὰ λόγῳ ψιλῷ κοσμεῖν, C

---

*) γρ. ὁ. **) γρ. οἱ τῶνδε π. καὶ οἱ ἡμέτεροι.
***) ἄλλοι ἱκανῶς.

et semper versati, sumus inde usque ab illo tempore ex maxima parte. vocat eam alius popularem gubernationem, alius aliter, prout ei placet; est autem revera cum populi approbatione optimatum principatus. reges enim semper nobis sunt, hi vero modo ex genere, modo electi; plurimam imperandi potestatem habet multitudo, quae magistratus et imperium semper tribuit eis qui optimi iudicantur; atque nec propter imbecillitatem nec propter paupertatem nec propter ignobilitatem patrum reiicitur quisquam neque propter contrarium praefertur, sicut in reliquis civitatibus, sed una haec est definitio, ut qui iudicetur sapiens vel bonus is dominetur ac regat. Causa vero huius nostri status civitatis generis est aequalitas. reliquae enim civitates e variis constitutae sunt hominibus atque dissimilibus, quocirca etiam civitates eorum dissimiles sunt, tyrannides et paucorum principatus; atque vivunt nonnulli servos, alii dominatores inter se existimantes; nos vero et nostri, qui omnes una matre nati sumus fratres, neque servi neque dominatores inter nos volumus esse, sed generis aequalitas naturalis cogit nos iuris aequabilitatem legitimam quaerere, nec ulla re inter nos cedere, nisi virtutis fama atque prudentiae.

Quo quidem factum est ut in omni libertate educati horum patres et nostri et hi ipsi et praeclaro loco nati multa et praeclara facta gesserint omnibusque hominibus exhibuerint, arbitrantes sibi libertatis causa et cum Graecis pro Graecis et cum barbaris pro universis Graecis pugnandum esse. etenim Eumolpum et Amazones hisque etiam priores, quum in terram invasissent, quomodo propulsaverint, et quo pacto Argivis opem tulerint contra Cadmeos et Heraclidis contra Argivos, et tempus brevius est quam ut pro dignitate enarretur, et poëtae iam praeclare eorum virtutem carminibus celebrarunt omnibusque patefecerunt; quocirca si nos instituamus eadem oratione nuda ornare, fortasse in-

* τῷ βασιλεῖ εἰπεῖν, ὅτι οὐδεὶς σφᾶς ἀποπεφευγὼς εἴη. τῇ C
δ' αὐτῇ διανοίᾳ κατηγάγοντο ἐξ Ἐρετρίας εἰς Μαραθῶ-
να, ὡς ἕτοιμόν σφισιν ὂν καὶ Ἀθηναίους ἐν τῇ αὐτῇ
ταύτῃ ἀνάγκῃ ζεύξαντας Ἐρετριεῦσιν ἄγειν. τούτων δὲ
τῶν μὲν πραχθέντων, τῶν δ' ἐπιχειρουμένων οὔτ' Ἐρε-
τριεῦσιν ἐβοήθησεν Ἑλλήνων οὐδεὶς οὔτε Ἀθηναίοις πλὴν
Λακεδαιμονίων· οὗτοι δὲ τῇ ὑστεραίᾳ τῆς μάχης ἀφί-
κοντο· οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἐκπεπληγμένοι, ἀγαπῶντες
τὴν ἐν τῷ * παρόντι σωτηρίαν, ἡσυχίαν ἦγον. ἐν τού- D
τῳ δὴ ἄν τις γενόμενος γνοίη οἷοι ἄρα ἐτύγχανον ὄντες
τὴν ἀρετὴν οἱ Μαραθῶνι δεξάμενοι τὴν τῶν βαρβάρων
δύναμιν καὶ κολασάμενοι τὴν ὑπερηφανίαν ὅλης τῆς
Ἀσίας καὶ πρῶτοι στήσαντες τρόπαια τῶν βαρβάρων,
ἡγεμόνες καὶ διδάσκαλοι τοῖς ἄλλοις γενόμενοι ὅτι οὐκ
ἄμαχος εἴη ἡ Περσῶν δύναμις, ἀλλὰ πᾶν πλῆθος καὶ
πᾶς πλοῦτος ἀρετῇ ὑπείκει. ἐγὼ μὲν οὖν ἐκείνους τοὺς
ἄνδρας * φημὶ οὐ μόνον τῶν σωμάτων τῶν ἡμετέρων E
πατέρας εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐλευθερίας τῆς τε ἡμε-
τέρας καὶ ξυμπάντων τῶν ἐν τῇδε τῇ ἠπείρῳ· εἰς
ἐκεῖνο γὰρ τὸ ἔργον ἀποβλέψαντες καὶ τὰς ὑστέρας μάχας
ἐτόλμησαν διακινδυνεύειν οἱ Ἕλληνες ὑπὲρ τῆς σωτηρίας,
μαθηταὶ τῶν Μαραθῶνι γενόμενοι. Τὰ μὲν οὖν ἀριστεῖα
τῷ λόγῳ ἐκείνοις ἀναθετέον, τὰ δὲ δευτερεῖα τοῖς
περὶ * Σαλαμῖνα καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχήσασι καὶ 2
νικήσασι. καὶ γὰρ δὴ καὶ τούτων τῶν ἀνδρῶν πολλὰ μὲν
ἄν τις ἔχοι διελθεῖν, καὶ οἷα ἐπιόντα ὑπέμειναν κατά τε
γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ ὡς ἠμύναντο ταῦτα· ὃ δέ
μοι *) δοκεῖ καὶ ἐκείνων κάλλιστον εἶναι, τούτου μνησθή-
σομαι, ὅτι τὸ ἑξῆς ἔργον τοῖς Μαραθῶνι διεπράξαντο.
οἱ μὲν γὰρ Μαραθῶνι τοσοῦτον μόνον ἐπεδείξαντο τοῖς
Ἕλλησιν, ὅτι κατὰ γῆν οἷόν τε ἀμύνεσθαι τοὺς * βαρ-
βάρους ὀλίγοις πολλούς, ναυσὶ δὲ ἔτι ἦν ἄδηλον, καὶ
δόξαν εἶχον Πέρσαι ἄμαχοι εἶναι κατὰ θάλατταν καὶ πλή-
θει καὶ πλούτῳ καὶ τέχνῃ καὶ ῥώμῃ· τοῦτο δὴ ἄξιον
ἐπαινεῖν τῶν ἀνδρῶν τῶν τότε ναυμαχησάντων, ὅτι τὸν

*) ἄλλ. δ' ἐμοί.

manibus connexis pervaserunt per totam terram, ut regi possent dicere neminem ipsos effugisse. eodem dein consilio descenderunt ex Eretria Marathonem, facile fore putantes Athenienses quoque eadem hac necessitate, qua Eretrienses, adstrictos abducere. quae quidem quum partim gererentur, partim tentarentur, neque Eretriensibus Graecorum ullus opem tulit neque Atheniensibus praeter Lacedaemonios; et hi quidem postridie pugnam venerunt; reliqui autem omnes timore perculsi quum praesente salute contenti essent quieverunt. quod si quis secum reputaverit sane cognoverit quali fuerint illi virtute qui Marathone barbarorum vim exceperunt, totius Asiae superbiam castigaverunt et primi devictis barbaris tropaea statuerunt, auctoritate sua reliquos docentes haud inexpugnabilem esse Persarum vim, sed quamque multitudinem et quasque divitias virtuti cedere. atque ego illos dico viros non tantum corporum nostrorum patres esse, sed etiam libertatis et nostrae et omnium ad unum qui in hac continenti habitant; illud enim factum intuentes etiam seriores pugnas ausi sunt subire Graeci pro salute, discipuli illorum facti qui pugnam Marathoniam pugnarunt. Ac primae quidem oratione illis sunt deferendae, secundae vero eis qui circa Salaminam et Artemisium pugna navali decertarunt et vicerunt. etenim de his quoque viris multa quis possit narrare, qualia quae imminebant sustinuerint terra marique, et quomodo haec propulsaverint; quod vero mihi videtur eorum praeclarissimum factum esse, hoc commemorabo, quod bellum Marathoniam pugnam consequutum profligarunt. Marathonii videlicet pugnatores hoc tantum ostenderant Graecis, terra propulsari posse barbaros a paucis multos, mari vero adhuc incertum erat, et existimabantur Persae inexpugnabiles esse mari et numero et divitiis et arte et robore. in hoc igitur laudandi sunt viri qui tunc pugna navali decertarunt quod eum qui

ἐχόμενον φόβον διέλυσαν τῶν Ἑλλήνων καὶ ἔπαυσαν φο-
βουμένους πλῆθος νεῶν τε καὶ ἀνδρῶν. ὑπ' ἀμφοτέρων
δὴ ξυμβαίνει, τῶν τε Μαραθῶνι μαχεσαμένων καὶ τῶν
ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων, * παιδευθῆναι τοὺς ἄλλους C
Ἕλληνας, ὑπὸ μὲν τῶν κατὰ γῆν, ὑπὸ δὲ τῶν κατὰ
θάλατταν μαθόντας καὶ ἐθισθέντας μὴ φοβεῖσθαι τοὺς
βαρβάρους. Τρίτον δὲ λέγω τὸ ἐν Πλαταιαῖς ἔργον καὶ
ἀριθμῷ καὶ ἀρετῇ γενέσθαι τῆς Ἑλληνικῆς σωτηρίας,
κοινὸν ἤδη τοῦτο Λακεδαιμονίων τε καὶ Ἀθηναίων. τὸ
μὲν οὖν μέγιστον καὶ χαλεπώτατον οὗτοι πάντες ἠμύναν-
το, *) καὶ διὰ ταύτην τὴν ἀρετὴν νῦν τε ὑφ' ἡμῶν ἐγκω-
μιάζονται καὶ * εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ὑπὸ τῶν ὕστερον. D
Μετὰ δὲ τοῦτο πολλαὶ μὲν πόλεις τῶν Ἑλλήνων ἔτι ἦσαν
μετὰ τοῦ βαρβάρου, αὐτὸς δὲ ἠγγέλλετο βασιλεὺς δια-
νοεῖσθαι ὡς ἐπιχειρήσων πάλιν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. δίκαιον
δὴ καὶ τούτων ἡμᾶς ἐπιμνησθῆναι, οἳ τοῖς τῶν προτέρων
ἔργοις τέλος τῆς σωτηρίας ἐπέθεσαν ἀνακαθηράμενοι καὶ
ἐξελάσαντες πᾶν τὸ βάρβαρον ἐκ τῆς θαλάττης. ἦσαν δὲ
οὗτοι οἵ τε ἐπ' Εὐρυμέδοντι * ναυμαχήσαντες καὶ οἱ εἰς E
Κύπρον στρατεύσαντες καὶ οἱ εἰς Αἴγυπτον πλεύσαντες
καὶ ἄλλοσε πολλαχόσε, ὧν χρὴ μεμνῆσθαι καὶ χάριν αὐτοῖς
εἰδέναι, ὅτι βασιλέα ἐποίησαν δείσαντα τῇ ἑαυτοῦ σωτηρίᾳ
τὸν νοῦν προσέχειν, ἀλλὰ μὴ τῇ τῶν Ἑλλήνων ἐπιβου-
λεύειν φθορᾷ.

Καὶ οὗτος μὲν δὴ πάσῃ τῇ πόλει διηντλήθη ὁ πό-
λεμος ὑπὲρ * ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ὁμοφώνων πρὸς 242
τοὺς βαρβάρους· εἰρήνης δὲ γενομένης καὶ τῆς πόλεως
τιμωμένης ἦλθεν ἐπ' αὐτήν, ὃ δὴ φιλεῖ ἐκ τῶν ἀνθρώ-
πων τοῖς εὖ πράττουσι προσπίπτειν, πρῶτον μὲν ζῆλος,
ἀπὸ ζήλου δὲ φθόνος. ὃ καὶ τήνδε τὴν πόλιν ἄκουσαν
ἐν πολέμῳ τοῖς Ἕλλησι κατέστησε. μετὰ δὲ τοῦτο γενο-
μένου πολέμου συνέβαλον μὲν ἐν Τανάγρᾳ ὑπὲρ τῆς Βοιω-
τῶν ἐλευθερίας Λακεδαιμονίοις * μαχόμενοι, ἀμφισβητη- B
σίμου δὲ τῆς μάχης γενομένης διέκρινε τὸ ὕστερον ἔργον· οἱ

---

*) γρ. ἤμυναν.

Graecis iniectus erat timorem sustulerunt, ut navium et virorum multitudinem desinerent pertimescere. itaque factum est per utrosque, tam eos qui apud Marathona pugnarunt quam eos qui ad Salaminam proelio navali dimicarunt, ut reliqui Graeci instituerentur, ab illis terra et ab his mari edocti et assuefacti barbaros non pertimescere. Tertiam dico ad Plataeas pugnam et numero et fortitudine commissam esse Graecorum salutis causa, eamque iam communem Lacedaemoniorum et Atheniensium. ac maximum quidem et difficillimum hi omnes propulsarunt, et hanc ob virtutem tam nunc a nobis laudantur, quam futuro tempore a posteris. Deinde vero multae adhuc Graecorum civitates barbarorum erant partis, et ipse nuntiabatur rex in animo habere rursus adoriri Graecos. par est igitur horum quoque nos mentionem facere, qui superiorum pugnis libertatis finem attulerunt omnibus barbaris expulsis mare purgantes. fuerunt autem hi qui ad Eurymedonta pugna navali decertarunt, qui in Cyprum expeditionem susceperunt, qui in Aegyptum navigarunt aliaque complura loca, quorum quidem memoriam repetere debemus gratiam eis habentes, quod regem tanto timore perculerunt ut suam ipse salutem curaret, non Graecorum perniciem moliretur.

Et hoc quidem ab universa civitate exantlatum est bellum pro sua reliquorumque eadem lingua loquentium libertate adversus barbaros; pace vero composita in civitatem honore affectam exorta est, id quod solet ab hominibus accidere eis qui rem bene gesserunt, primum aemulatio, ex aemulatione vero invidia. quod quidem hanc civitatem invitam ad bellum induxit cum Graecis gerendum. deinde bello commoto ad Tanagram pro Boeotorum libertate cum Lacedaemoniis congressi sunt, proelium vero quum dubium fuisset, pugna quae consequuta est rem decrevit; illi enim discesserunt Boeotos relinquentes quibus auxilio venerant, nostri

μὲν γὰρ ᾤχοντο ἀπιόντες, καταλείποντες *) Βοιωτοὺς οἷς
ἐβοήθουν, οἱ δ' ἡμέτεροι, τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐν Οἰνοφύτοις νι-
κήσαντες, τοὺς ἀδίκως φεύγοντας δικαίως κατήγαγον.
οὗτοι δὴ πρῶτοι μετὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον, Ἕλλησιν
ἤδη ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας βοηθοῦντες πρὸς Ἕλληνας, ἄν-
δρες ἀγαθοὶ γενόμενοι καὶ ἐλευθερώσαντες οἷς * ἐβοήθουν, C
ἐν τῷδε τῷ μνήματι τιμηθέντες ὑπὸ τῆς πόλεως πρῶτοι
ἐτέθησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα πολλοῦ πολέμου γενομένου, καὶ
πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐπιστρατευσάντων καὶ τεμόντων τὴν
χώραν καὶ ἀναξίαν χάριν ἐκτινόντων τῇ πόλει, νικήσαν-
τες αὐτοὺς ναυμαχίᾳ οἱ ἡμέτεροι καὶ λαβόντες αὐτῶν τοὺς
ἡγεμόνας Λακεδαιμονίους ἐν τῇ Σφαγίᾳ, ἐξὸν αὐτοῖς δια-
φθεῖραι ἐφείσαντο καὶ ἀπέδοσαν καὶ εἰρήνην * ἐποιήσαντο, D
ἡγούμενοι πρὸς μὲν τὸ ὁμόφυλον μέχρι νίκης δεῖν πολεμεῖν,
καὶ μὴ δι' ὀργὴν ἰδίαν πόλεως τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων διολ-
λύναι, πρὸς δὲ τοὺς βαρβάρους μέχρι διαφθορᾶς. τούτους
δὴ ἄξιον ἐπαινέσαι τοὺς ἄνδρας, οἳ τοῦτον τὸν πόλεμον
πολεμήσαντες ἐνθάδε κεῖνται, ὅτι ἐπέδειξαν, εἴ τις ἄρα
ἠμφισβήτει ὡς ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ τῷ πρὸς τοὺς βαρ-
βάρους ἄλλοι τινὲς εἶεν ἀμείνους Ἀθηναίων, ὅτι οὐκ ἀλη-
θῆ ἀμφισβητοῖεν. * οὗτοι γὰρ ἐνταῦθα ἔδειξαν, στασια- E
σάσης τῆς Ἑλλάδος περιγενόμενοι τῷ πολέμῳ, τοὺς προε-
στῶτας τῶν ἄλλων Ἑλλήνων χειρωσάμενοι, μεθ' ὧν τότε
τοὺς βαρβάρους ἐνίκων κοινῇ, τούτους νικῶντες ἰδίᾳ. Τρί-
τος δὲ πόλεμος μετὰ ταύτην τὴν εἰρήνην ἀνέλπιστός τε καὶ
δεινὸς ἐγένετο, ἐν ᾧ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ τελευτήσαντες
ἐνθάδε κεῖνται, πολλοὶ μὲν ἀμφὶ Σικελίαν πλεῖστα τρό-
παια στήσαντες ὑπὲρ * τῆς Λεοντίνων ἐλευθερίας, οἷς 244
βοηθοῦντες διὰ τοὺς ὅρκους ἔπλευσαν εἰς ἐκείνους τοὺς
τόπους, διὰ δὲ μῆκος τοῦ πλοῦ εἰς ἀπορίαν τῆς πόλεως κα-
ταστάσης καὶ οὐ δυναμένης αὐτοῖς ὑπηρετεῖν τούτῳ ἀπει-
πόντες ἐδυστύχησαν· ὧν οἱ ἐχθροὶ καὶ προσπολεμήσαντες
πλείω ἔπαινον ἔχουσι σωφροσύνης καὶ ἀρετῆς, ἢ τῶν ἄλλων
οἱ φίλοι· πολλοὶ δ' ἐν ταῖς ναυμαχίαις ταῖς καθ' Ἑλλήσπον-
τον, μιᾷ μὲν ἡμέρᾳ πάσας * τὰς τῶν πολεμίων ἑλόντες ναῦς, B

---

*) γρ. καταλιπόντες.

autem, quum tertio die ad Oenophyta vicissent, iniuste exterminatos iuste reduxerunt. hi igitur primi post bellum Persicum, quum Graecis iam pro libertate pugnantibus opem ferentes adversus Graecos viros se fortes praestitissent eosque liberassent quibus auxilio venerant, in hoc monumento honorati a civitate primi sunt conditi. Deinde vero quum ingens bellum exarsisset omnesque Graeci surrexissent vastantes terram indignamque civitati gratiam persolventes, proelio eos navali nostri superarunt eorumque duces Lacedaemonios ceperunt ad Sphagiam, quibus, quum perdere eos liceret, pepercerunt, quin etiam reddiderunt pace facta, existimantes adversus gentiles usque ad pacem bellandum esse, non ob privatum odium Graecorum commune disperdendum, adversus barbaros autem usque ad perniciem. hos igitur laudari viros par est, qui hoc bello perfuncti hic conditi sunt, quoniam ostenderunt, si quis forte dubitet annon in superiore bello adversus barbaros gesto alii quidam fuerint fortiores Atheniensibus, eum non recte dubitare. hi enim ibi ostenderunt, quum Graecia seditionibus vexata bello superiores discessissent et reliquorum Graecorum duces subegissent, hos, quibuscum tunc barbaros devicerant communiter, separatim se devincere. Tertium vero bellum post hanc pacem insperatum et atrox exarsit, in quo multi boni occisi hic iacent, et multi quidem, qui, quum plurima in Sicilia tropaea statuissent pro Leontinorum libertate, quibus auxilium laturi, ut iusiurandum conservarent, illa in loca navigaverant, propter navigationis longitudinem civitate inopia adeo affecta ut eis succurrere non posset, desperantes adversae fortunae succubuerunt; quorum hostes et adversarii in hoc bello maiorem laudem habent temperantiae et virtutis, quam reliquorum amici; multi vero etiam, qui in pugnis navalibus in Hellesponto commissis uno die omnes hostium naves ceperunt multasque alias devicerunt. quod

οἱ αὐτοὶ γὰρ ὄντες ἐκείνοις γένει συγγνώμην ἀλλήλοις ἔχο-
μεν ὧν τ' ἐποιήσαμεν ὧν τ' ἐπάθομεν. Μετὰ δὲ τοῦτο παν-
τελοῦς εἰρήνης ἡμῖν γενομένης ἡσυχίαν ἦγεν ἡ πόλις, τοῖς
μὲν βαρβάροις συγγιγνώσκουσα, ὅτι παθόντες ὑπ' αὐτῆς
κακῶς [ἱκανῶς] οὐκ ἐνδεῶς ἠμύναντο, τοῖς δὲ Ἕλλησιν
ἀγανακτοῦσα, μεμνημένη ὡς εὖ παθόντες ὑπ' αὐτῆς οἵαν
* χάριν ἀπέδοσαν, κοινωσάμενοι τοῖς βαρβάροις, τάς τε C
ναῦς περιελόμενοι αἵ ποτ' ἐκείνους ἔσωσαν, καὶ τείχη κα-
θελόντες ἀνθ' ὧν ἡμεῖς τἀκείνων ἐκωλύσαμεν πεσεῖν. δια-
νοουμένη δὲ ἡ πόλις μὴ ἂν ἔτι ἀμῦναι μήτε Ἕλλησι πρὸς
ἀλλήλων δουλουμένοις μήτε ὑπὸ βαρβάρων, οὕτως ᾤκει.
ἡμῶν οὖν ἐν τοιαύτῃ διανοίᾳ ὄντων ἡγησάμενοι Λακεδαι-
μόνιοι τοὺς μὲν τῆς ἐλευθερίας ἐπικούρους πεπτωκέναι
ἡμᾶς, σφέτερον δὲ ἤδη ἔργον εἶναι καταδουλοῦσθαι τοὺς
ἄλλους, ταῦτ' * ἔπραττον. καὶ μηκύνειν μὲν τί δεῖ; οὐ γὰρ D
πάλαι οὐδὲ πρὸ πολλῶν ἐτῶν *) γεγονότα λέγοιμ' ἂν τὰ
μετὰ ταῦτα· αὐτοὶ γὰρ ἴσμεν ὡς ἐκπεπληγμένοι ἀφίκοντο
εἰς χρείαν τῆς πόλεως τῶν τε Ἑλλήνων οἱ πρῶτοι, Ἀρ-
γεῖοι καὶ Βοιωτοὶ καὶ Κορίνθιοι, καὶ τό γε θειότατον
πάντων, τὸ καὶ βασιλέα εἰς τοῦτο ἀπορίας ἀφικέσθαι,
ὥςτε περιστῆναι αὐτῷ μηδαμόθεν ἄλλοθεν τὴν σωτηρίαν
γενέσθαι, * ἀλλ' ἢ ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ἣν προθύμως E
ἀπώλλυ. καὶ δὴ καὶ εἴ τις βούλοιτο τῆς πόλεως κατηγο-
ρῆσαι δικαίως, τοῦτ' ἂν μόνον λέγων ὀρθῶς ἂν κατηγο-
ροίη, ὡς ἀεὶ λίαν φιλοικτίρμων ἐστὶ καὶ τοῦ ἥττονος θε-
ραπίς. καὶ δὴ καὶ ἐν τῷ τότε χρόνῳ οὐχ οἵα τε ἐγένετο
καρτερῆσαι οὐδὲ διαφυλάξαι ἃ ἐδέδοκτο αὐτῇ, τὸ μηδενὶ
δουλουμένῳ βοηθεῖν τῶν σφᾶς ἀδικησάντων, ἀλλὰ ἐκάμ-
φθη * καὶ ἐβοήθησε, καὶ τοὺς μὲν Ἕλληνας αὐτὴ βοηθή- 245
σασα ἀπελύσατο δουλείας, ὥςτ' ἐλευθέρους εἶναι μέχρι οὗ
πάλιν αὐτοὶ αὑτοὺς κατεδουλώσαντο, βασιλεῖ δὲ αὐτὴ μὲν
οὐκ ἐτόλμησε βοηθῆσαι, αἰσχυνομένη τὰ τρόπαια τά τε
Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιαῖς, φυγάδας δὲ καὶ
ἐθελοντὰς ἐάσασα μόνον βοηθῆσαι ὁμολογουμένως ἔσωσε.
τειχισαμένη δὲ καὶ ναυπηγησαμένη, ἐκδεξαμένη * τὸν πό- B

*) γρ. οὐδὲ πολλῶν ἀνθρώπων.

Digitized by Google

runt neque ex inimicitia, sed ex adversa fortuna. testes autem nos ipsi sumus horum qui vivimus; nam eodem quo illi genere oriundi veniam mutuam damus et eorum quae fecimus et eorum quae perpessi sumus. Deinde perfectam quum pacem agitaremus, quievit civitas, barbaris quidem ignoscens, quod mala ab ipsa perpessi non tenuiter ulti erant, Graecis vero succensens, quum recordaretur, quantis beneficiis affecti qualem retulissent gratiam, societatem coeuntes cum barbaris, naves destruentes quae aliquando illos servassent, et moenia diruentes pro eo quod nos illorum muros corruere prohibuissemus. statuit vero civitas numquam Graecos defendere, sive inter se sive a barbaris opprimerentur, et sic se gessit. hoc igitur quum statutum cum animo haberemus, Lacedaemonii arbitrantes nos libertatis vindices succubuisse, et suum iam esse reliquos subigere, id egerunt. quid vero attinet fusius dicere? non enim dudum neque multis ante annis facta deinceps commemorabo; nam ipsi scimus quanto perculsi timore auxilium civitatis imploraverint Graecorum primi, Argivi, Boeoti et Corinthii, et quod divinissimum est omnium, etiam regem tanta consili inopia affectum esse ut non aliunde salutem reperire potuerit, nisi ex hac civitate quam perdere studuerat. ac si quis voluerit civitatem accusare iure, in hoc tantummodo recte eam accusaverit, quod semper nimiam misericordiam adhibeat et inferiori serviat. atque etiam illo tempore non poterat perseverare neque perstare in eo quod decreverat, nemini eorum qui ipsam iniuria affecissent, si opprimeretur, opem ferre, sed deducta est de sententia et opem tulit, et Graecos quidem suo ipsa auxilio liberavit a servitute, ut liberi fuerint, donec ipsi inter se rursus subegerint, regi vero ipsa quidem non sustinuit auxilium ferre, tropaea reverens Marathonia et Salaminia et Plataeea, profugis autem, et voluntariis tantum potestate data auxili

κακῇ, πολλὰ μὲν τὰ εἰρημένα καὶ καλά, πολὺ δ' ἔτι πλείω
καὶ καλλίω τὰ ὑπολειπόμενα· πολλαὶ * γὰρ ἂν ἡμέραι B
καὶ νύκτες οὐχ ἱκαναὶ γένοιντο τῷ τὰ πάντα μέλλοντι πε-
ραίνειν. τούτων οὖν χρὴ μεμνημένους τοῖς τούτων ἐκγό-
νοις πάντ' ἄνδρα παρακελεύεσθαι, ὥσπερ ἐν πολέμῳ, μὴ
λείπειν τὴν τάξιν τὴν τῶν προγόνων μηδ' εἰς τοὐπίσω
ἀναχωρεῖν εἴκοντας κάκῃ. *) ἐγὼ μὲν οὖν καὶ αὐτός, ὦ
παῖδες ἀνδρῶν ἀγαθῶν, νῦν τε παρακελεύομαι καὶ ἐν τῷ
λοιπῷ χρόνῳ, ὅπου ἄν τῳ ἐντυγχάνω ὑμῶν, καὶ ἀναμνή-
σω καὶ διακελεύσομαι * προθυμεῖσθαι εἶναι ὡς ἀρίστους· C
ἐν δὲ τῷ παρόντι δίκαιός εἰμι εἰπεῖν ἃ οἱ πατέρες ἡμῖν
ἐπέσκηπτον ἀπαγγέλλειν τοῖς λειπομένοις, εἴ τι πάσχοιεν,
ἡνίκα κινδυνεύειν ἔμελλον. φράσω δὲ ὑμῖν ἅ τε αὐτῶν
ἤκουσα ἐκείνων καὶ οἷα νῦν ἡδέως ἂν εἴποιεν ὑμῖν λαβόν-
τες δύναμιν, τεκμαιρόμενος ἐξ ὧν τότε ἔλεγον. ἀλλὰ νο-
μίζειν χρὴ αὐτῶν ἀκούειν ἐκείνων ἃ ἂν ἀπαγγέλλω. ἔλεγον
δὲ τάδε.

Ὦ παῖδες, ὅτι μέν ἐστε πατέρων ἀγαθῶν, * αὐτὸ D
μηνύει τὸ νῦν παρόν, ἡμῖν δὲ ἐξὸν ζῆν μὴ καλῶς, καλῶς
αἱρούμεθα μᾶλλον τελευτᾶν, πρὶν ὑμᾶς τε καὶ τοὺς ἔπειτα
εἰς ὀνείδη καταστῆσαι καὶ πρὶν τοὺς ἡμετέρους πατέρας
καὶ πᾶν τὸ πρόσθεν γένος αἰσχῦναι, ἡγούμενοι τῷ τοὺς
αὑτοῦ αἰσχύναντι **) ἀβίωτον εἶναι καὶ τῷ τοιούτῳ οὔτε
τινὰ ἀνθρώπων οὔτε θεῶν φίλον εἶναι οὔτ' ἐπὶ γῆς οὔθ'
ὑπὸ γῆς τελευτήσαντι. χρὴ οὖν μεμνημένους τῶν ἡμετέρων
λόγων, ἐάν τι καὶ ἄλλο ἀσκῆτε, ἀσκεῖν μετ' ἀρετῆς, E
εἰδότας ὅτι τούτου λειπόμενα πάντα καὶ κτήματα καὶ ἐπι-
τηδεύματα αἰσχρὰ καὶ κακά. οὔτε γὰρ πλοῦτος κάλλος
φέρει τῷ κεκτημένῳ μετ' ἀνανδρίας (ἄλλῳ γὰρ ὁ τοιοῦτος
πλουτεῖ, καὶ οὐχ ἑαυτῷ) οὔτε σώματος κάλλος καὶ ἰσχὺς
δειλῷ καὶ κακῷ ξυνοικοῦντα πρέποντα φαίνεται, ἀλλ' ἀπρε-
πῆ, καὶ ἐπιφανέστερον ποιεῖ τὸν ἔχοντα καὶ ἐκφαίνει τὴν
δειλίαν· πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης * καὶ 247
τῆς ἄλλης ἀρετῆς πανουργία, οὐ σοφία φαίνεται. ὧν ἕνε-
κα καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον καὶ διὰ παντὸς πᾶσαν πάντως

*) γρ. ἥκοντας κάκῃ. **) γρ. αἰσχύνοντι.

adhuc relinquuntur; multi enim dies et noctes non sufficerent si quis omnia vellet oratione persequi. haec igitur memoria complectentem oportet quemque horum natos adhortari, ut, tamquam in bello, ordinem ne deserant maiorum neque retro cedant succumbentes ignaviae. ego vero ipse, o filii virorum bonorum, et nunc vos adhortor et in posterum, ubicumque aliquem de vobis convenero, et admonebo et excitabo ut studeat quam optimus esse; in praesentia vero par est me dicere quae patres nobis mandarunt ut renuntiaremus posteris, si quid sibi accidisset, quum periculum ingressuri essent. dicam igitur vobis quae ex ipsis audivi et quae nunc libenter vobis dicerent si facultatem possent arripere, quod quidem ex illis coniicio quae tunc dixerunt. at existimare vos oportet ex ipsis audire illis quae renuntio. dixerunt autem haec.

O filii, vos patribus esse natos bonis, ipsum hoc quod nunc praesens est declarat. etenim nobis quum liceret non honeste vivere, honeste maluimus mori, quam vobis posterisque infamiam adspergere et nostros patres totumque maiorum genus ignominia afficere, arbitrantes homini suos dedecoranti vitam omnino nullam et tali neque hominum quemquam neque deorum amicum esse nec in terra nec sub terra mortuo. oportet igitur vos verborum nostrorum memores, quicquid exercetis, cum virtute exercere, scientes omnes ab hac derelictas et opes et exercitationes turpes et malas esse. neque enim divitiae honestatem afferunt ei qui cum ignavia eas possidet (alii enim talis opibus abundat, non sibi) neque corporis pulchritudo ac robur ignavo et malo adiuncta decora se exhibent, sed indecora, et manifestiorem reddunt eum qui illa habet et ignaviam patefaciunt; omnis quoque scientia remota ab iustitia reliquisque virtutibus vafritia, non sapientia reperitur. quocirca et primum et postremum et omni tempore omnem omnino operam dare conamini, ut maxime quidem et

κασι, πολλὰ μὲν τὰ εἰρημένα καὶ καλά, πολὺ δ' ἔτι πλείω καὶ καλλίω τὰ ὑπολειπόμενα· πολλαὶ * γὰρ ἂν ἡμέραι B
καὶ νύκτες οὐχ ἱκαναὶ γένοιντο τῷ τὰ πάντα μέλλοντι περαίνειν. τούτων οὖν χρὴ μεμνημένους τοῖς τούτων ἐκγόνοις πάντ' ἄνδρα παρακελεύεσθαι, ὥσπερ ἐν πολέμῳ, μὴ λείπειν τὴν τάξιν τὴν τῶν προγόνων μηδ' εἰς τοὐπίσω ἀναχωρεῖν εἴκοντας κάκῃ. *) ἐγὼ μὲν οὖν καὶ αὐτός, ὦ παῖδες ἀνδρῶν ἀγαθῶν, νῦν τε παρακελεύομαι καὶ ἐν τῷ λοιπῷ χρόνῳ, ὅπου ἄν τῳ ἐντυγχάνω ὑμῶν, καὶ ἀναμνήσω καὶ διακελεύσομαι * προθυμεῖσθαι εἶναι ὡς ἀρίστους· C
ἐν δὲ τῷ παρόντι δίκαιός εἰμι εἰπεῖν ἃ οἱ πατέρες ἡμῖν ἐπέσκηπτον ἀπαγγέλλειν τοῖς λειπομένοις, εἴ τι πάσχοιεν, ἡνίκα κινδυνεύειν ἔμελλον. φράσω δὲ ὑμῖν ἅ τε αὐτῶν ἤκουσα ἐκείνων καὶ οἷα νῦν ἡδέως ἂν εἴποιεν ὑμῖν λαβόντες δύναμιν, τεκμαιρόμενος ἐξ ὧν τότε ἔλεγον. ἀλλὰ νομίζειν χρὴ αὐτῶν ἀκούειν ἐκείνων ἃ ἂν ἀπαγγέλλω. ἔλεγον δὲ τάδε.

Ὦ παῖδες, ὅτι μέν ἐστε πατέρων ἀγαθῶν, * αὐτὸ D
μηνύει τὸ νῦν παρόν, ἡμῖν δὲ ἐξὸν ζῆν μὴ καλῶς, καλῶς αἱρούμεθα μᾶλλον τελευτᾶν, πρὶν ὑμᾶς τε καὶ τοὺς ἔπειτα εἰς ὀνείδη καταστῆσαι καὶ πρὶν τοὺς ἡμετέρους πατέρας καὶ πᾶν τὸ πρόσθεν γένος αἰσχῦναι, ἡγούμενοι τῷ τοὺς αὑτοῦ αἰσχύναντι **) ἀβίωτον εἶναι καὶ τῷ τοιούτῳ οὔτε τινὰ ἀνθρώπων οὔτε θεῶν φίλον εἶναι οὔτ' ἐπὶ γῆς οὔθ' ὑπὸ γῆς τελευτήσαντι. χρὴ οὖν μεμνημένους τῶν ἡμετέρων λόγων, ἐάν τι καὶ ἄλλο ἀσκῆτε, ἀσκεῖν μετ' ἀρετῆς, E
εἰδότας ὅτι τούτου λειπόμενα πάντα καὶ κτήματα καὶ ἐπιτηδεύματα αἰσχρὰ καὶ κακά. οὔτε γὰρ πλοῦτος κάλλος φέρει τῷ κεκτημένῳ μετ' ἀνανδρίας (ἄλλῳ γὰρ ὁ τοιοῦτος πλουτεῖ, καὶ οὐχ ἑαυτῷ) οὔτε σώματος κάλλος καὶ ἰσχὺς δειλῷ καὶ κακῷ ξυνοικοῦντα πρέποντα φαίνεται, ἀλλ' ἀπρεπῆ, καὶ ἐπιφανέστερον ποιεῖ τὸν ἔχοντα καὶ ἐκφαίνει τὴν δειλίαν· πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης * καὶ 247
τῆς ἄλλης ἀρετῆς πανουργία, οὐ σοφία φαίνεται. ὧν ἕνεκα καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον καὶ διὰ παντὸς πᾶσαν πάντως

---

*) γρ. ἥκοντας κάκῃ. **) γρ. αἰσχύνοντι.

adhuc relinquuntur; multi enim dies et noctes non sufficerent si quis omnia vellet oratione persequi. haec igitur memoria complectentem oportet quemque horum natos adhortari; ut, tamquam in bello, ordinem ne deserant maiorum neque retro cedant succumbentes ignaviae. ego vero ipse, o filii virorum bonorum, et nunc vos adhortor et in posterum, ubicumque aliquem de vobis convenero, et admonebo et excitabo ut studeat quam optimus esse; in praesentia vero par est me dicere quae patres nobis mandarunt ut renuntiaremus posteris, si quid sibi accidisset, quum periculum ingressuri essent. dicam igitur vobis quae ex ipsis audivi et quae nunc libenter vobis dicerent si facultatem possent arripere, quod quidem ex illis coniicio quae tunc dixerunt. at existimare vos oportet ex ipsis audire illis quae renuntio. dixerunt autem haec.

O filii, vos patribus esse natos bonis, ipsum hoc quod nunc praesens est declarat. etenim nobis quum liceret non honeste vivere, honeste maluimus mori, quam vobis posterisque infamiam adspergere et nostros patres totumque maiorum genus ignominia afficere, arbitrantes homini suos dedecoranti vitam omnino nullam et tali neque hominum quemquam neque deorum amicum esse nec in terra nec sub terra mortuo. oportet igitur vos verborum nostrorum memores, quicquid exercetis, cum virtute exercere, scientes omnes ab hac derelictas et opes et exercitationes turpes et malas esse. neque enim divitiae honestatem afferunt ei qui cum ignavia eas possidet (alii enim talis opibus abundat, non sibi) neque corporis pulchritudo ac robur ignavo et malo adiuncta decora se exhibent, sed indecora, et manifestiorem reddunt eum qui illa habet et ignaviam patefaciunt; omnis quoque scientia remota ab iustitia reliquisque virtutibus vafritia, non sapientia reperitur. quocirca et primum et postremum et omni tempore omnem omnino operam dare conamini, ut maxime quidem et

προθυμίαν πειρᾶσθε ἔχειν, ὅπως μάλιστα μὲν ὑπερβαλεῖσθε
καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ, εἰ δὲ μή, ἴστε ὡς
ἡμῖν, ἂν μὲν νικῶμεν ὑμᾶς ἀρετῇ, ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει,
ἡ δὲ ἧττα, ἐὰν ἡττώμεθα, εὐδαιμονίαν· μάλιστα δ' ἂν
νικῴμεθα *) καὶ ὑμεῖς νικῴητε, εἰ παρασκευάσαισθε τῇ
τῶν προγόνων δόξῃ μὴ καταχρησόμενοι * μηδ' ἀναλώσον- B
τες αὐτήν, γνόντες ὅτι ἀνδρὶ οἰομένῳ τι εἶναι οὐκ ἔστιν
αἴσχιον οὐδὲν ἢ παρέχειν ἑαυτὸν τιμώμενον μὴ δι' ἑαυτόν,
ἀλλὰ διὰ δόξαν προγόνων. εἶναι μὲν γὰρ τιμὰς γονέων **)
καὶ εὖ πράττειν. Συνέφη. Ἆρ' οὖν εὐδαιμονοῖμεν ἂν διὰ
τὰ παρόντα ἀγαθά, εἰ μηδὲν ἡμᾶς ὠφελοῖ, ἢ εἰ ὠφελοῖ;
Εἰ ὠφελοῖ, ἔφη. Ἆρ' οὖν ἄν τι ὠφελοίη, εἰ εἴη μόνον
ἡμῖν, χρῴμεθα δ' αὐτοῖς μή; οἷον σιτία εἰ ἡμῖν εἴη πολ- C
λά, ἐσθίοιμεν δὲ μή, ἢ ποτόν, πίνοιμεν δὲ μή, ἔσθ' ὅ τι
ὠφελοίμεθ' ἄν; Οὐ δῆτα, ἔφη. Τί δέ; οἱ δημιουργοὶ πάν-
τες, εἰ αὐτοῖς εἴη πάντα τὰ ἐπιτήδεια παρεσκευασμένα
ἑκάστῳ εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἔργον, χρῷντο δ' αὐτοῖς μή, ἆρ' ἂν
οὗτοι εὖ πράττοιεν διὰ τὴν κτῆσιν, ὅτι κεκτημένοι εἶεν
πάντα ἃ δεῖ κεκτῆσθαι τὸν δημιουργόν; οἷον τέκτων, εἰ
παρεσκευασμένος εἴη τά τε ὄργανα ἅπαντα καὶ ξύλα ἱκανά,
τεκταίνοιτο δὲ μή, ἔσθ' ὅ τι ὠφελοῖτ' * ἂν ἀπὸ τῆς κτή- D
σεως; Οὐδαμῶς, ἔφη. Τί δέ; εἴ τις κεκτημένος εἴη πλοῦ-
τόν τε καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν πάντα τὰ ἀγαθά, χρῷτο δὲ
αὐτοῖς μή, ἆρ' ἂν εὐδαιμονοῖ διὰ τὴν τούτων κτῆσιν τῶν
ἀγαθῶν; Οὐ δῆτα, ὦ Σώκρατες. Δεῖ ἄρ', ἔφην, ὡς ἔοικε,
μὴ μόνον κεκτῆσθαι τὰ τοιαῦτα ἀγαθὰ τὸν μέλλοντα εὐ-
δαίμονα ἔσεσθαι, ἀλλὰ καὶ χρῆσθαι αὐτοῖς, ὡς ***) οὐδὲν
ὄφελος τῆς κτήσεως γίγνεται. Ἀληθῆ λέγεις. Ἆρ' οὖν,
ὦ Κλεινία, ἤδη τοῦθ' ἱκανὸν πρὸς τὸ εὐδαίμονα * ποιῆσαί E
τινα, τό τε κεκτῆσθαι τἀγαθὰ καὶ τὸ χρῆσθαι αὐτοῖς;
Ἔμοιγε δοκεῖ. Πότερον, ἦν δ' ἐγώ, ἐὰν ὀρθῶς χρῆταί
τις, ἢ ἐὰν μή; Ἐὰν ὀρθῶς. Καλῶς γε, ἦν δ' ἐγώ, λέ-
γεις· πλεῖον γάρ που, οἶμαι, θάτερον ἐστιν, ἐάν τις χρῆται

*) ἴσ. ἧ. **) γρ. ὅταν. ***) ἴσ. ἧ.

an cum indocto? Cum perito. Quid vero aegrotans, cum utro periculum adeas, cum docto medico, an cum indocto? Cum docto. Nonne, inquam, quia felicius te putes acturum esse cum docto agentem, quam cum indocto? Concessit. Sapientia igitur et doctrina usquequaque homines efficit felices. neque enim fieri potest ut quis peccet per sapientiam, sed recte agat et propositum assequatur necesse est; alioquin iam sapientia non esset. Concessimus tandem nescio quomodo in universum rem sic se habere: cui sapientia adesset, ei nihil opus esse felicitate. postquam vero hoc inter nos convenerat, rursus sciscitatus sum ex eo, ante concessa quomodo nobis se haberent. Concessimus enim, inquam, si nobis bona multa adessent, nos felices futuros beneque acturos esse. Assensit. Utrum igitur felices erimus per bona praesentia, si nihil nobis proderunt, an si proderunt? Si proderunt, inquit. Num vero proderunt, si erunt tantummodo nobis, iis autem non utemur? velut cibi si nobis sint multi, nec iis vescamur, vel potio, nec bibamus, numquid nobis prosint? Minime vero, inquit. Quid? opifices omnes, si omnia iis sint ad suum cuique opus idonea parata, his vero non utantur, num bene lii agant propter possessionem illorum, quippe omnia possidentes quae possidere oporteat opificem? velut faber tignarius, si omnia parasset instrumenta et ligna idonea, nihil autem fabricaretur, numquid utilitatis caperet ex possessione? Nullo modo, inquit. Quid vero? si quis possideat divitias omniaque quae modo memoravimus bona, neque tamen iis utatur, num felicem eum reddat horum possessio bonorum? Minime, Socrate. Oportet igitur, inquam, ut patet, non solum possidere huiusmodi bona eum qui felix est futurus, verum etiam iis uti; alioquin nil prodest possessio. Vera dicis. Nonne igitur, Clinia, hoc iam satis est ad felicitatem nobis parandam, et possidere bona et uti iis?

ὁτῳοῦν μὴ ὀρθῶς πράγματι, ἢ ἐὰν ἐᾷ· τὸ μὲν γὰρ κακόν,
τὸ δὲ οὔτε κακὸν οὔτε ἀγαθόν· ἢ οὐχ οὕτω * φαμέν; Ξυν- 28
εχώρει. Τί οὖν; ἐν τῇ ἐργασίᾳ τε καὶ χρήσει τῇ περὶ
τὰ ξύλα μῶν ἄλλο τί ἐστι τὸ ἀπεργαζόμενον ὀρθῶς χρῆσθαι,
ἢ ἐπιστήμη ἡ τεκτονική; Οὐ δῆτα, ἔφη. Ἀλλὰ μήν που
καὶ ἐν τῇ περὶ τὰ σκεύη ἐργασίᾳ τὸ ὀρθῶς ἐπιστήμη ἐστὶν
ἡ ἀπεργαζομένη. Συνέφη. Ἆρ᾽ οὖν, ἦν δ᾽ ἐγώ, καὶ περὶ
τὴν χρείαν ὧν ἐλέγομεν τὸ πρῶτον τῶν ἀγαθῶν, πλού-
του τε καὶ ὑγιείας καὶ κάλλους, τὸ ὀρθῶς πᾶσι τοῖς τοι-
ούτοις χρῆσθαι, ἐπιστήμη ἦν ἡγουμένη καὶ κατορθοῦσα
* τὴν πρᾶξιν, ἢ ἄλλο τι; Ἐπιστήμη, ἦ δ᾽ ὅς. Οὐ μόνον B
ἄρ᾽ εὐτυχίαν, ἀλλὰ καὶ εὐπραγίαν, ὡς ἔοικεν, ἡ ἐπιστήμη
παρέχει τοῖς ἀνθρώποις ἐν πάσῃ κτήσει τε καὶ πράξει.
Ὡμολόγει. Ἆρ᾽ οὖν, ὦ πρὸς Διός, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὄφελός τι
τῶν ἄλλων κτημάτων ἄνευ φρονήσεως καὶ σοφίας; ἆρά γε
ὀνίναιτ᾽ ἂν ἄνθρωπος πολλὰ κεκτημένος καὶ πολλὰ πράτ-
των νοῦν μὴ ἔχων; ἢ μᾶλλον ὀλίγα νοῦν ἔχων; *) ὧδε δὲ
σκόπει· οὐκ ἐλάττω πράττων ἐλάττω ἂν ἐξαμαρτάνοι,
* ἐλάττω δὲ ἁμαρτάνων ἧττον ἂν κακῶς πράττοι, ἧττον C
δὲ κακῶς πράττων ἄθλιος ἧττον ἂν εἴη; Πάνυ γ᾽, ἔφη.
Πότερον οὖν ἂν μᾶλλον ἐλάττω τις πράττοι πένης ὤν, ἢ
πλούσιος; Πένης, ἔφη. Πότερον δὲ ἀσθενὴς ἢ ἰσχυρός;
Ἀσθενής. Πότερον δὲ ἔντιμος, ἢ ἄτιμος; Ἄτιμος. Πό-
τερον δὲ ἀνδρεῖος ὢν καὶ σώφρων ἐλάττω ἂν πράττοι, ἢ
δειλός; Δειλός. Οὐκοῦν καὶ ἀργὸς μᾶλλον, ἢ ἐργάτης;
Συνεχώρει. Καὶ βραδὺς μᾶλλον, ἢ ταχύς; καὶ ἀμβλὺ ὁρῶν
καὶ * ἀκούων μᾶλλον, ἢ ὀξύ; Πάντα τὰ τοιαῦτα ξυνεχω- D
ροῦμεν ἀλλήλοις. Ἐν κεφαλαίῳ δ᾽, ἔφην, ὦ Κλεινία, κιν-
δυνεύει σύμπαντα ἃ τὸ πρῶτον ἔφαμεν ἀγαθὰ εἶναι, οὐ
περὶ τούτου ὁ λόγος αὐτοῖς εἶναι, ὅπως αὐτά γε καθ᾽ αὑτὰ
πέφυκεν ἀγαθὰ εἶναι, ἀλλ᾽, ὡς ἔοικεν, ὧδ᾽ ἔχει, **) ἐὰν
μὲν αὐτῶν ἡγῆται ἀμαθία, μείζω κακὰ εἶναι τῶν ἐναν-
τίων, ὅσῳ δυνατώτερα ὑπηρετεῖν τῷ ἡγουμένῳ κακῷ ὄντι·
ἐὰν δὲ φρόνησίς τε καὶ σοφία, μείζω ἀγαθά· αὐτὰ δὲ

*) Ισ. ἔχων μᾶλλον, ἢ ὀλίγα, νοῦν δὲ ἔχων;
**) Ισ. ἔχειν.

Mihi quidem videtur. Utrum, inquam, si recte aliquis iis utitur, an si non recte? Si recte. Bene, inquam, loqueris; gravius enim, opinor, est, si quis aliqua re non recte utitur, quam si eam mittit; illud enim malum est, hoc vero neque malum neque bonum; annon ita sentimus? Concessit. Quid igitur? in operatione et usu qui ad ligna spectat numquid aliud est id quod efficit ut recte iis utamur, quam scientia fabrilis? Nihil aliud, inquit. Atqui etiam in vasorum confectione scientia est quae rectum efficit usum. Assensit. Nonne, inquam, etiam usum eorum quae diximus primum bonorum, divitiarum et sanitatis et pulchritudinis, ut recte his omnibus utamur, scientia praescribit et actionem dirigit, an aliud quid? Scientia, inquit. Ergo non modo felicitatem, verum etiam bene agendi rationem, ut videtur, scientia praebet hominibus in quaque possessione et actione. Concessit. Num igitur, per deos, inquam, prosunt reliquae res sine prudentia et sapientia? an homo multa possidens multaque agens rationis expers plus capiet utilitatis, quam pauca agens, at ratione praeditus? sic considera: nonne minus agens minus peccabit, minus vero peccans minus male aget, et minus male agens minus erit infelix? Sane quidem, inquit. Utrum igitur pauciora aget qui pauper est, an qui dives? Qui pauper est, inquit. Utrum qui imbecillus, an qui validus? Qui imbecillus. Utrum honoratus, an honoris expers? Honoris expers. Utrum qui fortis est atque prudens pauciora aget, an qui ignavus? Qui ignavus. Nonne etiam segnis potius, quam laboriosus? Concessit. Et tardus magis, quam velox? et qui obtuso est visu et auditu magis, quam qui acuto? Haec omnia inter nos concessimus. In universum vero, inquam, Clinia, videtur de omnibus quae primo diximus bona esse non ita exponi, ut ipsa per se et naturâ bona esse dicamus, sed, ut liquet, ita se habere, ut, si inscitia iis imperet, maiora sint mala quam con-

καθ' αὑτὰ * οὐδέτερα αὐτῶν οὐδενὸς ἄξια εἶναι. Φαίνεται, ἔφη, ὡς ἔοικεν, οὕτως ὡς σὺ λέγεις. Τί οὖν ἡμῖν συμβαίνει ἐκ τῶν εἰρημένων; ἄλλο τι ἢ τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ὂν οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν, τούτοιν δὲ δυοῖν ὄντοιν ἡ μὲν σοφία ἀγαθόν, ἡ δὲ ἀμαθία κακόν; Ὡμολόγει. * Ἔτι τοίνυν, ἔφην, τὸ λοιπὸν ἐπισκεψώμεθα. ἐπειδὴ εὐδαίμονες μὲν εἶναι προθυμούμεθα πάντες, ἐφάνημεν δὲ τοιοῦτοι γιγνόμενοι ἐκ τοῦ χρῆσθαί τε τοῖς πράγμασι καὶ ὀρθῶς χρῆσθαι, τὴν δὲ ὀρθότητα καὶ εὐτυχίαν ἐπιστήμη ἦ *) παρέχουσα, δεῖ δή, ὡς ἔοικεν, ἐκ παντὸς τρόπου ἅπαντα ἄνδρα τοῦτο παρασκευάζεσθαι, ὅπως ὡς σοφώτατος ἔσται· ἢ οὔ; Ναί, ἔφη. Καὶ παρὰ πατρός τε δήπου τοῦτο οἰόμενον δεῖν παραλαμβάνειν πολὺ μᾶλλον ἢ χρήματα, * καὶ παρ' ἐπιτρόπων καὶ φίλων τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν φασκόντων ἐραστῶν εἶναι, καὶ ξένων καὶ πολιτῶν, δεόμενον καὶ ἱκετεύοντα σοφίας μεταδιδόναι, οὐδὲν αἰσχρόν, ὦ Κλεινία, οὐδὲ νεμεσητὸν ἕνεκα τούτου ὑπηρετεῖν καὶ δουλεύειν καὶ ἐραστῇ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ, ὁτιοῦν ἐθέλοντα ὑπηρετεῖν τῶν καλῶν ὑπηρετημάτων, προθυμούμενον σοφὸν γενέσθαι. ἢ οὐ δοκεῖ σοι, ἔφην ἐγώ, οὕτως; Πάνυ μὲν οὖν εὖ μοι δοκεῖς λέγειν, ἦ δ' ὅς. Εἰ ἔστι γε, ὦ Κλεινία, ἦν δ' ἐγώ, * ἡ σοφία διδακτόν, ἀλλὰ μὴ ἀπὸ ταὐτομάτου παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις· τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἔτι σκεπτέον καὶ οὔπω διωμολογημένον ἐμοί τε καὶ σοί. Ἀλλ' ἔμοιγε, ἔφη, ὦ Σώκρατες, διδακτὸν εἶναι δοκεῖ. Καὶ ἐγὼ ἡσθεὶς εἶπον Ἦ καλῶς λέγεις, ὦ ἄριστε ἀνδρῶν, καὶ εὖ ἐποίησας ἀπαλλάξας με σκέψεως πολλῆς περὶ τούτου αὐτοῦ, πότερον διδακτὸν ἢ οὐ διδακτὸν ἡ σοφία. νῦν οὖν ἐπειδή σοι καὶ διδακτὸν δοκεῖ καὶ μόνον τῶν ὄντων εὐδαίμονα καὶ εὐτυχῆ ποιεῖν τὸν * ἄνθρωπον, ἄλλο τι ἢ φαίης ἂν ἀναγκαῖον εἶναι φιλοσοφεῖν καὶ αὐτὸς ἐν νῷ ἔχεις αὐτὸ ποιεῖν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὡς οἷόν τε μάλιστα.

Κἀγὼ ταῦτ' ἄσμενος ἀκούσας, Τὸ μὲν ἐμόν, ἔφην, παράδειγμα, ὦ Διονυσόδωρέ τε καὶ Εὐθύδημε, οἵων ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λόγων εἶναι, τοιοῦτον, ἰδιωτικὸν

---

*) ἴσ. ἦν.

traria; quo magis possint malo servire quod imperet, sin prudentia et sapientia, maiora bona, ipsa vero per se utraque nullius sint momenti. Videtur, inquit, ut liquet, ita ut tu dicis. Quidnam igitur sequitur ex his quae disseruimus? an aliud quid quam hoc, de reliquis quidem nihil neque bonum neque malum esse, de his vero duobus alterum, sapientiam, bonum, alterum, inscitiam, malum? Concessit. Praeterea, inquam, id quod reliquum est consideremus. quoniam felices quidem esse cupimus omnes, tales vero existimus rerum usu eoque recto, et rectum usum prosperumque successum scientia praebet, oportet, ut videtur, omni modo quemque virum ita se parare, ut quam sapientissimus sit; nonne? Etiam, inquit. Atque a patre sine dubio existimantem hoc multo magis se accipere debere quam pecuniam, et a tutoribus amicisque tum ceteris tum vero ab iis qui se amatores esse profiteantur, atque a peregrinis civibusque, orantem et suppliciter rogantem ut sapientiam impertiant, neque turpe, Clinia, neque indignum hanc ob causam obsequi et servire et amatori et cuilibet homini, ita ut quodvis velit honestum officium praestare id studens ut sapiens evadat. an non videtur tibi, inquam, ita? Sane quidem bene mihi videris dicere, inquit. Si quidem, Clinia, inquam, doceri potest sapientia, nec sponte obtingit hominibus; hoc enim nobis adhuc explorandum, necdum inter nos convenit. Mihi vero, inquit, Socrate, doceri posse videtur. Tum ego laetus dixi Profecto bene narras, optime virorum, et commode me magna huius ipsius rei investigatione liberasti, utrum doceri possit necne sapientia. nunc igitur quoniam tibi et doceri posse videtur et sola ex omnibus rebus beatum ac felicem reddere hominem, nonne dices necessarium esse philosophari teque ipsum in animo habere hoc facere? Sane quidem, inquit, Socrate, quam possum maxime.

Atque ego his cum voluptate auditis Meum quidem exemplum, o Dionysodore et Euthydeme, oratio-

ἴσως καὶ μόγις διὰ μακρῶν λεγόμενον· σφῷν δὲ ὁπότερος βούλεται, ταὐτὸν τοῦτο τέχνῃ πράττων ἐπιδειξάτω ἡμῖν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλεσθον, ὅθεν * ἐγὼ ἀπέλιπον, τὸ ἑξῆς E
ἐπιδείξατον τῷ μειρακίῳ, πότερον πᾶσαν ἐπιστήμην δεῖ αὐτὸν κτᾶσθαι, ἢ ἔστι τις μία ἣν δεῖ λαβόντα εὐδαιμονεῖν τε καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι, καὶ τίς αὕτη. ὥςπερ γὰρ ἔλεγον ἀρχόμενος, περὶ πολλοῦ ἡμῖν τυγχάνει ὂν τόνδε τὸν νεανίσκον σοφόν τε καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι.

* Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτ' εἶπον, ὦ Κρίτων· τῷ δὲ μετὰ 275
τοῦτο ἐσομένῳ πάνυ σφόδρα προςεῖχον τὸν νοῦν, καὶ ἐσκόπουν τίνα ποτὲ τρόπον ἅψοιντο τοῦ λόγου καὶ ὁπόθεν ἄρξοιντο παρακελευόμενοι τῷ νεανίσκῳ σοφίαν τε καὶ ἀρετὴν ἀσκεῖν. ὁ οὖν πρεσβύτερος αὐτῶν, ὁ Διονυσόδωρος, πρότερος ἤρχετο τοῦ λόγου, καὶ ἡμεῖς πάντες ἐβλέπομεν πρὸς αὐτὸν ὡς αὐτίκα μάλα ἀκουσόμενοι θαυμασίους τινὰς λόγους. ὅπερ οὖν καὶ συνέβη ἡμῖν. θαυμαστὸν
γάρ τινα, * ὦ Κρίτων, ἀνὴρ κατῆρχε λόγον, οὗ σοὶ B
ἄξιον ἀκοῦσαι, ὡς παρακελευστικὸς ὁ λόγος ἦν ἐπ' ἀρετήν.

Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατές τε καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι, ὅσοι φατὲ ἐπιθυμεῖν τόνδε τὸν νεανίσκον σοφὸν γενέσθαι, πότερον παίζετε ταῦτα λέγοντες, ἢ ὡς ἀληθῶς ἐπιθυμεῖτε καὶ σπουδάζετε; Κἀγὼ διενοήθην ὅτι ᾠηθήτην ἄρ' ἡμᾶς τὸ πρότερον παίζειν, ἡνίκα ἐκελεύομεν διαλεχθῆναι τῷ νεανίσκῳ αὐτώ, καὶ διὰ ταῦτα προςεπαισάτην τε καὶ οὐκ
* ἐσπουδασάτην. ταῦτ' οὖν διανοηθεὶς ἔτι μᾶλλον εἶπον C
ὅτι θαυμαστῶς σπουδάζοιμεν. Καὶ ὁ Διονυσόδωρος, Σκόπει μήν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὅπως μὴ ἔξαρνος ἔσει ἃ νῦν λέγεις. Ἔσκεμμαι, ἦν δ' ἐγώ· οὐ γὰρ μή ποτ' ἔξαρνος γένωμαι. Τί οὖν, ἔφη, φατέ; βούλεσθε αὐτὸν σοφὸν γενέσθαι; Πάνυ μὲν οὖν. Νῦν δέ, ἦ δ' ὅς, Κλεινίας πότερον σοφός ἐστιν, ἢ οὔ; Οὔκουν φησί γε πω· ἔστι δέ, ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ἀλαζών. Ὑμεῖς δέ, ἔφη, βούλεσθε
γενέσθαι αὐτὸν * σοφόν, ἀμαθῆ δὲ μὴ εἶναι; Ὡμολογοῦ- D
μεν. Οὐκοῦν ὃς μὲν οὐκ ἔστι, βούλεσθε αὐτὸν γενέσθαι,

num ad studium incitantium, quales cupio eas esse, hoc est, imperitum fortasse et vix multis verbis expositum; vestrum autem utercumque voluerit, idem hoc ex arte faciens ostendito nobis. quodsi id non voltis, unde ego digressus sum hoc persequentes ostendite adolescentulo, utrum universam debeat scientiam acquirere, an sit una aliqua quam percipere oporteat qui beatum se bonumque virum velit, et quaenam haec sit. sicut enim dixi initio, magni nostra refert hunc iuvenem sapientem ac bonum evadere.

Atque ego haec loquutus sum, Crito; ad id vero quod deinde futurum esset magnopere attendi animum, et observavi quo tandem pacto aggressuri ad sermonem et unde exorsuri essent excitare iuvenem, ut sapientiam ac virtutem coleret. ac senior quidem ex iis, Dionysodorus, primus loqui coepit, nosque omnes ad eum oculos convertimus quippe extemplo nos putantes audituros esse orationes quasdam admirabiles. quod quidem etiam nobis obtigit; admirabilem enim quandam, Crito, vir instituit orationem, quam par est te audire, quantam ad virtutem adhortandi vim habuerit.

Dic mihi, inquit, Socrate vosque reliqui, quotquot dicitis vos cupere hunc adolescentulum sapientem evadere, utrum iocamini hoc profitentes, an vere cupitis idque serio agitis? Tum ego cogitavi illos opinari nos ante ioca egisse, quum eos iusserimus cum adolescentulo disserere, eamque ob causam eos ioca, non seria egisse. hoc igitur cogitans etiam magis affirmavi mirum in modum nos seria agere. Tum Dionysodorus, Reputa autem, inquit, Socrate, ne infitias eas quae nunc dicis. Reputavi, inquam: numquam infitias ibo. Quid igitur, inquit, dicitis? voltis eum sapientem fieri? Sane quidem. Nunc vero, inquit, Clinias utrum sapiens est, necne? Nondum se esse dicit; neque est, inquam, vanus. Vos autem, inquit, voltis eum sapientem fieri, indoctum vero non esse? Confessi sumus. Ergo cum

ὃς δ' ἔστι νῦν, μηκέτ' εἶναι. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἐθορυβήθην. Ὁ δ' ἐμοῦ θορυβουμένου ὑπολαβών· Ἄλλο τι οὖν, ἔφη, ἐπεὶ βούλεσθε αὐτόν, ὃς νῦν ἐστί, μηκέτ' εἶναι, βούλεσθε αὐτόν, ὡς ἔοικεν, ἀπολωλέναι; καίτοι πολλοῦ ἂν ἄξιοι οἱ τοιοῦτοι εἶεν φίλοι τε καὶ ἐρασταί, οἵτινες τὰ παιδικὰ περὶ παντὸς ἂν ποιήσαιντο ἐξολωλέναι.

Καὶ ὁ Κτήσιππος ἀκούσας ἠγανάκτησέ * τε ὑπὲρ E
τῶν παιδικῶν καὶ εἶπεν· Ὦ ξένε Θούριε, εἰ μὴ ἀγροικότερον, ἔφη, ἦν εἰπεῖν, εἶπον ἄν σοι εἰς κεφαλήν, ὅτι μαθὼν ἐμοῦ καὶ τῶν ἄλλων καταψεύδει τοιοῦτο πρᾶγμα, ὃ ἐγὼ οἶμαι οὐδ' ὅσιον εἶναι λέγειν, ὡς ἐγὼ τόνδε βουλοίμην ἂν ἐξολωλέναι. Τί δέ, ἔφη, ὦ Κτήσιππε, ὁ Εὐθύδημος, ἦ δοκεῖ σοι οἷόν τ' εἶναι ψεύδεσθαι; Νὴ Δί', ἔφη, εἰ μὴ μαίνομαί γε. Πότερον λέγοντα τὸ πρᾶγμα περὶ οὗ ἂν ὁ λόγος ᾖ, ἢ μὴ λέγοντα; Λέγοντα, * ἔφη. 284
Οὐκοῦν εἴπερ λέγει αὐτό, οὐκ ἄλλο λέγει τῶν ὄντων ἢ ἐκεῖνο ὅπερ λέγει; Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως; ἔφη ὁ Κτήσιππος. Ἓν μὴν κἀκεῖνό γ' ἐστὶ τῶν ὄντων ὃ λέγει, χωρὶς τῶν ἄλλων. Πάνυ γε. Οὐκοῦν ὁ ἐκεῖνο λέγων τὸ ὄν, ἔφη, λέγει; Ναί. Ἀλλὰ μὴν ὅ γε τὸ ὂν λέγων καὶ τὰ ὄντα τἀληθῆ λέγει· ὥςτε ὁ Διονυσόδωρος, εἴπερ λέγει τὰ ὄντα, λέγει τἀληθῆ καὶ οὐδὲν κατὰ σοῦ ψεύδεται. Ναί, ἔφη· ἀλλ' ὁ ταῦτα λέγων, ἔφη ὁ Κτήσιππος, * ὦ Εὐθύ- B
δημε, οὐ τὰ ὄντα λέγει. Καὶ ὁ Εὐθύδημος, Τὰ δὲ μὴ ὄντα, ἔφη, ἄλλο τι ἢ οὐκ ἔστιν; Οὐκ ἔστιν. Ἄλλο τι οὖν οὐδαμοῦ τά γε μὴ ὄντα ὄντ' ἐστίν; Οὐδαμοῦ. Ἔστιν οὖν ὅπως περὶ ταῦτα τὰ μὴ ὄντα πράξειεν ἄν τις τι, ὥςτ' ἐκεῖνα ποιήσειεν ἂν καὶ ὁςτισοῦν τὰ μηδαμοῦ ὄντα; Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη ὁ Κτήσιππος. Τί οὖν; οἱ ῥήτορες ὅταν λέγωσιν ἐν τῷ δήμῳ, οὐδὲν πράττουσιν; Πράττουσι μὲν οὖν, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν εἴπερ πράττουσι, καὶ ποιοῦσιν; Ναί. * Τὸ λέγειν ἄρα πράττειν τε καὶ ποιεῖν ἐστιν; C
Ὡμολόγησεν. Οὐκ ἄρα τά γε μὴ ὄντ', ἔφη, λέγει οὐδείς· ποιοῖ γὰρ ἂν ἤδη τι, σὺ δὲ ὡμολόγηκας τὰ μὴ ὄντα μὴ οἷόν τ' εἶναι μηδένα ποιεῖν· ὥςτε κατὰ τὸν σὸν λόγον

qui non est, voltis ipsum fieri, eum vero qui nunc est, iam non esse. Quibus ego auditis perturbatus sum. Ille vero dum perturbabar subiiciens Nonne igitur, inquit, quum velitis eum qui nunc est iam non esse, voltis eum, ut liquet, exstinctum? ac sane magni faciendi sunt amici et amatores, quorum maxime interest puerum dilectum perdere.

Tum Ctesippus his auditis indignatus est pro puero dilecto et dixit O hospes Thurie, nisi rusticius, inquit, esset ita loqui, dicerem: Capiti tuo, quum sciens de me et reliquis tale quid mentiare quod puto nec fas esse dictu, me velle hunc perditum. Quid vero, inquit, o Ctesippe, Euthydemus, num videtur tibi fieri posse ut aliquis mentiatur? Sane quidem hercle, inquit, nisi insaniam. Utrum dicens rem de qua agatur, an non dicens? Dicens, inquit. Nonne vero si eam dicit, non aliam dicit nisi eam quam dicit? Qui enim aliter? inquit Ctesippus. Una vero ex iis quae sunt illa quoque est quam dicit, diversa a reliquis. Sane quidem. Et nonne qui illam dicit eam quae est, inquit, dicit? Etiam. Iam vero qui dicit quod est et quae sunt is vera dicit; quocirca Dionysodorus, si dicit quae sunt, dicit vera nihilque de te mentitur. Vero, inquit; at qui hoc dicit, inquit Ctesippus, o Euthydeme, non id quod est dicit. Tum Euthydemus Ea vero quae non sunt, inquit, nonne non sunt? Non sunt. Nonne ea quae non sunt nusquam sunt? Nusquam. Fierine potest ut quisquam ratione eorum quae non sunt aliquid agat, ita ut illa quae nusquam sunt faciat quicumque est? Non mihi videtur, inquit Ctesippus. Quid igitur? rhetores quum ad populum concionantur, nihilne agunt? Agunt sane, inquit. Nonne si agunt, etiam faciunt? Vero. Dicere igitur et agere et facere est? Concessit. Ergo ea quae non sunt, inquit, nemo dicit; faceret enim aliquid, tu vero concessisti ea quae non essent neminem posse facere; quocirca ex tua oratione

οὐδεὶς ψευδῆ λέγει, ἀλλ', εἴπερ λέγει Διονυσόδωρος, τἀ-
ληθῆ τε καὶ τὰ ὄντα λέγει. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Κτήσιππος,
ὦ Εὐθύδημε· ἀλλὰ τὰ ὄντα μὲν τρόπον τινὰ λέγει, οὐ
μέντοι ὥς γε ἔχει. Πῶς λέγεις, ἔφη ὁ Διονυσόδωρος,
ὦ Κτήσιππε; εἰσὶ γάρ τινες οἳ * λέγουσι τὰ πράγματα D
ὡς ἔχει; Εἰσὶ μέντοι, ἔφη, οἱ καλοί τε κἀγαθοὶ καὶ οἱ
τἀληθῆ λέγοντες. Τί οὖν; ἦ δ' ὅς· τἀγαθὰ οὐκ εὖ,
ἔφη, ἔχει, τὰ δὲ κακὰ κακῶς; Συνεχώρει. Τοὺς δὲ κα-
λούς τε κἀγαθοὺς ὁμολογεῖς λέγειν ὡς ἔχει τὰ πράγματα;
Ὁμολογῶ. Κακῶς ἄρ', ἔφη, λέγουσιν, ὦ Κτήσιππε, οἱ
ἀγαθοὶ τὰ κακά, εἴπερ ὡς ἔχει λέγουσιν. Ναὶ μὰ Δί',
ἦ δ' ὅς, σφόδρα γε, τοὺς γοῦν κακοὺς ἀνθρώπους, ὧν
σύ, ἐάν μοι πείθῃ, εὐλαβήσει εἶναι, ἵνα * μή σε οἱ ἀγα- E
θοὶ κακῶς λέγωσιν. ὡς εὖ ἴσθ' ὅτι κακῶς λέγουσιν οἱ
ἀγαθοὶ τοὺς κακούς. Ἦ καὶ τοὺς μεγάλους, ἔφη ὁ Εὐ-
θύδημος, μεγάλως λέγουσι καὶ τοὺς θερμοὺς θερμῶς; Μά-
λιστα δήπου, ἔφη ὁ Κτήσιππος· τοὺς γοῦν ψυχροὺς ψυχρῶς
λέγουσί τε καὶ φασὶ διαλέγεσθαι. Σὺ μέν, ἔφη ὁ Διονυ-
σόδωρος, λοιδορεῖ, ὦ Κτήσιππε, λοιδορεῖ. Μὰ Δί' οὐκ
ἔγωγε, ἦ δ' ὅς, ὦ Διονυσόδωρε, ἐπεὶ φιλῶ σε, ἀλλὰ νου-
θετῶ σ' ὡς ἑταῖρον, καὶ πειρῶμαι πείθειν μηδέποτε ἐναν-
τίον ἐμοῦ οὕτως ἀγροίκως λέγειν ὅτι ἐγὼ τούτους * βούλο- 285
μαι ἐξολωλέναι οὓς περὶ πλείστου ποιοῦμαι.

Ἐγὼ οὖν, ἐπειδή μοι ἐδόκουν ἀγριωτέρως πρὸς ἀλ-
λήλους ἔχειν, προσέπαιζόν τε τὸν Κτήσιππον καὶ εἶπον
ὅτι Ὦ Κτήσιππε, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς παρὰ
τῶν ξένων δέχεσθαι ἃ λέγουσιν, ἐὰν ἐθέλωσι μεταδι-
δόναι, καὶ μὴ ὀνόματι διαφέρεσθαι. εἰ γὰρ ἐπίστανται
οὕτως ἐξολλύναι ἀνθρώπους ὥστ' ἐκ πονηρῶν τε καὶ
ἀφρόνων χρηστούς τε καὶ ἔμφρονας ποιεῖν, καὶ τοῦτο
εἴτε αὐτὼ εὑρήκατον * εἴτε καὶ παρ' ἄλλου του ἐμαθέτην B
φθόρον τινὰ καὶ ὄλεθρον τοιοῦτον, ὥστε ἀπολέσαντες
πονηρὸν ὄντα χρηστὸν πάλιν ἀποφῆναι, εἰ τοῦτο ἐπίστα-
σθον (δῆλον δὲ ὅτι ἐπίστασθον· ἐφάτην γοῦν τὴν τέχνην
σφῶν εἶναι τὴν νεωστὶ εὑρημένην ἀγαθοὺς ποιεῖν τοὺς
ἀνθρώπους ἐκ πονηρῶν), συγχωρήσωμεν οὖν αὐτοῖν αὐτό

nemo falsa dicit, sed, si dicit Dionysodorus, vera et quae sunt dicit. Sane quidem hercle, inquit Ctesippus, o Euthydeme; at quae sunt quidem quodammodo dicit, neque tamen quomodo habent. Quid dicis, inquit Dionysodorus, o Ctesippe? Suntne qui dicant res quomodo habent? Sunt sane, inquit, honesti et boni et qui vera dicunt. Quid igitur? inquit; bona nonne bene, inquit, habent, mala vero male? Concessit. Honestos autem ac bonos confiteris dicere res quomodo se habeant? Confiteor. Male igitur, inquit, dicunt, o Ctesippe, boni mala, si quomodo habent dicunt. Hercle, inquit, admodum, malis certe hominibus, quorum ne sis, si me audies, cavebis, ut ne boni malo tibi dicant, nam probe scito maledicere bonos malis. An etiam de magnis, inquit Euthydemus, magne dicunt et de calidis calide? Maxime quidem, inquit Ctesippus; frigidos certe frigide dicunt et aiunt loqui. Tu vero, inquit Dionysodorus, convicium, o Ctesippe, convicium facis. Haudquaquam hercle, inquit, o Dionysodore (nam amo te), sed admoneo te tamquam amicum, et studeo tibi persuadere ne umquam coram me tam rustice dicas me hos velle perditos quos maximi faciam.

Ego vero, quum mihi viderentur inter se exacerbari, iocatus sum cum Ctesippo et O Ctesippe, inquam, mihi quidem videtur oportere nos ab hospitibus accipere quae dicant, si velint nobiscum communicare, non verbo discrepare. nam si sciunt ita homines perdere, ut ex improbis et imprudentibus bonos et prudentes efficiant, et hoc sive ipsi invenerunt sive ab alio quo didicerunt perniciem quandam et interitum eiusmodi, ut perdentes eum qui improbus sit bonum rursus exhibeant: si hoc sciunt (liquet autem ipsos id scire, dixerunt saltem artem suam esse nuper inventam illam bonos homines ex improbis efficiendi), concedamus iis hoc, ut perdant nobis adolescentulum pruden-

ἀπολεσάντων ἡμῖν τὸ μειράκιον καὶ φρόνιμον ποιησάντων,
καὶ ἅπαντάς γε ἡμᾶς τοὺς ἄλλους. * εἰ δὲ ὑμεῖς οἱ νέοι C
φοβεῖσθε, ὥςπερ ἐν Καρί, ἐν ἐμοὶ ἔστω ὁ κίνδυνος· ὡς
ἐγώ, ἐπειδὴ καὶ πρεσβύτης εἰμί, παρακινδυνεύειν ἕτοιμος
καὶ παραδίδωμι ἐμαυτὸν Διονυσοδώρῳ τούτῳ, ὥςπερ τῇ
Μηδείᾳ τῇ Κόλχῳ· ἀπολλύτω με, καὶ εἰ μὲν βούλεται,
ἑψέτω, εἰ δ', ὅ τι βούλεται, τοῦτο ποιείτω· μόνον
χρηστὸν ἀποφηνάτω. Καὶ ὁ Κτήσιππος, Ἐγὼ μέν, ἔφη,
καὶ αὐτός, ὦ Σώκρατες, ἕτοιμός εἰμι παρέχειν ἐμαυτὸν
τοῖς ξένοις, καὶ ἐὰν βούλωνται δέρειν ἔτι * μᾶλλον ἢ νῦν D
δέρουσιν, εἴ μοι ἡ δορὰ μὴ εἰς ἀσκὸν τελευτήσει, ὥςπερ
ἡ τοῦ Μαρσύου, ἀλλ' εἰς ἀρετήν. καίτοι με οἴεται Διο-
νυσόδωρος οὑτοσὶ χαλεπαίνειν αὐτῷ· ἐγὼ δὲ οὐ χαλεπαίνω,
ἀλλ' ἀντιλέγω πρὸς ταῦτα ἅ μοι δοκεῖ πρός με μὴ καλῶς
λέγειν. ἀλλὰ σὺ τὸ ἀντιλέγειν, ἔφη, ὦ γενναῖε Διονυ-
σόδωρε, *) μὴ κάλει λοιδορεῖσθαι· ἕτερον γάρ τί ἐστι τὸ
λοιδορεῖσθαι. Καὶ ὁ Διονυσόδωρος, Ὡς ὄντος, ἔφη, τοῦ
ἀντιλέγειν, ὦ Κτήσιππε, ποιεῖ τοὺς λόγους; Πάντως
* δήπου, ἔφη, καὶ σφόδρα γε. ἢ σύ, ὦ Διονυσόδωρε, E
οὐκ οἴει εἶναι ἀντιλέγειν; Οὔκουν σύ γ' ἄν, ἔφη, ἀπο-
δείξαις πώποτε ἀκούσας οὐδενὸς ἀντιλέγοντος ἑτέρου ἑτέρῳ.
Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη, ἀλλὰ ἀκούωμεν νῦν εἴ σοι ἀποδείκνυ-
μι, ἀντιλέγοντος Κτησίππου Διονυσοδώρῳ. Ἦ καὶ ὑπό-
σχοις ἂν τούτου λόγον; Πάνυ, **) ἔφη. Τί οὖν; ἦ δ' ὅς
εἰσὶν ἑκάστῳ τῶν ὄντων λόγοι; Πάνυ γε. Οὐκοῦν ὡς ἔστιν
ἕκαστον, ἢ ὡς οὐκ ἔστιν; Ὡς ἔστιν. Εἰ γὰρ μέμνησαι,
* ἔφη, ὦ Κτήσιππε, καὶ ἄρτι ἐπεδείξαμεν μηδένα λέγοντα 286
ὡς οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ μὴ ὂν οὐδεὶς ἐφάνη λέγων. Τί
οὖν δὴ τοῦτο; ἦ δ' ὃς ὁ Κτήσιππος· ἧττόν τι ἀντιλέ-
γομεν ἐγώ τε καὶ σύ; Πότερον οὖν, ἦ δ' ὅς, ἀντιλέγοιμεν
ἂν τοῦ αὐτοῦ πράγματος λόγον ἀμφότεροι γνόντες, ***)
ἢ οὕτω μὲν ἂν δήπου ταὐτὰ λέγοιμεν; Συνεχώρει. Ἀλλ'
ὅταν μηδέτερος, ἔφη, τὸν τοῦ πράγματος λόγον λέγῃ, τότε
ἀντιλέγοιμεν * ἄν; ἢ οὕτω γε τὸ παράπαν οὐδ' ἂν μεμνη- B

---

*) γρ. ὦ Διονυσόδωρε. **) ἴσ. Πάνυ γε.

***) ἴσ. τὸν τοῦ αὐτοῦ πράγματος λόγον ἀμφ. λέγοντες.

temque reddant et omnes nos reliquos. quodsi vos iuvenes reformidatis, tamquam in Care, in me periclitantor; nam ego, quoniam etiam senex sum, paratus sum ad periculum suscipiendum meque trado Dionysodoro huic, quasi Medeae Colchidi: perdito me et, si voluerit, coquito vel, quicquid volt, me facito, dummodo probum me exhibeat. Tum Ctesippus Equidem, inquit, ipse quoque, o Socrates, paratus sum ad me hospitibus tradendum, etiamsi corium mihi velint concidere etiam magis quam nunc concidunt, si mihi pellis non in utrem desinet, sicut Marsyae, sed in virtutem. quamquam me arbitratur hicce Dionysodorus sibi succensere; ego autem non succenseo, sed contradico iis quae mihi videtur in me non recte dicere. at tu contradicere, inquit, o generose Dionysodore, ne voca convicium facere; aliud enim quid est convicium facere. Tum Dionysodorus Contradicere, inquit, aliquid esse censens, o Ctesippe, hoc profers? Omnino vero, inquit, ac prorsus. an tu, Dionysodore, non putas esse contradicere? Nec tu, inquit, demonstrare poteris umquam te audivisse alterum alteri contradicentem. Vera dicis, inquit, at audiamus nunc si tibi demonstrem, Ctesippo Dionysodoro contradicente. An etiam de hoc mihi respondebis? Sane quidem, inquit. Quid igitur? inquit; nonne de quaque re oratio haberi potest? Sane quidem. Nonne ut quaeque est, an ut non est? Ut est. Nam si meministi, inquit, Ctesippe, modo iam probavimus neminem dicere ut non esset; nam id quod non esset nemo reperiebatur dicens. Quid tum? inquit Ctesippus; an minus contradicimus ego et tu? Utrum, inquit, contradicemus de eadem re ambo loquentes, an ita sane idem dicemus? Concessit. At quum neuter, inquit, de re orationem habebit, tum contradicemus? an ita quidem omnino nec mentionem faciet rei alteruter nostrum? Etiam hoc concessit. Num igitur, inquit, quum ego de re loquor, tu vero de alia

μένος εἴη τοῦ πράγματος οὐδέτερος ἡμῶν; Καὶ τοῦτο συνωμολόγει. Ἀλλ' ἆρ', ἔφη, ὅταν ἐγὼ μὲν τὸν τοῦ πράγματος λόγον λέγω, σὺ δὲ ἄλλου τινός, ἆρα τότε ἀντιλέγομεν; ἢ ἐγὼ λέγω μὲν τὸ πρᾶγμα, σὺ δὲ οὐδὲ λέγεις τὸ παράπαν; ὁ δὲ μὴ λέγων τῷ λέγοντι πῶς ἂν ἀντιλέγοι; Καὶ ὁ μὲν Κτήσιππος ἐσίγησεν· ἐγὼ δὲ θαυμάσας τὸν
λόγον, Πῶς, ἔφην, ὦ Διονυσόδωρε, λέγεις; οὐ * γάρ τοι C
ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον πολλῶν δὴ καὶ πολλάκις ἀκηκοὼς ἀεὶ θαυμάζω. καὶ γὰρ οἱ ἀμφὶ Πρωταγόραν σφόδρα ἐχρῶντο αὐτῷ καὶ οἱ ἔτι παλαιότεροι· ἐμοὶ δὲ ἀεὶ θαυμαστός τις δοκεῖ εἶναι καὶ τούς τε ἄλλους ἀνατρέπειν καὶ αὐτὸς αὑτόν· οἶμαι δὲ αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν παρὰ σοῦ κάλλιστα πεύσεσθαι. ἄλλο τι ἢ ψευδῆ λέγειν οὐκ ἔστι (τοῦτο γὰρ δύναται ὁ λόγος· ἢ γάρ;), ἀλλ' ἢ λέγοντα τἀληθῆ
λέγειν, ἢ μὴ λέγειν; Συνεχώρει. Πότερον * οὖν ψευδῆ D
λέγειν μὲν οὐκ ἔστι, δοξάζειν μέντοι ἔστιν; Οὐδὲ δοξάζειν, ἔφη. Οὐδ' ἄρα ψευδής, ἦν δ' ἐγώ, δόξα ἔστι τὸ παράπαν. Οὐκ ἔφη. Οὐδ' ἄρ' ἀμαθία οὐδ' ἀμαθεῖς ἄνθρωποι. ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη ἀμαθία, εἴπερ εἴη, τὸ ψεύδεσθαι τῶν πραγμάτων; Πάνυ γε, ἔφη. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ. Οὐκ ἔφη. Λόγου ἕνεκα, ὦ Διονυσόδωρε, λέγεις τὸν λόγον, ἵνα δὴ ἄτοπον λέγῃς, ἢ ὡς ἀληθῶς δοκεῖ
σοι οὐδεὶς εἶναι ἀμαθὴς ἀνθρώπων; * Ἀλλὰ σύ, ἔφη, E
ἔλεγξον. Ἦ καὶ ἔστι τοῦτο κατὰ τὸν σὸν λόγον, ἐξελέγξαι, μηδενὸς ψευδομένου; Οὐκ ἔστιν, ἔφη ὁ Εὐθύδημος. Οὐδ' ἄρα ἐκέλευον, ἔφη, ἐγὼ νῦν δή, ὁ Διονυσόδωρος, ἐξελέγξαι· τὸ γὰρ μὴ ὂν πῶς ἄν τις κελεύσαι; Ὦ Εὐθύδημε, ἦν δ' ἐγώ, τὰ σοφὰ ταῦτα καὶ τὰ εὖ ἔχοντα οὐ πάνυ τι μανθάνω, ἀλλὰ ταχέως *) πως ἐννοῶ. ἴσως μὲν οὖν φορτικώτερόν τι ἐρήσομαι· ἀλλὰ συγγίγνωσκε. ὅρα δέ.
εἰ γὰρ μήτε ψεύδεσθαι ἔστι μήτε * ψευδῆ δοξάζειν μήτε 287
ἀμαθῆ εἶναι, ἄλλο τι **) οὐδ' ἐξαμαρτάνειν ἔστιν, ὅταν τίς τι πράττῃ; πράττοντα γὰρ οὐκ ἔστιν ἁμαρτάνειν τούτου ὃ πράττει. οὐχ οὕτω λέγετε; Πάνυ γ', ἔφη. Τοῦτό ἐστιν ἤδη, ἦν δ' ἐγώ, τὸ φορτικὸν ἐρώτημα. εἰ γὰρ μὴ

*) Ισ. παχέως. **) γρ. ἀλλ' ὅτι

qua, tum contradicimus? an ego quidem loquor de re, tu autem ne loqueris quidem omnino? is vero qui non dicit dicenti quomodo contradicat? Et Ctesippus quidem conticuit; ego autem admirans orationem Quomodo inquam, o Dionysodore, dicis? enimvero hanc orationem a multis iam et saepius audivi semperque admiror. etiam Protagoras multum eam usurpavit eoque etiam antiquiores; mihi vero semper admirabilis quaedam videtur esse et tum reliquas evertere tum se ipsa. arbitror autem me veritatem eius pulcherrime a te percepturum esse. ergo falsa dici non possunt (hoc enim significat oratio: nonne?), sed aut dicens vera dicit, aut non dicit? Concessit. Utrum igitur falsa dicere non possumus, opinari tamen possumus? Nec opinari, inquit. Ergo nec falsa, inquam, opinio omnino est. Non est, inquit. Neque igitur inscitia est neque inscientes homines. an non haec erit inscitia, siquidem erit, falso de rebus sentire? Sane quidem, inquit. At non est hoc, inquam. Non est, inquit. Dicisne causa, o Dionysodore, dicis hoc, ut admirabile quid proferas, an revera videtur tibi nullus esse indoctus hominum? At tu, inquit, refelle. Num etiam ex tua oratione hoc fieri potest, ut quis refellatur, si nemo mentitur? Non potest fieri, inquit Euthydemus. Igitur nec iussi, inquit Dionysodorus, modo te refellere; nam id quod non est quomodo quis iusserit? O Euthydeme, inquam, sapientia illa et praeclara haud sane intelligo, sed crasse quodammodo percipio. fortasse igitur pingue quiddam te interrogabo; atignosce. vide modo. etenim si neque est ut quis mentiatur neque ut falsa opinetur neque ut imperitus sit, nonne nec est ut peccet si quid facit? faciens enim non est ut peccet in eo quod facit. nonne ita dicitis? Sane quidem, inquit. Haec, iam, inquam, pinguis illa est quaestio. namque si non peccamus neque facientes neque dicentes neque cogitantes, vos, per deos immortales, si hoc ita habet, cuiusnam rei magistri venistis? annon

ἁμαρτάνομεν μήτε πράττοντες μήτε λέγοντες μήτε διανο-
ούμενοι, ὑμεῖς, ὦ πρὸς Διός, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, τίνος
διδάσκαλοι ἥκετε; ἢ οὐκ ἄρτι ἔφατε ἀρετὴν κάλλιστ' ἂν
παραδοῦναι ἀνθρώπων τῷ ἐθέλοντι * μανθάνειν; Εἶτ', B
ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Διονυσόδωρος ὑπολαβών, οὕτως εἶ
Κρόνος, ὥστε ἃ τὸ πρῶτον εἴπομεν, νῦν ἀναμιμνήσκει,
καὶ εἴ τι πέρυσιν εἶπον, νῦν ἀναμνησθήσει, τοῖς δ' ἐν τῷ
παρόντι λεγομένοις *) οὐχ ἕξεις ὅ τι χρῇ; Καὶ γάρ, ἔφην
ἐγώ, χαλεποί εἰσι, πάνυ εἰκότως· παρὰ σοφῶν γὰρ λέ-
γονται. ἐπεὶ καὶ τούτῳ τῷ τελευταίῳ παγχάλεπον χρή-
σασθαί ἐστιν ᾧ λέγεις. τὸ γὰρ οὐκ ἔχω ὅ τι χρῶμαι τί
ποτε λέγεις, ὦ Διονυσόδωρε; ἢ δῆλον ὅτι * ὡς οὐκ ἔχω C
ἐξελέγξαι αὐτόν; ἐπεὶ εἰπὲ τί σοι ἄλλο ἐννοεῖ τοῦτο τὸ
ῥῆμα, τὸ οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσομαι **) τοῖς λόγοις; Ἀλλ'
ἃ σὺ λέγεις, ἔφη, τοῦτο τὸ πάνυ χαλεπὸν χρῆσθαι· ἐπεὶ
ἀπόκριναι. Πρὶν σὲ ἀποκρίνασθαι, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Διο-
νυσόδωρε; Οὐκ ἀποκρινεῖ; ἔφη. Ἦ καὶ δίκαιον; Δί-
καιον μέντοι, ἔφη. Κατὰ τίνα λόγον; ἦν δ' ἐγώ· ἢ δῆ-
λον ὅτι κατὰ τόνδε, ὅτι σὺ νῦν πάνσοφός τις ἡμῖν ἀφῖξαι
περὶ λόγους, καὶ οἶσθ' ὅτε δεῖ ἀποκρίνασθαι, καὶ * ὅτε D
μή, καὶ νῦν οὐδ' ἂν ὁτιοῦν ἀποκρινεῖ, ἅτε γιγνώσκων
ὅτι οὐ δεῖ; Λαλεῖς, ἔφη, ἀμελήσας ἀποκρίνασθαι.
ἀλλ', ***) ὦ 'γαθέ, πείθου καὶ ἀποκρίνου, ἐπειδὴ καὶ
ὁμολογεῖς με σοφὸν εἶναι. Πειστέον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ,
καὶ ἀνάγκη, ὡς ἔοικε· σὺ γὰρ ἄρχεις. ἀλλ' ἐρώτα. Πό-
τερον οὖν ψυχὴν ἔχοντα νοεῖ τὰ νοοῦντα, ἢ καὶ τὰ ἄψυχα;
Τὰ ψυχὴν ἔχοντα. Οἶσθα οὖν τι, ἔφη, ῥῆμα ψυχὴν ἔχον;
Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. * Τί οὖν ἄρτι ἤρου ὅ τι μοι νοοῖ τὸ E
ῥῆμα; Τί ἄλλο γε, ἦν δ' ἐγώ, ἢ ἐξήμαρτον διὰ τὴν βλα-
κείαν; ἢ οὐκ ἐξήμαρτον, ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ὀρθῶς εἶπον
εἰπὼν ὅτι νοεῖ τὰ ῥήματα; πότερα φῂς ἐξαμαρτάνειν με ἢ
οὔ; εἰ γὰρ μὴ ἐξήμαρτον, οὐδὲ σὺ ἐξελέγξεις, καίπερ σο-
φὸς ὤν, οὐδ' ἔχεις ὅ τι χρῇ τῷ λόγῳ· εἰ δ' ἐξήμαρτον,
οὐδ' οὕτως ὀρθῶς λέγεις, φάσκων * οὐκ εἶναι ἐξαμαρτάνειν. 288

*) ἴσ. λεγομένοις λόγοις. **) γρ. χρήσωμαι.
***) γρ. ἀποκρίνασθαι καὶ ὅτε μή. ἀλλ',

modo dixistis virtutem vos optime tradere cuivis hominum qui velit addiscere? Itane, Socrate? Dionysodorus subiecit, adeone es desipiens, ut quae primo diximus, eorum nunc reminiscare, et, si quid anno superiore diximus, nunc recordaturus, iis vero quae in praesenti prolata sunt habiturus non sis quid facias? Etenim, inquam, difficilia sunt, plane ut par est; a vobis enim prolata sunt. nam istud quoque postremum quod dicis perdifficile est tractatu. hoc enim: *non habeo quid faciam* quid tandem dicis, Dionysodore? an patet te hoc dicere: *non habeo redarguere?* nam dic quid tibi aliud significat hoc dictum: *non habeo quid faciam orationibus?* At quod dicis, inquit, id valde difficile est ad tractandum; nam responde. Priusquam tu responderis, inquam, Dionysodore? Non es responsurus? inquit. An etiam par est? Par vero, inquit. Ex quanam ratione? inquam; an patet ex hac, quod tu nunc nobis advenisti orationum peritissimus, et scis quando oporteat responderi, quando non, atque nunc nihil omnino respondebis, quippe intelligens non oportere? Garris, inquit, negligens respondere. at, o bone, obsequere et responde, quoniam etiam me confiteris sapientem esse. Obsequendum igitur, inquam, et necesse est, ut liquet; tu enim praees. itaque interroga. Utrum igitur animum habentia significant aliquid ea quae significant, an etiam animo carentia? Animum habentia. Nostine igitur dictionem aliquam, inquit, animo praeditam? Haudquaquam hercle. Cur igitur modo rogasti quid mihi significet dictio? Nullam aliam ob causam, inquam, nisi quod erravi propter stupiditatem. an non erravi, sed hoc quoque recte dixi dicens significare aliquid dictiones? utrum me ais errare necne? nam si non erravi, nec tu refelles, quamvis sapiens sis, neque habes quid verbis illis facias; sin autem erravi, nec sic recte dicis, quum affirmes non esse ut quis erret. neque hoc ad ista quae anno superiore dixisti dico. at videtur, inquam,

καὶ ταῦτα οὐ πρὸς ἃ πέρυσιν ἔλεγες λέγω. ἀλλ' ἔοικεν,
ἔφην ἐγώ, ὦ Διονυσόδωρέ τε καὶ Εὐθύδημε, οὗτος μὲν
ὁ λόγος ἐν ταὐτῷ μένειν καὶ ἔτι ὥσπερ τὸ παλαιὸν κατα-
βαλὼν πίπτειν, καὶ ὥστε τοῦτο μὴ πάσχειν, οὐδ' ὑπὸ τῆς
ὑμετέρας που τέχνης ἐξευρῆσθαι, καὶ ταῦθ' οὑτωσὶ θαυ-
μαστῆς οὔσης εἰς ἀκρίβειαν λόγων. Καὶ ὁ Κτήσιππος,
Θαυμάσιά γε λέγετ', ἔφη, ὦ ἄνδρες Θούριοι * εἴτε Χῖοι B
εἴθ' ὁπόθεν καὶ ὅπῃ χαίρετον ὀνομαζόμενοι· ὡς οὐδὲν
ὑμῖν μέλει τοῦ παραληρεῖν. Καὶ ἐγὼ φοβηθεὶς μὴ λοι-
δορία γένηται, πάλιν κατεπραΰνον τὸν Κτήσιππον καὶ εἶ-
πον Ὦ Κτήσιππε, καὶ νῦν δὴ ἃ πρὸς Κλεινίαν ἔλεγον,
καὶ πρὸς σὲ ταὐτὰ ταῦτα λέγω, ὅτι οὐ γιγνώσκεις τῶν
ξένων τὴν σοφίαν ὅτι θαυμασία ἐστίν· ἀλλ' οὐκ ἐθέλετον
ἡμῖν ἐπιδείξασθαι σπουδάζοντε, ἀλλὰ τὸν Πρωτέα μι-
μεῖσθον τὸν Αἰγύπτιον σοφιστὴν γοητεύοντε * ἡμᾶς. ἡμεῖς C
οὖν τὸν Μενέλαον μιμώμεθα, καὶ μὴ ἀφιώμεθα τοῖν ἀν-
δροῖν, ἕως ἂν ἡμῖν ἐκφανῆτον ἐφ' ᾧ αὐτὼ σπουδάζετον·
οἶμαι γάρ τι αὐτοῖν πάγκαλον φανεῖσθαι, ἐπειδὰν ἄρξων-
ται σπουδάζειν. ἀλλὰ δεώμεθα καὶ παραμυθώμεθα καὶ
προσευχώμεθα αὐτοῖν ἐκφανῆναι. ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ καὶ
αὐτὸς πάλιν ὑφηγήσασθαι οἵω προσεύχομαι αὐτὼ φανῆναί
μοι. ὅθεν γὰρ τὸ πρότερον ἀπέλιπον, τὸ ἑξῆς *) τούτοις
* πειράσομαι, ὅπως ἂν δύνωμαι, διελθεῖν, ἐάν πως ἐκκα- D
λέσωμαι καὶ ἐλεήσαντέ με καὶ οἰκτείραντε συντεταμένον καὶ
σπουδάζοντα καὶ αὐτὼ σπουδάσητον.

Σὺ δέ, ὦ Κλεινία, ἔφην, ἀνάμνησόν με πόθεν τότ'
ἀπελίπομεν. ὡς μὲν οὖν ἐγῷμαι, ἐνθένδε ποθέν· φιλοσο-
φητέον ὡμολογήσαμεν τελευτῶντες· ἦ γάρ; Ναί, ἦ δ' ὅς.
Ἡ δέ γε φιλοσοφία κτῆσις ἐπιστήμης· οὐχ οὕτως; ἔφην.
Ναί, ἔφη. Τίνα ποτ' οὖν ἂν κτησάμενοι ἐπιστήμην ὀρ-
θῶς κτησαίμεθα; ἆρ' οὐ * τοῦτο μὲν ἁπλοῦν, ὅτι ταύτην E
ἥτις ἡμᾶς ὀνήσει; Πάνυ γ', ἔφη. Ἆρ' οὖν ἄν τι ἡμᾶς
ὀνήσειεν, εἰ ἐπισταίμεθα γιγνώσκειν περιιόντες ὅπου τῆς
γῆς χρυσίον πλεῖστον κατορώρυκται; Ἴσως, ἔφη. Ἀλλὰ
τὸ πρότερον, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτό γε ἐξηλέγξαμεν, ὅτι οὐδὲν

*) γρ. ἀπελίποντο, ἑξῆς.

o Dionysodore et Euthydeme, haec quidem oratio eodem loco persistere et adhuc sicut olim ceteras quum deiecerit ipsa corruere, nec quominus hoc patiatur, ab arte vestra inventum et prohibitum esse, licet tam admirabilis sit ad accuratam orationum tractationem. Tum Ctesippus, Admirabilia dicitis, inquit, o viri Thurii sive Chii sive unde et quomodocumque gaudetis nominari; quippe nihil curatis si delira dicitis. Atque ego metuens ne convicium exsisteret, rursus mitigavi Ctesippum ac dixi O Ctesippe, nunc quoque quae Cliniae dixi, eadem haec tibi dico, te non intelligere admirabilem hospitum sapientiam esse; at nolunt nobis eam ostendere seria agentes, sed Protea imitantur Aegyptium sophisten praestigiis nos decipientes. nos vero Menelaum imitemur, nec dimittamus viros, dum nobis emergant qua in re seria agant; arbitror enim oppido pulchri aliquid proditurum esse, quando incipiant seria agere. itaque oremus eos et admoneamus et precemur ut emergant. mihi autem rursus lubet praeire, quales ut sese ostendant optem. unde enim ante digressus sum, hoc persequens conabor, quantum potero, exponere, si forte eos provocem, ut miserentes connitentis et seria agentis ipsi quoque seria agant.

Tu vero, Clinia, inquam, in memoriam mihi revoca, unde tunc digressi simus. ut equidem opinor, hinc fere: philosophandum esse concessimus postremo; nonne? Etiam, inquit. Philosophia autem comparatio est scientiae; nonne ita? inquam. Vero, inquit. Quam igitur nobis comparantes scientiam recte comparabimus? nonne hoc quidem simpliciter valet eam esse comparandam quae nobis prosit? Sane quidem, inquit Num igitur nobis id prodesset, si sciremus cognoscere circumeuntes ubi plurimum in terra auri defossum esset? Fortasse, inquit. At prius, inquam, hoc convicimus, nihil prodesse etiam si nullo negotio et sine labore terram effodiendi omne nobis aurum contingeret:

πλέον, οὐδ' εἰ ἄνευ πραγμάτων καὶ τοῦ ὀρύττειν τὴν γῆν
τὸ πᾶν ἡμῖν χρυσίον γένοιτο· ὥςτε οὐδ' εἰ τὰς πέτρας
χρυσᾶς ἐπισταίμεθα ποιεῖν, οὐδενὸς ἂν ἀξία ἡ ἐπιστή- 289
μη εἴη. εἰ γὰρ μὴ κεχρῆσθαι *) ἐπιστησόμεθα τῷ χρυ-
σίῳ, οὐδὲν ὄφελος αὐτοῦ ἐφάνη ὄν· ἢ οὐ μέμνησαι;
ἔφην ἐγώ. Πάνυ γ', ἔφη, μέμνημαι. Οὐδέ γε, ὡς ἔοικε,
τῆς ἄλλης ἐπιστήμης ὄφελος γίγνεται οὐδέν, οὔτε χρημα-
τιστικῆς οὔτε ἰατρικῆς οὔτε ἄλλης οὐδεμιᾶς, ἥτις **) ποιεῖν
τι ἐπίσταται, χρῆσθαι δὲ μὴ ᾧ ἂν ποιήσῃ· οὐχ οὕτως;
Συνέφη. Οὐδέ γε εἴ τις ἔστιν * ἐπιστήμη ὥςτε ἀθανάτους B
ποιεῖν ἄνευ τοῦ ἐπίστασθαι τῇ ἀθανασίᾳ χρῆσθαι, οὐδὲ
ταύτης ἔοικεν ὄφελος οὐδέν, εἴ τι δεῖ τοῖς πρόσθεν ὡμο-
λογημένοις τεκμαίρεσθαι. Συνεδόκει ἡμῖν πάντα ταῦτα.
Τοιαύτης τινὸς ἄρ' ἡμῖν ἐπιστήμης δεῖ, ὦ καλὲ παῖ, ἦν
δ' ἐγώ, ἐν ᾗ συμπέπτωκεν ἅμα τό τε ποιεῖν καὶ τὸ ἐπίστα-
σθαι χρῆσθαι τούτῳ ὃ ἂν ποιῇ. Φαίνεται, ἔφη. Πολλοῦ
ἄρα δεῖ, ὡς ἔοικεν, ἡμᾶς λυροποιοὺς * δεῖν εἶναι ***) καὶ C
τοιαύτης τινὸς ἐπιστήμης ἐπηβόλους· ἐνταῦθα γὰρ δὴ
χωρὶς μὲν ἡ ποιοῦσα τέχνη, χωρὶς δὲ ἡ χρωμένη διῄρηται
τοῦ αὐτοῦ πέρι· ἡ γὰρ λυροποιικὴ καὶ ἡ κιθαριστικὴ
πολὺ διαφέρετον ἀλλήλοιν· οὐχ οὕτως; Συνέφη. Οὐδὲ
μὴν αὐλοποιικῆς γε δῆλον ὅτι δεόμεθα· καὶ γὰρ αὕτη
ἑτέρα τοιαύτη. Συνεδόκει. Ἀλλὰ πρὸς θεῶν, ἔφην ἐγώ,
εἰ τὴν λογοποιικὴν τέχνην μάθοιμεν, ἆρά ἐστιν αὕτη ἣν
ἔδει κεκτημένους ἡμᾶς εὐδαίμονας εἶναι; Οὐκ οἶμαι, ἔφη,
ἐγώ, ὁ Κλεινίας * ὑπολαβών. Τίνι τεκμηρίῳ, ἦν δ' ἐγώ, D
χρῇ; Ὁρῶ, ἔφη, τινὰς λογοποιοὺς οἳ τοῖς ἰδίοις λόγοις
οἷς αὐτοὶ ποιοῦσιν οὐκ ἐπίστανται χρῆσθαι, ὥςπερ οἱ
λυροποιοὶ ταῖς λύραις, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα ἄλλοι δυνατοὶ
χρῆσθαι οἷς ἐκεῖνοι εἰργάσαντο, οἱ λογοποιεῖν αὐτοὶ ἀδύ-
νατοι· δῆλον οὖν ὅτι καὶ περὶ λόγους χωρὶς ἡ τοῦ ποιεῖν
τέχνη καὶ ἡ τοῦ χρῆσθαι. Ἱκανόν μοι δοκεῖς, ἔφην ἐγώ,
τεκμήριον λέγειν ὅτι οὐχ αὕτη ἐστὶν ἡ τῶν λογοποιῶν
τέχνη, ἣν ἂν κτησάμενός τις εὐδαίμων εἴη. καίτοι ἐγὼ
ᾤμην ἐνταῦθά που φανήσεσθαι τὴν ἐπιστήμην ἣν δὴ

*) ἴσ. καὶ χρῆσθαι. **) ἴσ. ἥ τις. ***) γρ. δεινοὺς εἶναι.

ut nec si lapides sciremus aureos reddere, pretium haberet haec scientia; nisi enim etiam uti sciremus auro, nihil nobis prodesse vidimus; annon meministi? inquam. Sane quidem, inquit, memini. Nec, ut videtur, ulla alia scientia utilitatis quicquam affert, neque quaestus faciendi ars neque medicina neque alia quaequam, qua quis facere aliquid scit, sed non uti eo quod facit; nonne ita? Concessit. Neque vero si qua est scientia quae immortales efficiat, uti vero immortalitate nesciat, quicquam utilitatis praebet, si ex ante concessis concludi oportet. Visa nobis haec sunt omnia. Huiusmodi igitur scientia nobis opus est, pulchelle puer, inquam, in qua concurrant facere et uti scire eo quod faciat. Videtur, inquit. Multum ergo abest, sicut patet, ut lyrarum opifices nos esse oporteat et huiusmodi alicuius artis compotes; hic enim separatae sunt ars quae conficit et ars quae eadem re utitur; ars enim lyrarum conficiendarum et ars fidibus canendi multum inter se differunt; nonne ita? Assensit. Neque etiam, ut liquet, tibiarum conficiendarum ars nobis opus est; nam haec quoque alia huiusmodi. Concessimus. At per deos, inquam, si artem orationum faciendarum discamus, num haec est quam nos oporteat acquirere ut beati simus? Non arbitror, subiecit Clinias. Quonam argumento, inquam, uteris? Video, inquit, orationum auctores quosdam qui propriis quas ipsi faciunt orationibus nesciunt uti, quemadmodum lyrarum fabricatores lyris, sed hic quoque alii possunt uti quas illi fecerunt, qui quidem ipsi orationum faciendarum imperiti sunt. patet igitur etiam in orationibus aliam esse artem faciendi, aliam utendi. Satis mihi videris, inquam, argumenti afferre non esse orationum faciendarum artem eam quam quis sibi acquirens beatus sit. quamquam putaram hic fere repertum iri scientiam quam dudum quaerimus. etenim viri illi qui orationes scribunt, quando cum iis sum, mirum

θηρευσαμένη, αὐτὴ καὶ ἐπιστήσεται χρῆσθαι, καὶ ἡ τοιαύτη ποιήσει ἡμᾶς μακαρίους, ἄλλην δή τινα, ἔφη, ζητητέον ἀντὶ τῆς στρατηγικῆς.

ΚΡ. * Τί λέγεις σύ, ὦ Σώκρατες; ἐκεῖνο τὸ μειρά- E
κιον τοιαῦτ' ἐφθέγξατο;

ΣΩ. Οὐκ οἴει, ὦ Κρίτων;

ΚΡ. Μὰ Δί' οὐ μέντοι· οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἐγώ, εἰ ταῦτ' εἶπεν, οὔτ' Εὐθυδήμου οὔτε ἄλλου οὐδενὸς ἔτ' ἀνθρώπου δεῖσθαι εἰς παιδείαν.

ΣΩ. Ἀλλ' ἆρ', ὦ πρὸς Διός, μὴ ὁ Κτήσιππος ἦν ὁ ταῦτ' εἰπών, ἐγὼ δὲ οὐ μέμνημαι;

ΚΡ. * Ποῖος Κτήσιππος; 291

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν τό γε εὖ οἶδα, ὅτι οὔτε Εὐθύδημος οὔτε Διονυσόδωρος ἦν ὁ εἰπὼν ταῦτα. ἀλλ', ὦ δαιμόνιε Κρίτων, μή τις τῶν κρειττόνων παρὼν αὐτὰ ἐφθέγξατο; ὅτι γὰρ ἤκουσά γε ταῦτα εὖ οἶδα.

ΚΡ. Ναὶ μὰ Δί', ὦ Σώκρατες· τῶν κρειττόνων μέντοι τις ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ πολύ γε. ἀλλὰ μετὰ τοῦτο ἔτι τίνα ἐζητήσατε τέχνην; καὶ εὕρετε ἐκείνην, ἢ οὐχ εὕρετε, ἧς ἕνεκα ἐζητεῖτε;

ΣΩ. Πόθεν, ὦ μακάριε, εὕρομεν; ἀλλ' ἦμεν * πάνυ B
γελοῖοι, ὥςπερ τὰ παιδία τὰ τοὺς κορυδοὺς διώκοντα· ἀεὶ ᾠόμεθα ἑκάστην τῶν ἐπιστημῶν αὐτίκα λήψεσθαι, αἱ δ' ἀεὶ ὑπεξέφυγον. τὰς μὲν οὖν πολλὰς τί ἄν σοι λέγοιμι; ἐπὶ δὲ δὴ τὴν βασιλικὴν ἐλθόντες τέχνην καὶ διασκοπούμενοι αὐτήν, εἰ αὕτη εἴη ἡ τὴν εὐδαιμονίαν παρέχουσά τε καὶ ἀπεργαζομένη, ἐνταῦθα ὥςπερ εἰς λαβύρινθον ἐμπεσόντες, οἰόμενοι ἤδη ἐπὶ τέλει εἶναι, περικάμψαντες πάλιν
ὥςπερ ἐν ἀρχῇ τῆς ζητήσεως ἀνεφάνημεν * ὄντες καὶ τοῦ C
ἴσου δεόμενοι ὅσουπερ ὅτε τὸ πρῶτον ἐζητοῦμεν.

ΚΡ. Πῶς δὴ τοῦτο ὑμῖν συνέβη, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἐγὼ φράσω. ἔδοξε γὰρ δὴ ἡμῖν ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ βασιλικὴ τέχνη ἡ αὐτὴ εἶναι.

ΚΡ. Τί οὖν δή;

ΣΩ. Ταύτῃ τῇ τέχνῃ ἥ τε στρατηγικὴ καὶ αἱ ἄλλαι παραδιδόναι ἄρχειν τῶν ἔργων ὧν αὐταὶ δημιουργοί εἰσιν,

Cr. Quid tu dicis, Socrate? ille adolescentulus talia protulit?

So. Non credis, Crito?

Cr. Haudquaquam hercle; arbitror enim ipsum, si haec dixerit, neque Euthydemi neque alius cuiusquam hominis jam disciplina indigere.

So. At vero, per deos, numquid Ctesippus fuit qui haec dixit, ego vero non memini?

Cr. Quid? Ctesippus?

So. Attamen hoc probe scio, neque Euthydemum neque Dionysodorum fuisse qui illa dixerit. at, o bone Crito, num quis superiorum praesens ea pronunciavit? me enim haec audivisse certo scio.

Cr. Sane quidem hercle, Socrate; superiorum aliquis mihi videtur, ac longe quidem. sed deinde quamnam quaesivistis artem? et invenistis eam, necne, quam quaesivistis?

So. Quid loqueris, o beate? nos ut invenerimus? immo vero admodum ridiculi eramus, sicut pueri qui alaudas cristatas persequuntur: semper putabamus quamque nos scientiam iam iamque capturos esse, illae vero semper elabebantur. ac multas quidem quid tibi memorem? ad regiam vero quum pervenissemus artem eamque perscrutaremur, si haec esset quae felicitatem praeberet atque efficeret, hic tamquam in labyrinthum incidimus et, quum arbitraremur iam ad finem nos venisse, cursu circumflexo rursus quasi in quaestionis initio nos vidimus versari tantumque nobis deesse quantum antea, quum primum quaereremus.

Cr. Quomodo hoc vobis accidit, Socrate?

So. Ego dicam. videbatur videlicet nobis civilis et regia ars eadem esse.

Cr. Quid tum?

So. Huic arti et imperatoria et reliquae videbantur nobis opera quae ipsae facerent tradere administranda, quippe quae sola iis uti sciret. manifesto igi-

ὡς μόνη ἐπισταμένη χρῆσθαι. σαφῶς οὖν ἐδόκει ἡμῖν
αὕτη εἶναι ἣν ἐζητοῦμεν, καὶ ἡ αἰτία τοῦ ὀρθῶς * πράτ- D
τειν ἐν τῇ πόλει, καὶ ἀτεχνῶς κατὰ τὸ Αἰσχύλου ἰαμβεῖον μόνη ἐν τῇ πρύμνῃ καθῆσθαι τῆς πόλεως, πάντα *) κυβερνῶσα καὶ πάντων ἄρχουσα πάντα **) χρήσιμα ποιεῖν.

ΚΡ. Οὐκοῦν καλῶς ὑμῖν ἐδόκει, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Σὺ κρινεῖς, ὦ Κρίτων, ἐὰν βούλῃ ἀκούειν καὶ τὰ μετὰ ταῦτα συμβάντα ἡμῖν. αὖθις γὰρ δὴ πάλιν ἐσκοποῦμεν ὧδέ πως. Φέρε, πάντων ἄρχουσα ἡ βασιλικὴ τέχνη τί ἡμῖν ἀπεργάζεται ἔργον; ἢ οὐδέν; Πάντως δή-
που, * ἡμεῖς ἔφαμεν πρὸς ἀλλήλους. Οὐ καὶ σὺ ἂν ταῦτα E
φαίης, ὦ Κρίτων;

ΚΡ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τί οὖν ἂν φαίης αὐτῆς ἔργον εἶναι; ὥσπερ εἰ ἐγώ σε ἐρωτῴην, Πάντων ἄρχουσα ἡ ἰατρικὴ ὧν ἄρχει τί ἔργον παρέχεται; οὐ τὴν ὑγίειαν ***) φαίης;

ΚΡ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τί δὲ ἡ ὑμετέρα τέχνη ἡ γεωργία; πάντων ἄρ-
χουσα ὧν ἄρχει τί ἔργον ἀπεργάζεται; οὐ τὴν * τροφὴν 292
ἂν φαίης τὴν ἐκ τῆς γῆς παρέχειν ἡμῖν;

ΚΡ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Τί δὲ ἡ βασιλικὴ πάντων ἄρχουσα ὧν ἄρχει, τί ἀπεργάζεται; ἴσως οὐ πάνυ γ' εὐπορεῖς.

ΚΡ. Μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς, ὦ Κρίτων. ἀλλὰ τοσόνδε γε οἶσθα, ὅτι εἴπερ ἔστιν αὕτη ἣν ἡμεῖς ζητοῦμεν, ὠφέλιμον αὐτὴν δεῖ εἶναι.

ΚΡ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀγαθόν γέ τι δεῖ ἡμῖν αὐτὴν παραδιδόναι;

ΚΡ. Ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. * Ἀγαθὸν δέ γέ που ὡμολογήσαμεν ἀλλήλοις ἐγώ B
τε καὶ Κλεινίας οὐδὲν εἶναι ἄλλο ἢ ἐπιστήμην τινά.

ΚΡ. Ναί, οὕτως ἔλεγες.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ μὲν ἄλλα ἔργα ἃ φαίη ἄν τις πολι-

---

*) γρ. καὶ πάντα. **) γρ. καὶ πάντα. ***) ἴσ. ὑγίειαν ἄν.

tur videbatur nobis haec esse quam quaereremus, et causa recte agendi in civitate, et profecto secundum Aeschyli iambos sola in puppi sedere civitatis omniaque gubernans et administrans omnia quae ex usu essent facere.

Cr. Nonne bene vobis ita videbatur, Socrate?

So. Tu iudicabis, Crito, si audire velis quae postea nobis acciderunt, rursus enim ita fere rem consideravimus. Age, omnia administrans regia ars quid nobis praestat operis? an nihil? Omnino, inter nos respondimus. Nonne tu quoque id dixeris, Crito?

Cr. Ego vero.

So. Quodnam igitur dicas eius opus esse? quemadmodum si ex te quaeram; Omnia regens medicina quae regit quodnam praestat opus? nonne sanitatem dicas?

Cr. Etiam.

So. Quid vero nostra ars agricultura? omnia regens quae regit quodnam opus praestat? nonne alimentum eam dixeris ex terra nobis subministrare?

Cr. Ego sane.

So. Quid vero regia ars omnia gubernans quae gubernat, quid praestat? fortasse non satis tibi in promptu est.

Cr. Haudquaquam hercle, Socrate.

So. Neque etiam nobis, Crito. at hoc certe intelligis, si haec sit quam quaeramus, utilem eam oportere esse.

Cr. Sane quidem.

So. Nonne igitur boni quid nobis praebeat oportet?

Cr. Oportet, Socrate.

So. Bonum autem consensimus inter nos ego et Clinias nihil esse aliud nisi scientiam aliquam.

Cr. Etiam, ita dixisti.

So. Ergo reliqua quidem opera quae dixerit quispiam rationis civilis esse (multa vero haec erunt, velut

τικῆς εἶναι (πολλὰ δέ που ταῦτ' ἂν εἴη, οἷον πλουσίους τοὺς πολίτας παρέχειν καὶ ἐλευθέρους καὶ ἀστασιάστους), πάντα ταῦτα οὔτε κακὰ οὔτε ἀγαθὰ ἐφάνη, ἔδει δὲ σοφοὺς ποιεῖν καὶ ἐπιστήμης μεταδιδόναι, εἴπερ ἔμελλεν αὕτη εἶναι ἡ ὠφελοῦσά τε * καὶ εὐδαίμονας ποιοῦσα. C

ΚΡ. Ἔστι ταῦτα· τότε γοῦν οὕτως ὑμῖν ὡμολογήθη, ὡς σὺ τοὺς λόγους ἀπήγγειλας.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἡ βασιλικὴ σοφοὺς ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀγαθούς;

ΚΡ. Τί γὰρ κωλύει, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἀλλ' ἆρα πάντας καὶ πάντα *) ἀγαθούς; καὶ πᾶσαν ἐπιστήμην, σκυτοτομικήν τε καὶ τεκτονικὴν καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας, αὕτη ἡ παραδιδοῦσά ἐστιν;

ΚΡ. Οὐκ οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλὰ τίνα δὴ ἐπιστήμην; ἢ * τί χρησόμεθα; D τῶν μὲν γὰρ ἔργων οὐδενὸς δεῖ αὐτὴν δημιουργὸν εἶναι τῶν μήτε κακῶν μήτε ἀγαθῶν, ἐπιστήμην δὲ παραδιδόναι μηδεμίαν ἄλλην ἢ αὐτὴν ἑαυτήν. λέγωμεν δὴ οὖν, τίς ποτε ἔστιν αὕτη, ᾗ τί χρησόμεθα; βούλει φῶμεν, ὦ Κρίτων, ᾗ ἄλλους ἀγαθοὺς ποιήσομεν;

ΚΡ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οἳ τί ἔσονται ἡμῖν ἀγαθοὶ καὶ τί χρήσιμοι; ἢ ἔτι λέγωμεν ὅτι ἄλλους ποιήσουσιν, οἱ δὲ ἄλλοι ἐκεῖνοι ἄλλους; ὅ τι δέ ποτε ἀγαθοί εἰσιν, οὐδαμοῦ ἡμῖν * φαίνονται, E ἐπειδήπερ τὰ ἔργα τὰ λεγόμενα εἶναι τῆς πολιτικῆς ἠτιμάσαμεν, **) ἀλλ' ἀτεχνῶς τὸ λεγόμενον ὁ Διὸς Κόρινθος γίγνεται, καὶ ὅπερ ἔλεγον, τοῦ ἴσου ἡμῖν ἐνδεῖ ἢ ἔτι πλέονος πρὸς τὸ εἰδέναι τίς ποτ' ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη ἐκείνη ἣ ἡμᾶς εὐδαίμονας ποιήσειεν;

ΚΡ. Νὴ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, εἰς πολλήν γε ἀπορίαν, ὡς ἔοικεν, ἀφίκεσθε.

ΣΩ. Ἔγωγε οὖν καὶ αὐτός, ὦ Κρίτων, ἐπειδὴ ἐν ταύτῃ τῇ ἀπορίᾳ ἐνεπεπτώκη, πᾶσαν * ἤδη φωνὴν ἠφίειν, δεόμενος τοῖν ξένοιν, ὥσπερ Διοσκόρω ἐπικαλούμενος, σῶσαι ἡμᾶς, ἐμέ τε καὶ τὸ μειράκιον, ἐκ τῆς τρικυμίας τοῦ

*) γρ. πάντως. **) γρ. ἀπεδοκιμάσαμεν.

divites cives reddere et liberos et tranquillos), haec omnia neque mala neque bona esse vidimus, oportere autem sapientes efficere et scientiam impertire, si futura esset ea quae utilitatem praeberet beatosque efficeret.

Cr. Sunt ista; tunc certe hoc inter vos convenit, ut tu sermones retulisti.

So. An igitur regia ars sapientes reddit homines atque bonos?

Cr. Quid enim impedit, Socrate?

So. An vero omnes et ad omnia bonos? et omnem scientiam, sutrinam et tignariam et reliquas omnes, haec est quae impertit?

Cr. Non arbitror equidem, Socrate.

So. At quamnam scientiam? qua quid faciemus? operum enim neque malorum neque bonorum nullius eam oportet auctorem esse, scientiam vero nullam aliam impertire nisi semet ipsam. dicamus igitur, quaenam tandem haec sit, qua quid faciamus? visne dicamus, Crito, eam esse qua alios efficiamus bonos?

Cr. Sane quidem.

So. Ad quidnam nobis erunt boni et ad quid utiles? an praeterea dicamus eos alios esse effecturos et alios illos alios? ad quid vero boni sint futuri, id nusquam nobis apparet, quum opera quae dicuntur rationis civilis esse contempserimus, sed revera, quod proverbii loco dici solet, Iovis Corinthus exsistit et, quod diximus, tantundem nobis deest vel etiam plus ad cognoscendum quae tandem sit scientia illa quae nos beatos efficiat?

Cr. Hercle vero, Socrate, in magnam, ut patet, dubitationem devenistis.

ΣΩ. Ἤδη μανθάνω· περὶ τούτων καὶ αὐτὸς νῦν δὴ ἤμελλον λέγειν. οὗτοι γάρ εἰσι μέν, ὦ Κρίτων, οὓς ἔφη Πρόδικος μεθόρια φιλοσόφου τε ἀνδρὸς καὶ πολιτικοῦ, οἴονται δ' εἶναι πάντων σοφώτατοι ἀνθρώπων, πρὸς δὲ τῷ εἶναι καὶ δοκεῖν πάνυ παρὰ πολλοῖς, ὥστε παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν· ἐμποδὼν σφίσιν εἶναι οὐδένας ἄλλους ἢ τοὺς περὶ φιλοσοφίαν ἀνθρώπους. ἡγοῦνται οὖν, ἐὰν τούτους εἰς δόξαν καταστήσωσι μηδενὸς δοκεῖν ἀξίους εἶναι, ἀναμφισβητήτως ἤδη παρὰ πᾶσι τὰ νικητήρια εἰς δόξαν οἴσεσθαι σοφίας πέρι. εἶναι μὲν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ σφᾶς σοφωτάτους, ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις λόγοις ὅταν ἀποληφθῶσιν, ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Εὐθύδημον κολούεσθαι. σοφοὶ δὲ ἡγοῦνται εἶναι πάνυ εἰκότως· μετρίως μὲν γὰρ φιλοσοφίας ἔχειν, μετρίως δὲ πολιτικῶν, πάνυ ἐξ εἰκότος λόγου· μετέχειν γὰρ ἀμφοτέρων ὅσον ἔδει, ἐκτὸς δὲ ὄντες κινδύνων καὶ ἀγώνων καρποῦσθαι τὴν σοφίαν.

---

*) Ἴσ. ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ἢ τῶν τοὺς τοιούτους εἰςπεμπόντων;

curant quid dicant, sed quodcumque in solum venit arripiunt. et hi, id quod modo dixi, in praestantissimis sunt eorum qui hodie vivunt. at vero, Crito, inquit, res ipsa et homines in ea occupati plane viles sunt atque ridiculi. Mihi vero, Socrate, rem videbatur non recte vituperare neque hic neque si quis alius vituperat; at disputare velle cum talibus coram multis hominibus, hoc recte mihi videbatur vituperare.

So. O Crito, admirabiles sunt tales viri; quamquam nondum scis quid velim dicere. in utrorum numero erat qui ad te accessit et philosophiam vituperavit? utrum in eorum qui in causis apud iudicem agendis excellunt, an in eorum qui tales intromittunt?

Cr. Haudquaquam hercle rhetor erat, neque puto umquam eum in iudicium processisse, at hercle intelligere eum dicunt rem et excellere in orationibus excellentibus faciendis.

So. Iam intelligo: de his ipse quoque nunc volebam loqui. hi enim sunt, Crito, quos ait Prodicus medios esse inter philosophum et civilem virum, licet arbitrentur omnium se hominum sapientissimos esse, et non solum esse, verum etiam videri apud permultos, ut, quominus apud omnes laudibus et gloria floreant, nulli alii impedimento sint nisi homines in philosophia occupati. putant igitur, si de horum fama detrahere possint ut nullius videantur preti esse, sine controversia se iam apud omnes laudis palmam in sapientia esse laturos. esse enim revera se sapientissimos, in privatis autem sermonibus si intercludantur, ab Euthydemis se deprimi. sapientes vero se arbitrantur esse admodum probabiliter; modicam enim se philosophiae partem habere, modicam vero etiam rationis civilis, ex ratione admodum probabili: partem enim se habere utriusque quantum oporteat, extra pericula vero quum sint atque certationes, fructum se capere e sapientia.

ΚΡ. Τί οὖν; δοκοῦσί σοί τι, ὦ Σώκρατες, λέγειν; οὐ γάρ τοι ἀλλ' *) ὅ γε λόγος ἔχει τινὰ εὐπρέπειαν τῶν ἀνδρῶν.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἔχει ὄντως, ὦ Κρίτων, εὐπρέπειαν μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν. * οὐ γὰρ ῥᾴδιον αὐτοὺς πεῖσαι ὅτι 306
καὶ ἄνθρωποι καὶ τἄλλα πάντα ὅσα μεταξύ τινοῖν δυοῖν ἐστὶ καὶ ἀμφοτέροιν τυγχάνει μετέχοντα, ὅσα μὲν ἐκ κακοῦ καὶ ἀγαθοῦ, τοῦ μὲν βελτίω, τοῦ δὲ χείρω γίγνεται, ὅσα δὲ ἐκ δυοῖν ἀγαθοῖν μὴ πρὸς ταὐτόν, **) ἀμφοῖν χείρω, πρὸς ὃ ἂν ἑκάτερον ᾖ χρηστὸν ἐκείνων ἐξ ὧν συνετέθη, ὅσα δὲ ἐκ δυοῖν κακοῖν συντεθέντα μὴ πρὸς τὸ αὐτὸ ὄντοιν ἐν τῷ μέσῳ ἐστί, ταῦτα * μόνα βελτίω ἑκα- B
τέρου ἐκείνων ἐστίν, ὧν ἀμφοτέρων μέρος μετέχουσιν. εἰ μὲν οὖν ἡ φιλοσοφία ἀγαθόν ἐστι καὶ ἡ πολιτικὴ πρᾶξις, πρὸς ἄλλο δὲ ἑκατέρα, οὗτοι δ' ἀμφοτέρων μετέχοντες τούτων ἐν μέσῳ εἰσίν, οὐδὲν λέγουσιν· ἀμφοτέρων γάρ εἰσι φαυλότεροι· εἰ δὲ ἀγαθὸν καὶ κακόν, τῶν μὲν βελτίους, τῶν δὲ χείρους· εἰ δὲ κακὰ ἀμφότερα, οὕτως ἄν τι λέγοιεν ἀληθές, ἄλλως δ' οὐδαμῶς. οὐκ ἂν οὖν οἶμαι αὐτοὺς ὁμολογῆσαι * οὔτε κακὼ αὐτὼ ἀμφοτέρω εἶναι οὔτε τὸ μὲν C
κακόν, τὸ δὲ ἀγαθόν, ἀλλὰ τῷ ὄντι οὗτοι ἀμφοτέρων μετέχοντες ἀμφοτέρων ἥττους εἰσὶ πρὸς ἑκάτερον, πρὸς ὃ ἥ τε πολιτικὴ καὶ ἡ φιλοσοφία ἀξίω λόγου ἐστόν, καὶ τρίτοι ὄντες τῇ ἀληθείᾳ ζητοῦσι πρῶτοι δοκεῖν εἶναι. συγγιγνώσκειν μὲν οὖν αὐτοῖς χρὴ τῆς ἐπιθυμίας καὶ μὴ χαλεπαίνειν, ἡγεῖσθαι μέντοι τοιούτους εἶναι οἷοί εἰσι· πάντα γὰρ ἄνδρα χρὴ ἀγαπᾶν, ὅστις καὶ ὁτιοῦν λέγει ἐχόμενον φρονήσεως * πρᾶγμα καὶ ἀνδρείως ἐπεξιὼν διαπονεῖται. D

ΚΡ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς περὶ τῶν υἱέων, ὥσπερ ἀεὶ πρός σε λέγω, ἐν ἀπορίᾳ εἰμὶ τί δεῖ αὐτοῖς χρήσασθαι. ὁ μὲν οὖν νεώτερος ἔτι καὶ σμικρός ἐστι, Κριτόβουλος δ' ἤδη ἡλικίαν ἔχει καὶ δεῖταί τινος ὅστις αὐτὸν ὀνήσει. ἐγὼ μὲν οὖν ὅταν σοὶ ξυγγένωμαι, οὕτω διατίθεμαι ὥστε μοι δοκεῖν μανίαν εἶναι τὸ ἕνεκα τῶν παίδων

*) γρ. ΣΩ. Οὐ γάρ τοι. ΚΡ. Ἀλλ'.

**) Ἴσ. μὴ πρὸς ταὐτὸν ὄντοιν.

Cr. Quid igitur? videnturne tibi, Socrate, aliquid dicere? enimvero oratio virorum verisimilitudinem aliquam habet.

So. Habet sane revera, Crito, similitudinem veri magis quam veritatem. non enim facile est iis persuadere et homines et reliqua omnia quae media inter duo quaedam sint partemque utriusque habeant, ita se habere ut, quae e malo et bono sint, uno meliora et altero deteriora sint, quae e duobus bonis non an idem spectantibus, utrisque deteriora ad id ad quod utrumque sit bonum eorum ex quibus composita sint, quae vero e duobus malis non ad idem spectantibus conflata et inter haec interiecta sint, haec sola meliora sint utrisque illis quorum partem habeant. iam si philosophia bona est et civilis actio, ad aliud vero utriusque bonitas spectat, et hi utriusque partem habentes interiecti sunt, nihil dicunt; sunt enim utrisque deteriores; si unum bonum est, alterum malum, his quidem meliores, illis vero deteriores sunt; sin utraque mala sunt, ita dicent aliquid veri, aliter nequaquam. neque vero arbitror eos concessuros esse neque utraque illa mala esse neque unum bonum esse, alterum malum, sed revera hi utrorumque partem habentes utrisque deteriores sunt ad utrumque, ad quod ratio civilis et philosophia praestantes sunt, et tertii quum vere sint cupiunt se videri primos esse. ignoscendum igitur est eorum cupiditati nec graviter ferendum, existimari vero oportet eos tales esse quales sint; satis est enim habendum si quis dicit quidpiam a prudentia haud alienum et in hoc viriliter exponendo elaborat.

Cr. At ipse quoque, Socrate, de filiis, ut semper tibi dico, nescio quid me facere iis oporteat. iunior quidem adhuc parvus est, Critobulus vero iam in aetatem venit et indiget alicuius qui ipsum iuvare possit. equidem vero, quando tecum sum, ita afficior ut insanum mihi videatur esse filiorum causa alia quidem

ἄλλων μὲν πολλῶν σπουδὴν τοιαύτην ἐσχηκέναι, καὶ περὶ
* τοῦ γάμου, ὅπως ἐκ γενναιοτάτης ἔσονται μητρός, καὶ E
περὶ τῶν χρημάτων, ὅπως ὡς πλουσιώτατοι, αὐτῶν δὲ
περὶ παιδείας ἀμελῆσαι· ὅταν δὲ εἴς τινα ἀποβλέψω τῶν
φασκόντων ἂν παιδεῦσαι ἀνθρώπους, ἐκπέπληγμαι καὶ
μοι δοκεῖ εἷς ἕκαστος αὐτῶν σκοποῦντι πάνυ ἀλλόκοτος εἶ-
ναι, ὥς γε πρὸς * σὲ τἀληθῆ εἰρῆσθαι· ὥςτε οὐκ ἔχω 3
ὅπως προτρέπω τὸ μειράκιον ἐπὶ φιλοσοφίαν.

ΣΩ. Ὦ φίλε Κρίτων, οὐκ οἶσθ' ὅτι ἐν παντὶ ἐπι-
τηδεύματι οἱ μὲν φαῦλοι πολλοὶ καὶ οὐδενὸς ἄξιοι, οἱ δὲ
σπουδαῖοι ὀλίγοι καὶ παντὸς ἄξιοι; ἐπεὶ γυμναστικὴ οὐ
καλὸν δοκεῖ σοι εἶναι, καὶ χρηματιστικὴ καὶ ῥητορικὴ καὶ
στρατηγία;

ΚΡ. Ἔμοιγε πάντως δήπου.

ΣΩ. Τί οὖν; ἐν ἑκάστῃ τούτων τοὺς πολλοὺς * πρὸς B
ἕκαστον τὸ ἔργον οὐ καταγελάστους ὁρᾷς;

ΚΡ. Ναὶ μὰ τὸν Δία, καὶ μάλ' ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ἦ οὖν τούτου ἕνεκα αὐτός τε φεύξει πάντα τὰ
ἐπιτηδεύματα καὶ τῷ υἱεῖ οὐκ ἐπιτρέψεις;

ΚΡ. Οὔκουν δίκαιόν γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Μὴ τοίνυν ὅ γε οὐ χρὴ ποίει, ὦ Κρίτων, ἀλλ'
ἐάσας χαίρειν τοὺς ἐπιτηδεύοντας φιλοσοφίαν, εἴτε χρηστοὶ
εἴσιν εἴτε πονηροί, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα βασανίσας καλῶς τε
καὶ εὖ, ἐὰν μέν σοι φαίνηται φαῦλον ὄν, * πάντ' ἄνδρ' C
ἀπότρεπε, μὴ μόνον τοὺς υἱεῖς· ἐὰν δὲ φαίνηται οἷον οἴ-
μαι αὐτὸ ἐγὼ εἶναι, θαρρῶν δίωκε καὶ ἄσκει, τὸ λεγόμε-
νον δὴ τοῦτο, αὐτός τε καὶ τὰ παιδία.

multa tantopere curare, et coniugium, ut ex generosissima nascantur matre, et rem familiarem, ut quam ditissimi exsistant, institutionem vero eorum negligere; quando autem in aliquem eorum intueor qui se affirmant instituere homines, perturbor et videtur mihi quisque eorum consideranti prorsus abhorrere a communi sensu, ut tibi quidem vera dicam: ut nesciam quomodo adolescentem ad philosophiam excitem.

So. O care Crito, an ignoras omni in studio viles nihilique faciendos homines multos esse, praestantes vero maximique aestimandos paucos? nam ars gymnastica nonne pulchra videtur tibi esse, et quaestus faciendi studium et rhetorica et ars imperatoria?

Cr. Mihi quidem omnino.

So. Quid igitur? in quaque harum plerosque quoque in opere nonne ridiculos vides?

Cr. Sane hercle, et admodum vera dicis.

So. Num igitur hanc ob causam et ipse fugies omnia studia nec filio permittes?

Cr. Haudquaquam par esset, Socrate.

So. Ne igitur quod non oportet fac, o Crito, sed mittens homines philosophiae deditos, sive boni sunt sive improbi, ipsam rem explora bene ac probe, et si tibi videbitur vilis esse, quemque averte, non solum filios, sin videbitur talis esse qualem ego eam esse arbitror, fidenter persequere eam et cole, ut in proverbio est, et ipse et filii.

Digitized by Google

M. E N Ω N.

θύδημε, τίμιον; τὸ δὲ ὕδωρ εὐωνότατον, ἄριστον ὄν, ὡς ἔφη Πίνδαρος. ἀλλ' ἄγετε, ἦν δ' ἐγώ, ὅπως κἀμὲ καὶ Κλεινίαν τόνδε παραδέξεσθον.

Ταῦτα, ὦ Κρίτων, καὶ ἄλλ' ἄττα ἔτι βραχέα διαλεχθέντες ἀπῇμεν. σκόπει οὖν ὅπως συμφοιτήσεις παρὰ τὼ ἄνδρε· ὡς * ἐκείνω φατὸν οἵω τ' εἶναι διδάξαι τὸν C ἐθέλοντ' ἀργύριον διδόναι, καὶ οὔτε φύσιν οὔθ' ἡλικίαν ἐξείργειν οὐδεμίαν, ὃ δὲ καὶ σοὶ μάλιστα προσήκει ἀκοῦσαι, ὅτι οὐδὲ τὸ *) χρηματίζεσθαί φατον διακωλύειν οὐδὲν μὴ οὐ παραλαβεῖν ὁντινοῦν εὐπετῶς τὴν σφετέραν σοφίαν.

ΚΡ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, φιλήκοος μὲν ἔγωγε καὶ ἡδέως ἄν τι μάθοιμι, κινδυνεύω μέντοι κἀγὼ εἷς εἶναι τῶν οὐχ ὁμοίων Εὐθυδήμῳ, ἀλλ' ἐκείνων ὧν δὴ καὶ σὺ ἔλεγες, τῶν ἥδιον * ἂν ἐξελεγχομένων ὑπὸ τῶν τοιούτων D λόγων, ἢ ἐξελεγχόντων. ἀτὰρ γελοῖον μέν μοι δοκεῖ εἶναι τὸ νουθετεῖν σε, ὅμως δὲ ἅ γ' ἤκουον ἐθέλω σοι ἀπαγγεῖλαι. τῶν ἀφ' ὑμῶν ἀπιόντων οἶσθ' ὅτι **) προςελθών τίς μοι περιπατοῦντι, ἀνὴρ οἰόμενος πάνυ εἶναι σοφός, τούτων τις τῶν περὶ τοὺς λόγους τοὺς εἰς τὰ δικαστήρια δεινῶν, Ὦ Κρίτων, ἔφη, οὐδὲν ἀκροᾷ τῶνδε τῶν σοφῶν; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἦν δ' ἐγώ· οὐ γὰρ οἷός τ' ἦ προςστὰς κατακούειν ὑπὸ τοῦ ὄχλου. Καὶ μήν, ἔφη, ἄξιόν γ' ἦν * ἀκοῦσαι. Τί δέ; ἦν δ' ἐγώ. Ἵνα ἤκουσας ἀνδρῶν δια- E λεγομένων οἳ νῦν σοφώτατοί εἰσι τῶν περὶ τοὺς τοιούτους λόγους. Κἀγὼ εἶπον, Τί οὖν ἐφαίνοντό σοι; Τί δὲ ἄλλο, ἦ δ' ὅς, ἢ οἷάπερ ἀεὶ ἄν τις τῶν τοιούτων ἀκούσαι ληρούντων καὶ περὶ οὐδενὸς ἀξίων ἀναξίαν σπουδὴν ποιουμένων; (οὑτωσὶ γάρ πως καὶ εἶπε τοῖς ὀνόμασι) Καὶ ἐγώ, Ἀλλὰ μέντοι, ἔφην, χαρίεν γέ τι πρᾶγμά ἐστιν ἡ φιλοσοφία. Ποῖον, ἔφη, χάριεν, ὦ μακάριε; οὐδενὸς μὲν οὖν ἄξιον. * ἀλλὰ καὶ εἰ νῦν παρεγένου, πάνυ ἄν σε οἶμαι 305 αἰσχυνθῆναι ὑπὲρ τοῦ σεαυτοῦ ἑταίρου· οὕτως ἦν ἄτοπος, ἐθέλων ἑαυτὸν παρέχειν ἀνθρώποις οἷς οὐδὲν μέλει ὅ τι ἂν λέγωσι, παντὸς δὲ ῥήματος ἀντέχονται. καὶ οὗτοι,

*) γρ. τοῦ. **) Ἴσ. ἴσθ' ὅτι.

at agite, inquam, me quoque et Cliniam huncce recipite.

Haec, Crito, et alia qua pauca quum disseruissemus discessimus. cura igitur ut mecum ventites ad viros; nam dicunt illi se posse quemque docere qui pecuniam velit pendere, nec indolem aetatemve ullam esse impedimento. quod vero tibi maxime convenit audire, hoc est quod dicunt nec quaestus faciendi studium ullo modo impedire quominus quisque percipiat nullo negotio ipsorum sapientiam.

Cr. Sane equidem, Socrate, audiendi sum cupidus lubenterque aliquid perciperem, attamen videor ego quoque non esse unus eorum qui Euthydemo sunt similes, sed eorum quos tu dixisti, qui lubentius se refelli sinant ab huiusmodi orationibus, quam ipsi refellant. ac ridiculum quidem mihi videtur esse te admonere, tamen quae audivi volo tibi referre. eorum aliquem qui a vobis discesserant scite ad me deambulantem accessisse, virum se arbitrantem admodum sapientem esse, illorum aliquem qui in eloquentia forensi excellunt, et dixisse O Crito, nonne audivisti sapientes hosce? Haudquaquam hercle, inquam; neque enim poteram adstans audire propter turbam. Attamen, inquit, dignum erat quod audiretur. Cur? inquam. Ut audivisses viros disputantes qui nunc sapientissimi sunt eorum qui in huiusmodi orationibus versantur. Tum ego Quales igitur, inquam, videbantur tibi esse? Quid aliud, inquam, quam tales, quales semper aliquis ex huiusmodi hominibus audire posset qui nugas agerent et studium indignum ad res eo haud dignas conferrent? (ita enim fere loquutus est ad verbum) Atque ego, Attamen, inquam, scita quaedam res est philosophia. Illane ut scita sit, o bone? inquit; immo nullius est preti. nam si nunc quoque adfuisses, sane arbitror futurum fuisse ut erubesceres amici tui causa: adeo ineptus erat quum se exhibere vellet hominibus qui nihil

ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, ἐν τοῖς κρατίστοις εἰσὶ τῶν νῦν. ἀλλὰ γάρ, ὦ Κρίτων, ἔφη, τὸ πρᾶγμα αὐτὸ καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ἐπὶ τῷ πράγματι διατρίβοντες πάνυ φαῦλοί εἰσι καὶ καταγέλαστοι. Ἐμοὶ δέ, ὦ Σώκρατες, τὸ πρᾶγμα ἐδόκει οὐκ ὀρθῶς ψέγειν· οὔθ' οὗτος οὔτ' εἴ τις ἄλλος ψέγει· τὸ μέντοι ἐθέλειν διαλέγεσθαι τοιούτοις ἐναντίον πολλῶν ἀνθρώπων ὀρθῶς μοι ἐδόκει μέμφεσθαι.

ΣΩ. Ὦ Κρίτων, θαυμάσιοί εἰσιν οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες· ἀτὰρ οὔπω οἶδα ὅ τι μέλλω ἐρεῖν. ποτέρων ἦν ὁ προςελθών σοι καὶ μεμφόμενος τὴν φιλοσοφίαν; πότερον τῶν ἀγωνίσασθαι δεινῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ῥήτωρ τις, ἢ τῶν τοὺς τοιούτους εἰςπεμπόντων, ποιητὴς τῶν λόγων οἷς οἱ ῥήτορες ἀγωνίζονται; *)

ΚΡ. Ἥκιστα νὴ τὸν Δία ῥήτωρ, οὐδὲ οἶμαι πώποτ' αὐτὸν ἐπὶ δικαστήριον ἀναβεβηκέναι, ἀλλ' ἐπαΐειν αὐτόν φασι περὶ τοῦ πράγματος, νὴ τὸν Δία, καὶ δεινὸν εἶναι καὶ δεινοὺς λόγους συντιθέναι.

ΣΩ. Ἤδη μανθάνω· περὶ τούτων καὶ αὐτὸς νῦν δὴ ἤμελλον λέγειν. οὗτοι γάρ εἰσι μέν, ὦ Κρίτων, οὓς ἔφη Πρόδικος μεθόρια φιλοσόφου τε ἀνδρὸς καὶ πολιτικοῦ, οἴονται δ' εἶναι πάντων σοφώτατοι ἀνθρώπων, πρὸς δὲ τῷ εἶναι καὶ δοκεῖν πάνυ παρὰ πολλοῖς, ὥςτε παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν· ἐμποδὼν σφίσιν εἶναι οὐδένας ἄλλους ἢ τοὺς περὶ φιλοσοφίαν ἀνθρώπους. ἡγοῦνται οὖν, ἐὰν τούτους εἰς δόξαν καταστήσωσι μηδενὸς δοκεῖν ἀξίους εἶναι, ἀναμφιςβητήτως ἤδη παρὰ πᾶσι τὰ νικητήρια εἰς δόξαν οἴεσθαι σοφίας πέρι. εἶναι μὲν γὰρ τῇ ἀληθείᾳ σφᾶς σοφωτάτους, ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις λόγοις ὅταν ἀποληφθῶσιν, ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Εὐθύδημον κολούεσθαι. σοφοὶ δὲ ἡγοῦνται εἶναι πάνυ εἰκότως· μετρίως μὲν γὰρ φιλοσοφίας ἔχειν, μετρίως δὲ πολιτικῶν, πάνυ ἐξ εἰκότος λόγου· μετέχειν γὰρ ἀμφοτέρων ὅσον ἔδει, ἐκτὸς δὲ ὄντες κινδύνων καὶ ἀγώνων καρποῦσθαι τὴν σοφίαν.

---

*) Ισ. ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ἢ τῶν τοὺς τοιούτους εἰςπεμπόντων;

curant quid dicant, sed quodcumque in solum venit arripiunt. et hi, id quod modo dixi, in praestantissimis sunt eorum qui hodie vivunt. at vero, Crito, inquit, res ipsa et homines in ea occupati plane viles sunt atque ridiculi. Mihi vero, Socrate, rem videbatur non recte vituperare neque hic neque si quis alius vituperat; at disputare velle cum talibus coram multis hominibus, hoc recte mihi videbatur vituperare.

So. O Crito, admirabiles sunt tales viri; quamquam nondum scis quid velim dicere. in utrorum numero erat qui ad te accessit et philosophiam vituperavit? utrum in eorum qui in causis apud iudicem agendis excellunt, an in eorum qui tales intromittunt?

Cr. Haudquaquam hercle rhetor erat, neque puto umquam eum in iudicium processisse, at hercle intelligere eum dicunt rem et excellere in orationibus excellentibus faciendis.

So. Iam intelligo; de his ipse quoque nunc volebam loqui. hi enim sunt, Crito, quos ait Prodicus medios esse inter philosophum et civilem virum, licet arbitrentur omnium se hominum sapientissimos esse, et non solum esse, verum etiam videri apud permultos, ut, quominus apud omnes laudibus et gloria floreant, nulli alii impedimento sint nisi homines in philosophia occupati. putant igitur, si de horum fama detrahere possint ut nullius videantur preti esse, sine controversia se iam apud omnes laudis palmam in sapientia esse laturos. esse enim revera se sapientissimos, in privatis autem sermonibus si intercludantur, ab Euthydemis se deprimi. sapientes vero se arbitrantur esse admodum probabiliter; modicam enim se philosophiae partem habere, modicam vero etiam rationis civilis, ex ratione admodum probabili: partem enim se habere utriusque quantum oporteat, extra pericula vero quum sint atque certationes, fructum se capere e sapientia.

ΚΡ. Τί οὖν; δοκοῦσί σοί τι, ὦ Σώκρατες, λέγειν;
οὐ γάρ τοι ἀλλ' *) ὅ γε λόγος ἔχει τινὰ εὐπρέπειαν τῶν
ἀνδρῶν.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἔχει ὄντως, ὦ Κρίτων, εὐπρέπειαν
μᾶλλον ἢ ἀλήθειαν. * οὐ γὰρ ῥᾴδιον αὐτοὺς πεῖσαι ὅτι 3
καὶ ἄνθρωποι καὶ τἆλλα πάντα ὅσα μεταξύ τινοῖν δυοῖν
ἐστὶ καὶ ἀμφοτέροιν τυγχάνει μετέχοντα, ὅσα μὲν ἐκ κα-
κοῦ καὶ ἀγαθοῦ, τοῦ μὲν βελτίω, τοῦ δὲ χείρω γίγνεται,
ὅσα δὲ ἐκ δυοῖν ἀγαθοῖν μὴ πρὸς ταὐτόν, **) ἀμφοῖν
χείρω, πρὸς ὃ ἂν ἑκάτερον ᾖ χρηστὸν ἐκείνων ἐξ ὧν συν-
ετέθη, ὅσα δὲ ἐκ δυοῖν κακοῖν συντεθέντα μὴ πρὸς τὸ
αὐτὸ ὄντοιν ἐν τῷ μέσῳ ἐστί, ταῦτα * μόνα βελτίω ἑκα- B
τέρου ἐκείνων ἐστίν, ὧν ἀμφοτέρων μέρος μετέχουσιν. εἰ
μὲν οὖν ἡ φιλοσοφία ἀγαθόν ἐστι καὶ ἡ πολιτικὴ πρᾶξις,
πρὸς ἄλλο δὲ ἑκατέρα, οὗτοι δ' ἀμφοτέρων μετέχοντες τού-
των ἐν μέσῳ εἰσίν, οὐδὲν λέγουσιν· ἀμφοτέρων γάρ εἰσι
φαυλότεροι· εἰ δὲ ἀγαθὸν καὶ κακόν, τῶν μὲν βελτίους,
τῶν δὲ χείρους· εἰ δὲ κακὰ ἀμφότερα, οὕτως ἄν τι λέ-
γοιεν ἀληθές, ἄλλως δ' οὐδαμῶς. οὐκ ἂν οὖν οἶμαι αὐτοὺς
ὁμολογῆσαι * οὔτε κακὼ αὐτὼ ἀμφοτέρω εἶναι οὔτε τὸ μὲν C
κακόν, τὸ δὲ ἀγαθόν, ἀλλὰ τῷ ὄντι οὗτοι ἀμφοτέρων με-
τέχοντες ἀμφοτέρων ἥττους εἰσὶ πρὸς ἑκάτερον, πρὸς ὃ ἥ
τε πολιτικὴ καὶ ἡ φιλοσοφία ἀξίω λόγου ἐστόν, καὶ τρίτοι
ὄντες τῇ ἀληθείᾳ ζητοῦσι πρῶτοι δοκεῖν εἶναι. συγγι-
γνώσκειν μὲν οὖν αὐτοῖς χρὴ τῆς ἐπιθυμίας καὶ μὴ χαλε-
παίνειν, ἡγεῖσθαι μέντοι τοιούτους εἶναι οἷοί εἰσι· πάντα
γὰρ ἄνδρα χρὴ ἀγαπᾶν, ὅστις καὶ ὁτιοῦν λέγει ἐχόμενον
φρονήσεως * πρᾶγμα καὶ ἀνδρείως ἐπεξιὼν διαπονεῖται. D

ΚΡ. Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, καὶ αὐτὸς περὶ τῶν
υἱέων, ὥσπερ ἀεὶ πρός σε λέγω, ἐν ἀπορίᾳ εἰμὶ τί δεῖ αὐ-
τοῖς χρήσασθαι. ὁ μὲν οὖν νεώτερος ἔτι καὶ σμικρός ἐστι,
Κριτόβουλος δ' ἤδη ἡλικίαν ἔχει καὶ δεῖταί τινος ὅστις αὐ-
τὸν ὀνήσει. ἐγὼ μὲν οὖν ὅταν σοὶ ξυγγένωμαι, οὕτω δια-
τίθεμαι ὥστε μοι δοκεῖν μανίαν εἶναι τὸ ἕνεκα τῶν παίδων

*) γρ. ΣΩ. Οὐ γάρ τοι. ΚΡ. Ἀλλ'.

**) ἴσ. μὴ πρὸς ταὐτὸν ὄντοιν.

Cr. Quid igitur? videnturne tibi, Socrate, aliquid dicere? enimvero oratio virorum verisimilitudinem aliquam habet.

So. Habet sane revera, Crito, similitudinem veri magis quam veritatem. non enim facile est iis persuadere et homines et reliqua omnia quae media inter duo quaedam sint partemque utriusque habeant, ita se habere ut, quae e malo et bono sint, uno meliora et altero deteriora sint, quae e duobus bonis non an idem spectantibus, utrisque deteriora ad id ad quod utrumque sit bonum eorum ex quibus composita sint, quae vero e duobus malis non ad idem spectantibus conflata et inter haec interiecta sint, haec sola meliora sint utrisque illis quorum partem habeant. iam si philosophia bona est et civilis actio, ad aliud vero utriusque bonitas spectat, et hi utriusque partem habentes interiecti sunt, nihil dicunt; sunt enim utrisque deteriores; si unum bonum est, alterum malum, his quidem meliores, illis vero deteriores sunt; sin utraque mala sunt, ita dicent aliquid veri, aliter nequaquam. neque vero arbitror eos concessuros esse neque utraque illa mala esse neque unum bonum esse, alterum malum, sed revera hi utrorumque partem habentes utrisque deteriores sunt ad utrumque, ad quod ratio civilis et philosophia praestantes sunt, et tertii quum vere sint cupiunt se videri primos esse. ignoscendum igitur est eorum cupiditati nec graviter ferendum, existimari vero oportet eos tales esse quales sint; satis est enim habendum si quis dicit quidpiam a prudentia haud alienum et in hoc viriliter exponendo elaborat.

Cr. At ipse quoque, Socrate, de filiis, ut semper tibi dico, nescio quid me facere iis oporteat. iunior quidem adhuc parvus est, Critobulus vero iam in aetatem venit et indiget alicuius qui ipsum iuvare possit. equidem vero, quando tecum sum, ita afficior ut insanum mihi videatur esse filiorum causa alia quidem

ἄλλων μὲν πολλῶν σπουδὴν τοιαύτην ἐσχηκέναι, καὶ περὶ * τοῦ γάμου, ὅπως ἐκ γενναιοτάτης ἔσονται μητρός, καὶ περὶ τῶν χρημάτων, ὅπως ὡς πλουσιώτατοι, αὐτῶν δὲ περὶ παιδείας ἀμελῆσαι· ὅταν δὲ εἴς τινα ἀποβλέψω τῶν φασκόντων ἂν παιδεῦσαι ἀνθρώπους, ἐκπέπληγμαι καί μοι δοκεῖ εἷς ἕκαστος αὐτῶν σκοποῦντι πάνυ ἀλλόκοτος εἶναι, ὥς γε πρὸς * σὲ τἀληθῆ εἰρῆσθαι· ὥστε οὐκ ἔχω ὅπως προτρέπω τὸ μειράκιον ἐπὶ φιλοσοφίαν.

ΣΩ. Ὦ φίλε Κρίτων, οὐκ οἶσθ' ὅτι ἐν παντὶ ἐπιτηδεύματι οἱ μὲν φαῦλοι πολλοὶ καὶ οὐδενὸς ἄξιοι, οἱ δὲ σπουδαῖοι ὀλίγοι καὶ παντὸς ἄξιοι; ἐπεὶ γυμναστικὴ οὐ καλὸν δοκεῖ σοι εἶναι, καὶ χρηματιστικὴ καὶ ῥητορικὴ καὶ στρατηγία;

ΚΡ. Ἔμοιγε πάντως δήπου.

ΣΩ. Τί οὖν; ἐν ἑκάστῃ τούτων τοὺς πολλοὺς * πρὸς ἕκαστον τὸ ἔργον οὐ καταγελάστους ὁρᾷς;

ΚΡ. Ναὶ μὰ τὸν Δία, καὶ μάλ' ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ἦ οὖν τούτου ἕνεκα αὐτός τε φεύξει πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ τῷ υἱεῖ οὐκ ἐπιτρέψεις;

ΚΡ. Οὔκουν δίκαιόν γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Μὴ τοίνυν ὅ γε οὐ χρὴ ποίει, ὦ Κρίτων, ἀλλ' ἐάσας χαίρειν τοὺς ἐπιτηδεύοντας φιλοσοφίαν, εἴτε χρηστοί εἰσιν εἴτε πονηροί, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα βασανίσας καλῶς τε καὶ εὖ, ἐὰν μέν σοι φαίνηται φαῦλον ὄν, * πάντ' ἄνδρ' ἀπότρεπε, μὴ μόνον τοὺς υἱεῖς, ἐὰν δὲ φαίνηται οἷον οἶμαι αὐτὸ ἐγὼ εἶναι, θαῤῥῶν δίωκε καὶ ἄσκει, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, αὐτός τε καὶ τὰ παιδία.

multa tantopere curare, et coniugium, ut ex generosissima nascantur matre, et rem familiarem, ut quam ditissimi exsistant, institutionem vero eorum negligere; quando autem in aliquem eorum intueor qui se affirmant instituere homines, perturbor et videtur mihi quisque eorum consideranti prorsus abhorrere a communi sensu, ut tibi quidem vera dicam: ut nesciam quomodo adolescentem ad philosophiam excitem.

So. O care Crito, an ignoras omni in studio viles nihilique faciendos homines multos esse, praestantes vero maximique aestimandos paucos? nam ars gymnastica nonne pulchra videtur tibi esse, et quaestus faciendi studium et rhetorica et ars imperatoria?

Cr. Mihi quidem omnino.

So. Quid igitur? in quaque harum plerosque quoque in opere nonne ridiculos vides?

Cr. Sane hercle, et admodum vera dicis.

So. Num igitur hanc ob causam et ipse fugies omnia studia nec filio permittes?

Cr. Haudquaquam par esset, Socrate.

So. Ne igitur quod non oportet fac, o Crito, sed mittens homines philosophiae deditos, sive boni sunt sive improbi, ipsam rem explora bene ac probe, et si tibi videbitur vilis esse, quemque averte, non solum filios, sin videbitur talis esse qualem ego eam esse arbitror, fidenter persequere eam et cole, ut in proverbio est, et ipse et filii.

Digitized by Google

M E N Ω N.

ΜΕΝΩΝ ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΠΑΙΣ ΜΕΝΩΝΟΣ, ΑΝΥΤΟΣ.

ΜΕΝ. Ἔχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἆρα διδακτὸν ἡ ἀρετή; ἢ οὐ διδακτόν, ἀλλ' ἀσκητόν; ἢ οὔτε ἀσκητὸν οὔτε μαθητόν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ;

ΣΩ. Ὦ Μένων, πρὸ τοῦ μὲν Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ ἐθαυμάζοντο ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν * δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ οὐχ B
ἥκιστα οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀριστίππου πολῖται τοῦ Λαρισαίου· *) τούτου δὲ ὑμῖν **) αἴτιός ἐστι Γοργίας. ἀφικόμενος γὰρ εἰς τὴν πόλιν ἐραστὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἴληφεν Ἀλευαδῶν τε τοὺς πρώτους, ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστιν Ἀρίστιππος, καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν. καὶ δὴ καὶ τοῦτο τὸ ἔθος ὑμᾶς εἴθικεν, ἀφόβως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ἀποκρίνεσθαι ἐάν τίς τι ἔρηται, ὥςπερ εἰκὸς τοὺς εἰδότας ἅτε καὶ αὐτὸς * παρέχων αὑτὸν ἐρωτᾶν τῶν Ἑλλήνων τῷ βουλομένῳ C
ὅ τι ἄν τις βούληται, καὶ οὐδενὶ ὅτῳ οὐκ ἀποκρινόμενος. ἐνθάδε δέ, ὦ φίλε Μένων, τὸ ἐναντίον περιέστηκεν· ὥςπερ αὐχμός τις τῆς σοφίας γέγονε, καὶ κινδυνεύει * ἐκ 71
τῶνδε τῶν τόπων παρ' ὑμᾶς οἴχεσθαι ἡ σοφία. εἰ γοῦν τινὰ ἐθέλεις οὕτως ἐρέσθαι τῶν ἐνθάδε, οὐδεὶς ὅςτις οὐ γελάσεται καὶ ἐρεῖ· Ὦ ξένε, κινδυνεύω σοι δοκεῖν μακάριός τις εἶναι, ἀρετὴν γοῦν, εἴτε διδακτὸν εἴθ' ὅτῳ τρόπῳ παραγίγνεται, εἰδέναι· ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω, εἴτε διδακτὸν εἴτε μὴ διδακτὸν εἰδέναι, ὡς οὐδὲ αὐτὸ ὅ τι ποτ' ἐστὶ τὸ παράπαν ἀρετὴ τυγχάνω εἰδώς. Ἐγὼ οὖν καὶ αὐτός, ὦ Μένων, οὕτως * ἔχω· συμπένομαι τοῖς πολίταις τούτου B
τοῦ πράγματος, καὶ ἐμαυτὸν καταμέμφομαι ὡς οὐκ εἰδὼς

*) ἄλλ. πολῖται Λαρισσαῖοι. **) γρ. ἡμῖν.

MENO SOCRATES PUER ANYTUS.

Men. Potesne mihi dicere, Socrate, utrum doceri possit virtus? an non doceri, sed usu et exercitatione comparari? an neque usu neque disciplina comparetur, sed natura obtingat hominibus aliove quo modo?

So. O Meno, antehac Thessali clari fuerunt inter Graecos et admirationem habuerunt propter rei equestris studium et divitias, nunc autem, ut mihi videtur, etiam propter sapientiam, inprimis amici tui Aristippi Larisaei cives; et hoc acceptum refertis Gorgiae. in urbem enim postquam venerat, amatores sui nactus est ob sapientiam quum Aleuadarum primos, quorum tuus amator est Aristippus, tum reliquorum Thessalorum. atque etiam assuefecit vos intrepide et superbe respondere si quis quid roget, ut convenit scientibus, quippe qui ipse se praebeat cuivis Graecorum ad interrogandum quicquid velit omnibusque respondeat. hic autem, o care Meno, contrarium usu venit: quasi siccitas quaedam et inopia sapientiae exstitit, et videtur e locis nostris ad vos migrasse sapientia. etenim si quem volueris ita interrogare ex iis qui hic sunt, nemo non riserit ac dixerit O hospes, videor fere tibi divina quadam sapientia praeditus esse, scire videlicet utrum virtus doceri possit, an quo pacto comparetur; tantum vero abest ut ego, utrum possit doceri necne, sciam, ut nec ipsa quid sit omnino virtus cognoscam. Ego autem ipse quoque, Meno, sic me habeo: in eadem in qua cives vivunt huius rei inopia sum, neque

περὶ ἀρετῆς τὸ παράπαν· ὃ δὲ μὴ οἶδα τί ἐστι, πῶς ἂν ὁποῖόν γέ τι εἰδείην; ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι, ὅστις Μένωνα μὴ γιγνώσκει τὸ παράπαν ὅστις ἐστί, τοῦτον εἰδέναι εἴτε καλὸς εἴτε πλούσιος εἴτε καὶ γενναῖος *) ἐστιν, εἴτε καὶ τἀναντία τούτων; δοκεῖ σοι οἷόν τ' εἶναι; **)

ΜΕΝ. Οὐκ ἔμοιγε. ἀλλὰ * σύ, ὦ Σώκρατες, ἀληθῶς C οὐδ' ὅ τι ἀρετή ἐστιν οἶσθα, ἀλλὰ ταῦτα περὶ σοῦ καὶ οἴκαδε ἀπαγγέλλωμεν; ***)

ΣΩ. Μὴ μόνον γε, ὦ ἑταῖρε, ἀλλὰ καὶ ὅτι οὐδ' ἄλλῳ πω ἐνέτυχον εἰδότι, ὡς ἐμοὶ δοκῶ.

ΜΕΝ. Τί δαί; Γοργίᾳ οὐκ ἐνέτυχες ὅτε ἐνθάδε ἦν;

ΣΩ. Ἔγωγε.

ΜΕΝ. Εἶτα οὐκ ἐδόκει σοι εἰδέναι;

ΣΩ. Οὐ πάνυ εἰμὶ μνήμων, ὦ Μένων, ὥστε οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἐν τῷ παρόντι πῶς μοι τότε ἔδοξεν. ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνός τε οἶδε καὶ σὺ ἃ ἐκεῖνος ἔλεγεν· ἀνάμνησον * οὖν D με πῶς ἔλεγεν, εἰ δὲ βούλει, αὐτὸς εἰπέ· δοκεῖ γὰρ δήπου σοὶ ἅπερ ἐκείνῳ.

ΜΕΝ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Ἐκεῖνον μὲν τοίνυν ἐῶμεν, ἐπειδὴ καὶ ἄπεστι· σὺ δὲ αὐτός, ὦ πρὸς θεῶν, Μένων, τί φῂς ἀρετὴν εἶναι, εἰπὸν καὶ μὴ φθονήσῃς, ἵνα εὐτυχέστατον ψεῦσμα ἐψευσμένος ὦ, ἂν φανῇς σὺ μὲν εἰδὼς καὶ Γοργίας, ἐγὼ δὲ εἰρηκὼς μηδενὶ πώποτε εἰδότι ἐντετυχηκέναι.

ΜΕΝ. * Ἀλλ' οὐ χαλεπόν, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν. E πρῶτον μέν, εἰ βούλει, ἀνδρὸς ἀρετήν, ῥᾴδιον, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἀνδρὸς ἀρετή, ἱκανὸν εἶναι τὰ τῆς πόλεως πράττειν, καὶ πράττοντα τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δ' ἐχθροὺς κακῶς, καὶ αὐτὸν εὐλαβεῖσθαι μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν. εἰ δὲ βούλει, γυναικὸς ἀρετήν, οὐ χαλεπὸν διελθεῖν, ὅτι δεῖ αὐτὴν τὴν οἰκίαν εὖ οἰκεῖν, σώζουσάν τε τὰ ἔνδον καὶ κατήκοον οὖσαν τοῦ ἀνδρός. καὶ ἄλλη ἐστὶ παιδὸς ἀρετή, καὶ θηλείας καὶ ἄρρενος, καὶ πρεσβυτέρου ἀνδρός, εἰ μὲν βούλει, ἐλευθέρου, εἰ δὲ βούλει, δούλου· καὶ * ἄλλαι 72

*) Ισ. εἴτε γενναῖος. **) Ισ. τούτων; ΜΕΝ. Οὐκ ἔμοιγε. ***) ἀλλ. ἀπαγγέλλωμεν.

ipse vitupero quod nullam omnino virtutis cognitionem habeo; quod vero quid sit nescio, quomodo quale sit sciam? an videtur tibi fieri posse ut, qui omnino nesciat quis sit Meno, is sciat utrum pulcher et dives et generosus sit, an contra?

Men. Haudquaquam mihi. at tu, Socrate, revera quid virtus sit nescis, et haec de te domum renuntiemus?

So. Non solum hoc, amice, sed etiam me nondum convenisse scientem, ut mihi videor.

Men. Quid ita? an Gorgiam non convenisti quum hic erat?

So. Sane quidem.

Men. Itane tibi non visus est scire?

So. Haud sane sum memor, Meno, ut dicere nequeam in praesentia quomodo mihi tunc visum fuerit. at fortasse ille scit et tu quae ille dixit. revoca igitur mihi in memoriam ea quae dixit vel, si mavis, ipse expone; videtur enim sine dubio tibi idem atque illi.

Men. Mihi vero.

So. Illum igitur mittamus, quum etiam absit; tu vero ipse, per deos, Meno, quid dicas virtutem esse explica nec recusa, ut felicissimum mendacium dixerim, si tu reperiare sciens et Gorgias, ego vero me neminem umquam scientem convenisse affirmaverim.

Men. Neque tamen difficile est, Socrate, dictu. ac primum quidem, si vis viri virtutem explicari, facile est dictu, esse viri virtutem valere ad res civiles gerendas, eas gerentem posse amicis bene facere, inimicis vero male et sibi cavere ne tale quid patiatur. si porro vis mulieris virtutem explicari, haud difficile est dictu, eam oportere rem familiarem bene administrare, servantem res domesticas et obedientem viro. et alia est pueri virtus, tam feminae quam maris, et senioris viri, quum liberi tum servi; et aliae permultae virtutes sunt: ut nihil sit negoti dicere quid sit virtus; in qua-

πάμπολλαι ἀρεταί εἰσιν· ὥστε οὐκ ἀπορία εἰπεῖν ἀρετῆς πέρι ὅ τι ἔστι· καθ' ἑκάστην γὰρ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἡλικιῶν πρὸς ἕκαστον ἔργον ἑκάστῳ ἡμῶν ἡ ἀρετή ἐστιν· ὡσαύτως δὲ, οἶμαι, ὦ Σώκρατες, καὶ ἡ κακία.

ΣΩ. Πολλῇ γέ τινι εὐτυχίᾳ ἔοικα κεχρῆσθαι, ὦ Μένων, εἰ μίαν ζητῶν ἀρετὴν σμῆνός τι ἀνεύρηκα ἀρετῶν παρὰ σοὶ κειμένων. ἀτάρ, ὦ Μένων, κατὰ ταύτην τὴν εἰκόνα τὴν περὶ τὰ σμήνη, εἴ μου *) ἐρομένου * μελίττης B πέρι οὐσίας **) ὅ τί ποτ' ἐστι, πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἔλεγες αὐτὰς εἶναι, τί ἂν ἀπεκρίνω μοι, εἴ σε ἠρόμην, Ἆρα τούτῳ φῂς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς εἶναι καὶ διαφερούσας ἀλλήλων, τῷ μελίττας εἶναι; ἢ τούτῳ μὲν οὐδὲν διαφέρουσιν, ἄλλῳ δέ τῳ, οἷον ἢ κάλλει ἢ μεγέθει ἢ ἄλλῳ τῳ τῶν τοιούτων; εἰπὲ τί ἂν ἀπεκρίνω οὕτως ἐρωτηθείς;

ΜΕΝ. Τοῦτ' ἔγωγε, ὅτι οὐδὲν διαφέρουσιν, ᾗ μέλιτταί εἰσιν, ἡ ἑτέρα τῆς ἑτέρας.

ΣΩ. Εἰ οὖν εἶπον * μετὰ ταῦτα, Τοῦτο τοίνυν μοι C αὐτὸ εἰπέ, ὦ Μένων· ᾧ οὐδὲν διαφέρουσιν, ἀλλὰ ταὐτόν εἰσιν ἅπασαι, τί τοῦτο φῂς εἶναι; εἶχες δήπου ἄν τί μοι εἰπεῖν;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὕτω δὴ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν, κἂν εἰ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί εἰσιν, ἕν γέ τι εἶδος ταὐτὸν ἅπασαι ἔχουσι δι' ὃ εἰσὶν ἀρεταί, εἰς ὃ καλῶς που ἔχει ἀποβλέψαντα τὸν ἀποκρινάμενον τῷ ἐρωτήσαντι ἐκεῖνο δηλῶσαι ὃ τυγχάνει οὖσα ἀρετή. ἢ οὐ * μανθάνεις ὅ τι λέγω; D

ΜΕΝ. Δοκῶ γέ μοι μανθάνειν· οὐ μέντοι ὡς βούλομαί γέ πω κατέχω τὸ ἐρωτώμενον.

ΣΩ. Πότερον δὲ περὶ ἀρετῆς μόνον σοι οὕτω δοκεῖ, ὦ Μένων, ἄλλη μὲν ἀνδρὸς εἶναι, ἄλλη δὲ γυναικὸς καὶ τῶν ἄλλων, ἢ καὶ περὶ ὑγιείας καὶ περὶ μεγέθους καὶ περὶ ἰσχύος ὡσαύτως; ἄλλη μὲν ἀνδρὸς δοκεῖ σοι εἶναι ὑγίεια, ἄλλη δὲ γυναικός; ἢ ταὐτὸν πανταχοῦ εἶδός ἐστιν, ἐάνπερ ὑγίεια ᾖ, ἐάν τε ἐν ἀνδρὶ ἐάν τε ἐν ἄλλῳ * ὁτῳοῦν ᾖ; E

---

*) Ισ. εἰ ἐμοῦ. **) Ισ. οὐσίαν.

que enim actione et aetate ad quodque opus cuique nostrûm virtus est; similiter vero, opinor, Socrate, pravitas.

So. Multa sane, ut videtur, mihi obtigit felicitas, Meno, si unam quaerens virtutem examen quoddam inveni virtutum apud te repositarum. at, Meno, secundum hanc examinis similitudinem, si mihi interroganti apis quaenam esset natura, respondisses multas et varias eas esse, quid mihi reponeres si ex te quaererem Utrum eo ais multas variasque esse et diversas inter se, quod apes sint? an hoc nihil differunt, alio vero quodam, velut pulchritudine vel magnitudine vel alio quo id genus? dic quid responderes sic interrogatus?

Men. Hoc equidem, nihil differre quatenus apes essent alteram ab altera.

So. Si deinde dicerem Hoc igitur mihi ipsum explica, Meno: quo nihil differunt, sed idem sunt omnes, quid hoc ais esse? numquid mihi posses dicere?

Men. Etiam.

So. Ita igitur de virtutibus quoque, etiamsi multae variaeque sunt, unam tamen aliquam speciem eandem omnes habent per quam sunt virtutes, quam spectans is qui respondet interroganti hoc debet ostendere quid sit virtus. annon intelligis quid dicam?

Men. Videor mihi intelligere; sed tamen nondum ut cupio quod interrogas capis.

So. Utrum vero de virtute tantum tibi ita videtur, Meno, alia esse viri, alia mulieris et reliquorum, an etiam de valitudine et magnitudine et robore idem? alia viri videtur tibi esse valitudo, alia mulieris? an eadem usquequaque species est, siquidem valitudo est, sive in viro sive in alio quo est?

ΜΕΝ. Ἡ αὐτή μοι δοκεῖ ὑγίειά γε *) εἶναι καὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικός.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ μέγεθος καὶ ἰσχύς; ἐάνπερ ἰσχυρὰ γυνὴ ᾖ, τῷ αὐτῷ εἴδει καὶ τῇ αὐτῇ ἰσχύϊ ἰσχυρὰ ἔσται; τὸ γὰρ τῇ αὐτῇ τοῦτο λέγω· οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ ἰσχὺς εἶναι ἡ ἰσχύς, ἐάν τε ἐν ἀνδρὶ ᾖ ἐάν τε ἐν γυναικί· ἢ δοκεῖ τί σοι διαφέρειν;

ΜΕΝ. Οὐκ ἔμοιγε.

ΣΩ. * Ἡ δὲ ἀρετὴ πρὸς τὸ ἀρετὴ εἶναι διοίσει τι, 73
ἐάν τε ἐν παιδὶ ᾖ ἐάν τε ἐν πρεσβύτῃ, ἐάν τε ἐν γυναικὶ ἐάν τε ἐν ἀνδρί;

ΜΕΝ. Ἔμοιγέ πως δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, τοῦτο οὐκέτι ὅμοιον εἶναι τοῖς ἄλλοις τούτοις.

ΣΩ. Τί δαί; οὐκ ἀνδρὸς μὲν ἀρετὴν ἔλεγες πόλιν εὖ διοικεῖν, γυναικὸς δὲ οἰκίαν;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οἷόν τε εὖ διοικεῖν ἢ πόλιν ἢ οἰκίαν ἢ ἄλλο ὁτιοῦν, μὴ σωφρόνως καὶ δικαίως διοικοῦντα;

ΜΕΝ. * Οὐ δῆτα. B

ΣΩ. Οὐκοῦν ἅνπερ δικαίως καὶ σωφρόνως διοικῶσι, δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ διοικήσουσιν;

ΜΕΝ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Τῶν αὐτῶν ἄρα ἀμφότεροι δέονται, εἴπερ μέλλουσιν ἀγαθοὶ εἶναι, καὶ ἡ γυνὴ καὶ ὁ ἀνήρ, δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης.

ΜΕΝ. Φαίνονται.

ΣΩ. Τί δέ; παῖς καὶ πρεσβύτης μῶν ἀκόλαστοι ὄντες καὶ ἄδικοι ἀγαθοὶ ἄν ποτε γένοιντο;

ΜΕΝ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀλλὰ σώφρονες καὶ δίκαιοι;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. * Πάντες ἄρ' ἄνθρωποι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀγαθοί εἰσι· τῶν αὐτῶν γὰρ τυχόντες ἀγαθοὶ γίγνονται. C

ΜΕΝ. Ἔοικεν.

---

*) γρ. ὑγιειά τε.

Men. Eadem mihi videtur valitudo esse et viri et mulieris.

So. Nonne etiam magnitudo et robur? si robusta est mulier, eadem specie et eodem robore robusta erit? *eodem* autem si dico, hoc significo: nihil differt robur qua robur est, sive in viro est sive in muliere; an videtur tibi aliquid differre?

Men. Mihi haudquaquam.

So. Virtus autem qua virtus est num diversa erit, sive in puero sive in sene, sive in muliere sive in viro erit?

Men. Nec vero mihi videtur, Socrate, iam hoc simile esse reliquis illis.

So. Ain tu? nonne viri quidem dicebas virtutem esse civitatem bene administrare, mulieris vero domum?

Men. Etiam.

So. Num igitur bene administrari potest vel civitas vel domus vel aliud quid nisi prudenter et iuste administretur?

Men. Minime vero.

So. Nonne igitur si iuste et prudenter administrant, cum iustitia et prudentia administrabunt?

Men. Necesse est.

So. Eisdem ergo utrique indigent, si boni sunt futuri, et mulier et vir, iustitia et prudentia.

Men. Patet vero.

So. Quid vero? puer et senex num, si incontinentes sint atque iniusti, boni umquam futuri sint?

Men. Minime vero.

So. At si prudentes et iusti sint?

Men. Etiam.

So. Omnes igitur homines eodem modo boni sunt; eadem enim nacti boni exsistunt.

Men. Consentaneum est.

ΜΕΝ. * Οὐ γάρ δύναμαί πως ὦ Σώκρατες, ὡς σὺ ζητεῖς, μίαν ἀρετὴν λαβεῖν κατὰ πάντων, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις.

ΣΩ. Εἰκότως γε. ἀλλ' ἐγὼ προθυμήσομαι, ἐὰν οἷός τε ὦ, ἡμᾶς προσβιβάσαι. μανθάνεις γάρ που ὅτι ουτωσὶ ἔχει περὶ παντός· εἴ τίς σε ἀνέροιτο τοῦτο ὃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τί ἐστι σχῆμα, ὦ Μένων; εἰ αὐτῷ εἶπες ὅτι στρογγυλότης, εἴ σοι εἶπεν ἅπερ ἐγώ, πότερον σχῆμα ἡ στρογγυλότης ἐστὶν, ἢ σχῆμά τι; εἶπες δήπου ἂν ὅτι σχῆμά τι.

ΜΕΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν διὰ ταῦτα, * ὅτι καὶ ἄλλα ἐστὶ σχήματα;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ εἴ γε προςανηρώτα σε ὁποῖα, ἔλεγες ἄν;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Καὶ αὖ εἰ περὶ χρώματος ὡςαύτως ἀνήρετο ὅ τι ἐστὶ, καὶ εἰπόντος σοῦ ὅτι τὸ λευκὸν μετὰ ταῦτα ὑπέλαβεν ὁ ἐρωτῶν, πότερον τὸ λευκὸν χρῶμά ἐστιν, ἢ χρῶμά τι; εἶπες ἂν ὅτι χρῶμά τι, διότι καὶ ἄλλα τυγχάνει ὄντα;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Καὶ εἴ γέ σε ἐκέλευε λέγειν ἄλλα χρώματα, ἔλεγες ἂν * ἄλλα, ἃ οὐδὲν ἧττον τυγχάνει ὄντα χρώματα τοῦ λευκοῦ;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. Εἰ οὖν, ὥςπερ ἐγὼ, μετῄει τὸν λόγον, καὶ ἔλεγεν ὅτι Ἀεὶ εἰς πολλὰ ἀφικνούμεθα· ἀλλὰ μή μοι οὕτως, ἀλλ', ἐπειδὴ τὰ πολλὰ ταῦτα ἑνί τινι προςαγορεύεις ὀνόματι, καὶ φῂς οὐδὲν αὐτῶν ὅ τι οὐ σχῆμα εἶναι, καὶ ταῦτα καὶ ἐναντία ὄντα ἀλλήλοις, ὅ τι ἐστι τοῦτο ὃ οὐδὲν ἧττον κατέχει τὸ στρογγύλον ἢ τὸ εὐθύ, ὃ δὴ ὀνομάζεις σχῆμα, καὶ οὐδὲν μᾶλλον φῂς τὸ στρογγύλον * σχῆμα εἶναι ἢ τὸ εὐθύ; ἢ οὐχ οὕτω λέγεις;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν, ὅταν οὕτω λέγῃς, τότε οὐδὲν μᾶλλον

Men. Nondum enim possum, Socrate, ut tu quaeris, unam virtutem capere ad omnes pertinentem, quemadmodum in reliquis.

So. Non mirum quidem. at ego studebo, si potuero, nos eo adducere. intelligis enim, opinor ita se omnia habere: si quis ex te quaereret hoc quod modo dicebam, quid est figura, Meno? si tibi respondenti rotunditatem esse diceret id quod ego, utrum figura rotunditas est, an figura aliqua? responderes sine dubio figuram esse aliquam.

Men. Sane quidem.

So. Nonne propterea quod aliae sunt figurae?

Men. Etiam.

So. Et si te praeterea interrogaret quales, diceres?

Men. Vero.

So. Atque etiam de colore si eodem modo te interrogaret, et dicenti tibi candorem esse deinde subiiciens quaereret, utrum candor est color, an color aliquis? responderes colorem esse aliquem, quia alii praeterea sunt?

Men. Etiam.

So. Et si te iuberet alios dicere colores, diceres alios qui non minus colores essent quam candor.

Men. Vero.

So. Iam si, ut ego, persequeretur rem ac diceret Semper ad multa pervenimus; at ne mihi ita responde, sed, quoniam multa haec, uno appellas nomine et dicis omnes illas figuras esse, quamvis diversae inter se sint, dic quid hoc sit quod non minus comprehendat rotundum quam rectum, quod quidem vocas figuram, dicens nihilo magis rotunditatem esse figuram, quam id quod rectum sit; annon ita dicis?

Men. Ego sane.

So. Num igitur, quum ita dicis, tum nihilo ma-

ἀλλ' ὡςαύτως ἀποροῖ ὥςπερ περὶ τοῦ σχήματος, τί ἂν οἴει σοι ἀποκεκρίσθαι;

ΣΩ. Τἀληθῆ ἔγωγε. καὶ εἰ μέν γε τῶν σοφῶν τις εἴη καὶ ἐριστικῶν τε καὶ ἀγωνιστικῶν ὁ ἐρόμενος, εἴποιμ' ἂν αὐτῷ * ὅτι Ἐμοὶ μὲν εἴρηται· εἰ δὲ μὴ ὀρθῶς λέγω, σὸν ἔργον λαμβάνειν λόγον καὶ ἐλέγχειν· εἰ δέ, ὥςπερ ἐγώ τε καὶ σὺ νυνί, φίλοι ὄντες βούλοιντο ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, δεῖ δὴ πρᾳότερόν πως καὶ διαλεκτικώτερον ἀποκρίνεσθαι. ἔστι δὲ ἴσως τὸ διαλεκτικώτερον μὴ μόνον τἀληθῆ ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνων ὧν ἂν προςομολογῇ εἰδέναι ὁ ἐρωτώμενος. *) πειράσομαι δὴ καὶ ἐγώ σοι οὕτως εἰπεῖν. λέγε γάρ μοι· τελευτὴν καλεῖς τι; τοιόνδε * λέγω οἷον πέρας καὶ ἔσχατον· πάντα ταῦτα ταὐτόν τι λέγω. ἴσως δ' ἂν ἡμῖν Πρόδικος διαφέροιτο. ἀλλὰ σύ γέ που καλεῖς πεπεράνθαι τι καὶ τετελευτηκέναι· τὸ τοιοῦτον βούλομαι λέγειν, οὐδὲν ποικίλον.

ΜΕΝ. Ἀλλὰ καλῶ, καὶ οἶμαι μανθάνειν ὃ λέγεις.

ΣΩ. Τί δ'; ἐπίπεδον καλεῖς τι, * καὶ ἕτερον αὖ στερεόν, οἷον ταῦτα τὰ ἐν ταῖς γεωμετρίαις;

ΜΕΝ. Ἔγωγε καλῶ.

ΣΩ. Ἤδη τοίνυν ἂν μάθοις μου ἐκ τούτων σχῆμα ὃ λέγω· κατὰ γὰρ παντὸς σχήματος τοῦτο λέγω, εἰς ὃ τὸ στερεὸν περαίνει, τοῦτ' εἶναι σχῆμα. ὅπερ ἂν συλλαβὼν εἴποιμι στερεοῦ πέρας σχῆμα εἶναι.

ΜΕΝ. Τὸ δὲ χρῶμα τί λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ὑβριστής γ' εἶ, ὦ Μένων· ἀνδρὶ πρεσβύτῃ πράγματα προςτάττεις **) ἀποκρίνεσθαι, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐθέλεις ἀναμνησθεὶς * εἰπεῖν ὅ τι ποτε λέγει Γοργίας ἀρετὴν εἶναι.

ΜΕΝ. Ἀλλ' ἐπειδάν μοι σὺ τοῦτ' εἴπῃς, ὦ Σώκρατες, ἐρῶ σοι.

ΣΩ. Κἂν κατακεκαλυμμένος τις γνοίη, ὦ Μένων, διαλεγομένου σου, ὅτι καλὸς εἶ καὶ ἐρασταί σοι ἔτι εἰσίν.

ΜΕΝ. Τί δή;

ΣΩ. Ὅτι οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἐπιτάττεις ἐν τοῖς λόγοις· ὅπερ

*) Ἴσ. ὁ ἐρόμενος. **) Ἴσ. πρεσβύτῃ προςτάττεις.

So. Verum equidem. et si quis sapientium esset et contendendi concertandique studiosorum, dicerem ei „A me quidem dictum est; quodsi non recte explico, tuum est prendere orationem et refellere"; si vero, quemadmodum ego et tu nunc, amici qui sibi sint inter se velint disserere, lenius quodammodo oporteat magisque dialectice responderi. est autem dialectice disputare non solum verum respondere, sed etiam per ea quae confitetur se scire is qui interrogat. conabor iam ego quoque ita disserere. dic enim mihi: finemne vocas aliquid? tale dico qualis est terminus et extremitas: omnia haec idem intelligo. forsitan quidem Prodicus a nobis dissentiat. at tu, ni fallor, vocas aliquid terminari ac finiri: hoc volo dicere, nihil abstrusi.

Men. Sane voco, et arbitror me intelligere quid dicas.

So. Quid vero? planumne vocas aliquid, et aliud rursus solidum, qualia sunt in quibus geometria versatur?

Men. Equidem voco.

So. Iam intelligis ex his quid dicam figuram esse; de omni enim figura hoc dico, id quod solidum terminet, hoc esse figuram; quod una comprehensione complectens dixerim solidi terminum figuram esse.

Men. Colorem autem quid dicis, Socrate?

So. Protervus es, Meno: viro aetate provecto mandas ut respondeat, ipse vero non vis recordatus dicere quid tandem sumat Gorgias virtutem esse.

Men. Sane si tu istud mihi explicaveris, hoc tibi dicturus sum.

So. Etiam obtectus quispiam cognoverit, Meno, e verbis tuis, te pulchrum esse et amatores adhuc habere.

Men. Cur, quaeso?

So. Quia nihil aliud quam imperas in sermonibus, quod quidem faciunt homines delicati, quippe dominantes quamdiu in flore aetatis sunt. ac simul fortasse

ποιοῦσιν οἱ τρυφῶντες, ἅτε τυραννεύοντες ἕως ἂν ἐν ὥρᾳ ὦσι. καὶ ἅμα ἐμοῦ ἴσως * κατέγνωκας ὅτι εἰμὶ ἥττων τῶν καλῶν. χαριοῦμαι οὖν σοι καὶ ἀποκρινοῦμαι.

ΜΕΝ. Πάνυ μὲν οὖν χάρισαι.

ΣΩ. Βούλει οὖν σοι κατὰ Γοργίαν ἀποκρίνωμαι, ᾗ ἂν σὺ μάλιστα ἀκολουθήσαις;

ΜΕΝ. Βούλομαι· πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Οὐκοῦν λέγετε ἀποῤῥοάς τινας τῶν ὄντων κατὰ Ἐμπεδοκλέα;

ΜΕΝ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Καὶ πόρους, εἰς οὓς καὶ δι' ὧν αἱ ἀποῤῥοαὶ πορεύονται;

ΜΕΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ τῶν ἀποῤῥοῶν τὰς μὲν ἁρμόττειν ἐνίοις τῶν πόρων, τὰς δὲ ἐλάττους * ἢ μείζους εἶναι;

ΜΕΝ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὄψιν καλεῖς τι;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἐκ τούτων δὴ ξύνες ὅ τοι λέγω, ἔφη Πίνδαρος. ἔστι γὰρ χρόα ἀποῤῥοὴ σχημάτων ὄψει σύμμετρος καὶ αἰσθητός.

ΜΕΝ. Ἄριστά μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ταύτην τὴν ἀπόκρισιν εἰρηκέναι.

ΣΩ. Ἴσως γάρ σοι κατὰ συνήθειαν εἴρηται. καὶ ἅμα, οἶμαι, ἐννοεῖς ὅ τι ἔχοις ἂν ἐξ αὐτῆς εἰπεῖν καὶ φωνὴν ὅ ἐστι καὶ ὀσμὴν καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν * τοιούτων.

ΜΕΝ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Τραγικὴ γάρ ἐστιν, ὦ Μένων, ἡ ἀπόκρισις, ὥςτε ἀρέσκει σοι μᾶλλον ἢ ἡ περὶ τοῦ σχήματος.

ΜΕΝ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ὦ παῖ Ἀλεξιδήμου, ὡς ἐγὼ ἐμαυτὸν πείθω, ἀλλ' ἐκείνη βελτίων. οἶμαι δὲ οὐδ' ἂν σοὶ δόξαι, εἰ μή, ὥςπερ χθὲς ἔλεγες, ἀναγκαῖόν σοι ἀπιέναι πρὸ τῶν μυστηρίων, ἀλλ' εἰ περιμείναις τε καὶ μυηθείης.

ΜΕΝ. Ἀλλὰ περιμένοιμ' * ἄν, ὦ Σώκρατες, εἴ μοι πολλὰ τοιαῦτα λέγοις.

animadvertisti me pulchris succumbere. gratum igitur tibi faciam et respondebo.

Men. Sane quidem mihi gratificare.

So. Vis igitur secundum Gorgiam tibi respondeam, qua quidem ratione tu maxime assequare?

Men. Volo: quidni?

So. Nonne effluvia quaedam rerum dicitis secundum Empedoclem?

Men. Prorsus ita.

So. Et fistulas, in quas et per quas effluvia permeent?

Men. Sane quidem.

So. Et effluviorum alia congruere cum nonnullis fistulis, alia vero minora vel maiora esse?

Men. Sunt ista.

So. Nonne etiam visum vocas aliquid?

Men. Ego sane.

So. Ex his iam percipe quid tibi dicam, ait Pindarus. est enim color effluvium figurarum visui congruens eumque sensum movens.

Men. Optime mihi videris, Socrate, hoc responsum dedisse.

So. Fortasse enim ex consuetudine tua datum est. et simul, arbitror, putas te habiturum esse ex eo dicere quid sit vox et odor et alia multa eiusdem generis.

Men. Sane quidem.

So. Sublime est enim, Meno, responsum, ut placeat tibi magis quam illud de figura datum.

Men. Mihi vero.

So. Sed non possum, o fili Alexidemi, mihi ipse persuadere, immo illud est melius. arbitror autem nec tibi visurum esse, si non, ut heri dicebas, tibi abeundum esset ante mysteriorum celebrationem, sed si maneres teque initiare sineres.

Men. Sane maneam, Socrate, si mihi multa huiusmodi dicas.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν προθυμίας γε οὐδὲν ἀπολείψω, καὶ σοῦ ἕνεκα καὶ ἐμαυτοῦ, λέγων τοιαῦτα· ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι πολλὰ τοιαῦτα λέγειν. ἀλλ' ἴθι δὴ πειρῶ καὶ σὺ ἐμοὶ τὴν ὑπόσχεσιν ἀποδοῦναι, καθ' ὅλου *) εἰπὼν ἀρετῆς πέρι ὅ τι ἐστι, καὶ παῦσαι πολλὰ ποιῶν ἐκ τοῦ ἑνός, ὅπερ φασὶ τοὺς συντρίβοντάς τι ἑκάστοτε οἱ σκώπτοντες, ἀλλὰ ἐάσας ὅλην καὶ ὑγιᾶ εἰπὲ τί ἐστιν ἀρετή. τὰ * δέ γε παραδείγματα παρ' ἐμοῦ εἴληφας. B

ΜΕΝ. Δοκεῖ τοίνυν μοι, ὦ Σώκρατες, ἀρετὴ εἶναι, καθάπερ ὁ ποιητὴς λέγει, χαίρειν τε καλοῖσι καὶ δύνασθαι. καὶ ἐγὼ τοῦτο λέγω ἀρετήν, ἐπιθυμοῦντα τῶν καλῶν δυνατὸν εἶναι πορίζεσθαι.

ΣΩ. Ἆρα λέγεις τὸν τῶν καλῶν ἐπιθυμοῦντα ἀγαθῶν ἐπιθυμητὴν εἶναι;

ΜΕΝ. Μάλιστά γε.

ΣΩ. Ἆρα, ὡς ὄντων τινῶν οἳ τῶν κακῶν ἐπιθυμοῦσιν, ἑτέρων δὲ οἳ τῶν ἀγαθῶν; οὐ πάντες, **) * ὤριστε, C δοκοῦσί σοι τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμεῖν;

ΜΕΝ. Οὐκ ἔμοιγε.

ΣΩ. Ἀλλά τινες τῶν κακῶν;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. Οἰόμενοι τὰ κακὰ ἀγαθὰ εἶναι, λέγεις, ἢ καὶ γιγνώσκοντες ὅτι κακά ἐστιν, ὅμως ἐπιθυμοῦσιν αὐτῶν;

ΜΕΝ. Ἀμφότερα ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Ἦ γὰρ δοκεῖ τίς σοι, ὦ Μένων, γιγνώσκων τὰ κακὰ ὅτι κακά ἐστιν, ὅμως ἐπιθυμεῖν αὐτῶν;

ΜΕΝ. Μάλιστα.

ΣΩ. Τί ἐπιθυμεῖν λέγεις; ἢ γενέσθαι αὐτῷ; ***)

ΜΕΝ. Γενέσθαι· τί γὰρ * ἄλλο; D

ΣΩ. Πότερον ἡγούμενος τὰ κακὰ ὠφελεῖν ἐκεῖνον ᾧ ἂν γένηται, ἢ γιγνώσκων τὰ κακὰ ὅτι βλάπτει ᾧ ἂν παρῇ;

ΜΕΝ. Εἰσὶ μὲν οἳ ἡγούμενοι τὰ κακὰ ὠφελεῖν, εἰσὶ δὲ καὶ οἳ γιγνώσκοντες ὅτι βλάπτει.

---

*) ἴσ. ὅλον.

**) ἴσ. ἀγαθῶν; ΜΕΝ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἆρ' οὐ πάντες.

***) γρ. ἢ — αὐτῷ.

So. Nec vero operae parcam, et mea et tua causa, talia dicens; at vereor ut multa huiusmodi dicere possim. iam agedum conare tu quoque promissum mihi solvere, summatim dicens quid sit virtus, et desine multa facere ex uno, id quod irrisores dicunt eos facere quicumque aliquid comminuant, sed sinens totam et integram dic quid sit virtus. exempla sane a me accepisti.

Men. Videtur igitur mihi, Socrate, virtus esse, quemadmodum poëta dicit, gaudere pulchris et potestatem habere. ego quoque hoc dico virtutem, appetentem pulchrorum potestatem habere ea adipiscendi.

So. An dicis pulchrorum appetentem bona appetere?

Men. Maxime vero.

So. An, quia sint aliqui qui mala appetant, alii vero qui bona? non omnes, *) mi optime, videntur tibi bona appetere?

Men. Minime vero.

So. Sed aliqui mala?

Men. Etiam.

So. Dicisne eos appetere arbitrantes mala bona esse, an cognoscere mala esse et tamen ea appetere?

Men. Utrumque mihi videtur.

So. Num videtur tibi aliquis, Meno, licet cognoscat mala esse mala, tamen ea appetere?

Men. Maxime.

So. Quorsum eum appetere dicis? an ut sibi obtingant?

Men. Ut obtingant; quidni?

So. Utrum existimans mala prodesse ei cui obtingant, an cognoscens mala obesse cui adsint?

Men. Sunt qui existiment mala esse mala et qui cognoscant ea obesse.

---

*) Fort. *Men.* *Sane quidem.* *So.* *Annon omnes, mi optime, videntur tibi bona appetere?*

ΣΩ. Ἢ καὶ δοκοῦσί σοι γιγνώσκειν τὰ κακὰ ὅτι κακά ἐστιν οἱ ἡγούμενοι τὰ κακὰ ὠφελεῖν;

ΜΕΝ. Οὐ πάνυ μοι δοκεῖ τοῦτό γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν δῆλον ὅτι οὗτοι μὲν οὐ τῶν κακῶν ἐπιθυμοῦσιν, οἱ ἀγνοοῦντες αὐτά, ἀλλὰ ἐκείνων * ἃ ᾤοντο E
ἀγαθὰ εἶναι· ἔστι δὲ ταῦτά γε κακά· ὥςτε οἱ ἀγνοοῦντες αὐτὰ καὶ οἰόμενοι ἀγαθὰ εἶναι δῆλον ὅτι τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμοῦσιν· ἢ οὔ;

ΜΕΝ. Κινδυνεύουσιν οὗτοί γε.

ΣΩ. Τί δὲ οἱ τῶν κακῶν μὲν ἐπιθυμοῦντες, ὥς φῂς σύ, ἡγούμενοι δὲ τὰ κακὰ βλάπτειν ἐκεῖνον ᾧ ἂν γίγνηται, γιγνώσκουσι δήπου ὅτι βλαβήσονται ὑπ' αὐτῶν;

ΜΕΝ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Ἀλλὰ τοὺς βλαπτομένους οὗτοι οὐκ * οἴονται 78
ἀθλίους εἶναι καθ' ὅσον βλάπτονται;

ΜΕΝ. Καὶ τοῦτο ἀνάγκη.

ΣΩ. Τοὺς δὲ ἀθλίους οὐ κακοδαίμονας;

ΜΕΝ. Οἶμαι ἔγωγε.

ΣΩ. Ἔστιν οὖν ὅςτις βούλεται ἄθλιος καὶ κακοδαίμων εἶναι;

ΜΕΝ. Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα βούλεται, ὦ Μένων, τὰ κακὰ οὐδείς, εἴπερ μὴ βούλεται τοιοῦτος εἶναι. τί γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἄθλιον εἶναι ἢ ἐπιθυμεῖν τε τῶν κακῶν καὶ κτᾶσθαι;

ΜΕΝ. * Κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν, ὦ Σώκρατες, καὶ B
οὐδεὶς βούλεσθαι *) τὰ κακά.

ΣΩ. Οὐκοῦν νῦν δὴ ἔλεγες ὅτι ἔστιν ἡ ἀρετὴ βούλεσθαί τε τἀγαθὰ καὶ δύνασθαι;

ΜΕΝ. Εἶπον γάρ.

ΣΩ. Οὐκοῦν τούτου **) λεχθέντος τὸ μὲν βούλεσθαι πᾶσιν ὑπάρχει, καὶ ταύτῃ γε οὐδὲν ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου βελτίων;

ΜΕΝ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἀλλὰ δῆλον ὅτι, εἴπερ ἐστὶ βελτίων ἄλλος ἄλλου, κατὰ τὸ δύνασθαι ἂν εἴη ἀμείνων.

ΜΕΝ. Πάνυ γε.

---

*) ἴσ. βούλεται. **) ἴσ. τούτου τοῦ ᾗ τοῦ.

So. Num etiam videntur tibi cognoscere mala esse mala qui existiment mala prodesse?

Men. Haud sane mihi hoc videtur.

So. Itaque patet hos non mala appetere qui ea non cognoscant, sed ea quae arbitrentur bona esse; sunt vero haec quidem mala; quocirca qui ea ignorant et arbitrantur bona esse manifesto bona appetunt; annon?

Men. Videntur hi sane.

So. Quid vero qui mala quidem appetunt, ut tu ais, sed arbitrantur mala obesse ei cui contingant, hi sane cognoscunt damnum se contracturos esse ex illis?

Men. Necesse est.

So. At eos qui damnum contrahant hi nonne censent miseros esse quatenus damnum contrahant?

Men. Hoc quoque necessarium est.

So. Miseros autem nonne infelices?

Men. Arbitror equidem.

So. Estne igitur qui se velit miserum et infelicem esse?

Men. Non mihi videtur, Socrate.

So. Ergo volt, Meno, mala nemo, siquidem se non volt talem esse. quid est enim aliud miserum esse quam appetere mala et acquirere?

Men. Videris, Socrate, vera dicere, nec ullus cupere videtur mala.

So. Nonne modo sumebas virtutem esse bona cupere et potestatem habere?

Men. Dixi vero.

So. Nonne huius quod dictum est una quidem pars, velle, omnibus suppetit, et eam in partem nihilo alter altero melior est?

Men. Patet.

So. Liquet vero, siquidem melior est alius alio, potestate eum esse meliorem.

Men. Sane quidem.

ΣΩ. Τοῦτ' ἔστιν ἄρα, ὡς ἔοικε, κατὰ τὸν σὸν λόγον ἀρετή, δύναμις τοῦ πορίζεσθαι * τἀγαθά. C

ΜΕΝ. Παντάπασί μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, οὕτως ἔχειν, ὡς σὺ νῦν ὑπολαμβάνεις.

ΣΩ. Ἴδωμεν δὴ καὶ τοῦτο εἰ ἀληθὲς λέγεις· ἴσως γὰρ ἂν εὖ λέγοις. τἀγαθὰ φὴς οἷόν τ' εἶναι πορίζεσθαι ἀρετὴν εἶναι;

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἀγαθὰ δὲ καλεῖς οὐχὶ οἷον ὑγίειάν τε καὶ πλοῦτον; καὶ χρυσίον λέγω καὶ ἀργύριον κτᾶσθαι καὶ τιμὰς ἐν πόλει καὶ ἀρχάς; μὴ ἄλλ' ἄττα λέγεις τἀγαθὰ ἢ τὰ τοιαῦτα;

ΜΕΝ. Οὔκ, ἀλλὰ πάντα λέγω τὰ τοιαῦτα.

ΣΩ. Εἶεν * χρυσίον δὲ δὴ καὶ ἀργύριον πορίζεσθαι ἀρετή ἐστιν, ὥς φησι Μένων ὁ τοῦ μεγάλου βασιλέως πατρικὸς ξένος. πότερον προςτίθης τι *) τούτῳ τῷ πόρῳ, ὦ Μένων, τὸ δικαίως καὶ ὁσίως; ἢ οὐδέν σοι διαφέρει, ἀλλὰ κἂν ἀδίκως τις αὐτὰ πορίζηται, ὁμοίως σὺ αὐτὰ ἀρετὴν **) καλεῖς; D

ΜΕΝ. Οὐ δήπου, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ κακίαν.

ΣΩ. Πάντως δήπου δεῖ ἄρα, ὡς ἔοικε, τούτῳ τῷ πόρῳ δικαιοσύνην ἢ σωφροσύνην ἢ ὁσιότητα προςεῖναι ἢ ἄλλο τι μόριον * ἀρετῆς, εἰ δὲ μή, οὐκ ἔσται ἀρετή, καίπερ ἐκπορίζουσα τἀγαθά. E

ΜΕΝ. Πῶς γὰρ ἄνευ τούτων ἀρετὴ γένοιτ' ἄν;

ΣΩ. Τὸ δὲ μὴ ἐκπορίζειν χρυσίον καὶ ἀργύριον, ὅταν μὴ δίκαιον ᾖ, μήτε αὐτῷ μήτε ἄλλῳ, οὐκ ἀρετὴ καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀπορία;

ΜΕΝ. Φαίνεται.

ΣΩ. Οὐδὲν ἄρα μᾶλλον ὁ πόρος τῶν τοιούτων ἀγαθῶν ἢ ἡ ἀπορία ἀρετὴ ἂν εἴη, ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ὃ μὲν ἂν μετὰ δικαιοσύνης γίγνηται, ἀρετὴ ἔσται, ὃ δ' ἂν ἄνευ πάντων τῶν τοιούτων, * κακία.

ΜΕΝ. Δοκεῖ μοι ἀναγκαῖον εἶναι, ὡς λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν τούτων ἕκαστον ὀλίγον πρότερον μόριον

*) ἴσ. προςτίθης. **) ἴσ. ὁμοίως σὺ ἀρετήν.

So. Hoc est igitur, ut patet, ex tua definitione virtus, potestas bonorum sibi acquirendorum.

Men. Prorsus mihi videtur, Socrate, ita se habere, ut tu nunc accipis.

So. Videamus iam hoc quoque an verum sit quod dicis; forsitan enim bene dicas: bona ais posse sibi comparare virtutem esse?

Men. Ego sane.

So. Bona autem vocas nonne verbi causa sanitatem et divitias? etiam aurum dico et argentum possidere et honores in civitate et imperia? ecquid alia qua dicis bona quam haec?

Men. Non, sed omnia dico huiusmodi.

So. Ergo aurum et argentum sibi comparare virtus est, ut dicit Meno magni ille regis patrius hospes. utrum addis huic comparationi, Meno, iustum et sanctum, an nil tua refert, sed, etiamsi iniuste aliquis ea sibi comparet, tamen tu id virtutem vocas?

Men. Minime vero, Socrate, sed pravitatem.

So. Omnino igitur oportet, ut liquet, huic comparationi iustitiam vel temperantiam vel sanctitatem adiunctam esse vel aliam quam partem virtutis, alioqui non erit virtus, quamvis suppeditet bona.

Men. Quomodo enim sine his virtus exsistat?

So. Non comparare autem aurum et argentum, si non sit iustum, neque sibi neque alii, nonne virtus haec quoque est comparandi intermissio?

Men. Videtur.

So. Nihilo igitur magis huiusmodi bonorum comparationis intermissio virtus erit, sed, ut videtur, quod cum iustitia peragitur, id virtus erit, quod vero sine omnibus id genus, pravitas.

Men. Videtur mihi necessarium esse, ut dicis.

So. Nonne horum quidque paullo supra partem virtutis diximus esse, iustitiam et temperantiam omniaque eiusdem generis?

ἀρετῆς ἔφαμεν εἶναι, τὴν δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην καὶ
πάντα τὰ τοιαῦτα;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. Εἶτα, ὦ Μένων, παίζεις πρός με.

ΜΕΝ. Τί δή, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ὅτι ἄρτι ἐμοῦ δεηθέντος σου μὴ καταγνύναι
μηδὲ κερματίζειν τὴν ἀρετήν, καὶ δόντος παραδείγματα
καθ᾽ ἃ δέοι ἀποκρίνεσθαι, τούτου μὲν ἠμέλησας, λέγεις δέ
μοι ὅτι ἀρετή ἐστιν οἷόν τ᾽ εἶναι * τἀγαθὰ πορίζεσθαι με- B
τὰ δικαιοσύνης, τοῦτο δὲ φὴς μόριον ἀρετῆς εἶναι.

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν συμβαίνει ἐξ ὧν σὺ ὁμολογεῖς, τὸ μετὰ
μορίου ἀρετῆς πράττειν ὅ τι ἂν πράττῃ, τοῦτο ἀρετὴν
εἶναι· τὴν γὰρ δικαιοσύνην μόριον φὴς ἀρετῆς εἶναι, καὶ
ἕκαστα τούτων.

ΜΕΝ. Τί οὖν δή;

ΣΩ. Τοῦτο λέγω ὅτι ἐμοῦ δεηθέντος ὅλην εἰπεῖν τὴν
ἀρετήν, αὐτὴν μὲν πολλοῦ δεῖ σ᾽ εἰπεῖν ὅ τι ἐστι, πᾶσαν
δὲ φὴς πρᾶξιν ἀρετὴν εἶναι, ἐάνπερ μετὰ μορίου ἀρετῆς
πράττηται, * ὥσπερ εἰρηκὼς ὅ τι ἀρετή ἐστι τὸ ὅλον καὶ C
ἤδη γνωσομένου ἐμοῦ, καὶ ἐὰν σὺ κατακερματίζῃς αὐτὴν
κατὰ μόρια. δεῖ οὖν σοι πάλιν ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
τῆς αὐτῆς ἐρωτήσεως, ὦ φίλε Μένων, τί ἐστιν ἀρετή, εἰ
μετὰ μορίου ἀρετῆς πᾶσα πρᾶξις ἀρετὴ ἂν εἴη; τοῦτο γάρ
ἐστι λέγειν, ὅταν λέγῃ τις ὅτι πᾶσα ἡ μετὰ δικαιοσύνης
πρᾶξις ἀρετή ἐστιν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι πάλιν δεῖσθαι τῆς αὐ-
τῆς ἐρωτήσεως, ἀλλ᾽ οἴει τινὰ εἰδέναι μόριον ἀρετῆς ὅ τι
ἐστιν αὐτὴν μὴ εἰδότα;

ΜΕΝ. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Εἰ * γὰρ καὶ μέμνησαι, ὅτ᾽ ἐγώ σοι ἄρτι ἀπε- D
κρινάμην περὶ τοῦ σχήματος, ἀπεβάλλομέν που τὴν τοι-
αύτην ἀπόκρισιν τὴν διὰ τῶν ἔτι ζητουμένων καὶ μήπω
ὡμολογημένων ἐπιχειροῦσαν ἀποκρίνεσθαι.

ΜΕΝ. Καὶ ὀρθῶς γε ἀπεβάλλομεν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Μὴ τοίνυν, ὦ ἄριστε, μηδὲ σὺ ἔτι ζητουμένης
τῆς ὅλης ὅ τι ἐστίν, οἴου διὰ τῶν ταύτης μορίων ἀπο-

Digitized by Google

Men. Etiam.

So. Ergo, Meno, iocaris mecum.

Men. Qui tandem, Socrate?

So. Quia quum ego te orassem ne confringeres nec discerperes virtutem, et exempla dedissem secundum quae te oporteret respondere, hoc quidem tu neglexisti, dicis autem mihi virtutem esse si quis possit bona sibi acquirere iusto modo, iustitiam vero ais partem virtutis esse.

Men. Ego sane.

So. Ergo colligitur ex istis quae tu concedis, partem virtutis adhibendo facere, quodcumque faciat, esse virtutem; iustitiam enim partem ais virtutis esse, et quidque horum.

Men. Quid tum?

So. Hoc dico, ego quum orassem universam ut definires virtutem, tantum abesse ut ipsa quid sit definires, ut omnem diceres actionem virtutem esse, si pars virtutis adhiberetur, quasi dixeris quid sit virtus in universum et ego iam cogniturus sim, si tu eam in partes concidas. opus igitur est rursus ab initio, ut mihi videtur, eadem interrogatione, o care Meno; quid est virtus, si parte virtutis adhibita quaevis actio virtus erit? hoc enim dicitur, si quis dicit omnem actionem cum iustitia susceptam virtutem esse. an non videtur tibi rursus opus esse eadem interrogatione, sed putas aliquem scire pars virtutis quid sit, ipsam ignorantem?

Men. Non videtur mihi.

So. Etenim, si meministi, quum ego tibi modo responderem de figura quaerenti, reiecimus sane eiusmodi responsionem per ea quae adhuc explorarentur, necdum concessa essent respondere conantem.

Men. Ac recte quidem reiecimus, Socrate.

So. Nec tu igitur, mi optime, dum adhuc quaeritur universa quid sit virtus, puta, per eius partes si

κρινόμενος δηλώσειν αὐτὴν ὁτῳοῦν, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τούτῳ τῷ αὐτῷ τρόπῳ λέγων, ἀλλὰ πάλιν τῆς αὐτῆς δεήσεσθαι ἐρωτήσεως, τίνος ὄντος ἀρετῆς λέγεις ἃ λέγεις· ἢ οὐδέν σοι δοκῶ λέγειν;

ΜΕΝ. Ἔμοιγε δοκεῖς ὀρθῶς λέγειν.

ΣΩ. Ἀπόκριναι τοίνυν πάλιν ἐξ ἀρχῆς, τί φῂς ἀρετὴν εἶναι καὶ σὺ καὶ ὁ ἑταῖρός σου;

ΜΕΝ. Ὦ Σώκρατες, ἤκουον μὲν ἔγωγε πρὶν καὶ συγγενέσθαι σοι, ὅτι σὺ οὐδὲν ἄλλο ἢ αὐτός * τε ἀπορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖς ἀπορεῖν· καὶ νῦν, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖς, γοητεύεις με καὶ φαρμάττεις καὶ ἀτεχνῶς κατεπᾴδεις, ὥςτε μεστὸν ἀπορίας γεγονέναι. καὶ δοκεῖς μοι παντελῶς, εἰ δεῖ τι καὶ σκῶψαι, ὁμοιότατος εἶναι τό τε εἶδος καὶ τἄλλα ταύτῃ τῇ πλατείᾳ νάρκῃ τῇ θαλαττίᾳ· καὶ γὰρ αὕτη τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ· καὶ σὺ δοκεῖς μοι νῦν ἐμὲ τοιοῦτόν τι πεποιηκέναι, ναρκᾶν. ἀληθῶς γὰρ ἔγωγε καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ * στόμα*) ναρκῶ, καὶ οὐκ ἔχω ὅ τι ἀποκρίνωμαί σοι. καίτοι μυριάκις γε περὶ ἀρετῆς παμπόλλους λόγους εἴρηκα καὶ πρὸς πολλούς, καὶ πάνυ εὖ, ὥς γε ἐμαυτῷ ἐδόκουν· νῦν δὲ οὐδ' ὅ τι ἔστι τὸ παράπαν ἔχω εἰπεῖν. καί μοι δοκεῖς εὖ βουλεύεσθαι οὐκ ἐκπλέων ἐνθένδε οὐδ' ἀποδημῶν· εἰ γὰρ ξένος ἐν ἄλλῃ πόλει τοιαῦτα ποιοῖς, τάχ' ἂν ὡς γόης ἀπαχθείης.

ΣΩ. Πανοῦργος εἶ, ὦ Μένων, καὶ ὀλίγου ἐξηπάτησάς με.

ΜΕΝ. Τί μάλιστα, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Γιγνώσκω * οὗ ἕνεκά με εἴκασας.

ΜΕΝ. Τίνος δὴ οἴει;

ΣΩ. Ἵνα σε ἀντεικάσω. ἐγὼ δὲ τοῦτο οἶδα περὶ πάντων τῶν καλῶν, ὅτι χαίρουσιν εἰκαζόμενοι· λυσιτελεῖ γὰρ αὐτοῖς· καλαὶ γάρ, οἶμαι, τῶν καλῶν καὶ αἱ εἰκόνες. ἀλλ' οὐκ ἀντεικάσομαί σε. ἐγὼ δέ, εἰ μὲν ἡ νάρκη αὐτὴ ναρκῶσα οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖ ναρκᾶν, ἔοικα αὐτῇ· εἰ δὲ μή, οὔ· οὐ γὰρ εὐπορῶν αὐτὸς τοὺς ἄλλους ποιῶ ἀπορεῖν, ἀλλὰ παντὸς μᾶλλον αὐτὸς ἀπορῶν οὕτω καὶ τοὺς

*) γρ. σῶμα.

respondeas, cuique te eam declaraturum esse, vel aliud quicquam si hoc modo explices, sed rursus eadem opus fore interrogatione, quid sit virtus de qua dicas ea quae dicas; an nihil tibi videor dicere?

Men. Mihi vero videris recte dicere.

So. Responde igitur rursus ab initio: quid ais virtutem esse tu et amicus tuus?

Men. O Socrates, audivi equidem antequam tecum colloquutus sum, te nihil aliud quam et ipsum dubitare et ceteris dubitationem iniicere; et nunc, ut quidem mihi videris, praestigiis me decipis et fascinas et revera incantas, ut plenus dubitatione exstiterim, ac videris mihi prorsus, si quid cavillari decet, simillimus esse tum specie tum reliquis latae illi torpedini maritimae; nam haec quoque cuique appropinquanti et tangenti torporem affert; et tu videris mihi nunc idem intulisse, torporem. revera enim equidem et animo et ore torpeo, nec habeo quid respondeam tibi. quamquam millies de virtute permultas disputationes habui et ad multos, idque admodum bene, ut mihi visus sum; nunc autem ne quid sit quidem omnino possum dicere. ac mihi videris bene tibi consulere quod nec navi nec peregre hinc proficisceris; nam si hospes in alia urbe hoc faceres, haud dubie ut praestigiator in carcerem coniicerere.

So. Callidus es, Meno, et paene me decepisti.

Men. Cur tandem, Socrate?

So. Intelligo quam ob causam me comparaveris.

Men. Cur igitur censes?

So. Ut te vicissim comparem. ego vero scio omnes pulchros voluptate perfundi si comparentur; expedit enim iis; quippe pulchrae sunt, opinor, pulchrorum etiam comparationes. at non vicissim te comparabo. ego autem, si torpedo ipsa torpet, sicut ceteris torporem infert, similis ei sum; sin autem, non; non enim ipse certum sciens ceteris dubitationem iniicio,

ἄλλους ποιῶ ἀπορεῖν. καὶ * νῦν περὶ ἀρετῆς, ὃ ἔστιν, D
ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα, σὺ μέντοι ἴσως πρότερον μὲν ᾔδησθα πρὶν ἐμοῦ ἅψασθαι, νῦν μέντοι ὅμοιος εἶ οὐκ εἰδότι. ὅμως δὲ ἐθέλω μετὰ σοῦ σκέψασθαι καὶ συζητῆσαι ὅ τι ποτε ἔστιν.

MEN. Καὶ τίνα τρόπον ζητήσεις, ὦ Σώκρατες, τοῦτο, ὃ μὴ οἶσθα τὸ παράπαν ὅ τι ἔστι; ποῖον γὰρ ὧν *) οὐκ οἶσθα προθέμενος ζητήσεις; ἢ εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἐντύχοις αὐτῷ, πῶς εἴσει ὅτι τοῦτό ἐστιν ὃ σὺ οὐκ ᾔδησθα;

ΣΩ. Μανθάνω οἷον βούλει λέγειν, ὦ Μένων· * ὁρᾷς, E
τοῦτον ὡς ἐριστικὸν λόγον κατάγεις, **) ὡς οὐκ ἄρα ἔστι ζητεῖν ἀνθρώπῳ οὔτε ὃ οἶδεν οὔτε ὃ μὴ οἶδεν· οὔτε γὰρ ἄν γε ὃ οἶδε ζητοῖ· οἶδε γάρ, καὶ οὐδὲν δεῖ τῷ γε τοιούτῳ ζητήσεως· οὔτε ὃ μὴ οἶδεν· οὐδὲ γὰρ οἶδεν ὅ τι ζητήσει.

MEN. * Οὐκοῦν καλῶς σοι δοκεῖ λέγεσθαι ὁ λόγος 81
οὗτος, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οὐκ ἔμοιγε.

MEN. Ἔχεις λέγειν ὅπῃ;

ΣΩ. Ἔγωγε· ἀκήκοα γὰρ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν σοφῶν περὶ τὰ θεῖα πράγματα.

MEN. Τίνα λόγον λεγόντων;

ΣΩ. Ἀληθῆ, ἔμοιγε δοκεῖν, καὶ καλόν.

MEN. Τίνα τοῦτον; καὶ τίνες οἱ λέγοντες;

ΣΩ. Οἱ μὲν λέγοντές εἰσι τῶν ἱερέων τε καὶ τῶν ἱερειῶν ὅσοις μεμέληκε περὶ ὧν μεταχειρίζονται λόγον οἵοις
τ' εἶναι διδόναι· λέγει δὲ καὶ Πίνδαρος * καὶ ἄλλοι πολλοὶ B
τῶν ποιητῶν, ὅσοι θεῖοί εἰσιν. ἃ δὲ λέγουσι, ταυτί ἐστιν· ἀλλὰ σκόπει, εἴ σοι δοκοῦσιν ἀληθῆ λέγειν. φασὶ γὰρ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου εἶναι ἀθάνατον, καὶ τοτὲ μὲν τελευτᾶν, ὃ δὴ ἀποθνήσκειν καλοῦσι, τοτὲ δὲ πάλιν γίγνεσθαι, ἀπόλλυσθαι δ' οὐδέποτε. δεῖν δὴ διὰ ταῦτα ὡς ὁσιώτατα διαβιῶναι τὸν βίον· οἷσι γὰρ ἂν Φερσεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πένθεος δέξηται, ***) εἰς τὸν ὕπερθεν ἅλιον κείνων ἐνάτῳ ἔτει ἀνδιδοῖ ψυχὰν

---

*) ἴσ. ὅ. **) γρ. Μένων, ὁρᾷς τοῦτον — κατάγεις.
***) ἄλλ. δέξεται.

sed prorsus ipse dubitans reliquis quoque dubitationem inicio. et nunc de virtute, quid sit, equidem nescio, tu vero fortasse antequam me attigeras scivisti, nunc autem similis es nescienti. tamen volo tecum indagare et quaerere quid tandem sit.

Men. Et quo pacto quaeres, Socrate, istud quod omnino nescis quid sit? quid? quod nescis id proponens quaeres? vel etiamsi id inveneris maxime, quomodo cognosces hoc esse id quod nescis?

So. Intelligo quid velis dicere, Meno: quippe hanc ut litigiosam orationem invehis, non posse hominem quaerere neque quod sciat neque quod nesciat; neque enim id quod sciat quaesiturum esse: scire enim, nec opus ei esse quaestione; neque id quod nesciat; nam nescire quid sit quaesiturus.

Men. Nonne recte hoc tibi videtur dici, Socrate?

So. Mihi haudquaquam.

Men. Potes dicere cur?

So. Sane possum; audivi enim viros ac mulieres sapientes de rebus divinis.

Men. Quidnam dicentes?

So. Vera, ut mihi videbatur, et praeclara.

Men. Quid tandem? et quinam sunt dicentes?

So. Dicentes sunt sacerdotes, tam viri quam mulieres, qui operam dederunt ut eorum quae tractarent rationem possent reddere; dicit vero etiam Pindarus et alii multi poëtae qui divini sunt. quae dicunt haec sunt; at vide an tibi videantur vera dicere. sumunt videlicet animum hominis esse immortalem, et nunc finiri, quod quidem mori dicunt, nunc rursus gigni, interire autem numquam. quam quidem ob causam nos oportere quam sanctissime vitam agere; *de quibus enim Proserpina pristinae culpae poenas cepit, eorum animum in supernum solem nono anno restituit; e quibus reges illustres et robore praestantes virique ad sapientiam insignes exsistunt; in reliquum vero tem-*

πάλιν· ἐκ τᾶν βασιλῆες * ἀγαυοὶ καὶ σθένει C
κραιπνοὶ σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξονται·
ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται. ἅτε οὖν ἡ ψυχὴ ἀθάνατός τε οὖσα καὶ πολλάκις γεγονυῖα καὶ ἑωρακυῖα καὶ τὰ ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν Ἅιδου καὶ πάντα *) χρήματα, οὐκ ἔστιν ὅ τι οὐ μεμάθηκεν, ὥςτε οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ ἄλλων οἷόν τε εἶναι αὐτὴν ἀναμνησθῆναι ἅ γε καὶ πρότερον ἠπίστατο. ἅτε γὰρ τῆς φύσεως ἁπάσης συγγενοῦς
* οὔσης καὶ μεμαθηκυίας τῆς ψυχῆς ἅπαντα, οὐδὲν κωλύει D
ἓν μόνον ἀναμνησθέντα, ὃ δὴ μάθησιν καλοῦσιν ἄνθρωποι, τἆλλα πάντα αὐτὸν ἀνευρεῖν, ἐάν τις ἀνδρεῖος ᾖ καὶ μὴ ἀποκάμνῃ ζητῶν· τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ μανθάνειν ἀνάμνησις ὅλον ἐστίν. οὔκουν δεῖ πείθεσθαι τούτῳ τῷ ἐριστικῷ λόγῳ· οὗτος μὲν γὰρ ἂν ἡμᾶς ἀργοὺς ποιήσειε καὶ ἔστι τοῖς μαλακοῖς τῶν ἀνθρώπων ἡδὺς ἀκοῦσαι, ὅδε δὲ
ἐργαστικούς * τε **) καὶ ζητητικοὺς ποιεῖ. ᾧ ἐγὼ πιστεύων E
ἀληθεῖ εἶναι ἐθέλω μετὰ σοῦ ζητεῖν ἀρετὴ ὅ τι ἔστιν.

ΜΕΝ. Ναί, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ἁπλῶς λέγεις τοῦτο, ὅτι οὐ μανθάνομεν, ἀλλὰ ἣν καλοῦμεν μάθησιν, ἀνάμνησίς ἐστιν; ἔχεις με τοῦτο διδάξαι ὡς οὕτως ἔχει;

ΣΩ. Καὶ ἄρτι εἶπον, ὦ Μένων, ὅτι πανοῦργος εἶ, καὶ νῦν ἐρωτᾷς εἰ ἔχω σε διδάξαι, ὃς οὔ φημι διδαχὴν
* εἶναι, ἀλλ' ἀνάμνησιν, ἵνα δὴ εὐθὺς φαίνωμαι αὐτὸς 82
ἐμαυτῷ τἀναντία λέγων.

ΜΕΝ. Οὐ μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, οὐ πρὸς τοῦτο βλέψας εἶπον, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἔθους. ἀλλ' εἴ πώς μοι ἔχεις ἐνδείξασθαι ὅτι ἔχει ὥςπερ λέγεις, ἔνδειξαι.

ΣΩ. Ἀλλ' ἔστι μὲν οὐ ῥᾴδιον, ὅμως δὲ ἐθέλω προθυμηθῆναι σοῦ ἕνεκεν. ἀλλά μοι προςκάλεσον τῶν πολλῶν
ἀκολούθων τουτωνὶ τῶν σαυτοῦ ἕνα ὅντινα βούλει, * ἵνα B
ἐν τούτῳ σοι ἐπιδείξωμαι.

ΜΕΝ. Πάνυ γε. Δεῦρο πρόςελθε.

---

*) Ισ. Ἅιδου πάντα.

**) ἄλλ. ἐργατικούς τε.

pus heroës sancti ab hominibus vocantur. iam animus quum immortalis sit et saepius genitus omniaque et hic et apud inferos spectaverit, nihil non percepit, ut mirum non sit et de virtute et de aliis eum posse reminiscendo recognoscere quae iam ante sciverit. etenim quum animus universae naturae cognatus sit omniaque didicerit, nil impedit quominus unum tantum recordatus, quod quidem discere vocant homines, reliqua omnia inveniat, si quis sit impiger nec quaerendo fatigetur; quaerere enim et discere in universum est recordari; quocirca non est fides habenda orationi illi captiosae; ea enim nos segnes reddet et mollibus hominibus iucunda est auditu, haec vero laboriosos efficit indagandique studiosos. quam ego confidens veram esse volo tecum quaerere quid sit virtus.

Men. Sane hercule, Socrate; at simpliciter dicis hoc, nos non discere, sed quam disciplinam vocamus, recordationem esse? an potes me docere hoc sic se habere?

So. Modo iam dixi, Meno, te callidum esse, et nunc ex me quaeris an possim te docere, quum non dicam disciplinam esse, sed recordationem, ut scilicet statim reperiar mecum ipse pugnans.

Men. Haudquaquam hercle, Socrate, hoc spectans dixi, sed ex consuetudine. at si qua mihi potes ostendere ita se habere ut dicis, ostende.

So. Est quidem haud facile, attamen volo studere tua gratia. itaque mihi advoca multorum tuorum pedisequorum qui hic sunt unum quem vis, ut in hoc tibi ostendam.

Men. Sane quidem. Huc accede.

ΣΩ. Ἕλλην μέν ἐστι καὶ ἑλληνίζει;

ΜΕΝ. Πάνυ γε σφόδρα, οἰκογενής.

ΣΩ. Πρόςεχε δὴ τὸν νοῦν, ὁπότερ' ἄν σοι φαίνηται, ἢ *) ἀναμιμνησκόμενος, ἢ μανθάνων παρ' ἐμοῦ.

ΜΕΝ. Ἀλλὰ προςέξω.

ΣΩ. Εἰπὲ δή μοι, ὦ παῖ, γιγνώσκεις τετράγωνον χωρίον ὅτι τοιοῦτόν ἐστιν;

ΠΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἔστιν οὖν τετράγωνον χωρίον ἴσας * ἔχον τὰς C
γραμμὰς ταύτας πάσας, τέτταρας οὔσας;

ΠΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐ καὶ ταυτασὶ τὰς διὰ μέσου ἐστὶν ἴσας ἔχον;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἴη ἂν τοιοῦτον χωρίον καὶ μεῖζον καὶ ἔλαττον;

ΠΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Εἰ οὖν εἴη αὕτη ἡ πλευρὰ δυοῖν ποδοῖν καὶ αὕτη δυοῖν, πόσων ἂν εἴη ποδῶν τὸ ὅλον; ὧδε δὲ σκόπει· εἰ ἦν ταύτῃ δυοῖν ποδοῖν, ταύτῃ δὲ ἑνὸς ποδὸς μόνον, ἄλλο τι ἅπαξ ἂν ἦν δυοῖν ποδοῖν τὸ χωρίον;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ἐπειδὴ * δὲ δυοῖν ποδοῖν καὶ ταύτῃ, ἄλλο τι D
ἢ δὶς δυοῖν γίγνεται;

ΠΑΙ. Γίγνεται.

ΣΩ. Δυοῖν ἄρα δὶς γίγνεται ποδῶν.

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Πόσοι οὖν εἰσὶν οἱ δύο δὶς πόδες; λογισάμενος εἰπέ.

ΠΑΙ. Τέτταρες, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν γένοιτ' ἂν τούτου τοῦ χωρίου ἕτερον διπλάσιον, τοιοῦτον δέ, ἴσας ἔχον πάσας τὰς γραμμὰς ὥςπερ τοῦτο;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Πόσων οὖν ἔσται ποδῶν;

ΠΑΙ. Ὀκτώ.

---

*) ἴσ. εἰ.

So. Graecus vero est et graece loquitur?

Men. Maxime, domi meae natus.

So. Attende igitur animum, utrum tibi videatur recordari, an discere a me.

Men. Sane attendam.

So. Iam dic mihi, puer, nostine quadratam figuram talem esse?

Pu. Novi.

So. Est igitur quadratum quod aequales habet lineas has omnes quae quattuor sunt?

Pu. Sane quidem.

So. Nonne etiam hasce per medium ductas aequales habet?

Pu. Vero.

So. Nonne esse potest haec figura et maior et minor?

Pu. Sane quidem.

So. Iam si erit hoc latus duorum pedum et hoc duorum, quot erit pedum totum? sic vero considera: si esset hac parte duorum pedum, hac vero unius tantum pedis, nonne semel esset duorum pedum figura?

Pu. Etiam.

So. Quoniam vero duorum pedum hac quoque parte, nonne bis duorum est?

Pu. Est.

So. Duorum ergo bis est pedum.

Pu. Etiam.

So. Quotnam vero sunt bis duo pedes? computa et dic.

Pu. Quattuor, Socrate.

So. Nonne exsistere potest ab hac figura diversa dupla, talis vero quae aequales habeat omnes lineas, sicut haec?

Pu. Etiam.

So. Quot igitur pedum erit?

Pu. Octo.

ἀρετῆς ἔφαμεν εἶναι, τὴν δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. Εἶτα, ὦ Μένων, παίζεις πρός με.

ΜΕΝ. Τί δή, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ὅτι ἄρτι ἐμοῦ δεηθέντος σου μὴ καταγνύναι μηδὲ κερματίζειν τὴν ἀρετήν, καὶ δόντος παραδείγματα καθ' ἃ δέοι ἀποκρίνεσθαι, τούτου μὲν ἠμέλησας, λέγεις δέ μοι ὅτι ἀρετή ἐστιν οἷόν τ' εἶναι * τἀγαθὰ πορίζεσθαι μετὰ δικαιοσύνης, τοῦτο δὲ φῂς μόριον ἀρετῆς εἶναι. B

ΜΕΝ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν συμβαίνει ἐξ ὧν σὺ ὁμολογεῖς, τὸ μετὰ μορίου ἀρετῆς πράττειν ὅ τι ἂν πράττῃ, τοῦτο ἀρετὴν εἶναι· τὴν γὰρ δικαιοσύνην μόριον φῂς ἀρετῆς εἶναι, καὶ ἕκαστα τούτων.

ΜΕΝ. Τί οὖν δή;

ΣΩ. Τοῦτο λέγω ὅτι ἐμοῦ δεηθέντος ὅλην εἰπεῖν τὴν ἀρετήν, αὐτὴν μὲν πολλοῦ δεῖ σ' εἰπεῖν ὅ τι ἐστι, πᾶσαν δὲ φῂς πρᾶξιν ἀρετὴν εἶναι, ἐάνπερ μετὰ μορίου ἀρετῆς πράττηται, * ὥσπερ εἰρηκὼς ὅ τι ἀρετή ἐστι τὸ ὅλον καὶ C ἤδη γνωσομένου ἐμοῦ, καὶ ἐὰν σὺ κατακερματίζῃς αὐτὴν κατὰ μόρια. δεῖ οὖν σοι πάλιν ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς αὐτῆς ἐρωτήσεως, ὦ φίλε Μένων, τί ἐστιν ἀρετή, εἰ μετὰ μορίου ἀρετῆς πᾶσα πρᾶξις ἀρετὴ ἂν εἴη; τοῦτο γάρ ἐστι λέγειν, ὅταν λέγῃ τις ὅτι πᾶσα ἡ μετὰ δικαιοσύνης πρᾶξις ἀρετή ἐστιν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι πάλιν δεῖσθαι τῆς αὐτῆς ἐρωτήσεως, ἀλλ' οἴει τινὰ εἰδέναι μόριον ἀρετῆς ὅ τι ἐστιν αὐτὴν μὴ εἰδότα;

ΜΕΝ. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Εἰ * γὰρ καὶ μέμνησαι, ὅτ' ἐγώ σοι ἄρτι ἀπεκρινάμην περὶ τοῦ σχήματος, ἀπεβάλλομέν που τὴν τοιαύτην ἀπόκρισιν τὴν διὰ τῶν ἔτι ζητουμένων καὶ μήπω ὡμολογημένων ἐπιχειροῦσαν ἀποκρίνεσθαι. D

ΜΕΝ. Καὶ ὀρθῶς γε ἀπεβάλλομεν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Μὴ τοίνυν, ὦ ἄριστε, μηδὲ σὺ ἔτι ζητουμένης ἀρετῆς ὅλης ὅ τι ἐστιν, οἴου διὰ τῶν ταύτης μορίων απο-

Men. Etiam.

So. Ergo, Meno, iocaris mecum.

Men. Qui tandem, Socrate?

So. Quia quum ego te orassem ne confringeres nec discerperes virtutem, et exempla dedissem secundum quae te oporteret respondere, hoc quidem tu neglexisti, dicis autem mihi virtutem esse si quis possit bona sibi acquirere iusto modo, iustitiam vero ais partem virtutis esse.

Men. Ego sane.

So. Ergo colligitur ex istis quae tu concedis, partem virtutis adhibendo facere, quodcumque faciat, esse virtutem; iustitiam enim partem ais virtutis esse, et quidque horum.

Men. Quid tum?

So. Hoc dico, ego quum orassem universam ut definires virtutem, tantum abesse ut ipsa quid sit definires, ut omnem diceres actionem virtutem esse, si pars virtutis adhiberetur, quasi dixeris quid sit virtus in universum et ego iam cogniturus sim, si tu eam in partes concidas. opus igitur est rursus ab initio, ut mihi videtur, eadem interrogatione, o care Meno; quid est virtus, si parte virtutis adhibita quaevis actio virtus erit? hoc enim dicitur, si quis dicit omnem actionem cum iustitia susceptam virtutem esse. an non videtur tibi rursus opus esse eadem interrogatione, sed putas aliquem scire pars virtutis quid sit, ipsam ignorantem?

Men. Non videtur mihi.

So. Etenim, si meministi, quum ego tibi modo responderem de figura quaerenti, reiecimus sane eiusmodi responsionem per ea quae adhuc explorarentur, necdum concessa essent respondere conantem.

Men. Ac recte quidem reiecimus, Socrate.

So. Nec tu igitur, mi optime, dum adhuc quaeritur universa quid sit virtus, puta, per eius partes si

κρινόμενος δηλώσειν αὐτὴν ὁτῳοῦν, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τούτῳ τῷ αὐτῷ τρόπῳ λέγων, ἀλλὰ πάλιν τῆς αὐτῆς δεήσεσθαι ἐρωτήσεως, τίνος ὄντος ἀρετῆς λέγεις ἃ λέγεις· ἢ οὐδέν σοι δοκῶ λέγειν;

ΜΕΝ. Ἔμοιγε δοκεῖς ὀρθῶς λέγειν.

ΣΩ. Ἀπόκριναι τοίνυν πάλιν ἐξ ἀρχῆς, τί φὴς ἀρετὴν εἶναι καὶ σὺ καὶ ὁ ἑταῖρός σου;

ΜΕΝ. Ὦ Σώκρατες, ἤκουον μὲν ἔγωγε πρὶν καὶ συγγενέσθαι σοι, ὅτι σὺ οὐδὲν ἄλλο ἢ αὐτός * τε ἀπορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖς ἀπορεῖν· καὶ νῦν, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖς, γοητεύεις με καὶ φαρμάττεις καὶ ἀτεχνῶς κατεπᾴδεις, ὥςτε μεστὸν ἀπορίας γεγονέναι. καὶ δοκεῖς μοι παντελῶς, εἰ δεῖ τι καὶ σκῶψαι, ὁμοιότατος εἶναι τό τε εἶδος καὶ τἆλλα ταύτῃ τῇ πλατείᾳ νάρκῃ τῇ θαλαττίᾳ· καὶ γὰρ αὕτη τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἀπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ· καὶ σὺ δοκεῖς μοι νῦν ἐμὲ τοιοῦτόν τι πεποιηκέναι, ναρκᾶν. ἀληθῶς γὰρ ἔγωγε καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ * στόμα*) ναρκῶ, καὶ οὐκ ἔχω ὅ τι ἀποκρίνωμαί σοι. καίτοι μυριάκις γε περὶ ἀρετῆς παμπόλλους λόγους εἴρηκα καὶ πρὸς πολλούς, καὶ πάνυ εὖ, ὥς γε ἐμαυτῷ ἐδόκουν· νῦν δὲ οὐδ' ὅ τι ἐστι τὸ παράπαν ἔχω εἰπεῖν. καί μοι δοκεῖς εὖ βουλεύεσθαι οὐκ ἐκπλέων ἐνθένδε οὐδ' ἀποδημῶν· εἰ γὰρ ξένος ἐν ἄλλῃ πόλει τοιαῦτα ποιοῖς, τάχ' ἂν ὡς γόης ἀπαχθείης.

ΣΩ. Πανοῦργος εἶ, ὦ Μένων, καὶ ὀλίγου ἐξηπάτησάς με.

ΜΕΝ. Τί μάλιστα, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Γιγνώσκω * οὗ ἕνεκά με εἴκασας.

ΜΕΝ. Τίνος δὴ οἴει;

ΣΩ. Ἵνα σε ἀντεικάσω. ἐγὼ δὲ τοῦτο οἶδα περὶ πάντων τῶν καλῶν, ὅτι χαίρουσιν εἰκαζόμενοι· λυσιτελεῖ γὰρ αὐτοῖς· καλαὶ γάρ, οἶμαι, τῶν καλῶν καὶ αἱ εἰκόνες. ἀλλ' οὐκ ἀντεικάσομαί σε. ἐγὼ δέ, εἰ μὲν ἡ νάρκη αὐτὴ ναρκῶσα οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους ποιεῖ ναρκᾶν, ἔοικα αὐτῇ· εἰ δὲ μή, οὔ· οὐ γὰρ εὐπορῶν αὐτὸς τοὺς ἄλλους ποιῶ ἀπορεῖν, ἀλλὰ παντὸς μᾶλλον αὐτὸς ἀπορῶν οὕτω καὶ τοὺς

*) γρ. σῶμα.

respondeas, cuique te eam declaraturum esse, vel aliud quicquam si hoc modo expliçes, sed rursus eadem opus fore interrogatione, quid sit virtus de qua dicas ea quae dicas; an nihil tibi videor dicere?

Men. Mihi vero videris recte dicere.

So. Responde igitur rursus ab initio: quid ais virtutem esse tu et amicus tuus?

Men. O Socrates, audivi equidem antequam tecum colloquutus sum, te nihil aliud quam et ipsum dubitare et ceteris dubitationem iniicere; et nunc, ut quidem mihi videris, praestigiis me decipis et fascinas et revera incantas, ut plenus dubitatione exstiterim, ac videris mihi prorsus, si quid cavillari decet, simillimus esse tum specie tum reliquis latae illi torpedini maritimae; nam haec quoque cuique appropinquanti et tangenti torporem affert; et tu videris mihi nunc idem intulisse, torporem. revera enim equidem et animo et ore torpeo, nec habeo quid respondeam tibi. quamquam millies de virtute permultas disputationes habui et ad multos, idque admodum bene, ut mihi visus sum; nunc autem ne quid sit quidem omnino possum dicere. ac mihi videris bene tibi consulere quod nec navi nec peregre hinc proficisceris; nam si hospes in alia urbe hoc faceres, haud dubie ut praestigiator in carcerem coniicerere.

So. Callidus es, Meno, et paene me decepisti.

Men. Cur tandem, Socrate?

So. Intelligo quam ob causam me comparaveris.

Men. Cur igitur censes?

So. Ut te vicissim comparem. ego vero scio omnes pulchros voluptate perfundi si comparentur; expedit enim iis; quippe pulchrae sunt, opinor, pulchrorum etiam comparationes. at non vicissim te comparabo. ego autem, si torpedo ipsa torpet, sicut ceteris torporem infert, similis ei sum; sin autem, non; non enim ipse certum sciens ceteris dubitationem iniicio,

ἄλλους ποιῶ ἀπορεῖν· καὶ * νῦν περὶ ἀρετῆς, ὃ ἔστιν, D ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα, σὺ μέντοι ἴσως πρότερον μὲν ᾔδησθα πρὶν ἐμοῦ ἅψασθαι, νῦν μέντοι ὅμοιος εἶ οὐκ εἰδότι. ὅμοις δὲ ἐθέλω μετὰ σοῦ σκέψασθαι καὶ συζητῆσαι ὅ τι ποτε ἔστιν.

ΜΕΝ. Καὶ τίνα τρόπον ζητήσεις, ὦ Σώκρατες, τοῦτο, ὃ μὴ οἶσθα τὸ παράπαν ὅ τι ἔστι; ποῖον γὰρ ὧν *) οὐκ οἶσθα προθέμενος ζητήσεις; ἢ εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἐντύχοις αὐτῷ, πῶς εἴσει ὅτι τοῦτό ἐστιν ὃ σὺ οὐκ ᾔδησθα;

ΣΩ. Μανθάνω οἷον βούλει λέγειν, ὦ Μένων· * ὁρᾷς, E τοῦτον ὡς ἐριστικὸν λόγον κατάγεις, **) ὡς οὐκ ἄρα ἔστι ζητεῖν ἀνθρώπῳ οὔτε ὃ οἶδεν οὔτε ὃ μὴ οἶδεν· οὔτε γὰρ ἂν γε ὃ οἶδε ζητοῖ· οἶδε γάρ, καὶ οὐδὲν δεῖ τῷ γε τοιούτῳ ζητήσεως· οὔτε ὃ μὴ οἶδεν· οὐδὲ γὰρ οἶδεν ὅ τι ζητήσει.

ΜΕΝ. * Οὐκοῦν καλῶς σοι δοκεῖ λέγεσθαι ὁ λόγος 81 οὗτος, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οὐκ ἔμοιγε.

ΜΕΝ. Ἔχεις λέγειν ὅπῃ;

ΣΩ. Ἔγωγε· ἀκήκοα γὰρ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν σοφῶν περὶ τὰ θεῖα πράγματα.

ΜΕΝ. Τίνα λόγον λεγόντων;

ΣΩ. Ἀληθῆ, ἔμοιγε δοκεῖν, καὶ καλόν.

ΜΕΝ. Τίνα τοῦτον; καὶ τίνες οἱ λέγοντες;

ΣΩ. Οἱ μὲν λέγοντές εἰσι τῶν ἱερέων τε καὶ τῶν ἱερειῶν ὅσοις μεμέληκε περὶ ὧν μεταχειρίζονται λόγον οἵοις τ' εἶναι διδόναι· λέγει δὲ καὶ Πίνδαρος * καὶ ἄλλοι πολλοὶ B τῶν ποιητῶν, ὅσοι θεῖοί εἰσιν. ἃ δὲ λέγουσι, ταυτί ἐστιν· ἀλλὰ σκόπει, εἴ σοι δοκοῦσιν ἀληθῆ λέγειν. φασὶ γὰρ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου εἶναι ἀθάνατον, καὶ τοτὲ μὲν τελευτᾶν, ὃ δὴ ἀποθνήσκειν καλοῦσι, τοτὲ δὲ πάλιν γίγνεσθαι, ἀπόλλυσθαι δ' οὐδέποτε. δεῖν δὴ διὰ ταῦτα ὡς ὁσιώτατα διαβιῶναι τὸν βίον· οἷσι γὰρ ἂν Φερσεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πένθεος δέξηται, ***) εἰς τὸν ὕπερθεν ἅλιον κείνων ἐνάτῳ ἔτει ἀνδιδοῖ ψυχὰν

*) ἴσ. ὃ. **) γρ. Μένων, ὁρᾷς τοῦτον — κατάγεις.
***) ἀλλ. δέξεται.

sed prorsus ipse dubitans reliquis quoque dubitationem injicio. et nunc de virtute, quid sit, equidem nescio, tu vero fortasse antequam me attigeras scivisti, nunc autem similis es nescienti. tamen volo tecum indagare et quaerere quid tandem sit.

Men. Et quo pacto quaeres, Socrate, istud quod omnino nescis quid sit? quid? quod nescis id proponens quaeres? vel etiamsi id inveneris maxime, quomodo cognosces hoc esse id quod nescis?

So. Intelligo quid velis dicere, Meno: quippe hanc ut litigiosam orationem invehis, non posse hominem quaerere neque quod sciat neque quod nesciat; neque enim id quod sciat quaesiturum esse: scire enim, nec opus ei esse quaestione; neque id quod nesciat; nam nescire quid sit quaesiturus.

Men. Nonne recte hoc tibi videtur dici, Socrate?

So. Mihi haudquaquam.

Men. Potes dicere cur?

So. Sane possum; audivi enim viros ac mulieres sapientes de rebus divinis.

Men. Quidnam dicentes?

So. Vera, ut mihi videbatur, et praeclara.

Men. Quid tandem? et quinam sunt dicentes?

So. Dicentes sunt sacerdotes, tam viri quam mulieres, qui operam dederunt ut eorum quae tractarent rationem possent reddere; dicit vero etiam Pindarus et alii multi poëtae qui divini sunt. quae dicunt haec sunt; at vide an tibi videantur vera dicere. sumunt videlicet animum hominis esse immortalem, et nunc finiri, quod quidem mori dicunt, nunc rursus gigni, interire autem numquam. quam quidem ob causam nos oportere quam sanctissime vitam agere; *de quibus enim Proserpina pristinae culpae poenas cepit, eorum animum in supernum solem nono anno restituit; e quibus reges illustres et robore praestantes virique ad sapientiam insignes exsistunt; in reliquum vero tem-*

πάλιν· ἐκ τᾶν βασιλῆες * ἀγαυοὶ καὶ σθένει C
κραιπνοὶ σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξονται·
ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται. ἅτε οὖν ἡ ψυχὴ ἀθάνατός τε οὖσα καὶ πολλάκις γεγονυῖα καὶ ἑωρακυῖα καὶ τὰ ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν Ἅιδου καὶ πάντα *) χρήματα, οὐκ ἔστιν ὅ τι οὐ μεμάθηκεν, ὥςτε οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ ἄλλων οἷόν τε εἶναι αὐτὴν ἀναμνησθῆναι ἅ γε καὶ πρότερον ἠπίστατο. ἅτε γὰρ τῆς φύσεως ἁπάσης συγγενοῦς
* οὔσης καὶ μεμαθηκυίας τῆς ψυχῆς ἅπαντα, οὐδὲν κωλύει D
ἓν μόνον ἀναμνησθέντα, ὃ δὴ μάθησιν καλοῦσιν ἄνθρωποι, τἆλλα πάντα αὐτὸν ἀνευρεῖν, ἐάν τις ἀνδρεῖος ᾖ καὶ μὴ ἀποκάμνῃ ζητῶν· τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ μανθάνειν ἀνάμνησις ὅλον ἐστίν. οὔκουν δεῖ πείθεσθαι τούτῳ τῷ ἐριστικῷ λόγῳ· οὗτος μὲν γὰρ ἂν ἡμᾶς ἀργοὺς ποιήσειε καὶ ἔστι τοῖς μαλακοῖς τῶν ἀνθρώπων ἡδὺς ἀκοῦσαι, ὅδε δὲ
ἐργαστικούς * τε **) καὶ ζητητικοὺς ποιεῖ. ᾧ ἐγὼ πιστεύων E
ἀληθεῖ εἶναι ἐθέλω μετὰ σοῦ ζητεῖν ἀρετὴ ὅ τι ἐστιν.

MEN. Ναί, ὦ Σώκρατες· ἀλλ' ἁπλῶς λέγεις τοῦτο, ὅτι οὐ μανθάνομεν, ἀλλὰ ἣν καλοῦμεν μάθησιν, ἀνάμνησίς ἐστιν; ἔχεις με τοῦτο διδάξαι ὡς οὕτως ἔχει;

ΣΩ. Καὶ ἄρτι εἶπον, ὦ Μένων, ὅτι πανοῦργος εἶ, καὶ νῦν ἐρωτᾷς εἰ ἔχω σε διδάξαι, ὃς οὔ φημι διδαχὴν
* εἶναι, ἀλλ' ἀνάμνησιν, ἵνα δὴ εὐθὺς φαίνωμαι αὐτὸς 82
ἐμαυτῷ τἀναντία λέγων.

MEN. Οὐ μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, οὐ πρὸς τοῦτο βλέψας εἶπον, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἔθους. ἀλλ' εἴ πώς μοι ἔχεις ἐνδείξασθαι ὅτι ἔχει ὥςπερ λέγεις, ἔνδειξαι.

ΣΩ. Ἀλλ' ἔστι μὲν οὐ ῥᾴδιον, ὅμως δὲ ἐθέλω προθυμηθῆναι σοῦ ἕνεκεν. ἀλλά μοι προςκάλεσον τῶν πολλῶν
ἀκολούθων τουτωνὶ τῶν σαυτοῦ ἕνα ὅντινα βούλει, * ἵνα B
ἐν τούτῳ σοι ἐπιδείξωμαι.

MEN. Πάνυ γε. Δεῦρο πρόςελθε.

---

*) ἴσ. Ἅιδου πάντα.

**) ἄλλ. ἐργατικούς τε.

pus heroës sancti ab hominibus vocantur. iam animus quum immortalis sit et saepius genitus omniaque et hic et apud inferos spectaverit, nihil non percepit, ut mirum non sit et de virtute et de aliis eum posse reminiscendo recognoscere quae iam ante sciverit. etenim quum animus universae naturae cognatus sit omniaque didicerit, nil impedit quominus unum tantum recordatus, quod quidem discere vocant homines, reliqua omnia inveniat, si quis sit impiger nec quaerendo fatigetur; quaerere enim et discere in universum est recordari; quocirca non est fides habenda orationi illi captiosae; ea enim nos segnes reddet et mollibus hominibus iucunda est auditu, haec vero laboriosos efficit indagandique studiosos. quam ego confidens veram esse volo tecum quaerere quid sit virtus.

Men. Sane hercule, Socrate; at simpliciter dicis hoc, nos non discere, sed quam disciplinam vocamus, recordationem esse? an potes me docere hoc sic se habere?

So. Modo iam dixi, Meno, te callidum esse, et nunc ex me quaeris an possim te docere, quum non dicam disciplinam esse, sed recordationem, ut scilicet statim reperiar mecum ipse pugnans.

Men. Haudquaquam hercle, Socrate, hoc spectans dixi, sed ex consuetudine. at si qua mihi potes ostendere ita se habere ut dicis, ostende.

So. Est quidem haud facile, attamen volo studere tua gratia. itaque mihi advoca multorum tuorum pedisequorum qui hic sunt unum quem vis, ut in hoc tibi ostendam.

Men. Sane quidem. Huc accede.

ΣΩ. Ἕλλην μέν ἐστι καὶ ἑλληνίζει;

ΜΕΝ. Πάνυ γε σφόδρα, οἰκογενής.

ΣΩ. Πρόσεχε δὴ τὸν νοῦν, ὁπότερ' ἄν σοι φαίνηται, ἢ *) ἀναμιμνησκόμενος, ἢ μανθάνων παρ' ἐμοῦ.

ΜΕΝ. Ἀλλὰ προσέξω.

ΣΩ. Εἰπὲ δή μοι, ὦ παῖ, γιγνώσκεις τετράγωνον χωρίον ὅτι τοιοῦτόν ἐστιν;

ΠΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἔστιν οὖν τετράγωνον χωρίον ἴσας * ἔχον τὰς C
γραμμὰς ταύτας πάσας, τέτταρας οὔσας;

ΠΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐ καὶ ταυτασὶ τὰς διὰ μέσου ἐστὶν ἴσας ἔχον;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἴη ἂν τοιοῦτον χωρίον καὶ μεῖζον καὶ ἔλαττον;

ΠΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Εἰ οὖν εἴη αὕτη ἡ πλευρὰ δυοῖν ποδοῖν καὶ αὕτη δυοῖν, πόσων ἂν εἴη ποδῶν τὸ ὅλον; ὧδε δὲ σκόπει· εἰ ἦν ταύτῃ δυοῖν ποδοῖν, ταύτῃ δὲ ἑνὸς ποδὸς μόνον, ἄλλο τι ἅπαξ ἂν ἦν δυοῖν ποδοῖν τὸ χωρίον;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ἐπειδὴ * δὲ δυοῖν ποδοῖν καὶ ταύτῃ, ἄλλο τι D
ἢ δὶς δυοῖν γίγνεται;

ΠΑΙ. Γίγνεται.

ΣΩ. Δυοῖν ἄρα δὶς γίγνεται ποδῶν.

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Πόσοι οὖν εἰσὶν οἱ δύο δὶς πόδες; λογισάμενος εἰπέ.

ΠΑΙ. Τέτταρες, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν γένοιτ' ἂν τούτου τοῦ χωρίου ἕτερον διπλάσιον, τοιοῦτον δέ, ἴσας ἔχον πάσας τὰς γραμμὰς ὥσπερ τοῦτο;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Πόσων οὖν ἔσται ποδῶν;

ΠΑΙ. Ὀκτώ.

---

*) Ἴσ. εἰ.

So. Graecus vero est et graece loquitur?

Men. Maxime, domi meae natus.

So. Attende igitur animum, utrum tibi videatur recordari, an discere a me.

Men. Sane attendam.

So. Iam dic mihi, puer, nostine quadratam figuram talem esse?

Pu. Novi.

So. Est igitur quadratum quod aequales habet lineas has omnes quae quattuor sunt?

Pu. Sane quidem.

So. Nonne etiam hasce per medium ductas aequales habet?

Pu. Vero.

So. Nonne esse potest haec figura et maior et minor?

Pu. Sane quidem.

So. Iam si erit hoc latus duorum pedum et hoc duorum, quot erit pedum totum? sic vero considera: si esset hac parte duorum pedum, hac vero unius tantum pedis, nonne semel esset duorum pedum figura?

Pu. Etiam.

So. Quoniam vero duorum pedum hac quoque parte, nonne bis duorum est?

Pu. Est.

So. Duorum ergo bis est pedum.

Pu. Etiam.

So. Quotnam vero sunt bis duo pedes? computa et dic.

Pu. Quattuor, Socrate.

So. Nonne exsistere potest ab hac figura diversa dupla, talis vero quae aequales habeat omnes lineas, sicut haec?

Pu. Etiam.

So. Quot igitur pedum erit?

Pu. Octo.

P 2

ΣΩ. Φέρε δή, πειρῶ μοι εἰπεῖν πηλίκη τις ἔσται
ἐκείνου * ἡ γραμμὴ ἑκάστη. ἡ μὲν γὰρ τοῦδε δυοῖν πο- E
δοῖν· τί δὲ ἡ ἐκείνου τοῦ διπλασίου;

ΠΑΙ. Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι διπλασία.

ΣΩ. Ὁρᾷς, ὦ Μένων, ὡς ἐγὼ τοῦτον οὐδὲν διδάσκω, ἀλλ' ἐρωτῶ πάντα; καὶ νῦν οὗτος οἴεται εἰδέναι ὁποία ἐστὶν ἀφ' ἧς τὸ ὀκτώπουν χωρίον γενήσεται· ἢ οὐ δοκεῖ σοι;

ΜΕΝ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Οἶδεν οὖν;

ΜΕΝ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Οἴεται δέ γε, ἀπὸ τῆς διπλασίας;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. Θεῶ δὴ αὐτὸν ἀναμιμνησκόμενον ἐφεξῆς, ὡς
δεῖ ἀναμιμνήσκεσθαι. Σὺ δέ μοι λέγε, ἀπὸ τῆς διπλασίας
γραμμῆς φὴς τὸ διπλάσιον * χωρίον γίγνεσθαι; τοιόνδε 85
λέγω, μὴ ταύτῃ μὲν μακρόν, τῇ δὲ βραχύ, ἀλλὰ ἴσον
πανταχῇ ἔστω ὥςπερ τουτί, διπλάσιον δὲ τούτου, ὀκτώ-
πουν. ἀλλὰ ὅρα εἰ ἔτι σοι ἀπὸ τῆς διπλασίας δοκεῖ ἔσε-
σθαι.

ΠΑΙ. Ἔμοιγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν διπλασία αὕτη ταύτης γίγνεται, ἂν ἑτέραν τοσαύτην προςθῶμεν ἐνθένδε;

ΠΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἀπὸ ταύτης δή, φής, ἔσται τὸ ὀκτώπουν χωρίον, ἂν τέτταρες τοσαῦται γένωνται;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ἀναγραψώμεθα * δὴ ἀπ' αὐτῆς ἴσας τέτταρας. B
ἄλλο τι ἢ τουτὶ ἂν εἴη ὃ φὴς τὸ ὀκτώπουν εἶναι;

ΠΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν αὐτῷ ἐστὶ ταυτὶ τέτταρα, ὧν ἕκαστον ἴσον τούτῳ ἐστὶ τῷ τετράποδι;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Πόσον οὖν γίγνεται; οὐ τετράκις τοσοῦτον;

ΠΑΙ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Διπλάσιον οὖν ἐστὶ τὸ τετράκις τοσοῦτον;

So. Age dum, conare mihi dicere quanta sit futura unaquaeque illius linea. huius enim linea duorum pedum? quid vero illius dupli?

Pu. Patet, Socrate, duplam.

So. Videsne, Meno, me hunc nihil docere, sed interrogare omnia? et nunc hic arbitratur se scire qualis sit ea a qua profectura sit octo pedum figura: annon videtur tibi?

Men. Mihi sane.

So. Scitne vero?

Men. Minime.

So. Arbitratur autem, a dupla?

Men. Etiam.

So. Specta iam eum reminiscentem ordine, ut oportet nos reminisci. Tu mihi dic, a dupla linea dicis duplam figuram proficisci? talem dico, non hac parte longam, illa brevem, sed aequalis omnibus partibus esto, sicut haec, duplo autem maior, octo pedum. iam vide an tibi adhuc videatur a dupla profectura esse.

Pu. Mihi sane.

So. Nonne duplo maior haec fit, si aliam huiusmodi hic addimus?

Pu. Sane quidem.

So. Ab hac igitur, ais, proficiscetur octo pedum figura, si quattuor tantae fiant?

Pu. Vero.

So. Describamus igitur ab ea aequales quattuor. nonne haec erit quam tu dicis octo esse pedum?

Pu. Sane quidem.

So. Nonne in ea sunt quattuor illae, quarum quaeque aequalis huic est quattuor pedes habenti?

Pu. Etiam.

So. Quanta igitur fit? nonne quater tanta?

Pu. Quidni?

So. Iamne duplum est quod quater tantum?

ΠΑΙ. Οὐ μὰ Δία.

ΣΩ. Ἀλλὰ ποσαπλάσιον;

ΠΑΙ. Τετραπλάσιον.

ΣΩ. Ἀπὸ τῆς διπλασίας ἄρα, ὦ παῖ, * οὐ διπλάσιον ἀλλὰ τετραπλάσιον γίγνεται χωρίον. C

ΠΑΙ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τεττάρων γὰρ τετράκις ἐστὶν, ἑκκαίδεκα· οὐχί;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Ὀκτώπουν δ' ἀπὸ ποίας γραμμῆς; οὐχὶ ἀπὸ μὲν ταύτης τετραπλάσιον;

ΠΑΙ. Φημί.

ΣΩ. Τετράπουν *) δὲ ἀπὸ τῆς ἡμισείας **) ταυτησὶ τουτί;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Εἶεν, τὸ δὲ ὀκτώπουν οὐ τοῦδε μὲν διπλάσιόν ἐστι, τούτου δὲ ἥμισυ;

ΠΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκ ἀπὸ μὲν μείζονος ἔσται * ἢ τοσαύτης γραμμῆς, ἀπὸ ἐλάττονος δὲ ἢ τοσησδί; ἢ οὔ; D

ΠΑΙ. Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτως.

ΣΩ. Καλῶς· τὸ γάρ σοι δοκοῦν τοῦτο ἀποκρίνου. καί μοι λέγε· οὐχ ἥδε μὲν δυοῖν ποδοῖν ἦν, ἡ δὲ τεττάρων;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Δεῖ ἄρα τὴν τοῦ ὀκτώποδος χωρίου γραμμὴν μείζω μὲν εἶναι τῆσδε τῆς δίποδος, ἐλάττω δὲ τῆς τετράποδος.

ΠΑΙ. Δεῖ.

ΣΩ. Πειρῶ δὴ * λέγειν πηλίκην τινὰ φῂς αὐτὴν εἶναι. E

ΠΑΙ. Τρίποδα.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἄνπερ τρίπους ᾖ, τὸ ἥμισυ ταύτης προςληψόμεθα καὶ ἔσται τρίπους; δύο μὲν γὰρ οἵδε, ὁ δὲ εἷς· καὶ ἐνθένδε ὡςαύτως δύο μὲν οἵδε, ὁ δὲ εἷς. καὶ γίγνεται τοῦτο τὸ χωρίον ὃ φῄς.

---

*) γρ. Τέταρτον.

**) γρ. ἡμίσεως. ἄλλ. ἡμισείας.

Pu. Haudquaquam hercle.

So. At quotuplex?

Pu. Quadruplum.

So. A dupla igitur linea, o puer, non dupla, sed quadrupla proficiscitur figura.

Pu. Vera dicis.

So. Quater enim quattuor pedum est, sedecim; nonne?

Pu. Etiam.

So. Octo vero pedum figura a quali linea? nonne ab hac quidem quadrupla?

Pu. Etiam.

So. Quattuor vero pedum hocce ab hac dimidia?

Pu. Etiam.

So. Iam vero octo pedum spatium nonne huius quidem duplum, huius vero dimidium?

Pu. Sane quidem.

So. Nonne a maiore quidem linea proficiscetur quam haec tanta est, a minore autem quam haec tanta? annon?

Pu. Mihi quidem videtur ita.

So. Bene; quod enim tibi videtur id responde. iam mihi dic: nonne haec quidem duorum pedum erat, haec autem quattuor?

Pu. Etiam.

So. Oportet igitur octo pedum figurae lineam maiorem esse hac duorum pedum linea, minorem vero quattuor pedum linea.

Pu. Oportet vero.

So. Conare igitur dicere quantam tu eam existimes esse.

Pu. Trium pedum.

So. Nonne si trium pedum est, dimidium huius assumemus et erit trium pedum? duo enim hi, et hic unus; et hic similiter duo quidem hi, is vero unus. et exsistit ista quam dicis figura.

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἂν ᾖ τῇδε τριῶν καὶ τῇδε τριῶν, τὸ ὅλον χωρίον τριῶν τρὶς ποδῶν γίγνεται;

ΠΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. Τρεῖς δὲ τρὶς πόσοι εἰσὶ πόδες;

ΠΑΙ. Ἐννέα.

ΣΩ. Ἔδει δὲ τὸ διπλάσιον πόσων εἶναι ποδῶν;

ΠΑΙ. Ὀκτώ.

ΣΩ. Οὐδ᾽ ἄρα ἀπὸ τῆς τρίποδός πω τὸ ὀκτώπουν χωρίον γίγνεται.

ΠΑΙ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀλλ᾽ ἀπὸ ποίας; πειρῶ ἡμῖν εἰπεῖν ἀκριβῶς· καὶ εἰ μὴ βούλει ἀριθμεῖν, ἀλλὰ δεῖξον ἀπὸ ποίας. 84

ΠΑΙ. Ἀλλὰ μὰ τὸν Δί᾽, ὦ Σώκρατες, ἔγωγε οὐκ οἶδα.

ΣΩ. Ἐννοεῖς αὖ, ὦ Μένων, οὗ *) ἐστὶν ἤδη βαδίζων ὅδε τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι; ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ᾔδει μὲν οὔ ἥ τις ἐστιν ἡ τοῦ ὀκτώποδος χωρίου γραμμή, ὥσπερ οὐδὲ νῦν πω οἶδεν, ἀλλ᾽ οὖν ᾤετό γ᾽ αὐτὴν τότε εἰδέναι καὶ θαῤῥαλέως ἀπεκρίνετο ὡς εἰδώς, καὶ οὐχ ἡγεῖτο ἀπορεῖν· νῦν δὲ ἡγεῖται ἀπορεῖν ἤδη, καὶ ὥσπερ οὐκ οἶδεν, οὐδ᾽ οἴεται * εἰδέναι. B

ΜΕΝ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν νῦν βέλτιον ἔχει περὶ τὸ πρᾶγμα ὃ οὐκ ᾔδει;

ΜΕΝ. Καὶ τοῦτό μοι δοκεῖ.

ΣΩ. Ἀπορεῖν οὖν αὐτὸν ποιήσαντες καὶ ναρκᾶν ὥσπερ ἡ νάρκη, μῶν τι ἐβλάψαμεν;

ΜΕΝ. Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Προὔργου γοῦν τι πεποιήκαμεν, ὡς ἔοικε, πρὸς τὸ ἐξευρεῖν ὅπῃ ἔχει· νῦν μὲν γὰρ καὶ ζητήσειεν ἂν ἡδέως οὐκ εἰδώς, τότε δὲ ῥᾳδίως ἂν καὶ πρὸς πολλοὺς καὶ πολλάκις ᾤετ᾽ ἂν εὖ λέγειν περὶ τοῦ διπλασίου * χωρίου, ὡς C δεῖ διπλασίαν τὴν γραμμὴν ἔχειν μήκει.

ΜΕΝ. Ἔοικεν.

*) Ἴσ. οἷ.

Pu. Etiam.

So. Nonne igitur si hic trium et hic trium, tota figura ter trium pedum exsistit?

Pu. Patet.

So. Ter vero tres pedes quot sunt?

Pu. Novem.

So. Oportuit autem duplum quotnam esse pedum?

Pu. Octo.

So. Non ergo a trium pedum linea octo pedum figura proficiscitur.

Pu. Minime vero.

So. A qua tandem? conare nobis dicere plane; et si numerare nolueris, ostende saltem a qua.

Pu. At hercle, Socrate, equidem nescio.

So. Animadvertis, Meno, quo hic iam processerit recordationis? etenim primo quidem nesciebat quae esset figurae octo pedum linea, sicut nec in praesentia scit, at opinabatur se tunc eam cognoscere et fidenter respondebat tamquam sciens, nec arbitrabatur rem esse incertam; nunc autem iam pro incerta eam habet, et ut nescit, ita nec arbitratur se scire.

Men. Vera dicis.

So. Nonne nunc melius est affectus ad id quod nesciebat?

Men. Hoc quoque mihi videtur.

So. Dubitationem igitur ei iniicientes et torporem, sicut torpedo, numquid laesimus?

Men. Non videtur mihi.

So. Praeparavimus certe, ut liquet, quod conducat ad inveniendum quomodo res se habeat; nunc enim etiam quaeret libenter nesciens, tunc vero facile et ad multos et saepenumero arbitrabatur se recte dicturum esse duplam figuram oportere lineam habere longitudine duplam.

Men. Patet.

ΣΩ. Οἴει οὖν ἂν αὐτὸν πρότερον ἐπιχειρῆσαι ζητεῖν ἢ μανθάνειν τοῦτο ὃ ᾤετο εἰδέναι οὐκ εἰδώς, πρὶν εἰς ἀπορίαν κατέπεσεν ἡγησάμενος μὴ εἰδέναι, καὶ ἐπόθησε τὸ εἰδέναι;

ΜΕΝ. Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ὤνητο ἄρα ναρκήσας;

ΜΕΝ. Δοκεῖ μοι.

ΣΩ. Σκέψαι δὴ ἐκ ταύτης τῆς ἀπορίας ὅ τι *) καὶ ἀνευρήσει ζητῶν μετ' ἐμοῦ οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἐρωτῶντος ἐμοῦ
καὶ * οὐ διδάσκοντος· φύλαττε δὲ ἄν που εὕρῃς με διδά- D
σκοντα καὶ διεξιόντα αὐτῷ, ἀλλὰ μὴ τὰς τούτου **) δόξας ἀνερωτῶντα. Λέγε γάρ μοι σύ· οὐ τὸ μὲν τετράπουν τοῦτο ἡμῖν ἐστὶ χωρίον; μανθάνεις;

ΠΑΙ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἕτερον δὲ αὐτῷ προσθεῖμεν ἂν τουτὶ ἴσον;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ τρίτον τόδε ἴσον ἑκατέρῳ τούτων;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν προσαναπληρωσαίμεθ' ἂν τὸ ἐν τῇ γωνίᾳ τόδε;

ΠΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἄλλο τι οὖν γένοιτ' ἂν τέτταρα ἴσα χωρία τάδε;

ΠΑΙ. * Ναί. E

ΣΩ. Τί οὖν; τὸ ὅλον τόδε ποσαπλάσιον τοῦδε γίγνεται;

ΠΑΙ. Τετραπλάσιον.

ΣΩ. Ἔδει δὲ διπλάσιον ἡμῖν γενέσθαι· ἢ οὐ μέμνησαι;

ΠΑΙ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἔστιν αὕτη γραμμὴ ἐκ γωνίας εἰς γωνίαν
τινὰ ***) τέμνουσα δίχα ἕκαστον * τούτων τῶν χωρίων; 85

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν τέτταρες αὗται γίγνονται γραμμαὶ ἴσαι, περιέχουσαι τουτὶ τὸ χωρίον;

ΠΑΙ. Γίγνονται.

ΣΩ. Σκόπει δὴ πηλίκον τί ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον.

---

*) γρ. ὅτι. **) γρ. τούτων.

***) ἄλλ. αὕτη γραμμὴ ἡ ἐκ γ. ε. γ. τείνει.

So. Putasne igitur eum prius aggressurum fuisse ad quaerendum vel discendum id quod arbitraretur se scire licet nesciret, quam in dubitationem incidisset arbitratus se nescire et scientiam appetivisset?

Men. Non videtur mihi, Socrate.

So. Expedivit ergo ei torpore percuti?

Men. Videtur mihi.

So. Vide igitur ex hac dubitatione quid inventurus sit quaerens mecum ita ut interrogem tantummodo, non doceam. observa autem sicubi me reperias docentem eique explicantem, ac non quid ei videatur interrogantem. Dic enim mihi tu: nonne quattuor pedum haec nobis est figura? intelligisne?

Pu. Ego vero.

So. Aliamne ei addamus hancce aequalem?

Pu. Etiam.

So. Et tertiam hanc aequalem utrique harum?

Pu. Vero.

So. Nonne spatii complendi causa hanc in angulo apponamus?

Pu. Sane quidem.

So. Nonne exsistent quattuor hae aequales figurae?

Pu. Etiam.

So. Quid igitur? tota haec quanto maior est hacce?

Pu. Quadruplo.

So. Oportebat autem duplo maiorem nobis fieri; annon meministi?

Pu. Sane quidem.

So. Nonne haec linea ab angulo in angulum pertinens secat in duas partes quamque harum figurarum?

Pu. Etiam.

So. Nonne quattuor hae exsistunt lineae aequales hanc comprehendentes figuram?

Pu. Exsistunt.

So. Vide iam quanta sit haec figura.

ΠΑΙ. Οὐ μανθάνω.

ΣΩ. Οὐχὶ τεττάρων ὄντων τούτων ἥμισυ ἑκάστου ἑκάστη ἡ γραμμὴ ἀποτέτμηκεν ἐντός; ἢ οὔ;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Πόσα οὖν τηλικαῦτα ἐν τούτῳ ἔνεστιν;

ΠΑΙ. Τέτταρα.

ΣΩ. Πόσα δὲ ἐν τῷδε;

ΠΑΙ. Δύο.

ΣΩ. Τὰ δὲ τέτταρα τοῖν δυοῖν τί ἐστιν;

ΠΑΙ. Διπλάσια.

ΣΩ. Τόδε οὖν * ποσάπουν γίγνεται; B

ΠΑΙ. Ὀκτώπουν.

ΣΩ. Ἀπὸ ποίας γραμμῆς;

ΠΑΙ. Ἀπὸ ταύτης.

ΣΩ. Ἀπὸ τῆς ἐκ γωνίας εἰς γωνίαν τεινούσης τοῦ τετράποδος;

ΠΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Καλοῦσι δέ γε ταύτην διάμετρον οἱ σοφισταί. ὥςτ', εἰ ταύτῃ διάμετρος ὄνομα, ἀπὸ τῆς διαμέτρου ἄν, ὡς σὺ φῄς, ὦ παῖ Μένωνος, γίγνοιτ' ἂν τὸ διπλάσιον χωρίον.

ΠΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τί σοι δοκεῖ, ὦ Μένων; ἔστιν ἥντινα δόξαν οὐχ αὑτοῦ οὗτος ἀπεκρίνατο;

ΜΕΝ. * Οὔκ, ἀλλ' ἑαυτοῦ. C

ΣΩ. Καὶ μὴν οὐκ ᾔδει γε, ὡς ἔφαμεν ὀλίγον πρότερον.

ΜΕΝ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ἐνῆσαν δέ γε αὐτῷ αὗται αἱ δόξαι· ἢ οὔ;

ΜΕΝ. Ναί.

ΣΩ. Τῷ οὐκ εἰδότι ἄρα περὶ ὧν ἂν μὴ εἰδῇ ἔνεισιν ἀληθεῖς δόξαι περὶ τούτων ὧν οὐκ οἶδεν.

ΜΕΝ. Φαίνεται.

ΣΩ. Καὶ νῦν μέν γε αὐτῷ ὥςπερ ὄναρ ἄρτι ἀνακεκίνηνται αἱ δόξαι αὗται· εἰ δὲ αὐτόν τις ἀνερήσεται πολ-

Pu. Non intelligo.

So. Nonne quattuor harum figurarum dimidium cuiusque quaeque linea dissecuit intus? annon?

Pu. Vero.

So. Quot igitur tantae in hac insunt?

Pu. Quattuor.

So. Quot vero in hac?

Pu. Duae.

So. Quattuor autem ad duo quid sunt?

Pu. Duplum.

So. Haec igitur figura quot est pedum?

Pu. Octo.

So. A quanam linea profecta?

Pu. Ab hac.

So. Ab ea quae ab angulo in angulum figurae quattuor pedum pertinet?

Pu. Etiam.

So. Vocant autem hanc diametron artis magistri, ut, si ei nomen est diametros, a diametro, ut tu ais, puer Menonis, profectura sit dupla figura.

Pu. Sane quidem.

So. Quid tibi videtur, Meno? num opinionem aliquam hic respondit, quae non sua fuerit?

Men. Nullam aliam nisi suam.

So. Neque vero sciebat, ut diximus paullo ante.

Men. Vera loqueris.

So. Insitas autem in animo habebat opiniones; annon?

Men. Vero.

So. Nescienti igitur quodcumque nescit insitae sunt verae opiniones de eo quod nescit.

Men. Patet.

So. Ac nunc quidem ei instar somnii suscitatae sunt hae opiniones; si vero quis eum interrogaverit saepius eadem haec multisque modis, non est contro-

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ * ἀεὶ ἡ ἀλήθεια ὑμῖν τῶν ὄντων B
ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ, ἀθάνατος ἂν ἡ ψυχὴ εἴη, ὥστε θαῤ-
ῥοῦντα χρὴ ὃ μὴ τυγχάνεις ἐπιστάμενος νῦν, τοῦτο δ'
ἐστίν, ὃ μὴ μεμνημένος, ἐπιχειρεῖν ζητεῖν καὶ ἀναμιμνή-
σκεσθαι;

ΜΕΝ. Εὖ μοι δοκεῖς λέγειν, ὦ Σώκρατες, οὐκ οἶδ'
ὅπως.

ΣΩ. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐμοί, ὦ Μένων. καὶ τὰ μέν γε
ἄλλα οὐκ ἂν πάνυ ὑπὲρ τοῦ λόγου διισχυρισαίμην, ὅτι δ'
οἰόμενοι δεῖν ζητεῖν ἃ μή τις οἶδε, βελτίους ἂν εἶμεν καὶ
ἀνδρικώτεροι καὶ ἧττον ἀργοὶ ἢ εἰ οἰοίμεθα, ἃ μὴ ἐπιστά-
μεθα, * μηδὲ δυνατὸν εἶναι εὑρεῖν μηδὲ δεῖν ζητεῖν, περὶ C
τούτου πάνυ ἂν διαμαχοίμην, εἰ οἷός τε εἴην, καὶ λόγῳ
καὶ ἔργῳ.

ΜΕΝ. Καὶ τοῦτο μέν γε δοκεῖς μοι εὖ λέγειν, ὦ
Σώκρατες.

ΣΩ. Βούλει οὖν, ἐπειδὴ ὁμονοοῦμεν ὅτι ζητητέον
περὶ οὗ μή τις οἶδεν, ἐπιχειρήσωμεν κοινῇ ζητεῖν τί ποτ'
ἐστὶν ἀρετή;

ΜΕΝ. Πάνυ μὲν οὖν. οὐ μέντοι, ὦ Σώκρατες, ἀλλ'
ἔγωγε ἐκεῖνο ἂν ἥδιστα, ὅπερ ἠρόμην τὸ πρῶτον, καὶ
σκεψαίμην καὶ ἀκούσαιμι, πότερον ὡς διδακτῷ * ὄντι αὐ- D
τῷ δεῖ ἐπιχειρεῖν, ἢ ὡς φύσει ἢ ὡς τίνι ποτὲ τρόπῳ πα-
ραγιγνομένης τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀρετῆς.

ΣΩ. Ἀλλ' εἰ μὲν ἐγὼ ἦρχον, ὦ Μένων, μὴ μόνον
ἐμαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ σοῦ, οὐκ ἂν ἐσκεψάμεθα πρότερον
εἴτε διδακτὸν εἴτε οὐ διδακτὸν ἡ ἀρετή, πρὶν ὅ τι ἐστὶ
πρῶτον ἐζητήσαμεν αὐτό· ἐπειδὴ δὲ σὺ σαυτοῦ μὲν οὐδ'
ἐπιχειρεῖς ἄρχειν, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖς, ἐμοῦ δὲ ἐπιχειρεῖς
τε ἄρχειν καὶ ἄρχεις, συγχωρήσομαί σοι· τί γὰρ χρὴ
ποιεῖν; ἔοικεν οὖν σκεπτέον εἶναι * ποῖόν τί ἐστιν ὃ μήπω E
ἴσμεν ὅ τι ἐστιν. εἰ μή τι οὖν, ἀλλὰ σμικρόν γέ μοι τῆς
ἀρχῆς χάλασον, καὶ συγχώρησον ἐξ ὑποθέσεως αὐτὸ σκο-
πεῖσθαι, εἴτε διδακτόν ἐστιν εἴτε ὁπωσοῦν. λέγω δὲ τὸ ἐξ
ὑποθέσεως ὧδε, ὥσπερ οἱ γεωμέτραι πολλάκις σκοποῦνται·
ἐπειδάν τις ἔρηται αὐτούς, οἷον περὶ χωρίου, εἰ οἷόν τε

So. Nonne igitur si semper vera rerum cognitio insita est animo nostro, immortalis erit animus, ut fidenter te oporteat quod nescias nunc, hoc est, quod non recordere, studere indagare et reminisci?

Men. Bene mihi videris dicere, Socrate, nescio quomodo.

So. Ego quoque mihi videor, Meno. ac de ceteris quidem haud sane ita esse asseveraverim, nos vero, si arbitremur quaerendum esse quod quis nesciat, meliores esse futuros et fortiores minusque segnes, quam si arbitremur quae nesciamus ea nos nec posse invenire neque oportere quaerere, hoc sane contenderim, si potuerim, et verbis et re.

Men. Hoc quoque videris mihi bene dicere, Socrate.

So. Visne igitur, quoniam consentimus quaerendum esse quod quis nesciat, conemur communiter quaerere quid sit virtus?

Men. Sane quidem. attamen, Socrate, illud libentissime, quod primum quaerebam, et consideraverim et audiverim, utrum aggredi oporteat ad virtutem tamquam rem quae doceri possit, an quae natura vel alio quo modo homini adsit.

So. Equidem si imperarem, Meno, non solum mihi, sed etiam tibi, non quaereremus utrum doceri posset virtus necne, priusquam quid esset ipsa primum exploravissemus. quoniam vero tibi nec conaris imperare, ut scilicet liber sis, mihi vero conaris imperare et vero etiam imperas, concedam tibi; quid enim faciendum? videtur igitur indagandum esse quale sit id quod nondum quid sit scimus. at relaxa saltem paullulum imperium, et permitte ut ex sumptione eam considerem utrum doceri possit, an alio quo modo acquiratur. dico autem ex sumptione ita, quemadmodum geometrae saepius inquirunt: si quis eos in-

ἐς τόνδε τὸν κύκλον τόδε τὸ χωρίον * τρίγωνον ἐνταθῆναι, 87
εἴποι ἄν τις ὅτι Οὔπω οἶδα εἰ ἔστι τοῦτο τοιοῦτον, ἀλλ' ὥσπερ μέν τινα ὑπόθεσιν προὔργου οἶμαι ἔχειν πρὸς τὸ πρᾶγμα τοιάνδε· εἰ μέν ἐστι τοῦτο τὸ χωρίον τοιοῦτον, οἷον παρὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῦ γραμμὴν παρατείναντα *) ἐλλείπειν τοιούτῳ χωρίῳ οἷον ἂν αὐτὸ τὸ παρατεταμένον ᾖ, ἄλλο τι συμβαίνειν μοι δοκεῖ, καὶ ἄλλο αὖ, εἰ ἀδύνατόν ἐστι ταῦτα παθεῖν. ὑποθέμενος οὖν ἐθέλω εἰπεῖν σοι τὸ συμβαῖνον περὶ τῆς ἐντάσεως αὐτοῦ εἰς τὸν κύκλον, εἴτε
ἀδύνατον εἴτε * μή. Οὕτω δὴ καὶ περὶ ἀρετῆς ἡμεῖς, B
ἐπειδὴ οὐκ ἴσμεν οὔθ' ὅ τι ἐστὶν οὔθ' ὁποῖόν τι, ὑποθέμενοι αὐτὸ σκοπῶμεν εἴτε διδακτὸν εἴτε οὐ διδακτόν ἐστιν, ὧδε λέγοντες, εἰ ποῖόν **) τί ἐστι τῶν περὶ τὴν ψυχὴν ὄντων ἀρετή, διδακτὸν ἂν εἴη ἢ οὐ διδακτόν; ***) πρῶτον μὲν εἰ ἔστιν ἀλλοῖον ἢ οἷον ἐπιστήμη, ἆρα διδακτὸν ἢ οὔ; ἢ ὃ ****) νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀναμνηστόν; διαφερέτω δὲ μη-
δὲν ἡμῖν ὁποτέρῳ ἂν τῷ ὀνόματι χρώμεθα. * ἀλλ' ἆρα C
διδακτόν; ἢ τοῦτό γε παντὶ δῆλον, ὅτι οὐδὲν ἄλλο διδάσκεται ἄνθρωπος ἢ ἐπιστήμην;

ΜΕΝ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Εἰ δέ γ' ἐστὶν ἐπιστήμη τις ἡ ἀρετή, δῆλον ὅτι διδακτὸν ἂν εἴη.

ΜΕΝ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Τούτου μὲν ἄρα ταχὺ ἀπηλλάγμεθα, ὅτι τοιοῦδε μὲν ὄντος διδακτόν, τοιοῦδε δ' οὔ.

ΜΕΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τὸ δὴ †) μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, δεῖ σκέψασθαι, πότερόν ἐστιν ἐπιστήμη ἡ ἀρετή, ἢ ἀλλοῖον ἐπιστήμης.

ΜΕΝ. Ἔμοιγε δοκεῖ τοῦτο μετὰ * τοῦτο σκεπτέον D
εἶναι.

ΣΩ. Τί δὲ δή; ἄλλο τι ἢ ἀγαθὸν αὐτό φαμεν εἶναι τὴν ἀρετήν, καὶ αὕτη ἡ ὑπόθεσις μένει ἡμῖν, ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι;

*) Ἴσ. παρατείναντι. **) Ἴσ. ποιόν.
***) Ἴσ. ἢ εἰ δέ, οὐ διδακτόν.
****) Ἴσ. διδακτὸν ἢ ὃ κτλ. †) Ἴσ. δέ.

So. Nonne bonus est qui bene currit, malus vero qui male?

Hip. Etiam.

So. Nonne tarde qui currit male currit, velociter autem qui currit bene?

Hip. Vero.

So. In cursu igitur et currendo velocitas bona, tarditas autem mala.

Hip. Quippini?

So. Uter ergo melior cursor, qui volens tarde currit, an qui invitus?

Hip. Qui volens.

So. Nonne vero facere aliquid est currere?

Hip. Facere sane.

So. Et si facere, nonne etiam agere?

Hip. Etiam.

So. Male igitur qui currit male et turpiter in cursu agit.

Hip. Male: quidni?

So. Male vero currit qui tarde currit.

Hip. Etiam.

So. Nonne bonus cursor consulto male agit et turpiter, malus vero invitus?

Hip. Videtur sane.

So. In cursu igitur pravior est qui invitus male agit quam qui consulto.

Hip. In cursu vero.

So. Quid in lucta? uter luctator melior, qui consulto cadit, an qui invitus?

Hip. Qui consulto, ut patet.

So. Pravius ac turpius in lucta cadere, an deiicere?

Hip. Cadere.

So. Ergo etiam in lucta qui sua sponte prave ac turpiter agit melior est luctator quam qui invitus.

ΙΠ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Τί δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ πάσῃ [τῇ] τοῦ σώματος χρείᾳ; οὐχ ὁ βελτίων *) τὸ σῶμα δύναται ἀμφότερα ἐργάζεσθαι, καὶ τὰ ἰσχυρὰ καὶ τὰ ἀσθενῆ, καὶ * τὰ αἰσχρὰ καὶ τὰ καλά; ὥςτε ὅταν κατὰ τὸ σῶμα πονηρὰ ἐργάζηται, ἑκὼν ἐργάζεται ὁ βελτίων τὸ σῶμα, ὁ δὲ πονηρότερος ἄκων. B

ΙΠ. Ἔοικε καὶ κατὰ τὴν ἰσχὺν οὕτως ἔχειν.

ΣΩ. Τί δὲ κατ' εὐσχημοσύνην, ὦ Ἱππία; οὐ τοῦ βελτίονος σώματός ἐστιν ἑκόντος τὰ αἰσχρὰ καὶ πονηρὰ σχήματα σχηματίζειν, τοῦ δὲ πονηροτέρου ἄκοντος; ἢ πῶς σοι δοκεῖ;

ΙΠ. Οὕτως.

ΣΩ. Καὶ ἀσχημοσύνη ἄρα ἡ μὲν ἑκούσιος πρὸς ἀρετῆς ἐστιν, ἡ δὲ ἀκούσιος * πρὸς πονηρίας σώματος. C

ΙΠ. Φαίνεται.

ΣΩ. Τί δὲ φωνῆς πέρι λέγεις; ποτέραν φῂς εἶναι βελτίω, τὴν ἑκουσίως ἀπᾴδουσαν, ἢ τὴν ἀκουσίως;

ΙΠ. Τὴν ἑκουσίως.

ΣΩ. Μοχθηροτέραν δὲ τὴν ἀκουσίως;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Δέξαιο δ' ἂν πότερον τἀγαθὰ κεκτῆσθαι, ἢ τὰ κακά;

ΙΠ. Τἀγαθά.

ΣΩ. Πότερον οὖν ἂν δέξαιο πόδας κεκτῆσθαι ἑκουσίως χωλαίνοντας, ἢ ἀκουσίως;

ΙΠ. Ἑκουσίως.

ΣΩ. Χωλεία δὲ ποδῶν οὐχὶ πονηρία * καὶ ἀσχημοσύνη ἐστίν; D

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Τί δέ; ἀμβλυωπία οὐ πονηρία ὀφθαλμῶν;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ποτέρους οὖν ἂν βούλοιο ὀφθαλμοὺς κεκτῆσθαι καὶ ποτέροις συνεῖναι, οἷς ἑκὼν ἄν τις ἀμβλυώττοι καὶ παρορῴη, ἢ οἷς ἄκων;

*) Ἴσ. οὐχ ὁ ἰσχυρότερος καὶ βελτίων.

Hip. Patet vere.

So. Quid in reliquis omnibus corporis operibus? nonne qui robustior est ac meliore corpore utraque potest agere, et robusta et imbecilla, et turpia et pulchra? quocirca si corpore pravi quid agit, volens agit qui meliore est corpore, qui vero praviore invitus.

Hip. Videtur sane roboris hanc esse rationem.

So. Quid autem decorum, Hippia? nonne melioris corporis est sua sponte turpes ac pravos gestus agere, pravioris vero invite? an quomodo tibi videtur?

Hip. Ita.

So. Etiam indecorum igitur voluntarium in virtutem convenit, non voluntarium in pravitatem corporis.

Hip. Videtur.

So. Quid porro de voce dicis? utram ais esse meliorem, sua sponte discrepantem, an invite?

Hip. Sponte discrepantem.

So. Priorem vero invite discrepantem?

Hip. Etiam.

So. Utrum autem malis bona possidere, an mala?

Hip. Bona.

So. Utrum igitur malis pedes habere sponte claudicantes, an invite?

Hip. Sponte.

So. Claudicatio vero pedum nonne pravitas et indecorus corporis habitus est?

Hip. Etiam.

So. Quid porro? hebetatio nonne pravitas est oculorum?

Hip. Vero.

So. Utros igitur velis oculos habere et utris uti,

ΙΠ. Οἷς ἑκών.

ΣΩ. Βελτίω ἄρ' ἥγησαι τῶν σαυτοῦ τὰ ἑκουσίως πονηρὰ ἐργαζόμενα ἢ τὰ ἀκουσίως.

ΙΠ. Τά γοῦν τοιαῦτα.

ΣΩ. Οὐκοῦν πάντα, οἷον καὶ ὦτα καὶ ῥῖνας καὶ στόμα καὶ πάσας τὰς αἰσθήσεις, εἷς λόγος συνέχει, τὰς μὲν ἀκόντως * κακὰ ἐργαζομένας ἀκτήτους εἶναι ὡς πονη- E
ρὰς οὔσας, τὰς δὲ ἑκουσίως κτητὰς ὡς ἀγαθὰς οὔσας;

ΙΠ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Τί δέ; ὀργάνων ποτέρων βελτίων ἡ κοινωνία, οἷς ἑκών τις κακὰ ἐργάζεται, ἢ οἷς ἄκων; οἷον πηδάλιον ᾧ ἄκων κακῶς τις κυβερνήσει, βέλτιον, ἢ ᾧ ἑκών;

ΙΠ. Ὧι ἑκών.

ΣΩ. Οὐ καὶ τόξον ὡσαύτως καὶ λύρα καὶ αὐλοὶ καὶ τἄλλα ξύμπαντα;

ΙΠ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. * Τί δέ; ψυχὴν κεκτῆσθαι ἵππου, ᾗ ἑκών τις 375
κακῶς ἱππεύσει, ἄμεινον, ἢ ᾗ ἄκων; *)

ΙΠ. Ἧι ἑκών.

ΣΩ. Ἀμείνων ἄρα ἐστίν.

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Τῇ ἀμείνονι ἄρα ψυχῇ ἵππου τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα ταύτης τὰ πονηρὰ ἑκουσίως ἂν ποιοῖ, τῇ δὲ τῆς πονηρᾶς **) ἀκουσίως.

ΙΠ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ κυνὸς καὶ τῶν ἄλλων ζώων πάντων;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Τί δὲ δή; ἀνθρώπου ψυχὴν ἐκτῆσθαι τοξότου ἄμεινόν ἐστιν, ἥτις ἑκουσίως ἁμαρτάνει τοῦ σκοποῦ; ἢ ἥτις ἀκουσίως;

---

*) γρ. ἀμείνων ἢ ἄκων.

**) γρ. τὰ δὲ τῆς πονηρίας. ἴσ. τῇ δὲ πονηρᾷ τὰ τῆς πονηρᾶς.

quibus quis sponte hebes sit et perperam cernat, an quibus invitus?

Hip. Quibus sua sponte.

So. Meliora igitur existimas de rebus tuis quae sua sponte prava agunt, quam quae invite.

Hip. Talia sane.

So. Nonne omnia, velut aures et nares et os omnesque sensus, una ratio complectitur haec, ut quae invite mala agant eorum possessio pro nihilo sit putanda, quia prava sint, quae vero sua sponte, eorum expetenda sit possessio, quia bona sint?

Hip. Mihi sane videtur.

So. Quid porro? instrumentorum utrorum melior est usus, quibus quis sua sponte mala agit, an quibus invitus? velut gubernaculum id quo quis invitus male gubernabit melius est, an quo sua sponte?

Hip. Quo sua sponte.

So. Nonne etiam arcus similiter et lyra et tibiae et reliqua omnia?

Hip. Vera dicis.

So. Quid porro? animum possidere equi, quo quis sua sponte male equitet, praestat, an quo invite?

Hip. Quo sua sponte.

So. Melior est igitur.

Hip. Etiam.

So. Meliore ergo animo equi eiusdem equi opera prava sua sponte faciet, pravo contra pravi opera invite.

Hip. Sane quidem.

So. Nonne etiam canis reliquorumque animalium omnium?

Hip. Vero.

So. Quid vero? hominis animum possidere sagittarii praestat eum qui sua sponte aberret a meta, an eum qui invitus?

ΙΠ. *Ἥτις ἑκουσίως. B

ΣΩ. Οὐκοῦν αὕτη ἀμείνων εἰς τοξικήν ἐστιν;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ ψυχὴ ἄρ' ἀκουσίως ἁμαρτάνουσα πονηροτέρα ἢ ἑκουσίως.

ΙΠ. Ἐν τοξικῇ γε.

ΣΩ. Τί δ' ἐν ἰατρικῇ; οὐχὶ ἡ ἑκοῦσα κακὰ ἐργαζομένη περὶ τὰ σώματα ἰατρικωτέρα;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ἀμείνων ἄρα αὕτη ἐν ταύτῃ τῇ τέχνῃ τῆς μὴ ἰατρικῆς.

ΙΠ. Ἀμείνων.

ΣΩ. Τί δέ; ἡ κιθαριστικωτέρα καὶ αὐλητικωτέρα καὶ τἄλλα πάντα τὰ κατὰ τὰς τέχνας * τε καὶ τὰς ἐπιστή- C
μας, οὐχὶ ἡ ἀμείνων ἑκοῦσα τὰ κακὰ ἐργάζεται καὶ τὰ αἰσχρὰ καὶ ἐξαμαρτάνει, ἡ δὲ πονηροτέρα ἄκουσα;

ΙΠ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἀλλὰ μήν που τάς γε τῶν δούλων ψυχὰς κεκτῆσθαι δεξαίμεθ' ἂν μᾶλλον τὰς ἑκουσίως ἢ τὰς ἀκουσίως ἁμαρτανούσας τε καὶ κακουργούσας, ὡς ἀμείνους οὔσας εἰς ταῦτα.

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Τί δέ; τὴν ἡμετέραν αὐτῶν οὐ βουλοίμεθ' ἂν ὡς βελτίστην ἐκτῆσθαι;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν βελτίων ἔσται ἐὰν * ἑκοῦσα κακουργῇ D
τε καὶ ἐξαμαρτάνῃ, ἢ ἐὰν ἄκουσα;

ΙΠ. Δεινὸν μέντ' ἂν εἴη, ὦ Σώκρατες, εἰ οἱ ἑκόντες ἀδικοῦντες βελτίους ἔσονται ἢ οἱ ἄκοντες.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν φαίνεταί γε ἐκ τῶν εἰρημένων.

ΙΠ. Οὔκουν ἔμοιγε.

ΣΩ. Ἐγὼ δ' ᾤμην, ὦ Ἱππία, καὶ σοὶ φανῆναι. πάλιν δ' ἀπόκριναι· ἡ δικαιοσύνη οὐχὶ ἢ δύναμίς τίς ἐστιν ἢ ἐπιστήμη ἢ ἀμφότερα; ἢ οὐκ ἀνάγκη ἕν γέ τι τούτων εἶναι τὴν * δικαιοσύνην; E

Hip. Eum qui sua sponte.

So. Nonne hic melior est ad artem sagittandi?

Hip. Etiam.

So. Itaque animus quoque invite aberrans pravior quam sua sponte.

Hip. In sagittando sane.

So. Quid vero in medicina? nonne qui sua sponte malis afficit corpora, medicinae peritior?

Hip. Vero.

So. Melior ergo hic est hac in arte quam medicinae non peritus?

Hip. Melior.

So. Quid? qui citharam pulsandi et tibiam inflandi reliquarumque omnium artium et disciplinarum peritior est, nonne melior sua sponte mala agit et turpia et peccat, pravior autem invitus?

Hip. Videtur.

So. Iam vero servorum sane animos possidere malemus qui sua sponte, quam qui inviti peccent et male faciant, quippe qui meliores sint ad haec.

Hip. Etiam.

So. Quid vero? nostrum ipsi animum nonne volemus quam optimum habere?

Hip. Sane quidem.

So. Nonne melior erit si sua sponte male faciet et peccabit, quam si invitus?

Hip. Indignum tamen foret, Socrate, si qui sua sponte iniuste facerent meliores essent quam qui inviti.

So. At vero videtur ex eis quae disputavimus.

Hip. Mihi autem non videtur.

So. Equidem putabam, Hippia, tibi quoque videri. rursus autem responde: iustitia nonne vel facultas quaedam est vel scientia vel utrumque? an non unum aliquid horum iustitia sit necesse est?

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὲν δύναμίς ἐστι τῆς ψυχῆς ἡ δικαιοσύνη, ἡ δυνατωτέρα ψυχὴ δικαιοτέρα ἐστί; βελτίων γάρ πού ἡμῖν ἐφάνη, ὦ ἄριστε, ἡ τοιαύτη.

ΙΠ. Ἐφάνη γάρ.

ΣΩ. Τί δ' εἰ ἐπιστήμη; οὐχ ἡ σοφωτέρα ψυχὴ δικαιοτέρα, ἡ δὲ ἀμαθεστέρα ἀδικωτέρα;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Τί δ' *) εἰ ἀμφότερα; οὐχ ἡ ἀμφοτέρας ἔχουσα, ἐπιστήμην καὶ δύναμιν, δικαιοτέρα, ἡ δὲ ἀμαθεστέρα **) ἀδικωτέρα; οὐχ οὕτως ἀνάγκη ἔχειν;

ΙΠ. Φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἡ δυνατωτέρα καὶ σοφωτέρα αὕτη ἀμείνων οὖσα ἐφάνη καὶ ἀμφότερα μᾶλλον δυναμένη ποιεῖν, καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρά, περὶ πᾶσαν ἐργασίαν;

ΙΠ. * Ναί. 37

ΣΩ. Ὅταν ἄρα τὰ αἰσχρὰ ἐργάζηται, ἑκοῦσα ἐργάζεται διὰ δύναμιν καὶ τέχνην· ταῦτα δὲ δικαιοσύνης φαίνεται, ἤτοι ἀμφότερα ἢ τὸ ἕτερον.

ΙΠ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Καὶ τὸ μέν γε ἀδικεῖν κακὰ ποιεῖν ἐστί, τὸ δὲ μὴ ἀδικεῖν καλά.

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἡ δυνατωτέρα καὶ ἀμείνων ψυχὴ ὅταν περ ἀδικῇ, ἑκοῦσα ἀδικήσει, ἡ δὲ πονηρὰ ἄκουσα;

ΙΠ. Φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀγαθὸς ἀνὴρ ὁ τὴν ἀγαθὴν * ψυχὴν B ἔχων, κακὸς δὲ ὁ τὴν κακήν;

ΙΠ. Ναί.

ΣΩ. Ἀγαθοῦ μὲν ἄρ' ἀνδρός ἐστιν ἑκόντα ἀδικεῖν, κακοῦ δὲ ἄκοντα, εἴπερ ὁ ἀγαθὸς ἀγαθὴν ψυχὴν ἔχει.

ΙΠ. Ἀλλὰ μὴν ἔχει γε.

---

*) γρ. ἀδικωτέρα; τί δ'.

**) ἴσ. ἀμαθεστέρα καὶ ἀδυνατωτέρα.

Digitized by Google

Hip. Etiam.

So. Nonne si facultas est animi iustitia, animus facultate plus valens iustior est? meliorem videlicet vidimus, mi optime, talem esse.

Hip. Vidimus vero.

So. Quid si scientia? nonne sapientior animus iustior, insipientior iniustior?

Hip. Etiam.

So. Quid vero si utrumque? nonne qui utrasque habet, scientiam et facultatem, iustior, insipientior vero et facultate carens iniustior? nonne res se sic habeat necesse est?

Hip. Videtur.

So. Nonne facultate plus valens et sapientior hic melior visus est et ad utraque facienda plus pollens, et pulchra et turpia, in quovis opere?

Hip. Vero.

So. Quando igitur turpia agit, sua sponte agit facultate et arte; has autem patet iustitiae esse, vel utrasque vel alterutram.

Hip. Consentaneum est.

So. Et iniuste facere est male facere, non iniuste facere bene.

Hip. Etiam.

So. Nonne animus facultate plus pollens et melior quando iniuste facit, sua sponte iniuste faciet, pravus vero invitus?

Hip. Videtur.

So. Nonne bonus vir est is qui bonum animum habet, malus vero qui malum?

Hip. Vero.

So. Boni ergo viri est sua sponte iniuste facere, mali vero invite, siquidem bonus bonum habet animum.

Hip. Sane quidem habet.

ΣΩ. Ὁ ἄρα ἑκὼν ἁμαρτάνων καὶ αἰσχρὰ καὶ ἄδικα ποιῶν, ὦ Ἱππία, εἴπερ τίς ἐστιν οὗτος, οὐκ ἂν ἄλλος εἴη ἢ ὁ ἀγαθός.

ΙΠ. Οὐκ ἔχω ὅπως σοι συγχωρήσω, ὦ Σώκρατες, ταῦτα.

ΣΩ. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ ἐμοί, ὦ Ἱππία· ἀλλ' ἀναγκαῖον οὕτω * φαίνεσθαι νῦν γε ἡμῖν ἐκ τοῦ λόγου. ὅπερ μέντοι C πάλαι ἔλεγον, ἐγὼ περὶ ταῦτα ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι καὶ οὐδέποτε ταὐτά μοι δοκεῖ. καὶ ἐμὲ μὲν οὐδὲν θαυμαστὸν πλανᾶσθαι οὐδὲ ἄλλον ἰδιώτην· εἰ δὲ καὶ ὑμεῖς πλανήσεσθε οἱ σοφοί, τοῦτο ἤδη καὶ ἡμῖν δεινόν, εἰ μηδὲ παρ' ὑμᾶς ἀφικόμενοι παυσόμεθα τῆς πλάνης.

Digitized by Google

So. Sua igitur sponte peccans et turpia iniustaque agens, Hippia, si quis est hic, non alius est nisi bonus.

Hip. Non est ut tibi, Socrate, haec concedam.

So. Neque etiam ut mihi ipse, Hippia; at ex disputatione nostra necessario nunc nobis ita videtur. quamquam, quod dudum dixi, ego in his sursum deorsum fluctuo nec umquam eadem mihi videntur. ac me quidem non est mirum fluctuare nec alium indoctum; si vero vos fluctuabitis sapientes, hoc iam malum nobis erit, quod nec ad vos venientes liberabimur fluctuatione.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ. ΙΩΝ.

ΣΩ. Τὸν Ἴωνα χαίρειν. πόθεν τὰ νῦν ἡμῖν ἐπιδε- 530
δήμηκας; ἢ οἴκοθεν ἐξ Ἐφέσου;

ΙΩΝ. Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἐξ Ἐπιδαύρου ἐκ τῶν Ἀσκληπιείων.

ΣΩ. Μῶν καὶ ῥαψῳδῶν ἀγῶνα τιθέασι τῷ θεῷ οἱ Ἐπιδαύριοι;

ΙΩΝ. Πάνυ γε, καὶ τῆς ἄλλης γε μουσικῆς.

ΣΩ. Τί οὖν; ἠγωνίζου τι ἡμῖν; καὶ πῶς τι ἠγωνίσω;

ΙΩΝ. Τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων ἠνεγκάμεθα, * ὦ Σώ- B
κρατες.

ΣΩ. Εὖ λέγεις. ἄγε δὴ ὅπως καὶ τὰ Παναθήναια νικήσομεν.

ΙΩΝ. Ἀλλ' ἔσται ταῦτα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ.

ΣΩ. Καὶ μὴν πολλάκις γε ἐζήλωσα ὑμᾶς τοὺς ῥαψῳδούς, ὦ Ἴων, τῆς τέχνης· τὸ γὰρ ἅμα μὲν τὸ σῶμα κεκοσμῆσθαι ἀεὶ πρέπον ὑμῶν εἶναι τῇ τέχνῃ καὶ ὡς καλλίστοις φαίνεσθαι, ἅμα δὲ ἀναγκαῖον εἶναι ἔν τε ἄλλοις ποιηταῖς διατρίβειν πολλοῖς κἀγαθοῖς καὶ δὴ καὶ μάλιστα ἐν Ὁμήρῳ, τῷ ἀρίστῳ καὶ θειοτάτῳ τῶν ποιητῶν, καὶ
τὴν τούτου διάνοιαν ἐκμανθάνειν, * μὴ μόνον τὰ ἔπη, C
ζηλωτόν ἐστιν. οὐ γὰρ ἂν γένοιτό ποτε ῥαψῳδός, εἰ μὴ συνείη *) τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ· τὸν γὰρ ῥαψῳδὸν ἑρμηνέα δεῖ τοῦ ποιητοῦ τῆς διανοίας γίγνεσθαι τοῖς ἀκούουσι· τοῦτο δὲ καλῶς ποιεῖν μὴ γιγνώσκοντα ὅ τι λέγει ὁ ποιητής, ἀδύνατον. ταῦτα οὖν πάντα ἄξια ζηλοῦσθαι.

---

*) γρ. συνίῃ

Digitized by Google

SOCRATES IO.

So. Salve, Io. unde nunc nobis advenis? an domo Epheso?

Io. Minime, Socrate, sed Epidauro a diebus festis Aesculapii.

So. Num etiam recitatorum certamen instituunt deo Epidaurii?

Io. Sane quidem, et praeterea etiam musica.

So. Quid igitur? an in certamen nobis descendisti? et quomodo certavisti?

Io. Prima consequuti sumus praemia, Socrate.

So. Bene narras. agedum cura ut etiam Panathenaea vincamus.

Io. Ita fiet, si deus voluerit.

So. Ac saepenumero quidem beatos vos putavi recitatores, Io, de arte; nam quod ars vestra ita fert ut corpore semper sitis ornato et quam pulcherrimi reperiamini simulque quod vos oportet quum in aliis poëtis multis ac bonis versari tum vero maxime in Homero, optimo et divinissimo poëtarum, eiusque sententiam ediscere, non versus tantum, hoc dignum est quod praedicetur. nec enim recitator umquam aliquis erit, nisi qui intellexerit poëtae verba; recitator enim oportet poëtae sententiae interpres sit auditoribus; hoc autem recte facere nequit nisi intelligat quid dicat poëta. haec vero omnia digna sunt quae praedicentur.

ΙΩΝ. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες· ἐμοὶ γοῦν τοῦτο πλεῖστον ἔργον παρέσχε τῆς τέχνης, καὶ οἶμαι κάλλιστ' ἀνθρώπων λέγειν περὶ Ὁμήρου, ὡς οὔτε Μητρόδωρος ὁ Λαμψακηνὸς οὔτε * Στησίμβροτος ὁ Θάσιος οὔτε Γλαύκων E
οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν πώποτε γενομένων ἔσχεν εἰπεῖν οὕτω πολλὰς καὶ καλὰς διανοίας περὶ Ὁμήρου, ὅσας ἐγώ.

ΣΩ. Εὖ λέγεις, ὦ Ἴων· δῆλον γὰρ ὅτι οὐ φθονήσεις μοι ἐπιδεῖξαι.

ΙΩΝ. Καὶ μὴν ἄξιον ἀκοῦσαι, ὦ Σώκρατες, ὡς εὖ κεκόσμηκα τὸν Ὅμηρον· ὥστε οἶμαι ὑπὸ Ὁμηριδῶν ἄξιος εἶναι χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθῆναι.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἐγὼ ἔτι ποιήσομαι σχολὴν ἀκροάσασθαί *) * σου. νῦν δέ μοι τοσόνδε ἀπόκριναι, πότερον 531
περὶ Ὁμήρου μόνον δεινὸς εἶ; ἢ καὶ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου;

ΙΩΝ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ περὶ Ὁμήρου μόνον· ἱκανὸν γάρ μοι δοκεῖ εἶναι.

ΣΩ. Ἔστι δὲ περὶ ὅτου Ὅμηρός τε καὶ Ἡσίοδος ταὐτὰ λέγετον;

ΙΩΝ. Οἶμαι ἔγωγε, καὶ πολλά.

ΣΩ. Πότερον οὖν περὶ τούτων κάλλιον ἂν ἐξηγήσαιο ἃ Ὅμηρος λέγει, ἢ ἃ Ἡσίοδος;

ΙΩΝ. Ὁμοίως ἂν περί γε τούτων, ὦ * Σώκρατες, B
περὶ ὧν ταὐτὰ λέγουσιν.

ΣΩ. Τί δέ, ὧν πέρι μὴ ταὐτὰ λέγουσιν; οἷον περὶ μαντικῆς λέγει τι Ὅμηρός τε καὶ Ἡσίοδος.

ΙΩΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τί οὖν; ὅσα τε ὁμοίως καὶ ὅσα διαφόρως περὶ μαντικῆς λέγετον τὼ ποιητὰ τούτω, πότερον σὺ κάλλιον ἂν ἐξηγήσαιο, ἢ τῶν μάντεών τις τῶν ἀγαθῶν;

ΙΩΝ. Τῶν μάντεων.

ΣΩ. Εἰ δὲ σὺ ἦσθα μάντις, οὐκ, εἴπερ περὶ τῶν ὁμοίως λεγομένων οἷός τ' ἦσθα ἐξηγήσασθαι, καὶ περὶ τῶν διαφόρως λεγομένων ἠπίστω ἂν * ἐξηγεῖσθαι; C

---

*) γρ. ἀκροᾶσθαι.

Io. Vera dicis, Socrate; mihi certe haec artis meae pars plurimum negoti exhibuit, et arbitror me omnium optime de Homero dicere, ut neque Metrodorus Lampsacenus neque Stesimbrotus Thasius neque Glauco neque alius quisquam ex omnibus qui umquam fuerunt tam multa et praeclara de Homero sensa proferre potuerit, quam ego.

So. Bene narras, Io; nam profecto non gravabere mihi specimen dare.

Io. Ac sane est operae pretium, Socrate, audire, quam bene ornaverim Homerum: ut me putem dignum esse qui ab Homeri studiosis aurea coroner corona.

So. Atque ego sane adhuc otium mihi faciam ut te audiam. nunc autem ad hoc mihi responde: utrum de Homero tantum exponendo excellis, an etiam de Hesiodo et Archilocho?

Io. Minime, sed de Homero tantum; satis enim mihi videtur esse.

So. Estne vero aliquid de quo Homerus et Hesiodus idem dicant?

Io. Arbitror equidem, et multa.

So. Utrum igitur de his melius interpretaris quae Homerus dicit, an quae Hesiodus?

Io. Aeque de his quidem, Socrate, de quibus idem dicunt.

So. Quid vero de eis de quibus non idem dicunt? velut de vaticinatione dicunt aliquid Homerus et Hesiodus.

Io. Sane quidem.

So. Quid igitur? quae similiter et quae diverse de vaticinatione dicunt hi poëtae, utrum tu melius interpretabere, an vatum aliquis bonorum?

Io. Vatum.

So. Si autem esses vates, nonne, si de eis quae similiter dicerentur posses exponere, etiam de eis quae diverse dicerentur scires exponere?

ΙΩΝ. Δῆλον ὅτι.

ΣΩ. Τί οὖν ποτὲ περὶ μὲν Ὁμήρου δεινὸς εἶ, περὶ δὲ Ἡσιόδου οὔ, οὐδὲ τῶν ἄλλων ποιητῶν; ἢ Ὅμηρος περὶ ἄλλων τινῶν λέγει ἢ ὧνπερ σύμπαντες οἱ ἄλλοι ποιηταί; οὐ περὶ πολέμου τε τὰ πολλὰ διελήλυθε καὶ περὶ ὁμιλιῶν πρὸς ἀλλήλους ἀνθρώπων ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν καὶ ἰδιωτῶν καὶ δημιουργῶν, καὶ περὶ θεῶν πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς ἀνθρώπους ὁμιλούντων ὡς ὁμιλοῦσι, καὶ περὶ τῶν οὐρανίων παθημάτων καὶ περὶ τῶν ἐν Ἅιδου,
* καὶ γενέσεις καὶ θεῶν καὶ ἡρώων; οὐ ταῦτά ἐστι περὶ D
ὧν Ὅμηρος τὴν ποίησιν πεποίηκεν;

ΙΩΝ. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τί δέ; οἱ ἄλλοι ποιηταὶ οὐ περὶ τῶν αὐτῶν τούτων;

ΙΩΝ. Ναί· ἀλλ᾽, ὦ Σώκρατες, οὐχ ὁμοίως πεποιήκασι καὶ Ὅμηρος.

ΣΩ. Τί μήν; κάκιον;

ΙΩΝ. Καὶ πολύ γε. *)

ΣΩ. Ὅμηρος δὲ ἄμεινον;

ΙΩΝ. Ἄμεινον μέντοι νὴ Δία.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ φίλη κεφαλὴ Ἴων, ὅταν περὶ ἀριθμοῦ πολλῶν λεγόντων εἷς τις ἄριστα λέγῃ, γνώσεται δήπου τις τὸν εὖ λέγοντα;

ΙΩΝ. * Φημί. E

ΣΩ. Πότερον οὖν ὁ αὐτὸς ὅσπερ καὶ τοὺς κακῶς λέγοντας, ἢ ἄλλος;

ΙΩΝ. Ὁ αὐτὸς δήπου.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ τὴν ἀριθμητικὴν τέχνην ἔχων οὗτός ἐστιν;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Τί δ᾽; ὅταν πολλῶν λεγόντων περὶ ὑγιεινῶν σιτίων, ὁποῖά ἐστιν, εἷς τις ἄριστα λέγῃ, πότερον ἕτερος μέν τις τὸν ἄριστα λέγοντα γνώσεται ὅτι ἄριστα λέγει, ἕτερος δὲ τὸν κάκιον ὅτι κάκιον, ἢ ὁ αὐτός;

ΙΩΝ. Δῆλον δήπου, ὁ αὐτός.

*) γρ. Πολύ γε.

Io. Patet vero.

So. Qui fit igitur ut de Homero quidem exponere possis, de Hesiodo vero ceterisque poëtis non possis? an Homerus de aliis rebus loquitur quam reliqui omnes poëtae? nonne bella maximam partem et de mutua hominum consuetudine exponit, tam bonorum quam malorum, tam peritorum quam imperitorum, et de commercio quod dii cum semet ipsis et cum hominibus habeant et de rebus quae in caelo gerantur et apud inferos, et de ortu deorum et heroum? nonne haec sunt de quibus Homerus poëmata fecit?

Io. Vera dicis, Socrate.

So. Quid vero? ceteri poëtae nonne de eisdem his?

Io. Etiam; at, Socrate, non perinde fecerunt atque Homerus.

So. Quid igitur? deterius?

Io. Ac longe quidem.

So. Homerus vero melius?

Io. Melius sane hercle.

So. Nonne, carum caput Io, quando de numero e multis dicentibus unus aliquis optime dicit, cognoscet sane aliquis bene dicentem?

Io. Aio.

So. Utrum igitur idem qui etiam male dicentes, an alius?

Io. Idem sane.

So. Nonne qui numerandi artem tenet hic est?

Io. Vero.

So. Quid? si e multis dicentibus de cibis quales salubres sint unus aliquis optime dicit, utrum alius quis optime dicentem cognoscet optime eum dicere, alius deterius dicentem deterius eum dicere, an idem?

Io. Patet sane, idem.

ΣΩ. * Οὐκοῦν ἐπειδὰν λάβῃ τις καὶ ἄλλην τέχνην D
ἡντινοῦν ὅλην, ὁ αὐτὸς τρόπος τῆς σκέψεώς ἐστι περὶ ἁπασῶν τῶν τεχνῶν. πῶς τοῦτο λέγω, δέει τί μου ἀκοῦσαι, ὦ Ἴων;

ΙΩΝ. Ναὶ μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, ἔγωγε· χαίρω γὰρ ἀκούων ὑμῶν τῶν σοφῶν.

ΣΩ. Βουλοίμην ἄν σε ἀληθῆ λέγειν, ὦ Ἴων· ἀλλὰ σοφοὶ μέν πού ἐστε ὑμεῖς οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ οἱ ὑποκριταὶ καὶ ὧν ὑμεῖς ᾄδετε τὰ ποιήματα· ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ τἀληθῆ λέγω, οἷον εἰκὸς * ἰδιώτην ἄνθρωπον. ἐπεὶ καὶ E
περὶ τούτου οὗ νῦν ἠρόμην σε, θέασαι ὡς φαῦλον καὶ ἰδιωτικόν ἐστι καὶ παντὸς ἀνδρὸς γνῶναι, ὃ ἔλεγον, τὴν αὐτὴν εἶναι σκέψιν, ἐπειδάν τις ὅλην τέχνην λάβῃ. λάβωμεν γὰρ τῷ λόγῳ. γραφικὴ γάρ τίς ἐστι τέχνη τὸ ὅλον;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ γραφεῖς πολλοὶ καὶ εἰσὶ καὶ γεγόνασιν ἀγαθοὶ καὶ φαῦλοι;

ΙΩΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἤδη οὖν τινὰ εἶδες ὅστις περὶ μὲν Πολυγνώτου τοῦ Ἀγλαοφῶντος δεινός ἐστιν ἀποφαίνειν ἃ εὖ τε γράφει καὶ ἃ μή, περὶ δὲ τῶν ἄλλων γραφέων ἀδύνατος; * καὶ 533
ἐπειδὰν μέν τις τὰ τῶν ἄλλων ζωγράφων ἔργα ἐπιδεικνύῃ, νυστάζει τε καὶ ἀπορεῖ καὶ οὐκ ἔχει ὅ τι συμβάληται, ἐπειδὰν δὲ περὶ Πολυγνώτου ἢ ἄλλου ὅτου βούλει τῶν γραφέων ἑνὸς μόνου δέῃ ἀποφήνασθαι γνώμην, ἐγρήγορέ τε καὶ προσέχει τὸν νοῦν καὶ εὐπορεῖ ὅ τι εἴπῃ;

ΙΩΝ. Οὐ μὰ τὸν Δί' οὐ δῆτα.

ΣΩ. Τί δέ; ἐν ἀνδριαντοποιίᾳ ἤδη τιν' εἶδες, ὅστις περὶ μὲν Δαιδάλου τοῦ Μητίονος * ἢ Ἐπειοῦ τοῦ Πανο- B
πέως ἢ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἢ ἄλλου τινὸς ἀνδριαντοποιοῦ ἑνὸς πέρι δεινός ἐστιν ἐξηγεῖσθαι ἃ εὖ πεποίηκεν, ἐν δὲ τοῖς τῶν ἄλλων ἀνδριαντοποιῶν ἔργοις ἀπορεῖ τε καὶ νυστάζει, οὐκ ἔχων ὅ τι εἴπῃ;

ΙΩΝ. Οὐ μὰ τὸν Δί' οὐδὲ τοῦτον ἑώρακα.

ΣΩ. Ἀλλὰ μήν, ὥς γ' ἐγὼ οἶμαι, οὐδ' ἐν αὐλήσει

Digitized by Google

So. Itaque si quis complectitur aliam quoque artem quaecumque est totam, eadem ratio est considerandi omnibus in artibus. quomodo hoc dicam, an cupis ex me audire, Io?

Io. Sane hercle, Socrate, equidem; cum voluptate enim audio vos sapientes.

So. Vellem tu vera diceres, Io; at sapientes, opinor, vos estis recitatores et actores et ii quorum canitis poëmata; ego autem nihil aliud nisi verum dico, ut exspectari potest ab imperito homine. nam de hoc quoque quod te modo interrogabam specta, quam vile et imperitum sit et cuiusvis viri cognoscere, quod dixi, eandem esse considerationem, si quis totam artem complectatur. complectamur enim oratione: pictura nonne ars aliqua est tota?

Io. Vero.

So. Nonne etiam pictores multi et sunt et fuerunt boni et mediocres?

Io. Sane quidem.

So. Iamne aliquem vidisti qui de Polygnoto quidem Aglaophontis filio ostendere possit quae bene pingat quae non, de reliquis vero pictoribus non possit, et quando aliquis reliquorum pictorum opera monstret, dormitet et haesitet nec habeat quod conferat, quando vero de Polygnoto et alio quovis pictorum uno solo sententia sit ferenda, excitetur velut e somno et animum advertat et statim habeat quod dicat?

Io. Haudquaquam hercle.

So. Quid? in arte fingendi iamne aliquem vidisti qui de Daedalo Metionis filio vel Epeo Panopei filio vel Theodoro Samio vel alio quo statuario uno possit exponere quae bene fecerit, in reliquorum vero fictorum operibus haesitet et dormitet, non habens quod dicat?

Io. Mehercule nec hunc vidi.

So. Iam vero, ut quidem arbitror, neque in tibiae

ζεται, ὅπερ αὐτοὶ λέγουσι. λέγουσι γὰρ δήπουθεν πρὸς ἡμᾶς οἱ ποιηταὶ ὅτι ἀπὸ κρηνῶν μελιῤῥύτων ἐκ Μουσῶν κήπων * τινῶν καὶ ναπῶν δρεπόμενοι τὰ μέλη ἡμῖν φέρουσιν ὥςπερ αἱ μέλιτται, καὶ αὐτοὶ οὕτω πετόμενοι· καὶ ἀληθῆ λέγουσι· κοῦφον γὰρ χρῆμα ποιητής ἐστι καὶ πτηνὸν καὶ ἱερόν, καὶ οὐ πρότερον οἷός τε ποιεῖν πρὶν ἂν ἔνθεός τε γένηται καὶ ἔκφρων καὶ ὁ νοῦς μηκέτι ἐν αὐτῷ ἐνῇ· ἕως δ' ἂν τουτὶ ἔχῃ τὸ κτῆμα, ἀδύνατος πᾶς ποιεῖν ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ χρησμῳδεῖν. ἅτε οὖν οὐ τέχνῃ ποιοῦντες καὶ πολλὰ λέγουσι καὶ καλὰ περὶ τῶν πραγμάτων, ὥςπερ σὺ περὶ Ὁμήρου, * ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ τοῦτο μόνον οἷός τε ἕκαστος ποιεῖν καλῶς ἐφ' ὃ ἡ Μοῦσα αὐτὸν ὥρμησεν, ὁ μὲν διθυράμβους, ὁ δὲ ἐγκώμια, ὁ δὲ ὑπορχήματα, ὁ δ' ἔπη, ὁ δ' ἰάμβους· τὰ δ' ἄλλα φαῦλος αὐτῶν ἕκαστός ἐστιν. οὐ γὰρ τέχνῃ ταῦτα λέγουσιν, ἀλλὰ θείᾳ δυνάμει· ἐπεὶ εἰ περὶ ἑνὸς τέχνῃ καλῶς ἠπίσταντο λέγειν, κἂν περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. διὰ ταῦτα δὲ ὁ θεὸς ἐξαιρούμενος τούτων τὸν νοῦν τούτοις χρῆται ὑπηρέταις καὶ τοῖς χρησμῳδοῖς καὶ τοῖς μάντεσι τοῖς * θείοις, ἵν' ἡμεῖς οἱ ἀκούοντες εἰδῶμεν ὅτι οὐχ οὗτοί εἰσιν οἱ ταῦτα λέγοντες οὕτω πολλοῦ ἄξια, οἷς νοῦς μὴ πάρεστιν, ἀλλ' ὁ θεὸς αὐτός ἐστιν ὁ λέγων· διὰ τούτων δὲ φθέγγεται πρὸς ἡμᾶς. μέγιστον δὲ τεκμήριον τῷ λόγῳ Τύννιχος ὁ Χαλκιδεύς, ὃς ἄλλο μὲν οὐδὲν πώποτ' ἐποίησε ποίημα ὅτου τις ἂν ἀξιώσειε μνησθῆναι, τὸν δὲ παιῶνα *) ὃν πάντες ᾄδουσι, σχεδόν τι πάντων μελῶν κάλλιστον, ἀτεχνῶς, ὅπερ αὐτὸς λέγει, εὕρημά τι Μοισᾶν. ἐν τούτῳ γὰρ * δὴ μάλιστά μοι δοκεῖ ὁ θεὸς ἐνδείξασθαι ἡμῖν, ἵνα μὴ διστάζωμεν, ὅτι οὐκ ἀνθρώπινά ἐστι τὰ καλὰ ταῦτα ποιήματα οὐδὲ ἀνθρώπων, ἀλλὰ θεῖα καὶ θεῶν, οἱ δὲ ποιηταὶ οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἑρμηνεῖς εἰσὶ τῶν θεῶν, κατεχόμενοι ἐξ ὅτου ἂν ἕκαστος κατέχηται. ταῦτ' ἐνδεικνύμενος ὁ θεὸς ἐξεπίτηδες διὰ τοῦ φαυλοτάτου ποιητοῦ * τὸ κάλλιστον μέλος ᾖσεν. ἢ οὐ δοκῶ σοι ἀληθῆ λέγειν, ὦ Ἴων;

ΙΩΝ. Ναὶ μὰ τὸν Δί', ἔμοιγε· ἅπτει γάρ πώς μου

*) ἄλλ. παίωνα.

mellifluis ex Musarum quibusdam hortis et saltibus decerpentes carmina nobis afferre, sicut apes, et ipsi sic volitantes. ac vera dicunt; leve enim negotium poëta est et volucre et sanctum, nec prius potest canere quam divino instinctu concitatus est et insanus et mente alienata; quamdiu vero hanc habet rem, nemo potest hominum carmina facere et oracula fundere. quocirca non ex arte facientes multa praeclara dicunt de rebus, quemadmodum tu de Homero, sed divinitus hoc solum quisque potest facere pulchre ad quod Musa eum excitat, unus dithyrambos, alter laudationes, tertius tripudia, quartus carmina epica, quintus iambos; cetera mediocris eorum quisque est. non enim arte haec dicunt, sed vi divina; nam si de una arte bene possent dicere, etiam de reliquis omnibus. iccirco deus mentem his auferens his utitur ministris et sortilegis et vatibus divinis, ut nos audientes sciamus non hos esse qui haec dicant tanti facienda, quippe quibus mens non insit, sed deum ipsum esse qui dicat; per hos vero verba facere ad nos. maximo autem argumento hoc est quod Tynnichus Chalcidensis nullum aliud umquam fecit poëma quod mentione aliquis dignum iudicaverit, paeanem vero quem omnes canunt, omnium fere carminum pulcherrimum, revera, quod ipse dicit, inventum aliquod Musarum. in hoc videlicet maxime mihi videtur ostendere nobis, ut ne dubitemus, non humana esse pulchra haec poëmata neque hominum, sed divina et deorum, poëtas vero nihil aliud esse nisi interpretes deorum, mente incitatos a quo quisque incitetur. haec ut ostenderet deus de industria per vilissimum poëtam pulcherrimum carmen cecinit. an non videor tibi vera dicere, Io?

Io. Sane hercle, mihi quidem; tangis enim nescio quomodo verbis tuis animum meum, Socrate, et mihi videntur divinitus nobis a diis haec boni poëtae interpretari.

τοῖς λόγοις τῆς ψυχῆς, ὦ Σώκρατες, καί μοι δοκοῦσι θείᾳ μοίρᾳ ἡμῖν παρὰ τῶν θεῶν ταῦτα οἱ ἀγαθοὶ ποιηταὶ ἑρμηνεύειν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὑμεῖς αὖ οἱ ῥαψῳδοὶ τὰ τῶν ποιητῶν ἑρμηνεύετε;

ΙΩΝ. Καὶ τοῦτο ἀληθὲς λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἑρμηνέων ἑρμηνεῖς γίγνεσθε.

ΙΩΝ. Παντάπασί γε.

ΣΩ. * Ἔχε δή μοι τόδε εἰπέ, ὦ Ἴων, καὶ μὴ ἀπο- B
κρύψῃ ὅ τι ἄν σε ἔρωμαι· ὅταν εὖ εἴπῃς ἔπη καὶ ἐκ-
πλήξῃς μάλιστα τοὺς θεωμένους, ἢ τὸν Ὀδυσσέα ὅταν ἐπὶ
τὸν οὐδὸν ἐφαλλόμενον ᾄδῃς, ἐκφανῆ γιγνόμενον τοῖς
μνηστῆρσι, καὶ ἐκχέοντα τοὺς οἰστοὺς πρὸ τῶν ποδῶν,
ἢ Ἀχιλλέα, ἐπὶ τὸν Ἕκτορα ὁρμῶντα, ἢ καὶ τῶν περὶ
Ἀνδρομάχην ἐλεεινῶν τι ἢ περὶ Ἑκάβην ἢ περὶ Πρίαμον,
τότε πότερον ἔμφρων εἶ, ἢ ἔξω σαυτοῦ γίγνει καὶ παρὰ
τοῖς πράγμασιν * οἴεταί σου εἶναι ἡ ψυχὴ οἷς λέγεις ἐν- C
θουσιάζουσα, ἢ ἐν Ἰθάκῃ οὖσιν ἢ ἐν Τροίᾳ ἢ ὅπως ἂν
καὶ τὰ ἔπη ἔχῃ;

ΙΩΝ. Ὡς ἐναργές μοι τοῦτο, ὦ Σώκρατες, τὸ τεκμήριον *) εἶπες· οὐ γάρ σε ἀποκρυψάμενος ἐρῶ. ἐγὼ γὰρ ὅταν ἐλεεινόν τι λέγω, δακρύων ἐμπίπλανταί μου οἱ ὀφθαλμοί, ὅταν τε φοβερὸν ἢ δεινόν, ὀρθαὶ αἱ τρίχες ἵστανται ὑπὸ φόβου καὶ ἡ καρδία πηδᾷ.

ΣΩ. Τί οὖν φῶμεν, ὦ Ἴων; ἔμφρονα * εἶναι τοῦ- D
τον τὸν ἄνθρωπον, ὃς ἂν κεκοσμημένος ἐσθῆτι ποικίλῃ
καὶ χρυσοῖσι στεφάνοις κλάῃ τ' ἐν θυσίαις καὶ ἑορταῖς,
μηδὲν ἀπολωλεκὼς τούτων, ἢ φοβῆται πλέον ἢ ἐν δισμυ-
ρίοις ἀνθρώποις ἑστηκὼς φιλίοις, μηδενὸς ἀποδύοντος ἢ
ἀδικοῦντος;

ΙΩΝ. Οὐ μὰ τὸν Δί' οὐ πάνυ, ὦ Σώκρατες, ὥς γε τἀληθὲς εἰρῆσθαι.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν ὅτι καὶ τῶν θεατῶν τοὺς πολλοὺς ταὐτὰ ταῦτα ὑμεῖς ἐργάζεσθε;

ΙΩΝ. Καὶ μάλα καλῶς * οἶδα· καθορῶ γὰρ ἑκάστοτε E

*) ἄλλ. ὦ Σώκρατες, τεκμήριον.

So. Nonne vos rursus recitatores poëtarum verba interpretamini?

Io. Hoc quoque verum est quod dicis.

So. Ergo interpretum interpretes estis.

Io. Prorsus isto modo.

So. Iam age mihi hoc dic, Io, nec occultes quod te interrogabo. quum bene recitas versus et maxime percutis spectatores, vel Ulixem canens in limen insilientem, dum procis se ostendit, et sagittas ante pedes effundentem, vel Achillem Hectorem adorientem, vel miserandi aliquid de Andromache vel de Hecuba vel de Priamo, tum utrum mentis es compos, an alienatus et rebus opinatur animus tuus se adesse de quibus agis, sive in Ithaca gerantur sive ad Troiam sive quomodocumque versus sese habeant?

Io. Perquam evidens mihi hoc, Socrate, argumentum attulisti; neque enim tibi aliquid occultans dicam. ego videlicet quum miserabile quid dico, lacrimis implentur oculi mei, et quum terribile quid et formidolosum, rectae stant comae prae timore et cor palpitat.

So. Quid igitur dicamus, Io? mentis suae esse hunc hominem, qui ornatus vestitu versicolore aureisque coronis ploret in sacrificiis et diebus festis, quum nihil horum amiserit, aut metuat coram hominibus stans amicis plus viginti mille, quum nemo eum exuat vel iniuria afficiat?

Io. Haudquaquam hercle, Socrate, ut verum dicamus.

So. Scisne vero vos etiam spectatorum plurimos similiter afficere?

Io. Bene sane scio; video enim eos semper superne de suggestu plorantes et torva tuentes et stupentes ea quae dicuntur. oportet enim me etiam valde eos at-

αὐτοὺς ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ βήματος κλάοντάς τε καὶ δεινὸν
ἐμβλέποντας καὶ συνθαμβοῦντας τοῖς λεγομένοις. δεῖ γάρ
με καὶ σφόδρ' αὐτοῖς τὸν νοῦν προςέχειν· ὡς ἐὰν μὲν
κλάοντας αὐτοὺς καθίσω, αὐτὸς γελάσομαι ἀργύριον λαμ-
βάνων, ἐὰν δὲ γελῶντας, αὐτὸς κλαύσομαι ἀργύριον ἀπολλύς.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ θεατὴς τῶν δα-
κτυλίων ὁ ἔσχατος, ὧν ἐγὼ ἔλεγον ὑπὸ τῆς Ἡρακλεώτιδος
λίθου ἀπ' ἀλλήλων τὴν δύναμιν λαμβάνειν; ὁ δὲ μέσος σὺ
ὁ ῥαψῳδὸς καὶ ὑποκριτής, ὁ δὲ * πρῶτος αὐτὸς ὁ ποιη- 536
τής. ὁ δὲ θεὸς διὰ πάντων τούτων ἕλκει τὴν ψυχὴν ὅποι
ἂν βούληται τῶν ἀνθρώπων, ἀνακρεμαννὺς ἐξ ἀλλήλων
τὴν δύναμιν· καὶ ὥςπερ ἐκ τῆς λίθου ἐκείνης, ὁρμαθὸς
πάμπολυς ἐξήρτηται χορευτῶν τε καὶ διδασκάλων καὶ ὑπο-
διδασκάλων, ἐκ πλαγίου ἐξηρτημένων τῶν τῆς Μούσης
ἐκκρεμαμένων δακτυλίων. καὶ ὁ μὲν τῶν ποιητῶν ἐξ ἄλλης
Μούσης, ὁ δὲ ἐξ ἄλλης ἐξήρτηται. ὀνομάζομεν δὲ αὐτὸ
κατέχεται, τὸ δέ ἐστι * παραπλήσιον· ἔχεται γάρ. ἐκ δὲ B
τούτων τῶν πρώτων δακτυλίων, τῶν ποιητῶν, ἄλλοι ἐξ
ἄλλου αὖ ἠρτημένοι εἰσὶ καὶ ἐνθουσιάζουσιν, οἱ μὲν ἐξ
Ὀρφέως, οἱ δὲ ἐκ Μουσαίου, οἱ δὲ πολλοὶ ἐξ Ὁμήρου
κατέχονταί τε καὶ ἔχονται· ὧν σύ, ὦ Ἴων, εἷς εἶ καὶ
κατέχει ἐξ Ὁμήρου· καὶ ἐπειδὰν μέν τις ἄλλου του ποιη-
τοῦ ᾄδῃ, *) καθεύδεις τε καὶ ἀπορεῖς ὅ τι λέγῃς, ἐπειδὰν
δὲ τούτου τοῦ ποιητοῦ φθέγξηταί τις μέλος, εὐθὺς **)
ἐγρήγορας καὶ ὀρχεῖταί σου ἡ ψυχὴ καὶ εὐπορεῖς * ὅ τι C
λέγῃς· οὐ γὰρ τέχνῃ οὐδ' ἐπιστήμῃ περὶ Ὁμήρου λέγεις ἃ
λέγεις, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ καὶ κατοκωχῇ. ὥςπερ οἱ κορυ-
βαντιῶντες ἐκείνου μόνου αἰσθάνονται τοῦ μέλους ὀξέως, ὃ
ἂν ᾖ τοῦ θεοῦ ἐξ ὅτου ἂν κατέχωνται, καὶ εἰς ἐκεῖνο τὸ
μέλος καὶ σχημάτων καὶ ῥημάτων εὐποροῦσι, τῶν δὲ ἄλλων
οὐ φροντίζουσιν, οὕτω καὶ σύ, ὦ Ἴων, περὶ μὲν Ὁμήρου
ὅταν τις μνησθῇ, εὐπορεῖς, περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἀπορεῖς.
τούτου δ' ἐστὶ τὸ αἴτιον, ὅ μ' ἐρωτᾷς, * διότι σὺ περὶ μὲν D
Ὁμήρου εὐπορεῖς, περὶ δὲ τῶν ἄλλων οὔ, ὅτι οὐ τέχνῃ
ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ Ὁμήρου δεινὸς εἶ ἐπαινέτης.

---

*) ἴσ. ᾄδῃ μέλος. **) ἴσ. φθέγξηταί τις, εὐθύς.

Digitized by Google

tendere; nam si facio ut illi plorent, ipse rideo pecuniam accipiens, sin autem ut rideant, ipse ploro pecuniam perdens.

So. Scisne hunc spectatorem esse annulorum postremum, quos ego dixi a lapide Heracleotico per se invicem vim nancisci? medius tu es rhapsodus et actor, et primus poëta. deus autem per omnes hos trahit animum quocumque volt hominum, eorum vim inter se suspensam reddens; et quemadmodum ex lapide illo, series perlonga pendet saltatorum et doctorum et secundorum doctorum, ex obliquo pendentium ex annulis e Musa suspensis. et poëtarum alius alia e Musa pendet. vocamus autem hoc *corripitur*, quod est simile; rapitur enim ac tenetur. ex his vero primis annulis, poëtis, alii ex alio rursus suspensi sunt menteque incitantur, alii ex Orpheo; alii e Musaeo, plurimi vero ab Homero corripiuntur et rapiuntur: quorum tu, Io, unus es et corriperis ab Homero; et quum quis alius poëtae carmen canit, dormitas nec habes quod dicas, quum vero huius poëtae quis pronuntiat versus, statim excitaris et cor tibi salit et in promptu habes quod dicas; non enim arte scientiave de Homero dicis quae dicis, sed divina sorte et incitatione. nam sicut corybantio furore agitati illud tantum clare percipiunt carmen quod a deo proficiscitur a quo corripiuntur, et ad hoc carmen tam gestibus quam verbis abundant, reliqua vero non curant, ita tu quoque, Io, de Homero si quis mentionem facit, copia tibi est, de reliquis vero inopia. et causa quam ex me quaeris quidnam sit cur de Homero quidem copia tibi suppetat, de reliquis vero non suppetat, nulla alia est nisi quod non arte, sed divinitus Homeri insignis es laudator.

Io. Tu quidem bene narras, Socrate; mirer tamen ita si bene dicas ut mihi persuadeas correptum me

ΙΩΝ. Σὺ μὲν εὖ λέγεις, ὦ Σώκρατες· θαυμάζοιμι μέντ' ἂν οὕτως εἰ εὖ εἴποις, ὥστε με ἀναπεῖσαι ὡς ἐγὼ κατεχόμενος καὶ μαινόμενος Ὅμηρον ἐπαινῶ. οἶμαι δὲ οὐδ' ἂν σοὶ δόξαιμι εἴ μου ἀκούσαις λέγοντος περὶ Ὁμήρου.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἐθέλω γε ἀκοῦσαι, οὐ μέντοι πρότερον πρὶν ἄν μοι ἀποκρίνῃ τόδε. ὧν * Ὅμηρος λέγει, περὶ E
τίνος εὖ λέγεις; οὐ γὰρ δήπου περὶ ἁπάντων γε.

ΙΩΝ. Εὖ ἴσθι, ὦ Σώκρατες, περὶ οὐδενὸς ὅτου οὔ. *)

ΣΩ. Οὐ δήπου καὶ περὶ τούτων ὧν σὺ μὲν τυγχάνεις οὐκ εἰδώς, Ὅμηρος δὲ λέγει.

ΙΩΝ. Καὶ ταῦτα ποῖά ἐστιν, ἃ Ὅμηρος μὲν λέγει, ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα;

ΣΩ. Οὐ καὶ περὶ τεχνῶν μέντοι λέγει * πολλαχοῦ 53
Ὅμηρος καὶ πολλά; οἷον καὶ περὶ ἡνιοχείας. ἐὰν μνησθῶ τὰ ἔπη, ἐγώ σοι φράσω.

ΙΩΝ. Ἀλλ' ἐγὼ ἐρῶ· ἐγὼ γὰρ μέμνημαι.

ΣΩ. Εἰπὲ δή μοι ἃ λέγει Νέστωρ Ἀντιλόχῳ τῷ υἱεῖ, παραινῶν εὐλαβηθῆναι περὶ τὴν καμπὴν ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ τῇ ἐπὶ Πατρόκλῳ.

ΙΩΝ.

Κλινθῆναι δέ, φησί, καὶ αὐτὸς ἐϋξέστῳ ἐνὶ δίφρῳ
* Ἦκ' ἐπ' ἀριστερὰ τοῖιν· ἀτὰρ τὸν δεξιὸν ἵππον
Κένσαι ὁμοκλήσας, εἶξαί τέ οἱ ἡνία χερσίν.
Ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω,
Ὡς μή τοι πλήμνη γε δοάσσεται ἄκρον ἱκέσθαι
Κύκλου ποιητοῖο· λίθου δ' ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν.

ΣΩ. Ἀρκεῖ. ταῦτα δή, ὦ Ἴων, τὰ ἔπη εἴτε * ὀρθῶς λέγει Ὅμηρος εἴτε μή, πότερος ἂν γνοίη ἄμεινον, ἰατρὸς ἢ ἡνίοχος;

ΙΩΝ. Ἡνίοχος δήπου.

ΣΩ. Πότερον ὅτι τέχνην ταύτην ἔχει, ἢ κατ' ἄλλο τι;

ΙΩΝ. Οὔκ, ἀλλ' ὅτι τέχνην.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν ἀποδέδοταί τι ὑπὸ

---

*) γρ. οὐδὲν ὃν περὶ ὅτου οὔ.

et insanientem Homerum laudare. nec tibi, opinor, videbor si me audiveris dicentem de Homero.

So. Sane quidem volo te audire, neque tamen prius quam ad hoc mihi responderis. ex eis quae Homerus profert quaenam sunt de quibus bene exponas? neque enim, opinor, de omnibus.

Io. Certo scito, Socrate, nihil esse de quo non bene exponam.

So. Non tamen de istis quoque quorum tu quidem ignarus es, Homerus autem loquitur.

Io. Haec vero quaenam sunt quae Homerus quidem dicat, ego autem ignorem?

So. Nonne etiam de artibus loquitur passim Homerus et multa? velut de aurigandi arte. si recordor versus, tibi dicam.

Io. Imo ego recitabo; memini enim.

So. Dic igitur mihi quibus Nestor Antilochum filium admonet ut caute flectat in cursu equestri Patrocli gratia instituto.

Io. *Inclinator vero*, ait, *ipse in sella bene plicata paullulum ad sinistram eorum; at dextrum equum stimula minaci clamore increpans, et concede ei habenas manibus. ad metam autem tibi equus sinister admoveatur, ne tibi modiolus summum videatur stringere rotae affabre factae; et in lapidem vites impingere.*

So. Satis est. hos igitur, Io, versus an recte dicat Homerus necne, uter iudicabit melius, medicus, an auriga?

Io. Auriga sine dubio.

So. Utrum quia artem hanc callet, an aliam ob causam?

Io. Non, sed quia artem callet.

So. Nonne vero cuique artium opus aliquod a deo attributum est quod posset cognoscere? non enim,

τοῦ θεοῦ ἔργον οἷά τε εἶναι γιγνώσκειν; οὐ γάρ που ἃ κυβερνητικῇ γιγνώσκομεν, γνωσόμεθα καὶ ἰατρικῇ.

ΙΩΝ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Οὐδέ γε ἃ ἰατρικῇ, ταῦτα καὶ τεκτονικῇ.

ΙΩΝ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. * Οὐκοῦν οὕτω καὶ κατὰ πασῶν τῶν τεχνῶν· ἃ D τῇ ἑτέρᾳ τέχνῃ γιγνώσκομεν, οὐ γνωσόμεθα τῇ ἑτέρᾳ. τόδε δέ μοι πρότερον τούτου ἀπόκριναι: τὴν μὲν ἑτέραν φῂς εἶναί τινα τέχνην, τὴν δ' ἑτέραν.

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Ἆρα, ὥσπερ ἐγὼ τεκμαιρόμενος, ὅταν ἡ μὲν ἑτέρων πραγμάτων ᾖ ἐπιστήμη, ἡ δ' ἑτέρων, οὕτω καλῶ τὴν μὲν ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην τέχνην, οὕτω καὶ σύ;

ΙΩΝ. * Ναί. E

ΣΩ. Εἰ γάρ που τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἐπιστήμη εἴη τις, τί ἂν τὴν μὲν ἑτέραν φαῖμεν εἶναι, τὴν δ' ἑτέραν, ὁπότε γε ταὐτὰ εἴη εἰδέναι ἀπ' ἀμφοτέρων; ὥσπερ ἐγώ τε γιγνώσκω ὅτι πέντε εἰσὶν οὗτοι οἱ δάκτυλοι, καὶ σύ, ὥσπερ ἐγώ, περὶ τούτων ταὐτὰ γιγνώσκεις· καὶ εἴ σε ἐγὼ ἐροίμην εἰ τῇ αὐτῇ τέχνῃ γιγνώσκομεν τῇ ἀριθμητικῇ τὰ αὐτὰ ἐγώ τε καὶ σύ, ἢ ἄλλῃ, φαίης ἂν δήπου τῇ αὐτῇ.

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Ὃ τοίνυν ἄρτι * ἔμελλον ἐρήσεσθαί σε, νυνὶ εἰπέ, εἰ κατὰ πασῶν τῶν τεχνῶν οὕτω σοι δοκεῖ, τῇ μὲν αὐτῇ τέχνῃ τὰ αὐτὰ ἀναγκαῖον εἶναι γιγνώσκειν, τῇ δ' ἑτέρᾳ μὴ τὰ αὐτά, ἀλλ' εἴπερ ἄλλη ἐστίν, ἀναγκαῖον καὶ ἕτερα γιγνώσκειν.

ΙΩΝ. Οὕτω μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὅστις ἂν μὴ ἔχῃ τινὰ τέχνην, ταύτης τῆς τέχνης τὰ λεγόμενα ἢ πραττόμενα καλῶς γιγνώσκειν οὐχ οἷός τ' ἔσται;

ΙΩΝ. * Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Πότερον οὖν περὶ τῶν ἐπῶν ὧν εἶπες, εἴτε καλῶς λέγει Ὅμηρος εἴτε μή, σὺ κάλλιον γνώσει, ἢ ἡνίοχος;

opinor, quae gubernandi arte cognoscimus, ea cognoscemus etiam medicina.

Io. Minime vero.

So. Neque quae medicina, ea etiam arte tignaria.

Io. Minime.

So. Ita igitur etiam in omnibus artibus: quae altera arte cognoscimus, non cognoscemus altera. ad hoc autem prius mihi responde: artem ais aliam atque aliam esse.

Io. Vero.

So. An, quemadmodum ego coniectura ductus, si alia aliarum rerum scientia est, aliam atque aliam nomino artem, ita tu quoque?

Io. Etiam.

So. Nam si earundem rerum scientia esset aliqua, cur aliam atque aliam diceremus esse, quum easdem res cognosceremus per utramque? quemadmodum ego cognosco quinque esse hos digitos, et tu, sicut ego, de his idem cognoscis: iam si ex te quaeram eademne arte numerandi cognoscamus eadem ego et tu, an alia, dicas sine dubio eadem.

Io. Etiam.

So. Quod igitur modo volebam te interrogare, nunc dic, an omnibus in artibus ita tibi videatur: eadem arte eadem necessario cognosci, alia vero non eadem, sed, si alia sit, necessario etiam alia cognosci.

Io. Ita mihi videtur, Socrate.

So. Nonne vero si quis artem aliquam non teneat, hac in arte quae dicantur vel gerantur recte cognoscere non possit?

Io. Vera dicis.

So. Utrum igitur de versibus illis, quos recitasti, an bene Homerus dicat necne, tu melius iudicabis, an auriga?

ΙΩΝ. Ἡνίοχος.

ΣΩ. Ῥαψῳδὸς γάρ που εἶ, ἀλλ' οὐχ ἡνίοχος.

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Ἡ δὲ ῥαψῳδικὴ τέχνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς ἡνιοχικῆς.

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Εἰ ἄρ' ἑτέρα, περὶ ἑτέρων καὶ πραγμάτων ἐπιστήμη ἐστίν.

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Τί δὲ δή, ὅταν Ὅμηρος λέγῃ ὡς τετρωμένῳ τῷ Μαχάονι * Ἑκαμήδη ἡ Νέστορος παλλακὴ κυκεῶνα πίνειν C
δίδωσι; καὶ λέγει πως οὕτως,

Οἴνῳ Πραμνείῳ, φησίν· ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρὸν
Κνήστι χαλκείῃ· παρὰ δὲ κρόμυον ποτῷ ὄψον.

ταῦτα εἴτε ὀρθῶς λέγει Ὅμηρος εἴτε μή, πότερον ἰατρικῆς ἐστὶ διαγνῶναι καλῶς, ἢ ῥαψῳδικῆς;

ΙΩΝ. Ἰατρικῆς.

ΣΩ. Τί δέ, ὅταν λέγῃ Ὅμηρος

* Ἡ δὲ μολυβδαίνῃ ἰκέλη ἐς βυσσὸν ἵκανεν, D
Ἥ τε κατ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας ἐμμεμαυῖα
Ἔρχεται ὠμηστῇσι μετ' ἰχθύσι πῆμα φέρουσα·

ταῦτα πότερον φῶμεν ἁλιευτικῆς εἶναι τέχνης μᾶλλον κρῖναι, ἢ ῥαψῳδικῆς, ἅττα λέγει καὶ εἴτε καλῶς εἴτε μή;

ΙΩΝ. Δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἁλιευτικῆς.

ΣΩ. Σκέψαι δή, σοῦ ἐρομένου, εἰ ἔροιό με, Ἐπειδὴ * τοίνυν, ὦ Σώκρατες, τούτων τῶν τεχνῶν ἐν Ὁμήρῳ E
εὑρίσκεις ἃ προσήκει ἑκάστῃ διακρίνειν, ἴθι μοι ἔξευρε καὶ τὰ τοῦ μάντεώς τε καὶ μαντικῆς, ποῖά ἐστιν ἃ προσήκει αὐτῷ οἵῳ τ' εἶναι διαγιγνώσκειν, εἴτε εὖ εἴτε κακῶς πεποίηται, σκέψαι ὡς ῥᾳδίως τε καὶ ἀληθῆ ἐγώ σοι ἀποκρινοῦμαι. πολλαχοῦ μὲν γὰρ καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ λέγει, οἷον καὶ ἃ ὁ τῶν Μελαμποδιδῶν λέγει μάντις πρὸς τοὺς μνηστῆρας, Θεοκλύμενος,

* Δαιμόνιοι, τί κακὸν τόδε πάσχετε; νυκτὶ μὲν ὑμέων 5
Εἰλύαται κεφαλαί τε πρόσωπά τε νέρθε τε γυῖα,
Οἰμωγὴ δὲ δέδηε, δεδάκρυνται δὲ παρειαί·

Digitized by Google

Io. Auriga.

So. Recitator videlicet es, non auriga.

Io. Vero.

So. Ars autem recitandi alia est atque ars aurigandi.

Io. Etiam.

So. Quodsi alia, aliarum etiam rerum scientia est.

Io. Vero.

So. Quid vero, si Homerus dicit vulnerato Machaoni Hecameden Nestoris pellicem dare cinnum bibere? et dicit fere sic: *Vino Pramnio*, ait, *insuper autem caprinum rasit caseum radula aerea, et cepam opsonii loco apposuit.* haec an recte dicat Homerus necne, utrum medicinae est recte iudicare, an recitandi artis?

Io. Recitandi artis.

So. Quid porro, si dicit Homerus: *ipsa autem glandulae plumbeae similis in imum delapsa est, quae agrestis bovis cornu nexa descendit cruda vorantibus piscibus mortem ferens:* haec utrum censeamus piscandi esse artis magis iudicare, an recitandi, quae dicat et an bene necne?

Io. Patet vero, Socrate, piscandi artis.

So. Considera igitur, te interrogante, si me interroges: Postquam igitur, Socrate, invenisti harum artium quas Homerus commemorat quid cuique conveniat iudicare, age mihi inveni quoque in rebus ad vatem et vaticinandi artem spectantibus qualia sint quae ei conveniat posse iudicare, an bene sint dicta necne: sed considera quam facile et vere tibi sim responsurus. passim enim in Odyssea, dicit, velut quae Melampodidarum vates ad procos fatur, Theoclymenus: *Ah miseri, quid malum hoc patimini? nocte quidem vestra obvoluta sunt capita faciesque subtus-*

Εἰδώλων τε πλέον πρόθυρον, πλείη δὲ καὶ αὐλὴ
Ἱεμένων ἔρεβόςδε ὑπὸ ζόφον· ἠέλιος δὲ
* Οὐρανοῦ ἐξαπόλωλε, κακὴ δ' ἐπιδέδρομεν ἀχλύς. B

πολλαχοῦ δὲ καὶ ἐν Ἰλιάδι, οἷον καὶ ἐπὶ τειχομαχίᾳ· λέγει γὰρ καὶ ἐνταῦθα

Ὄρνις γάρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν,
Αἰετὸς ὑψιπέτης, ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων,
* Φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον, C
Ζωόν, ἔτ' ἀσπαίροντα· καὶ οὔπω λήθετο χάρμης.
Κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος παρὰ δειρὴν
Ἰδνωθεὶς ὀπίσω· ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε
Ἀλγήσας ὀδύνῃσι, μέσῳ δ' ἐγκάββαλ' * ὁμίλῳ· D
Αὐτὸς δὲ κλάγξας ἔπετο πνοιῆς ἀνέμοιο.

ταῦτα φήσω καὶ τὰ τοιαῦτα τῷ μάντει προςήκειν καὶ σκοπεῖν καὶ κρίνειν.

ΙΩΝ. Ἀληθῆ γε σὺ λέγων, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Καὶ σύ γε, ὦ Ἴων, ἀληθῆ ταῦτα λέγεις. Ἴθι
δὴ καὶ σὺ ἐμοί, ὥςπερ ἐγὼ σοὶ ἐξέλεξα καὶ ἐξ Ὀδυσσείας
καὶ ἐξ Ἰλιάδος ὁποῖα τοῦ μάντεώς ἐστι καὶ ὁποῖα τοῦ
ἰατροῦ καὶ ὁποῖα τοῦ * ἁλιέως, οὕτω καὶ σὺ ἐμοὶ ἔκλεξον, E
ἐπειδὴ καὶ ἐμπειρότερος εἶ ἐμοῦ τῶν Ὁμήρου, ὁποῖα τοῦ
ῥαψῳδοῦ ἐστιν, ὦ Ἴων, καὶ τῆς τέχνης τῆς ῥαψῳδικῆς,
ἃ τῷ ῥαψῳδῷ προςήκει καὶ σκοπεῖσθαι καὶ διακρίνειν πα-
ρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους.

ΙΩΝ. Ἐγὼ μέν φημι, ὦ Σώκρατες, ἅπαντα.

ΣΩ. Οὐ σύ γε ἔφης, ὦ Ἴων, ἅπαντα· ἢ οὕτως ἐπιλήσμων εἶ; καίτοι οὐκ ἂν πρέποι γε ἐπιλήσμονα εἶναι ῥαψῳδὸν ἄνδρα.

ΙΩΝ. Τί δὲ δὴ * ἐπιλανθάνομαι; 540

ΣΩ. Οὐ μέμνησαι, ὅτι ἔφησθα τὴν ῥαψῳδικὴν τέχνην ἑτέραν εἶναι τῆς ἡνιοχικῆς;

ΙΩΝ. Μέμνημαι.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἑτέραν οὖσαν ἕτερα γνώσεσθαι ὡμολόγεις;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα πάντα γε γνώσεται ἡ ῥαψῳδικὴ κατὰ τὸν σὸν λόγον, οὐδὲ ὁ ῥαψῳδός.

Digitized by Google

que genua, ululatus autem exarsit lacrimisque oppletae sunt genae; simulacris plenum est atrium, plenum quoque vestibulum properantibus in Erebum sub tenebras, sol vero ex caelo periit et mala incessit caligo. passim vero etiam in Iliade, velut in murorum oppugnatione; dicit enim hic quoque: *augurium enim ipsis obvenit transire cupientibus, aquila altivolans, ad sinistram copias dividens, cruentatum serpentem tenens unguibus immanem, vivum, adhuc palpitantem; necdum is oblitus erat pugnae; percussit enim eam tenentem ad pectus prope collum contortus retro; illa autem a se demisit in terram afflicta doloribus, mediumque deiecit in agmen; ipsa vero clangens petivit flatus venti.* haec dicam et talia vati convenire et spectare et iudicare.

Io. Vera tu quidem dicis, Socrate.

So. Et tu quoque, Io, vera haec dicis. agedum tu quoque, quemadmodum ego tibi elegi et ex Odyssea et ex Iliade quae vatis sunt et quae medici et quae piscatoris, ita tu quoque mihi elige, quoniam me peritior es rerum Homericarum, quae recitatoris sunt, Io, artisque recitandi, quae recitatori convenit et spectare et diiudicare prae ceteris hominibus.

Io. Ego quidem dico, Socrate, omnia.

So. Neutiquam vero tu dixisti, Io, omnia; an tam obliviosus es? neque tamen decet obliviosum esse recitatorem.

Io. Quidnam obliviscor?

So. Non meministi te dixisse artem recitandi aliam esse atque aurigandi?

Io. Memini vero.

So. Nonne etiam si alia esset alia cognituram esse concessisti?

Io. Vero.

So. Non omnia ergo cognoscet ars recitandi ex tua oratione, neque recitator.

ΣΩ. Πλήν γε ἴσως τὰ τοιαῦτα, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τὰ τοιαῦτα * δὲ λέγεις πλὴν τὰ τῶν ἄλλων B
τεχνῶν σχεδόν τι. ἀλλὰ ποῖα δὴ γνώσεται, ἐπειδὴ οὐχ ἅπαντα;

ΙΩΝ. Ἃ πρέπει, οἶμαι ἔγωγε, ἀνδρὶ εἰπεῖν καὶ ὁποῖα γυναικί, καὶ ὁποῖα δούλῳ καὶ ὁποῖα ἐλευθέρῳ, καὶ ὁποῖα ἀρχομένῳ καὶ ὁποῖα ἄρχοντι.

ΣΩ. Ἆρ' ὁποῖα ἄρχοντι, λέγεις; ἐν θαλάττῃ χειμαζομένου πλοίου πρέπει εἰπεῖν, ὁ ῥαψῳδὸς γνώσεται κάλλιον ἢ ὁ κυβερνήτης;

ΙΩΝ. Οὔκ, ἀλλὰ ὁ κυβερνήτης * τοῦτό γε. C

ΣΩ. Ἀλλ' ὁποῖα ἄρχοντι κάμνοντος *) πρέπει εἰπεῖν, ὁ ῥαψῳδὸς γνώσεται κάλλιον ἢ ὁ ἰατρός;

ΙΩΝ. Οὐδὲ τοῦτο.

ΣΩ. Ἀλλ' οἷα δούλῳ πρέπει, λέγεις;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Οἷον βουκόλῳ λέγεις δούλῳ ἃ πρέπει εἰπεῖν ἀγριαινουσῶν βοῶν παραμυθουμένῳ, ὁ ῥαψῳδὸς γνώσεται, ἀλλ' οὐχ ὁ βουκόλος;

ΙΩΝ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀλλ' οἷα γυναικὶ πρέποντά ἐστιν εἰπεῖν ταλα-
σιουργῷ περὶ ἐρίων * ἐργασίας; D

ΙΩΝ. Οὔ.

ΣΩ. Ἀλλ' οἷ' ἀνδρὶ πρέπει εἰπεῖν γνώσεται στρατηγῷ στρατιώταις παραινοῦντι;

ΙΩΝ. Ναί, τὰ τοιαῦτα γνώσεται ὁ ῥαψῳδός.

ΣΩ. Τί δαί; ἡ ῥαψῳδικὴ τέχνη στρατηγική ἐστιν;

ΙΩΝ. Γνοίην γοῦν ἂν **) ἐγὼ οἷα στρατηγὸν πρέπει εἰπεῖν.

ΣΩ. Ἴσως γὰρ εἶ καὶ στρατηγικός, ὦ Ἴων· καὶ
γὰρ εἰ ἐτύγχανες ἱππικὸς ὢν ἅμα καὶ κιθαριστικός, ἔγνως
ἂν ἵππους εὖ καὶ κακῶς ἱππαζομένους. ἀλλ' εἴ σε * ἐγὼ E
ἠρόμην, Ποτέρᾳ δὴ τέχνῃ, ὦ Ἴων, γιγνώσκεις τοὺς εὖ
ἱππαζομένους ἵππους; ᾗ ἱππεὺς εἶ, ἢ ᾗ κιθαριστής; τί
ἄν μοι ἀπεκρίνω;

*) γρ. κάμνοντι. **) γρ. ἄρ'.

Io. Praeter haec fortasse, Socrate.

So. Praeter haec dicis fere praeter ea quae reliquarum sunt artium. at quaenam cognoscet, quum non omnia cognoscat?

Io. Quae conveniat, arbitror ego, viro dicere et quae mulieri, quae servo et quae libero, quae imperio subiecto et quae imperanti.

So. An quae imperanti, dicis, mari, navi fluctibus iactata, conveniat dicere, recitator cognoscet melius quam gubernator?

Io. Non, sed id quidem gubernator.

So. At quae imperanti aegroto conveniat dicere, recitator cognoscet melius quam medicus?

Io. Nec hoc.

So. Sed quae servo conveniat, dicis?

Io. Vero.

So. Velut bubulco dicis servo quae conveniat dicere boves ut efferatos mitiget, recitator cognoscet, non bubulcus?

Io. Minime vero.

So. At quae mulieri conveniat dicere lanificae de lanificio?

Io. Non.

So. At quae duci conveniat dicere cognoscet milites adhortanti?

Io. Sane, talia cognoscet recitator.

So. Ain tu? ars memoriter pronuntiandi est ars imperandi?

Io. Ego certe cognoverim quae imperatori conveniat dicere.

So. Fortasse enim es etiam imperatorius, Io; nam etiam si equitandi peritus esses simulque citharae pulsandae, cognosceres equos bene et male equitantes. at si ex te sciscitarer: Utra, quaeso, arte, Io, cognoscis bene equitantes equos? qua eques es, an qua citharista? quid mihi responderes?

ΙΩΝ. Ἦι ἱππεύς, ἔγωγ' ἄν.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ καὶ τοὺς εὖ κιθαρίζοντας διεγίγνωσκες, ὡμολόγεις ἄν, ᾗ κιθαριστὴς εἶ, ταύτῃ διαγιγνώσκειν, ἀλλ' οὐχ ᾗ ἱππεύς;

ΙΩΝ. Ναί.

ΣΩ. Ἐπειδὴ δὲ τὰ στρατιωτικὰ γιγνώσκεις, πότερον ᾗ στρατηγικὸς εἶ γιγνώσκεις, ἢ ᾗ ῥαψῳδὸς ἀγαθός;

ΙΩΝ. Οὐδὲν ἔμοιγε δοκεῖ διαφέρειν.

ΣΩ. Πῶς οὐδὲν * λέγεις διαφέρειν; μίαν λέγεις τέ- 541
χνην εἶναι τὴν ῥαψῳδικὴν *) καὶ στρατηγικήν, ἢ δύο;

ΙΩΝ. Μία ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Ὅστις ἄρ' ἀγαθὸς ῥαψῳδός ἐστιν, οὗτος καὶ ἀγαθὸς στρατηγὸς τυγχάνει ὤν.

ΙΩΝ. Μάλιστ', ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὅστις ἀγαθὸς στρατηγὸς τυγχάνει ὤν, ἀγαθὸς καὶ ῥαψῳδός ἐστιν;

ΙΩΝ. Οὐκ αὖ μοι δοκεῖ τοῦτο.

ΣΩ. Ἀλλ' ἐκεῖνο μὴν δοκεῖ σοι, ὅστις γε ἀγαθὸς
ῥαψῳδός, καὶ στρατηγὸς * ἀγαθὸς εἶναι; B

ΙΩΝ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν σὺ τῶν Ἑλλήνων ἄριστος ῥαψῳδὸς εἶ;

ΙΩΝ. Πολύ γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἦ καὶ στρατηγός, ὦ Ἴων, τῶν Ἑλλήνων ἄριστος εἶ;

ΙΩΝ. Εὖ ἴσθι, ὦ Σώκρατες· καὶ ταῦτά γε ἐκ τῶν Ὁμήρου μαθών.

ΣΩ. Τί δή ποτ' οὖν πρὸς τῶν θεῶν, ὦ Ἴων, ἀμ-
φότερα ἄριστος ὢν τῶν Ἑλλήνων, καὶ στρατηγὸς καὶ
ῥαψῳδός, ῥαψῳδεῖς μὲν περιιὼν τοῖς Ἕλλησι, στρατηγεῖς
δ' οὔ; ἢ ῥαψῳδοῦ μὲν δοκεῖ σοι χρυσῷ * στεφάνῳ ἐστεφανω- C
μένου πολλὴ χρεία εἶναι τοῖς Ἕλλησι, στρατηγοῦ δὲ οὐδεμία;

ΙΩΝ. Ἡ μὲν γὰρ ἡμετέρα, ὦ Σώκρατες, πόλις ἄρχεται ὑφ' ὑμῶν καὶ στρατηγεῖται καὶ οὐδὲν δεῖται στρατηγοῦ, ἡ δὲ ὑμετέρα καὶ ἡ Λακεδαιμονίων οὐκ ἄν με ἕλοιτο στρατηγόν· αὐτοὶ γὰρ οἴεσθε ἱκανοὶ εἶναι.

*) ἄλλ. εἶναι ῥαψῳδικήν.

Io. Qua eques, equidem.

So. Nonne si etiam bene cithara canentes cognosceres, confiterere, qua citharista esses, hac te cognoscere, non qua eques?

So. Etiam.

Io. Quoniam vero rem militarem tenes, utrum qua imperator es cognoscis, an qua recitator bonus?

Io. Nihil mihi quidem videtur discriminis esse.

So. Quomodo nihil dicis discriminis esse? unamne sumis artem esse pronuntiandi et imperandi, an duas?

Io. Una mihi quidem videtur.

So. Qui ergo bonus recitator est, is etiam bonus dux est.

Io. Maxime, Socrate.

So. Nonne etiam qui bonus dux est, bonus est recitator?

Io. Non mihi hoc item videtur.

So. Istud tamen videtur tibi, qui bonus recitator, etiam dux bonus esse?

Io. Sane quidem.

So. Nonne tu Graecorum optimus recitator es?

Io. Longe quidem, Socrate.

So. Num etiam dux, Io, Graecorum optimus es?

Io. Certo scito, Socrate; idque ex Homeri carminibus didici.

So. Cur igitur tandem per deos immortales, tu qui optimus sis e Graecis et dux et recitator, recitas quidem terras peragrans Graecis, sed non imperas? an recitatore quidem videntur tibi aurea corona coronato multum indigere Graeci, duce autem nihil?

Io. Nostra videlicet, Socrate, civitas vestro imperio ac ductui subiecta est nec indiget duce, vestra autem et Lacedaemoniorum me non creaverit ducem; ipsos enim vos putatis idoneos esse.

ΣΩ. Ὦ βέλτιστε Ἴων, Ἀπολλόδωρον οὐ γιγνώσκεις τὸν Κυζικηνόν;

ΙΩΝ. Ποῖον τοῦτον;

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν δόξα γέ τις καὶ αὐτῷ μοι **) καταφαίνεται ὁ νόμος εἶναι. ἐπειδὴ δὲ οὐχ ἡ πονηρὰ δόξα, ἆρα οὐκ ἤδη τοῦτο κατάδηλον ὡς ἡ χρηστή, εἴπερ δόξα νόμος ἐστίν;

---

*) γρ. ἀνόμιμοι ἀνομίᾳ ἀνόμιμοι; **) γρ. αὐτό μοι.

So. Nonne etiam legitimi lege legitimi?

Am. Vero.

So. Non legitimi vero iniquitate non legitimi?

Am. Etiam.

So. Legitimi vero iusti?

Am. Iusti.

So. Non legitimi autem iniusti?

Am. Iniusti.

So. Nonne pulcherrimum quiddam est iustitia et lex?

Am. Ita.

So. Turpissimum vero iniustitia et iniquitas?

Am. Etiam.

So. Et illa quidem conservat civitates et reliqua omnia, haec vero perdit atque evertit?

Am. Etiam.

So. Ergo pro pulchro quodam haberi oportet legem eamque ut bonum quiddam quaeri.

Am. Quidni?

So. Nonne decretum diximus esse civitatis legem?

Am. Diximus vero.

So. Quid igitur? nonne decreta alia bona sunt, alia mala?

Am. Sunt sane.

So. Iam vero lex non erat mala.

Am. Non.

So. Itaque non recte habet sic simpliciter respondere legem esse decretum civitatis.

Am. Non sane mihi videtur.

So. Itaque non conveniat pravum decretum legem dici.

Am. Minime vero.

So. Quamquam sententia quaedam mihi quoque ipsi videtur lex esse. quoniam vero non prava sententia, nonne iam hoc liquet bonam esse, siquidem lex est sententia?

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Δόξα δὲ χρηστὴ τίς ἐστιν; οὐχ ἡ ἀληθής;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. * Οὐκοῦν ἡ ἀληθὴς δόξα τοῦ ὄντος ἐστὶν 315
ἐξεύρεσις;

ΕΤ. Ἔστι γάρ.

ΣΩ. Ὁ νόμος ἄρα βούλεται τοῦ ὄντος εἶναι *) ἐξεύρεσις.

ΕΤ. Πῶς οὖν, ὦ Σώκρατες, εἰ ὁ νόμος τοῦ ὄντος ἐστὶν ἐξεύρεσις, οὐκ ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις χρώμεθα περὶ τῶν αὐτῶν, εἰ τὰ ὄντα γε ἡμῖν ἐξεύρηται;

ΣΩ. Βούλεται μὲν οὐδὲν ἧττον ὁ νόμος εἶναι τοῦ ὄντος ἐξεύρεσις· εἰ δ' ἄρα μὴ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ νόμοις χρῶνται ἄνθρωποι, ὡς δοκοῦμεν, οὐκ ἀεὶ * δύνανται B
ἐξευρίσκειν ὃ βούλεται ὁ νόμος, τὸ ὄν. ἐπεὶ φέρε ἴδωμεν ἐὰν ἄρα ἡμῖν ἐνθένδε κατάδηλον γένηται εἴτε τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ νόμοις χρώμεθα, ἢ ἄλλοτε ἄλλοις, καὶ εἰ ἅπαντες τοῖς αὐτοῖς, ἢ ἄλλοι ἄλλοις.

ΕΤ. Ἀλλὰ τοῦτό γε, ὦ Σώκρατες, οὐ χαλεπὸν γνῶναι, ὅτι οὔτε οἱ αὐτοὶ ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις χρῶνται ἄλλοι τε ἄλλοις· ἐπεὶ αὐτίκα ἡμῖν μὲν οὐ νόμος ἐστὶν ἀνθρώπους θύειν, ἀλλ' ἀνόσιον, Καρχηδόνιοι * δὲ θύου- C
σιν ὡς ὅσιον ὂν καὶ νόμιμον αὐτοῖς, καὶ ταῦτα ἔνιοι αὐτῶν καὶ τοὺς αὐτῶν υἱεῖς τῷ Κρόνῳ, ὡς ἴσως καὶ σὺ ἀκήκοας. **) καὶ μὴ ὅτι βάρβαροι ἄνθρωποι ἡμῶν ἄλλοις νόμοις χρῶνται, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν τῇ Λυκαίᾳ οὗτοι καὶ οἱ τοῦ Ἀθάμαντος ἔκγονοι οἵας θυσίας θύουσιν Ἕλληνες ὄντες! ὥσπερ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς οἶσθά που καὶ αὐτὸς ἀκούων, οἵοις νόμοις ἐχρώμεθα πρὸ τοῦ περὶ τοὺς ἀποθανόντας, ἱερεῖά τε προσφάττοντες πρὸ τῆς ἐκφορᾶς τοῦ νεκροῦ καὶ ἐγχυτριστρίας * μεταπεμπόμενοι. οἱ δ' αὖ ἐκείνων ἔτι πρό- D
τεροι αὐτοῦ καὶ ἔθαπτον ἐν τῇ οἰκίᾳ τοὺς ἀποθανόντας, ἡμεῖς δὲ τούτων οὐδὲν ποιοῦμεν. μυρία δ' ἂν τις ἔχοι τοιαῦτα εἰπεῖν· πολλὴ γὰρ εὐρυχωρία τῆς ἀποδείξεως, ὡς

*) γρ. ὁ νόμος οὖν τοῦ ὄντος ἐστίν.

**) γρ. καὶ ἀκήκοας.

Am. Vero.

So. Sententia autem bona quaenam est? nonne vera?

Am. Etiam.

So. Nonne vera sententia eius quod est inventio est?

Am. Est vero.

So. Lex igitur volt eius quod est inventio esse.

Am. Cur igitur, Socrate, si lex eius quod est inventio est, non semper eisdem legibus de eisdem rebus utimur, si res nobis sunt inventae?

So. Volt tamen nihilo minus lex esse rei inventio. si vero non eisdem semper legibus utuntur homines, ut opinamur, non semper possunt invenire quod lex volt, id quod est. nam age videamus an fortasse nobis hinc liqueat, eisdemne semper legibus utamur, an alias aliis, et omnesne eisdem, an alii aliis.

Am. At hoc quidem, Socrate, haud difficile est perspectu, neque eosdem semper eisdem legibus uti et alios aliis; nam verbi gratia nobis quidem non est lex ut homines sacrificemus, sed impium censetur; Carthaginienses vero sacrificant pium et legitimum existimantes, et quidam eorum etiam filios suos Saturno, ut fortasse tu quoque audivisti. atque non solum barbari aliis quam nos legibus utuntur, sed etiam illi qui Lycaeae vivunt et Athamantis posteri qualia sacrificia faciunt, quum sint Graeci! quemadmodum nos ipsi quoque nosti, ni fallor, quum ipse quoque audiveris, qualibus ante hoc tempus usi simus legibus ratione mortuorum, quippe victimas mactantes, antequam cadaver efferretur, et mulieres arcessentes quae ossa legerent: atque illis etiam priores in domo sua sepeliebant mortuos, nos vero nihil horum facimus. innumerabilia autem recensere quis possit generis eiusdem; latus enim patet campus ad demonstrandum,

οὔτε ἡμεῖς ἡμῖν αὐτοῖς ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ νομίζομεν οὔτε ἀλλήλοις οἱ ἄνθρωποι.

ΣΩ. Οὐδέν τοι *) θαυμαστόν ἐστιν, ὦ βέλτιστε, εἰ σὺ μὲν ὀρθῶς λέγεις, ἐμὲ δὲ τοῦτο λέληθεν. ἀλλ' ἕως ἂν σύ τε κατὰ σαυτὸν λέγῃς ἅ σοι δοκεῖ μακρῷ * λόγῳ καὶ E
πάλιν ἐγώ, οὐδὲν μή ποτε ξυμβῶμεν, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐὰν δὲ κοινὸν τεθῇ τὸ σκέμμα, τάχ' ἂν ὁμολογήσαιμεν. εἰ μὲν οὖν βούλει, πυνθανόμενός τι **) παρ' ἐμοῦ κοινῇ μετ' ἐμοῦ σκόπει, εἰ δ' αὖ βούλει, ἀποκρινόμενος.

ΕΤ. Ἀλλὰ ἐθέλω, ὦ Σώκρατες, ἀποκρίνεσθαι ὅ τι ἂν βούλῃ.

ΣΩ. Φέρε δὴ σὺ πότερα νομίζεις τὰ δίκαια ἄδικα εἶναι καὶ τὰ ἄδικα δίκαια, ἢ τὰ μὲν δίκαια δίκαια, τὰ δὲ ἄδικα ἄδικα;

ΕΤ. Ἐγὼ μὲν τά τε δίκαια δίκαια καὶ τὰ ἄδικα ἄδικα.

ΣΩ. Οὐκοῦν * καὶ παρὰ πᾶσιν οὕτως ὡς ἐνθάδε 316
νομίζεται;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἐν Πέρσαις;

ΕΤ. Καὶ ἐν Πέρσαις.

ΣΩ. Ἀλλ' ἀεὶ δήπου;

ΕΤ. Ἀεί.

ΣΩ. Πότερον δὲ τὰ πλεῖον ***) ἕλκοντα βαρύτερα νομίζεται ἐνθάδε, τὰ δὲ ἔλαττον κουφότερα, ἢ τοὐναντίον;

ΕΤ. Οὔκ, ἀλλὰ τὰ πλεῖον ἕλκοντα βαρύτερα, τὰ δὲ ἔλαττον κουφότερα.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἐν Καρχηδόνι καὶ ἐν Λυκαίᾳ;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Τὰ μὲν καλά, ὡς ἔοικε, πανταχοῦ νομίζεται * καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ αἰσχρά, ἀλλ' οὐ τὰ αἰσχρὰ B
καλὰ οὐδὲ τὰ καλὰ αἰσχρά.

ΕΤ. Οὕτως.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὡς κατὰ πάντων εἰπεῖν, τὰ ὄντα νο-

---

*) γρ. Οὐδέν τι. **) γρ. πυθόμενός τι.
***) γρ. πλείονα.

Digitized by Google

neque nos eisdem semper legibus uti, neque ceteros inter se homines.

So. Non est mirum, vir optime, si tu quidem recte dicis, me autem hoc latet. verum quamdiu et tu ex tua sententia dicis quae tibi videntur longa oratione et ego rursus similiter, numquam, ut ego arbitror, consentiemus, sin vero communis proponatur quaestio, fortasse consentiamus. quodsi igitur vis, percontare aliquid ex me et communiter mecum exquire, sin mavis, mihi percontanti responde.

Am. Sane volo, Socrate, respondere quicquid vis.

So. Age dum, utrum putas iusta iniusta et iniusta iusta esse, an iusta quidem iusta, iniusta vero iniusta?

Am. Equidem iusta iusta et iniusta iniusta.

So. Nonne etiam apud omnes ita ut hic statuitur?

Am. Vero.

So. Etiam apud Persas?

Am. Etiam apud Persas.

So. An etiam semper?

Am. Semper.

So. Utrum quae plus ponderis habent graviora hic existimantur, quae minus, leviora, an contra?

Am. Non, sed quae plus ponderis habent graviora, quae minus, leviora.

So. Nonne etiam Carthagine et Lycaeae?

Am. Vero.

So. Ac pulchra quidem, ut patet, ubique existimantur pulchra et turpia turpia, non turpia pulchra nec pulchra turpia.

Am. Ita.

So. Nonne igitur, ut summatim dicamus, ea quae

μίζεται εἶναι; οὐ τὰ μὴ ὄντα, καὶ παρ' ἡμῖν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν;

ΕΤ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Ὃς ἂν ἄρα τοῦ ὄντος ἁμαρτάνῃ, *) τοῦ νομίμου ἁμαρτάνει.

ΕΤ. Οὕτω μέν, ὦ Σώκρατες, ὡς σὺ λέγεις, ταῦτα φαίνεται νόμιμα καὶ ἡμῖν ἀεὶ καὶ τοῖς ἄλλοις· ἐπειδὰν δ' ἐννοήσω ὅτι οὐδὲν παυόμεθα ἄνω * κάτω μετατιθέμενοι C
τοὺς νόμους, οὐ δύναμαι πεισθῆναι.

ΣΩ. Ἴσως γὰρ οὐκ ἐννοεῖς ταῦτα μεταπεττευόμενα ὅτι ταὐτά ἐστιν. ἀλλ' ὧδε μετ' ἐμοῦ αὐτὰ ἄθρει. ἤδη ποτὲ ἐνέτυχες ξυγγράμματι περὶ ὑγιείας τῶν καμνόντων;

ΕΤ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν τίνος τέχνης τοῦτό ἐστι τὸ σύγγραμμα;

ΕΤ. Οἶδα ὅτι ἰατρικῆς.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἰατροὺς καλεῖς τοὺς ἐπιστήμονας περὶ τούτων;

ΕΤ. Φημί.

ΣΩ. Πότερον οὖν οἱ ἐπιστήμονες * ταὐτὰ περὶ τῶν D
αὐτῶν νομίζουσιν, ἢ ἄλλοι ἄλλα;

ΕΤ. Ταὐτὰ ἔμοιγε δοκοῦσιν.

ΣΩ. Πότερον οἱ Ἕλληνες μόνοι τοῖς Ἕλλησιν, ἢ καὶ οἱ βάρβαροι αὑτοῖς τε καὶ τοῖς Ἕλλησι, περὶ ὧν ἂν εἰδῶσι, ταὐτὰ νομίζουσιν;

ΕΤ. Ταὐτὰ δήπου πολλὴ ἀνάγκη ἐστὶ τοὺς εἰδότας αὐτοὺς αὑτοῖς ξυννομίζειν καὶ Ἕλληνας καὶ βαρβάρους.

ΣΩ. Καλῶς γε ἀπεκρίνω. οὐκοῦν καὶ ἀεί;

ΕΤ. Ναὶ καὶ ἀεί.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ οἱ ἰατροὶ συγγράφουσι περὶ ὑγιείας
ἅπερ καὶ νομίζουσιν * εἶναι; E

ΕΤ. Τί μήν; **)

ΣΩ. Ἰατρικὰ ἄρα καὶ ἰατρικοὶ νόμοι ταῦτα τὰ συγγράμματά ἐστι τὰ τῶν ἰατρῶν.

ΕΤ. Ἰατρικὰ μέντοι.

---

*) γρ. ἁμάρτῃ. **) ἄλλ. Ναί.

sunt existimantur esse, non ea quae non sunt, tum apud nos tum apud reliquos omnes?

Am. Mihi ita videtur.

So. Qui ergo ab eo quod est aberrat, ab eo quod existimatur et legitimum est aberrat.

Am. Ita quidem, Socrate, ut tu ais, eadem videntur legitima et nobis semper et ceteris; quum vero cogito nos non desinere sursum deorsum leges transferre, non possum mihi persuadere.

So. Fortasse enim non intelligis haec dum transferantur eadem esse. sic mecum hoc specta: iamne incidisti aliquando in scriptionem aegrotorum sanationem tractantem?

Am. Vero.

So. Nosti igitur cuius artis haec sit scriptio?

Am. Novi, medicinae.

So. Ergo medicos vocas huius rei scientes?

Am. Aio.

So. Utrum igitur scientes eadem de eisdem statuunt, an alii alia?

Am. Eadem mihi videntur.

So. Utrum Graeci soli eadem quae Graeci, an etiam barbari eadem quae ipsi inter se et Graeci de his quae sciunt statuunt?

Am. Eadem sane et Graeci et barbari inter se de his quae sciunt censeant prorsus necesse est.

So. Praeclare respondisti. an etiam semper?

Am. Etiam semper.

So. Nonne medici quoque scribunt de sanitate ea quae etiam statuunt esse?

Am. Quidni?

So. Medica igitur et medicae leges sunt scripta medicorum.

Am. Medica vero.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ τὰ γεωργικὰ *) συγγράμματα γεωργικοὶ νόμοι εἰσίν;

ET. Ναί.

ΣΩ. Τίνων οὖν ἐστὶ τὰ περὶ κήπων ἐργασίας συγγράμματα καὶ νόμιμα;

ET. Κηπουρῶν.

ΣΩ. Κηπουρικοὶ ἄρα νόμοι ἡμῖν εἰσὶν οὗτοι.

ET. Ναί.

ΣΩ. Τῶν ἐπισταμένων κήπων ἄρχειν;

ET. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Ἐπίστανται δ' οἱ κηπουροί.

ET. Ναί.

ΣΩ. Τίνων δὲ τὰ περὶ ὄψου σκευασίας συγγράμματά τε καὶ νόμιμα;

ET. Μαγείρων.

ΣΩ. Μαγειρικοὶ ἄρα νόμοι εἰσίν.

ET. Μαγειρικοί.

ΣΩ. Τῶν ἐπισταμένων, ὡς ἔοικεν, ὄψου σκευασίας ἄρχειν.

ET. * Ναί. 317

ΣΩ. Ἐπίστανται δ', ὥς φασιν, οἱ μάγειροι.

ET. Ἐπίστανται γάρ.

ΣΩ. Εἶεν τίνων δὲ δὴ τὰ περὶ πόλεως διοικήσεως ξυγγράμματά τε καὶ νόμιμά ἐστιν; ἆρ' οὐ τῶν ἐπισταμένων πόλεων ἄρχειν;

ET. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Ἐπίστανται δὲ ἄλλοι τινὲς ἢ οἱ πολιτικοί τε καὶ οἱ βασιλικοί;

ET. Οὗτοι μὲν οὖν.

ΣΩ. Πολιτικὰ ἄρα ταῦτα συγγράμματά ἐστιν, οὓς **) οἱ ἄνθρωποι νόμους καλοῦσι, βασιλέων τε καὶ ἀνδρῶν ἀγαθῶν συγγράμματα.

ET. * Ἀληθῆ λέγεις. B

---

*) γρ. τὰ γεωμετρικὰ συγγράμματα γεωμετρικοί.

**) γρ. ἅ.

So. Nonne etiam agricolaria scripta agricolares sunt leges?

Am. Etiam.

So. Quorum igitur sunt scripta et leges de cultu hortorum?

Am. Horti cultorum.

So. Hortulanae igitur leges nobis hae sunt?

Am. Sunt.

So. Eorum qui hortis praeesse sciunt?

Am. Quidni?

So. Sciunt autem hortulani?

Am. Etiam.

So. Quorum vero sunt scripta et leges de opsoniis condiendis?

Am. Coquorum.

So. Coquinariae ergo leges sunt.

Am. Coquinariae.

So. Eorum, ut patet, qui opsoniis condiendis praeesse sciunt.

Am. Etiam.

So. Scire autem dicuntur coqui.

Am. Ita.

So. Iam vero quorum sunt scripta et leges de civitate gubernanda? nonne eorum qui civitatibus praeesse sciunt?

Am. Mihi quidem videtur.

So. An sciunt alii quidam praeter viros civiles ac regios?

Am. Hi sane.

So. Civilia igitur haec scripta sunt, quas homines leges vocant, regum et bonorum virorum scripta.

Am. Vera dicis.

ΣΩ. Ἄλλα τι οὖν οἵ γε ἐπιστάμενοι οὐκ ἄλλοτε ἄλλα συγγράψουσι *) περὶ τῶν αὐτῶν;

ΕΤ. Οὔ.

ΣΩ. Οὐδὲ μεταθήσονται ποτε περὶ τῶν αὐτῶν ἕτερα καὶ ἕτερα νόμιμα;

ΕΤ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἐὰν οὖν ὁρῶμέν τινας ὁπουοῦν τοῦτο ποιοῦντας, πότερα φήσομεν ἐπιστήμονας εἶναι, ἢ ἀνεπιστήμονας τοὺς τοῦτο ποιοῦντας;

ΕΤ. Ἀνεπιστήμονας.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὃ μὲν ἂν ὀρθὸν ᾖ νόμιμον αὐτὸ φήσομεν ἑκάστῳ εἶναι, ἢ τὸ ἰατρικὸν ἢ τὸ μαγειρικὸν ἢ τὸ κηπουρικόν;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. * Ὃ δ᾽ ἂν μὴ ὀρθὸν ᾖ, οὐκέτι φήσομεν τοῦτο νόμιμον εἶναι; C

ΕΤ. Οὐκέτι.

ΣΩ. Ἄνομον ἄρα γίγνεται.

ΕΤ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἐν τοῖς συγγράμμασι τοῖς περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ ὅλως περὶ πόλεως διακοσμήσεώς τε καὶ περὶ τοῦ ὡς χρὴ πόλιν διοικεῖν, τὸ μὲν ὀρθὸν νόμος ἐστὶ βασιλικός, τὸ δὲ μὴ ὀρθὸν οὔ, ὃ δοκεῖ νόμος εἶναι τοῖς μὴ εἰδόσιν· ἔστι γὰρ ἄνομον.

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Ὀρθῶς ἄρα ὡμολογήσαμεν νόμον εἶναι * τοῦ ὄντος εὕρεσιν. D

ΕΤ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ἔτι δὲ καὶ τόδε ἐν αὐτῷ θεασώμεθα· τίς ἐπιστήμων διανεῖμαι ἐπὶ γῇ τὰ σπέρματα;

ΕΤ. Γεωργός.

ΣΩ. Οὗτος δὲ τὰ ἄξια σπέρματα ἑκάστῃ γῇ διανέμει.

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Ὁ γεωργὸς ἄρα νομεὺς ἀγαθὸς τούτων, καὶ οἱ τούτου νόμοι καὶ διανομαὶ ἐπὶ ταῦτα ὀρθαί εἰσιν.

*) γρ. συγγράφουσι.

So. Nonne scientes non alias alia de eisdem scribent?

Am. Non.

So. Neque ponent umquam de eisdem alias atque alias leges?

Am. Minime vero.

So. Sicubi igitur aliquos hoc facientes viderimus, utrum scientes dicemus esse, an inscios qui hoc committant?

Am. Inscios.

So. Nonne etiam quod rectum est, id legitimum dicemus cuique esse, sive medicum sive coquinarium sive hortulanum?

Am. Etiam.

So. Quod vero non est rectum, hoc iam non esse legitimum dicemus?

Am. Non.

So. A lege igitur aversum est.

Am. Necesse est.

So. Itaque etiam in scriptis de iustis et iniustis et in universum de civitatis gubernatione et de ratione qua res publica administranda est rectum quidem lex est regia, non rectum vero non est lex, licet videatur lex esse insciis; est enim contra legem.

Am. Vero.

So. Recte ergo consensimus legem esse eius quod esset inventionem.

Am. Patet.

So. Praeterea hoc quoque in eo spectemus: quis est peritus seminum in terram distribuendorum?

Am. Agricola.

So. Hic vero convenientia in quamque terram semina distribuit.

Am. Etiam.

So. Agricola ergo bonus horum distributor est, huiusque leges ac distributiones ad haec rectae sunt.

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Τίς δὲ κρουμάτων ἐπὶ τὰ μέλη ἀγαθὸς νομεύς, καὶ τὰ ἄξια νεῖμαι; *) καὶ οἱ τίνος νόμοι ὀρθοί εἰσιν;

ΕΤ. Οἱ τοῦ * αὐλητοῦ καὶ οἱ τοῦ κιθαριστοῦ. E

ΣΩ. Ὁ νομικώτατος ἄρα ἐν τούτοις, οὗτος αὐλητικώτατος.

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Τίς δὲ τὴν τροφὴν ἐπὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα διανεῖμαι ἄριστος; οὐχ ὅςπερ τὴν ἀξίαν;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Αἱ τούτου ἄρα διανομαὶ καὶ οἱ νόμοι βέλτιστοι καὶ ὅςτις περὶ ταῦτα νομικώτατος, καὶ νομεὺς ἄριστος.

ΕΤ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τίς οὗτος;

ΕΤ. Παιδοτρίβης.

ΣΩ. Οὗτος τὴν * ἀνθρωπείαν ἀγέλην τοῦ σώματος νέμειν κράτιστος. 318

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Τίς δὲ τὴν τῶν προβάτων ἀγέλην κράτιστος νέμειν; τί ὄνομα αὐτῷ;

ΕΤ. Ποιμήν.

ΣΩ. Οἱ τοῦ ποιμένος ἄρα νόμοι ἄριστοι τοῖς προβάτοις.

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Οἱ δὲ τοῦ βουκόλου τοῖς βουσίν.

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Οἱ δὲ τοῦ τίνος **) νόμοι ἄριστοι ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων; οὐχ οἱ τοῦ βασιλέως; φαθί. ***)

ΕΤ. Φημὶ δή.

ΣΩ. Καλῶς * τοίνυν λέγεις. ἔχοις ἂν οὖν εἰπεῖν, B τίς τῶν παλαιῶν ἀγαθὸς γέγονεν ἐν τοῖς αὐλητικοῖς νόμοις νομοθέτης; ἴσως οὐκ ἐννοεῖς, ἀλλ᾽ ἐγὼ βούλει σε ὑπομνήσω;

ΕΤ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἆρ᾽ οὖν ὁ Μαρσύας λέγεται καὶ τὰ παιδικὰ αὐτοῦ Ὄλυμπος ὁ Φρύξ;

*) ἀλλ. νέμει. **) ἴσ. Οἱ δὲ τίνος. ***) γρ. φᾶθι.

Am. Vero.

So. Quis autem pulsuum ad cantilenas bonus distributor est et convenientes distribuit? et cuius leges rectae sunt?

Am. Tibicinis et citharistae.

So. Qui ergo in his maxime legitimus est, hic maximus tibicen.

Am. Ita.

So. Quis vero ad alimenta in hominum corpora distribuenda optimus est? nonne qui convenientia distribuit?

Am. Etiam.

So. Huius igitur distributiones ac leges optimae sunt, et qui in his maxime legitimus, is etiam distributor optimus est.

Am. Sane quidem.

So. Quis iste?

Am. Palaestrae magister.

So. Hic ad humanum corporis gregem pascendum optimus est.

Am. Ita.

So. Quis vero ad pecudum gregem optimus est pascendum? quodnam ei nomen?

Am. Pastor.

So. Pastoris igitur leges optimae sunt pecudibus.

Am. Etiam.

So. Et bubulci bobus.

Am. Vero.

So. Cuius autem leges optimae sunt animis hominum? nonne regis? dic.

Am. Aio.

So. Bene narras. poterisne igitur dicere quis veterum bonus fuerit legis lator in legibus ad tibiae cantum spectantibus? fortasse non tenes, verum ego visne te admoneam?

Am. Sane quidem.

ΕΤ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τούτων δὴ καὶ τὰ αὐλήματα θειότατά ἐστι, καὶ μόνα κινεῖ καὶ ἐκφαίνει *) τοὺς τῶν θεῶν ἐν χρείᾳ ὄντας· καὶ ἔτι καὶ νῦν μόνα λοιπά, ὡς θεῖα ὄντα.

ΕΤ. Ἔστι ταῦτα. C

ΣΩ. Τίς δὲ λέγεται τῶν παλαιῶν βασιλέων ἀγαθὸς νομοθέτης γεγονέναι, οὗ ἔτι καὶ νῦν τὰ νόμιμα μένει, ὡς θεῖα ὄντα;

ΕΤ. Οὐκ ἐννοῶ.

ΣΩ. Οὐκ οἶσθα τίνες παλαιοτάτοις νόμοις χρῶνται τῶν Ἑλλήνων;

ΕΤ. Ἆρα Λακεδαιμονίους λέγεις καὶ Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην;

ΣΩ. Ἀλλὰ ταῦτά γε οὐδέπω ἴσως ἔτη τριακόσια ἢ ὀλίγῳ τούτων πλείω. ἀλλὰ τούτων τῶν νομίμων τὰ βέλτιστα πόθεν * ἥκει; οἶσθα; D

ΕΤ. Φασί γ' ἐκ Κρήτης.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὗτοι παλαιοτάτοις νόμοις χρῶνται τῶν Ἑλλήνων;

ΕΤ. Ναί.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν τίνες τούτων ἀγαθοὶ βασιλεῖς ἦσαν;**) Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς, οἱ Διὸς καὶ Εὐρώπης παῖδες, ὧν οἵδε εἰσὶν οἱ νόμοι.

ΕΤ. Ῥαδάμανθύν γέ φασιν, ὦ Σώκρατες, δίκαιον ἄνδρα, τὸν δὲ Μίνων ἄγριόν τινα καὶ χαλεπὸν καὶ ἄδικον.

ΣΩ. Ἀττικόν, ὦ βέλτιστε, λέγεις * μῦθον καὶ τραγικόν. E

ΕΤ. Τί δαί; οὐ ταῦτα ***) λέγεται περὶ Μίνω;

ΣΩ. Οὔκουν ὑπό γε Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου· καίτοι γε πιθανώτεροί εἰσιν ἢ σύμπαντες οἱ τραγῳδοποιοί, ὧν σὺ ἀκούων ταῦτα λέγεις.

ΕΤ. Ἀλλὰ τί μὴν οὗτοι περὶ Μίνω λέγουσιν;

ΣΩ. Ἐγώ δή σοι ἐρῶ, ἵνα μὴ καὶ σύ, ὥσπερ οἱ πολλοί, ἀσεβῇς· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅ τι τούτου ἀσεβέστερόν ἐστιν

*) γρ. ἐμφαίνει. **) ἴσ. ἦσαν; ΕΤ. Οὔ. ΣΩ. Μίνως κτλ.
***) γρ. Οὐ ταῦτα δέ τι (ἄλλ. δ' ἔτι).

So. Nonne Marsyas dicitur et deliciae eius Olympus Phryx?

Am. Vera loqueris.

So. Horum videlicet etiam modi divinissimi sunt, et soli concitant et patefaciunt deorum indigentes; et nunc quoque soli sunt reliqui, quippe divini.

Am. Sunt ista.

So. Quis vero dicitur ex priscis regibus bonus legis lator fuisse, cuius nunc adhuc leges durant, quippe divinae?

Am. Non teneo.

So. An nescis quinam antiquissimis legibus utantur Graecorum?

Am. Num Lacedaemonios dicis et Lycurgum legis latorem?

So. At hae nondum fortasse annorum sunt trecentorum vel paullo plurium. sed harum legum optimae unde venerunt? nosti?

Am. Dicunt ex Creta.

So. Nonne hi antiquissimis legibus utuntur ex Graecis?

Am. Etiam.

So. Scin' qui horum boni reges fuerint?

Am. Non.

So. Minos et Rhadamanthus, Iovis et Europae filii, quorum hae sunt leges.

Am. Rhadamanthum quidem dicunt, Socrate, iustum fuisse virum, Minoem vero agrestem quendam et difficilem et iniustum.

So. Atticam, vir optime, memoras fabulam et tragicam.

Am. Quid ais? nonne haec traduntur de Minoe?

So. Haudquaquam ab Homero et Hesiodo; quamquam maiorem habent fidem quam cuncti tragici, ex quibus audisti haec quae dicis.

Am. Quid tandem hi de Minoe referunt?

οὐδ' ὅ τι χρὴ μᾶλλον εὐλαβεῖσθαι, πλὴν εἰς θεοὺς καὶ λό-
γῳ καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν· δεύτερον δὲ εἰς τοὺς θείους ἀν-
θρώπους. ἀλλὰ πάνυ πολλὴν χρὴ προμήθειαν ποιεῖσθαι
ἀεί, ὅταν μέλλῃς ἄνδρα ψέξειν ἢ * ἐπαινέσεσθαι, *) μὴ 319
οὐκ ὀρθῶς εἴπῃς. τούτου καὶ ἕνεκα χρὴ μανθάνειν διαγι-
γνώσκειν χρηστοὺς καὶ πονηροὺς ἄνδρας· νεμεσᾷ γὰρ ὁ
θεὸς ὅταν τις ψέγῃ τὸν ἑαυτῷ ὅμοιον ἢ ἐπαινῇ τὸν ἑαυτῷ
ἐναντίως ἔχοντα· ἔστι δ' οὗτος ὁ ἀγαθός. μὴ γάρ τοι οἴου
λίθους μὲν εἶναι ἱεροὺς καὶ ξύλα καὶ ὄρνεα καὶ ὄφεις, ἀν-
θρώπους δὲ μή· ἀλλὰ πάντων τούτων ἱερώτατόν ἐστιν
ἄνθρωπος ὁ ἀγαθός, καὶ μιαρώτατον ὁ πονηρός. ἤδη οὖν
καὶ περὶ Μίνω, ὡς **) αὐτὸν Ὅμηρός τε καὶ Ἡσίοδος B
* ἐγκωμιάζουσι, τούτου ἕνεκα φράσω, ἵνα μὴ ἄνθρωπος
ὢν ἀνθρώπου εἰς ἥρω Διὸς υἱὸν λόγῳ ἐξαμαρτάνῃς. Ὅμη-
ρος γὰρ περὶ Κρήτης λέγων, ὅτι πολλοὶ ἄνθρωποι ἐν αὐτῇ
εἰσὶ καὶ ἐνενήκοντα πόληες,

Τῇσι ***) δέ, φησίν, ἔνι Κνωσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

ἔστιν οὖν τοῦτο Ὁμήρου ἐγκώμιον εἰς Μίνων †) * διὰ C
βραχέων εἰρημένον, οἷον οὐδ' εἰς ἕνα τῶν ἡρώων ἐποίησεν
Ὅμηρος. ὅτι μὲν γὰρ ὁ Ζεὺς σοφιστής ἐστι καὶ ἡ τέχνη
αὕτη παγκάλη ἐστί, πολλαχοῦ καὶ ἄλλοθι δηλοῖ, ἀτὰρ καὶ
ἐνταῦθα. λέγει γὰρ τὸν Μίνων συγγίγνεσθαι ἐνάτῳ ἔτει
τῷ Διὶ ἐν λόγοις καὶ φοιτᾶν παιδευθησόμενον ὡς ὑπὸ
σοφιστοῦ ὄντος τοῦ Διός. ὅτι οὖν τοῦτο τὸ γέρας οὐκ
ἔστιν ὅτῳ ἀπένειμεν Ὅμηρος τῶν ἡρώων, ὑπὸ Διὸς πε-
παιδεῦσθαι, ἄλλῳ ἢ Μίνῳ, ††) τοῦτ' ἔστιν ἔπαινος θαυ-
μαστός. * καὶ Ὀδυσσείας ἐν Νεκυίᾳ δικάζοντα χρυσοῦν D
σκῆπτρον ἔχοντα πεποίηκε τὸν Μίνων, οὐ τὸν Ῥαδάμαν-
θυν· Ῥαδάμανθυν δὲ οὔτ' ἐνταῦθα δικάζοντα πεποίηκεν
οὔτε συγγιγνόμενον τῷ Διὶ οὐδαμοῦ. διὰ ταῦτά φημ' ἐγὼ
Μίνων ἁπάντων μάλιστα ὑπὸ Ὁμήρου ἐγκεκωμιάσθαι·
τὸ γὰρ Διὸς ὄντα παῖδα μόνον ὑπὸ Διὸς πεπαιδεῦσθαι

*) γρ. ἐπαινέσαι. **) γρ. Μίνωός. ***) γρ. Τοῖσι.
†) γρ. Μίνω. ††) γρ. ἄλλῳ ἢ μόνῳ.

So. Ego tibi dicam, ne tu, quemadmodum plerique, impie facias; neque est enim quicquam magis impium et a quo magis caveri oporteat, quam in deos et verbis et re peccare, deinde in divinos homines. immo permagna semper adhibenda cautio est; si virum volueris vituperare aut laudare, ne non recte dicas. quocirca etiam discendum est discernere bonos viros a malis; indignatur enim deus, si quis ipsius similem vituperat aut laudat ipsius contrarium; est autem ille bonus. noli enim putare lapides quidem sacros esse et ligna et aves et serpentes, homines vero non esse; immo sanctissima omnium harum rerum est homo bonus, et scelestissima res malus. iam igitur etiam de Minoe, quomodo eum Homerus et Hesiodus laudent, hanc ob causam tibi memorabo, ut ne tu, qui homo sis ex homine natus, in heroa Iovis filium verbis pecces. etenim Homerus de Creta loquens et multos ibi esse homines et nonaginta civitates memorans *In his*, ait, *Cnosus magna urbs, ubi Minos rex fuit, qui nono quoque anno cum Iove magno congrediebatur.* est igitur haec Homeri laudatio Minois brevi expressa, qualem in nullum heroum fecit Homerus. etenim Iovem sophisten et artem hanc oppido pulchram esse quum multis aliis locis declarat, tum vero etiam hoc. dicit enim Minoëm nono quoque anno sermones cum Iove contulisse et ventitasse ut a Iove, quippe sophiste, erudiretur. quod igitur hunc honorem institutionis a Iove perceptae nulli heroum Homerus attribuit praeter Minoëm, haec est laus admiranda. et in Odysseae Necyia Minoëm iudicem aureum sceptrum tenentem fecit, non Rhadamanthum, quem neque hic iudicium exercentem neque usquam alibi cum Iove congredientem fecit. quocirca affirmo Minoëm omnium maxime ab Homero laudari. nam hoc quod Iovis filius solusque a Iove institutus dicitur, laus est quam

οὐκ ἔχει ὑπερβολὴν ἐπαίνου. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ
ἔπος τὸ

Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής,

* συνουσιαστὴν τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Μίνων· οἱ γὰρ ὄαροι E
λόγοι εἰσί, καὶ ὀαριστὴς συνουσιαστής ἐστιν ἐν λόγοις.
ἐφοίτα οὖν δι' ἐνάτου ἔτους εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μί-
νως, τὰ μὲν μαθησόμενος, τὰ δὲ ἀποδειξόμενος, ἃ τῇ
προτέρᾳ ἐννεετηρίδι μεμαθήκει παρὰ τοῦ Διός. *) Εἰσὶ
δὲ οἳ ὑπολαμβάνουσι τὸν ὀαριστὴν συμπότην καὶ συμ-
παιστὴν εἶναι τοῦ Διός· ἀλλὰ τῷδε ἄν τις τεκμηρίῳ
χρῷτο ὅτι οὐδὲν λέγουσιν οἱ οὕτως * ὑπολαμβάνοντες· πολ- 320
λῶν γὰρ ὄντων ἀνθρώπων καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων,
οὐκ ἔστιν οἵτινες ἀπέχονται συμποσίων καὶ ταύτης τῆς
παιδιᾶς οὗ ἔστιν οἶνος, ἄλλοι ἢ Κρῆτες καὶ Λακεδαιμό-
νιοι δεύτεροι, μαθόντες παρὰ Κρητῶν. ἐν Κρήτῃ δὲ εἷς
οὗτός ἐστι τῶν ἄλλων νόμων οὓς Μίνως ἔθηκε, μὴ συμ-
πίνειν ἀλλήλοις εἰς μέθην. καίτοι δῆλον ὅτι ἃ ἐνόμιζε
καλὰ εἶναι, ταῦτα νόμιμα ἔθηκε καὶ τοῖς αὑτοῦ πολίταις·
οὐ γάρ που, ὥσπερ γε φαῦλος * ἄνθρωπος, ὁ Μίνως ἐνό- B
μιζε μὲν ἕτερα, ἐποίει δὲ ἄλλα παρ' ἃ ἐνόμιζεν· ἀλλ' ἦν
αὕτη ἡ συνουσία, ὥσπερ λέγω, διὰ λόγων ἐπὶ παιδείᾳ εἰς
ἀρετήν. ὅθεν δὴ καὶ τοὺς νόμους τούτους ἔθηκε τοῖς
αὑτοῦ πολίταις, δι' οὓς ἥ τε Κρήτη τὸν πάντα χρόνον
εὐδαιμονεῖ καὶ Λακεδαίμων, ἀφ' οὗ ἤρξατο τούτοις χρῆ-
σθαι, ἅτε θείοις οὖσι. Ῥαδάμανθυς δὲ ἀγαθὸς μὲν ἦν
ἀνήρ· ἐπεπαίδευτο γὰρ ὑπὸ τοῦ Μίνω· ἐπεπαίδευτο
μέντοι οὐχ ὅλην τὴν * βασιλικὴν τέχνην, ἀλλ' ὑπηρεσίαν C
τῇ βασιλικῇ, ὅσον ἐπιστατεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις· ὅθεν
καὶ δικαστὴς ἀγαθὸς ἐλέχθη εἶναι. νομοφύλακι γὰρ αὐτῷ
ἐχρῆτο ὁ Μίνως κατὰ τὸ ἄστυ, τὰ δὲ κατὰ τὴν ἄλλην Κρή-
την τῷ Τάλῳ· ὁ γὰρ Τάλως τρὶς περιήει τοῦ ἐνιαυτοῦ
κατὰ τὰς κώμας, φυλάττων τοὺς νόμους ἐν αὐταῖς, ἐν χαλ-
κοῖς γραμματείοις ἔχων γεγραμμένους τοὺς νόμους, ὅθεν
χαλκοῦς ἐκλήθη. Εἴρηκε δὲ καὶ Ἡσίοδος ἀδελφὰ τούτων

*) γρ. ἐνναετηρίδι παρὰ τοῦ Διός. Ισ. ἀποδειξόμενος διαπεπρᾶχθαι, ἃ κτλ.

alia nulla exsuperat. hoc videlicet significat versus; *Novo anno fuit hic congressus cum Iove magno*, sermonem cum Iove contulisse Minoëm; congressus enim sunt sermones, et congreditur is qui cum quopiam sermonem confert. nono igitur quoque anno ad Iovis antrum ventitavit Minos partim ut disceret, partim ut indicaret peracta esse quae ante novem annos a Iove didicisset. Sunt quidem qui opinentur eum congressum esse cum Iove potandi et colludendi causa; at nihil istos dicere ex hoc argumento colligere quis poterit; ex multis enim qui sunt hominibus tam graecis quam barbaris non sunt alii qui a compotationibus et eo lusu in quo vinum est sese abstineant, nisi Cretes et Lacedaemonii post illos, ut qui a Cretibus didicerint. in Creta vero una haec est ex reliquis quas Minos tulit legibus, ne homines combibant inter se usque ad ebrietatem. patet autem ipsum ea, quae pulchra duxisset, lege etiam sanxisse in cives suos; neque enim, ut pravus homo, Minos alia legitima statuit, alia vero fecit quam quae statuerat; sed erat, ut dixi, congressus ille colloquium de institutione et virtute. quo quidem etiam factum est ut has leges civibus suis tulerit, per quas et Creta omni tempore beata est et Lacedaemon, ex quo his uti coepit, quippe divinis. Rhadamanthus vero bonus quidem vir fuit (institutus enim erat a Minoe), neque tamen ad totam regiam artem institutus erat, sed ad ministeria regiae facienda, ut iudiciis praeesse posset; unde etiam iudex praestans dictus est. Minos enim eo utebatur in urbe ut legum custode, in reliqua vero Creta Taloe; Talos enim ter quotannis vicos lustravit custodiens in eis leges, quas in aereis tabulis incisas habebat, unde aereus appellatus est. Dixit vero etiam Hesiodus similia his in Minoe. nominis enim eius mentionem faciens dicit *qui maxime regius fuit e mortalibus regibus et plurimis*

εἰς τὸν Μίνω. μνησθεὶς * γὰρ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος φησὶν D
ὃς βασιλεύτατος γένετο*) θνητῶν βασιλήων,

Καὶ πλείστων ἤνασσε περικτιόνων ἀνθρώπων,

Ζηνὸς ἔχων σκῆπτρον· τῷ καὶ πολέων βασίλευε.

καὶ οὗτος λέγει τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν παιδείαν τὴν τοῦ Διός, ᾗ εὔθυνε τὴν Κρήτην.

ΕΤ. Διὰ τί οὖν ποτέ, ὦ Σώκρατες, αὕτη ἡ φήμη κατεσκίδασται τοῦ Μίνω * ὡς ἀπαιδεύτου τινὸς καὶ χαλε- E
ποῦ ὄντος;

ΣΩ. Δι' ὃ **) καὶ σύ, ὦ βέλτιστε, ἐὰν σωφρονῇς, εὐλαβήσει,***) καὶ ἄλλος πᾶς ἀνὴρ ὅτῳ μέλει τοῦ εὐδόκιμον εἶναι, μηδέποτε ἀπεχθάνεσθαι ἀνδρὶ ποιητικῷ μηδενί. οἱ γὰρ ποιηταὶ μέγα δύνανται εἰς δόξαν, ἐφ' ὁπότερ' ἂν ποιῶσιν εἰς τοὺς ἀνθρώπους, εὐλογοῦντες ἢ κατηγοροῦντες. ὃ δὴ καὶ ἐξήμαρτεν ὁ Μίνως, πολεμήσας τῇδε τῇ πόλει, ἐν ᾗ ἄλλη τε πολλὴ σοφία ἐστὶ καὶ ποιηταὶ παντοδαποὶ τῆς τε ἄλλης ποιήσεως καὶ τραγῳδίας. ἡ δὲ τραγῳδία ἐστὶ πα-
λαιὸν ἐνθάδε, * οὐχ, ὡς οἴονται, ἀπὸ Θέσπιδος ἀρξαμένη 321
οὐδ' ἀπὸ Φρυνίχου, ἀλλ' εἰ θέλεις ἐννοῆσαι, πάνυ παλαιὸν αὐτὸ εὑρήσεις ὂν τῆσδε τῆς πόλεως εὕρημα. ἔστι δε τῆς ποιήσεως δημοτερπέστατόν τε καὶ ψυχαγωγικώτατον ἡ τραγῳδία· ἐν ᾗ δὴ καὶ ἐντείνοντες ἡμεῖς τὸν Μίνων τιμωρούμεθα ἀνθ' ὧν ἡμᾶς ἠνάγκασε τοὺς δασμοὺς τελεῖν ἐκείνους. τοῦτο οὖν ἐξήμαρτεν ὁ Μίνως, ἀπεχθόμενος ἡμῖν· ὅθεν δή, ὃ σὺ ἐρω-
τᾷς, κακοδοξότερος γέγονεν, ἐπεὶ ὅτι γε ἀγαθὸς ἦν καὶ * νό- B
μιμος, ὅπερ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγομεν, νομεὺς ἀγαθός, τοῦτο μέγιστον σημεῖον, ὅτι ἀκίνητοι αὐτοῦ οἱ νόμοι εἰσίν, ἅτε τοῦ ὄντος περὶ πόλεως οἰκήσεως ἐξευρόντος εὖ τὴν ἀλήθειαν.

ΕΤ. Δοκεῖς μοι, ὦ Σώκρατες, εἰκότα τὸν λόγον εἰρηκέναι.

ΣΩ. Οὐκοῦν, εἰ ἐγὼ ἀληθῆ λέγω, δοκοῦσί σοι παλαιοτάτοις Κρῆτες οἱ Μίνωος καὶ Ῥαδαμάνθυος πολῖται νόμοις χρῆσθαι;

---

*) γρ. ὡς—γένοιτο. **) γρ. Διό.
***) γρ. εὐλαβὴς εἴης. ἄλλ. εὐλαβήσῃ.

imperavit vicinis hominibus, Iovis tenens sceptrum, quo etiam civitates rexit. hic quoque Iovis sceptrum nihil aliud dicit nisi Iovis institutionem qua moderatus sit Cretam.

Am. Cur igitur tandem, Socrate, haec fama percrebuit Minoëm ineruditum quendam et difficilem fuisse?

So. Ob quam causam et tu, vir optime, si sapis, et quivis alius qui nominis claritatis est appetens, cavebitis ne umquam in hominis poëtici odium incurratis. poëtae enim multum valent ad famam alicui conficiendam, in utramcumque partem de hominibus canunt, laudantes aut vituperantes. in quo quidem etiam peccavit Minos, quum bellum huic civitati intulerit, in qua tum alia multa sapientia est, tum poëtae varii generis versantur, praesertim tragici. tragoedia est autem antiqua hic, non, ut putant, a Thespide exorta neque a Phrynicho, sed, si rem vis perscrutari, invenies eam antiquum huius civitatis inventum esse. est vero genus poësis tragoedia id quod maxime populum oblectat animosque allicit; in qua quidem nos etiam Minoëm inducentes ulciscimur, quod nos tributa illa pendere coëgit. in hoc igitur peccavit Minos, quod nos sibi infensos reddidit; unde videlicet, id quod tu interrogas, malam sibi famam contraxit. quamquam bonum eum fuisse atque legitimum, bonum videlicet, id quod supra diximus, distributorem, maximo argumento hoc est, quod immotae stant eius leges, quippe qui veram civitatis gubernationem probe invenerit.

Am. Videris mihi, Socrate, veri similem protulisse orationem.

So. Nonne igitur, si vera dico, videntur tibi antiquissimis Cretes, Minois et Rhadamanthi cives, legibus uti?

ΕΤ. Φαίνονται.

ΣΩ. Οὗτοι ἄρα τῶν παλαιῶν ἄριστοι νομοθέται γεγόνασι, νομεῖς τε καὶ ποιμένες ἀνδρῶν, ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἔφη ποιμένα λαῶν εἶναι τὸν ἀγαθὸν στρατηγόν. C

ΕΤ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Φέρε δὴ πρὸς Διὸς φιλίου, εἴ τις ἡμᾶς ἔροιτο,* τῷ σώματι ἀγαθὸς νομοθέτης τε καὶ νομεὺς τί ἐστι ταῦτα ἃ διανέμων ἐπὶ τὸ σῶμα βέλτιον αὐτὸ ποιεῖ; εἴποιμεν ἂν καλῶς τε καὶ διὰ βραχέων ἀποκρινόμενοι, ὅτι Τροφήν τε καὶ πόνους, τῇ μὲν αὔξων, τοῖς δὲ γυμνάζων καὶ συνιστὰς τὸ σῶμα αὐτό **)

ΕΤ. Ὀρθῶς γε.

ΣΩ. Εἰ οὖν δὴ μετὰ τοῦτο ἔροιτο ἡμᾶς· Τί δὲ δή D ποτε ἐκεῖνά ἐστιν, ἃ ὁ ἀγαθὸς νομοθέτης καὶ νομεὺς διανέμων ἐπὶ τὴν ψυχὴν βελτίω αὐτὴν ποιεῖ; τί ἂν ἀποκρινάμενοι οὐκ ἂν αἰσχυνθεῖμεν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῆς ἡλικίας αὐτῶν;

ΕΤ. Οὐκέτι τοῦτ' ἔχω εἰπεῖν.

ΣΩ. Ἀλλὰ μέντοι αἰσχρόν γε τῇ ψυχῇ ἡμῶν ἐστιν ἑκατέρου, τὰ μὲν ἐν αὐταῖς φαίνεσθαι μὴ εἰδυίας, ἐν οἷς αὐταῖς ἔνεστι καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ φλαῦρον, τὰ δὲ τοῦ σώματος καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἐσκέφθαι.

---

*) ἴσ. Ὁ τῷ. **) ἴσ. συνιστὰς αὐτό.

Digitized by Google

Am. Patet.

So. Hi ergo e veteribus optimi legis latores fuerunt, distributores et pastores virorum, sicut Homerus quoque dixit pastorem populorum esse bonum exercitus ducem.

Am. Sane quidem.

So. Age igitur per Iovem amicitiae praesidem, si quis nos interrogaret: Corporis bonus legis lator ac distributor quaenam sunt quae in corpus distribuit ut melius id efficiat? diceremus bene ac brevi respondentes: Alimentum et labores, illo augens et his exercens ac roborans.

Am. Et recte quidem.

So. Si igitur post hoc quaereret ex nobis Quidnam vero illud est quod bonus legis lator et distributor in animum distribuit ut meliorem hunc efficiat? quid responderemus, ut nec nostri nec aetatis nostrae nos puderet?

Am. Iam dicere hoc nequeo.

So. At vero turpe est utriusque nostrum animo, si ea, per quae et bonum et pravum ei inest, ignorans reperitur, quae vero ad corpus ceterasque res spectant, ea habet explorata.

Google

Α Ξ Ι Ο Χ Ο Σ.

AXIOCHUS.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ. ΚΛΕΙΝΙΑΣ. ΑΞΙΟΧΟΣ.

Ἐξιόντι μοι ἐς Κυνόσαργες καὶ γενομένῳ μοι κατὰ τὸν 36
Ἰλισσὸν διῇξε φωνὴ βοῶντός του, Σώκρατες, Σώκρατες!
ὡς δὲ ἐπιστραφεὶς περιεσκόπουν ὁπόθεν εἴη, Κλεινίαν ὁρῶ
τὸν Ἀξιόχου θέοντα ἐπὶ Καλλιρόην μετὰ Δάμωνος τοῦ
μουσικοῦ καὶ Χαρμίδου τοῦ Γλαύκωνος· ἤστην δὲ αὐτῷ *)
ὁ μὲν διδάσκαλος τῶν κατὰ μουσικήν, ὁ δ' ἐξ ἑταιρείας
ἐραστὴς* ἅμα καὶ ἐρώμενος. ἐδόκει οὖν μοι ἀφεμένῳ τῆς B
εὐθὺ ὁδοῦ ἀπαντᾶν αὐτοῖς, ὅπως ῥᾷστα ὁμοῦ γενοίμεθα.
δεδακρυμένος δὲ ὁ Κλεινίας, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, νῦν ὁ
καιρὸς ἐνδείξασθαι τὴν ἀεὶ θρυλλουμένην πρὸς σοῦ σοφίαν·
ὁ γὰρ πατὴρ ἔκ τινος ὥρας αἰφνιδίου ἀδυνάτως ἔχει καὶ
πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου ἐστίν, ἀνιαρῶς τε φέρει τὴν τε-
λευτήν, καίτοι γε τὸν πρόσθεν χρόνον διαχλευάζων τοὺς
μορμολυττομένους τὸν θάνατον καὶ πράως * ἐπιτωθάζων. C
ἀφικόμενος οὖν παρηγόρησον αὐτὸς ὡς εἴωθας, ὅπως
ἀστενακτὶ ἐς τὸ χρεὼν ἴῃ, κἀμοὶ σὺν τοῖς λοιποῖς ἵνα καὶ
τοῦτο εὐσεβηθῇ. Ἀλλ' οὐκ ἀτυχήσεις μου, ὦ Κλεινία,
οὐδενὸς τῶν μετρίων, καὶ ταῦτα ἐφ' ὅσια παρακαλῶν.
ἐπειγώμεθα οὖν· εἰ γὰρ οὕτως ἔχει, ὠκύτητος δεῖ.

ΚΛ. Ὀφθέντος σου μόνον, ὦ Σώκρατες, ῥαΐσει·
καὶ γὰρ ἤδη πολλάκις αὐτῷ γέγονε συμπτώματος ἀνα-
σφῆλαι.

Ὡς δὲ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ᾔειμεν * ταῖς Ἰτω- D
νίαις (πλησίον γὰρ ᾤκει τῶν πυλῶν, * πρὸς τῇ Ἀμαζονίδι 36
στήλῃ), καταλαμβάνομεν αὐτὸν ἤδη μὲν **) συνειλεγμένον
τὰς ἁφὰς καὶ τῷ σώματι ῥωμαλέον, ἀσθενῆ δὲ τὴν ψυχήν,

*) γρ. αὐτῶν. **) ἄλλ. συνειλεγμένον μὲν αὐτὸν ἤδη.

Digitized by Google

SOCRATES CLINIAS AXIOCHUS.

Exeunti mihi ad Cynosarges, quum ad Ilissum venissem, vox cuiusdam accidit clamantis Socrates, Socrates! utque conversus circumspexi unde accideret, Cliniam video Axiochi filium ad Calliroen currentem cum Damone musico et Charmide Glauconis filio. erat autem ei alter musicae magister, alter ex sodalitio amator idemque amatus. visum est igitur mihi de recta via deflectere eisque obviam ire, ut facillime conveniremus. tum lacrimas effundens Clinias, O Socrates, inquit, nunc tempus est celebratam illam a te sapientiam ostendere: pater enim casu aliquo repentino oppressus viribus est defectus et ad vitae finem appropinquat; permoleste autem mortem fert, quamquam superiore tempore mortem formidantes derisit et facete illusit: veni igitur et consolare eum, sicut consuevisti, ut sine gemitu quo fatum trahit sequatur et a me cum reliquis haec quoque ei praestetur pietas. At nulla tibi, Clinia, in re honesta deerit opera mea, praesertim quum ad sancta me officia vocaveris. festinemus autem; si enim res sic se habet, festinato opus est.

Cl. Ubi modo te viderit, Socrate, melius se habebit; nam saepius iam ei accidit ut e morbo recrearetur seque colligeret.

Quum vero ocius via quae ad murum est ivissemus ad portam Itoniam (prope enim habitavit a porta ad columnam Amazoniam), invenimus eum viribus iam collectis firmumque corpore, aegrum autem animo,

πάνυ ἐνδεᾶ παραμυθίας, πολλάκις ἀναφερόμενον καὶ στε-
ναγμοὺς ἱέντα σὺν δακρύοις καὶ κροτήσεσι χειρῶν. κατι-
δὼν δὲ αὐτόν, Ἀξίοχε, τί ταῦτα; ἔφην· ποῦ τὰ πρόσθεν
αὐχήματα καὶ αἱ συνεχεῖς εὐλογίαι τῶν ἀρετῶν καὶ τὸ ἄρ-
ρητον ἐν σοὶ θάρσος; ὡς γὰρ ἀγωνιστὴς δειλός, ἐν τοῖς
γυμνασίοις γενναῖος * φαινόμενος, ἀπολέλοιπας ἐν τοῖς B
ἄθλοις. οὐκ ἐπιλογιεῖ τὴν φύσιν περιεσκεμμένως, *) ἀνὴρ
τοσόσδε τῷ χρόνῳ καὶ κατήκοος λόγων, καὶ εἰ μηδὲν ἕτε-
ρον, Ἀθηναῖος, ὅτι, τὸ κοινὸν δήπου τοῦτο καὶ πρὸς
ἅπαντας **) θρυλλούμενον, παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος,
καὶ ὅτι δεῖ ἐπιεικῶς διαγαγόντας εὐθύμως μόνον οὐχὶ
παιανίζοντας εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι; τὸ δὲ οὕτω μαλακῶς
καὶ δυσαποσπάστως ἔχειν * νηπίου δίκην, οὐ περιφρονοῦ- C
σαν ἡλικίαν ἔχει.

ΑΞ. Ἀληθῆ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, καὶ ὀρθῶς μοι
φαίνει λέγων· ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως παρ' αὐτό μοι τὸ δεινὸν
γενομένῳ οἱ μὲν καρτεροὶ καὶ περιττοὶ λόγοι ὑπεκπνέουσι
λεληθότως καὶ ἀτιμάζονται, ἀντίσχει δὲ δέος τι ποικίλως
περιαμύττον τὸν νοῦν, εἰ στερήσομαι τοῦδε τοῦ φωτὸς καὶ
τῶν ἀγαθῶν, ἀειδὴς δὲ καὶ ἄπυστος ***) ὁποίποτε κείσο-
μαι σηπόμενος, εἰς εὐλὰς καὶ κνώδαλα μεταβάλλων.

ΣΩ. Συνάπτεις * γάρ, ὦ Ἀξίοχε, παρὰ τὴν ἀνε- D
πιστασίαν ἀνεπιλογίστως τῇ ἀναισθησίᾳ αἴσθησιν, καὶ
σεαυτῷ ὑπεναντία καὶ ποιεῖς καὶ λέγεις, οὐκ ἐπιλογιζόμε-
νος ὅτι ἅμα μὲν ὀδύρει τὴν ἀναισθησίαν, ἅμα δὲ ἀλγεῖς
ἐπὶ σήψεσι καὶ στερήσει τῶν ἡδέων, ὥσπερ εἰς ἕτερον ζῆν
ἀποθανούμενος, ἀλλ' οὐκ εἰς παντελῆ μεταβάλλων ἀναι-
σθησίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῇ πρὸ τῆς γενέσεως. ὡς οὖν ἐπὶ
τῆς Δράκοντος ἢ Κλεισθένους πολιτείας οὐδὲν περὶ σὲ κα-
κὸν ἦν (ἀρχὴν * γὰρ οὐκ ἦς, περὶ ὃν ἂν ἦν), οὕτως οὐδὲ E
μετὰ τὴν τελευτὴν γενήσεται· σὺ γὰρ οὐκ ἔσει περὶ ὃν
ἔσται. πάντα τοιγαροῦν τὸν τοιόνδε φλύαρον ἀποσκέδασαι,
τοῦτο ἐννοήσας, ὅτι τῆς συγκρίσεως ἅπαξ διαλυθείσης καὶ
τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οἰκεῖον ἱδρυθείσης τόπον τὸ ὑπολειφθὲν

*) ἴσ. περιεσκεμμένος. **) ἴσ. ἁπάντων.
***) ἄλλ. ἄγευστος.

Digitized by Google

consolatione valde egentem, saepe se attollentem, gemitus fundentem cum lacrimis manusque complodentem. quem quum conspexissem Axioche, inquam, quid hoc rei est? nos priores iactationes et assiduae virtutum praedicationes et incredibilis animi fiducia? sicut enim athleta timidus, qui in gymnasiis fortem se exhibet, in certaminibus animum abiicis. nonne tecum reputabis naturam circumspiciens, vir tam grandis aetate et doctus litteras et, si nihil aliud, Atheniensis, id quod commune est et ab omnibus celebratur, vitam esse peregrinationem quandam nosque oportere recte viventes aequo animo tantum non cum cantu et voluptate necessitati parere? tam molliter vero se habere et aegre infantis instar avelli non est aetatis valde sapientis.

Ax. Vera haec, Socrate, et recte mihi videris dicere, at nescio quomodo ad ipsum mihi venienti vitae periculum fortes et magnificae voces paullatim evanescunt contemnuntur, contra vero tenet me timor quidam vario modo animum vexans, si privatus ero hac luce et bonis, et obscurus ignotusque alicubi iacebo putrescens, in vermiculos et lumbricos mutatus.

So. Coniungis enim, Axioche, propter inconsiderantiam temere cum sensuum amissione sensum, et tecum ipse pugnas et re et verbis, non animadvertens te simul maerere sensuum privatione, simul vero dolere putredine et rerum iucundarum orbitate, tamquam in aliam vitam morte migraturum, non in plenam sensuum privationem abiturum, ut ante quam natus fuisti. quemadmodum enim Dracone et Clisthene rem publicam administrantibus nihil tibi mali accidit (omnino enim non fuisti, cui mali quid accidere potuisset), sic etiam post mortem nihil accidet; tu enim non eris ad quem pertinere possit. quocirca omnes has ineptias pelle ex animo tuo, hoc cogitans compage semel soluta et animo in proprium reverso locum quod relinquatur corpus terrenum et ratione carens non esse hominem.

σῶμα, γεῶδες ὂν καὶ ἄλογον, οὐκ ἔστιν ὁ ἄνθρωπος.
ἡμεῖς μὲν γάρ ἐσμεν ψυχή, ζῶον ἀθάνατον ἐν θνητῷ κα-
θειργμένον φρουρίῳ * τὸ δὲ σκῆνος τουτὶ πρὸς κακοῦ 366
περιήρμοσεν ἡ φύσις, ᾧ τὰ μὲν ἥδοντα ἀμυχιαῖα *) καὶ
πτηνὰ καὶ εἰς πλείους ὀδύνας **) ἀνακεκραμένα, τὰ δὲ
ἀλγεινὰ ἀκραιφνῆ καὶ πολυχρόνια καὶ τῶν ἡδόντων ἄμοι-
ρα· νόσους δὲ καὶ φλεγμονὰς τῶν αἰσθητηρίων, ἔτι δὲ
τὰς ἐντὸς κακότητας, οἷς ἀναγκαστῶς, ἅτε παρεσπαρμένη
τοῖς πόροις, ἡ ψυχὴ συναλγοῦσα τὸν οὐράνιον ποθεῖ καὶ
σύμφυλον αἰθέρα καὶ διψᾷ, τῆς ἐκεῖσε διαίτης καὶ χορείας
ὀριγνωμένη. ***) ὥςτε ἡ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγὴ * κακοῦ τινός B
ἐστιν εἰς ἀγαθὸν μεταβολή.

ΑΞ. Κακὸν οὖν, ὦ Σώκρατες, ἡγούμενος τὸ ζῆν
πῶς ἐν αὐτῷ μένεις; καὶ ταῦτα φροντιστὴς ὢν καὶ ὑπὲρ
ἡμᾶς τοὺς πολλοὺς τῷ νῷ διαφέρων;

ΣΩ. Ἀξίοχε, σὺ δὲ οὐκ ἔτυμά μοι μαρτυρεῖς, οἴει
δέ, καθάπερ Ἀθηναίων ἡ πληθύς, ἐπειδὴ ζητητικός εἰμι
τῶν πραγμάτων, ἐπιστήμονά του εἶναί με. ἐγὼ δὲ εὐξαί-
μην ἂν τὰ κοινὰ ταῦτα εἰδέναι· τοσοῦτον ἀποδέω τῶν
περιττῶν. καὶ ταῦτα δὲ ἃ λέγω, Προδίκου ἐστὶ τοῦ * σο- C
φοῦ ἀπηχήματα, τὰ μὲν διμοίρου ἐωνημένα, τὰ δὲ δυεῖν
δραχμαῖν, τὰ δὲ τετραδράχμου· προῖκα γὰρ ἀνὴρ οὗτος
οὐδένα διδάσκει, διὰ παντὸς δὲ ἔθος ἐστὶν αὐτῷ φωνεῖν
τὸ Ἐπιχάρμειον, ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει· δός
τι καὶ λάβε τι. καὶ πρώην γοῦν παρὰ Καλλίᾳ τῷ Ἱπ-
πονίκου ποιούμενος ἐπίδειξιν τοσάδε τοῦ ζῆν κατεῖπεν, ὥςτε
ἔγωγε μὲν παρὰ ἀκαρῆ διέγραψα τὸν βίον, καὶ ἐξ ἐκείνου
θανατᾷ μου ἡ ψυχή, Ἀξίοχε.

ΑΞ. Τίνα δὲ ἦν τὰ λεχθέντα;

ΣΩ. * Φράσαιμι ἂν σοι ταῦτα ἃ μνημονεύσω. ἔφη D
γὰρ Τί μέρος τῆς ἡλικίας οὐ τῶν ἀνιαρῶν; οὐ κατὰ μὲν
τὴν πρώτην γένεσιν τὸ νήπιον κλάει, τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης
ἀρχόμενον; οὐ λείπεται γοῦν οὐδεμιᾶς ἀλγηδόνος, ἀλλ' ἢ
δι' ἔνδειαν ἢ περιψυγμὸν ἢ θάλπος ἢ πληγὴν ὀδυνᾶται,

---

*) ἄλλ. μυχιαῖα. **) ἄλλ. πλείοσιν ὀδύναις.
***) γρ. ὀρεγομένη.

Digitized by Google

nos enim sumus animus, animans immortalis mortali inclusus in carcere; domicilium autem hoc mali causa circumdedit natura, cui voluptates quidem exiles et breves et pluribus permixtae cum doloribus, molestiae vero et aerumnae purae et diuturnae et voluptatum expertes; adiecit autem morbos et inflammationes earum corporis partium quibus sentimus, praeterea interna vitia, quibus necessario animus, quippe sparsus per vias ad sensus perforatas, condolens caelestem desiderat atque cognatum aethera et sitit, vitae illius et choreae appetens. quocirca discessus e vita mali cuiusdam est in bonum commutatio.

Ax. Malam vero, Socrate, si habes vitam, cur in ea manes, praesertim quum rerum sis indagator et supra nos volgares homines ingenio excellas?

So. Axioche, tu quidem non vera de me praedicas, sed arbitraris, quemadmodum Atheniensium volgus, quoniam rerum sum cognoscendarum studiosus, me scientem esse alicuius rei. ego vero optarem ut volgaria ista scirem: tantum abest ut sciam recondita. et haec quae dico, Prodici sunt cantilenae, partim tribus obolis emptae, partim duabus drachmis, partim quattuor drachmis; gratis enim hic vir neminem docet, sed semper in ore habere solet Epicharmi vocem: *manus manum lavat: da aliquid et accipe aliquid.* ac nuper quidem quum apud Calliam Hipponici filium scholam haberet, tam multa in contrariam partem disputavit de vita, ut non multum abfuerit quin ego vitam inducerem ac dolerem, et ab illo tempore mori cupit animus meus, Axioche.

Ax. Quaenam ab eo dicta sunt?

So. Memorabo tibi haec quorum recordabor. dixit videlicet Quaenam aetatis pars expers est molestiarum? nonne simul ut ortus est infans lacrimat, vitae initium a molestiis ducens? non caret certe ullo do-

λαλῆσαι μὲν οὔπω δυνάμενον ἃ πάσχει, κλαυθμυριζόμενον
δὲ καὶ ταύτην τῆς δυσαρεστήσεως μίαν ἔχον φωνήν. ὁπό-
ταν δὲ εἰς τὴν ἑπταετίαν ἀφίκηται πολλοὺς πόνους διαντλή-
σαν, παιδαγωγοὶ καὶ γραμματισταὶ * καὶ παιδοτρίβαι *) E
τυραννοῦντες, αὐξομένου δὲ κριτικοί, γεωμέτραι, τακτικοί,
πολὺ πλῆθος δεσποτῶν. ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγ-
γραφῇ καὶ φόβος χείρων ᾖ, τὸ Λύκειον **) καὶ * Ἀκαδη- 367
μία καὶ γυμνασιαρχία καὶ ῥάβδοι καὶ κακῶν ἀμετρίαι· καὶ
πᾶς ὁ τοῦ μειρακίσκου πόνος ***) ἐστὶν ὑπὸ σωφρονιστὰς
καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς νέους αἵρεσιν τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βου-
λῆς. ἐπειδὰν δὲ ἀπολυθῇ τούτων, φροντίδες ἄντικρυς ὑπέ-
δυσαν καὶ διαλογισμοὶ τίνα τὴν τοῦ βίου ὁδὸν ἐνστήσονται,
καὶ τοῖς ὕστερον χαλεποῖς ἐφάνη τὰ πρῶτα παιδικὰ καὶ
νηπίων ὡς ἀληθῶς φόβητρα· στρατεῖαί τε γὰρ καὶ τραύ-
ματα καὶ συνεχεῖς ἀγῶνες. εἶτα * λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ B
γῆρας, εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ
δυσαλθές. κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν,
ὡς ὀβολοστάτις ἡ φύσις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν
ὄψιν, τοῦ δὲ ἀκοήν, πολλάκις δὲ ἄμφω· κἂν ἐπιμείνῃ τις,
παρέλυσεν, ἐλωβήσατο, παρήρθρησεν· ἄλλοι πολυγήρῳ †)
ἀκμάζουσι, καὶ τῷ νῷ δὶς παῖδες οἱ γέροντες γίγνονται.
καὶ τοῦτο καὶ οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρωπείων ἐπιστήμονες, οὓς
ἂν περὶ πλείστου * ποιῶνται, θᾶττον ἀπαλλάττουσι τοῦ C
ζῆν. Ἀγαμήδης γοῦν καὶ Τροφώνιος οἱ δειμάμενοι τὸ
Πυθοῖ τοῦ θεοῦ τέμενος, εὐξάμενοι τὸ κράτιστον αὐτοῖς
γενέσθαι, κοιμηθέντες οὐκέτ' ἀνέστησαν· οἵ τε τῆς Ἀρ-
γείας ἱερείας υἱεῖς, ὁμοίως εὐξαμένης αὐτοῖς τῆς μητρὸς
γενέσθαι τι τῆς εὐσεβείας παρὰ τῆς Ἥρας γέρας, ἐπειδὴ
τοῦ ζεύγους ὑστερήσαντος ὑποδύντες αὐτοὶ διήνεγκαν αὐ-
τὴν εἰς τὸν νεών, μετὰ τὴν εὐχὴν νυκτὶ μετήλλαξαν. Μα-
κρὸν ἂν εἴη διεξιέναι * τὰ τῶν ποιητῶν, οἳ ποιήμασι ††) D

---

*) γρ. διαντλῆσαν, καὶ γυμνασταὶ καὶ παιδοτρίβαι.
**) γρ. εἴη, τὸ Λύκειον. ἴσ. ἐγγραφῇ, φόβος οὐ χείρων ἂν εἴη τὸ Λύκειον.
***) γρ. χρόνος. †) γρ. πολὺ γήρως. ἄλλ. πολυγήρως.
††) ἴσ. στόμασι.

lore, sed vel penuriae vel frigoris vel caloris vel ictus doloribus afficitur, nondum vero quae patiatur dicere potest, sed vagit et hanc solam aegritudinis habet vocem. deinde quum septimum aetatis annum agit multis exhaustis laboribus, instant paedagogi et grammatici et palaestrae magistri verbere saevientes, et quum adolevit, critici, geometrae, artis aciei instruendae magistri, ingens numerus dominorum. in numerum vero ephebórum adscriptum haud minore metu territant Lyceum et academia et gymnasii praefectura et virgae et incredibilis malorum multitudo; et tota adolescentuli aerumna pendet e modestiae magistris et iuvenum praefectis a senatu Areopagitico constitutis. his vero quum liberati sunt, curae confestim animum subeunt et deliberationes quam vitae viam sint ingressuri, et ad molestias posteriores primae videntur pueriles et revera infantium formidines, expeditiones videlicet militares et vulnera et continua certamina. deinde clam obrepit senectus, in quam omnis naturae fragilitas eaque insanabilis confluit. et nisi quis citius tamquam debitum reddit vitam, ut feneratrix natura instans pignus capit ab uno visum, ab altero auditum, saepius utrumque; si quis vero cunctatur, debilitat, mutilat, luxat; alii longa senectute florentes animo bis pueri senes evadunt. hanc etiam ob causam dii rerum humanarum scientes, quos plurimi faciunt, citius liberant vita. Agamedes certe et Trophonius, qui exaedificarunt Delphis Apollinis templum, quum precati essent ut quod esset optimum sibi obtingeret, somno sopiti non surrexerunt; itemque Argiae sacerdotis filii, quum mater precata esset a Iunone ut praemium illis daret pro pietate quod maximum dari posset, quippe qui morantibus iumentis ipsi ad iugum accedentes ipsam vexissent in fanum, his precibus quum usa esset, nocte vitam cum morte commutarunt.

θειοτέροις τὰ περὶ τὸν βίον θεσπιῳδοῦσιν, ὡς κατοδύρονται τὸ ζῆν· ἑνὸς δὲ μόνου μνησθήσομαι τοῦ ἀξιολογωτάτου, λέγοντος,

"Ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσιν,
Ζώειν ἀχνυμένοις,

καὶ

Οὐ μὲν γάρ τί ποτ' *) ἐστὶν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς
* Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει. E

* τὸν δ' Ἀμφιάραον τί φησιν; 368

Τὸν περὶ κῆρι φίλει Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀπόλλων
Παντοίῃ φιλότητ'· οὐδ' ἵκετο γήραος οὐδόν.

ὁ δὲ κελεύων

Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,

τί σοι φαίνεται; ἀλλὰ παύομαι, μή ποτε παρὰ τὴν ὑπόσχε-
σιν μηκύνω καὶ ἑτέρων μιμνησκόμενος. Ποίαν δέ τις ἑλό-
μενος ἐπιτήδευσιν ἢ τέχνην οὐ μέμψεται καὶ τοῖς παροῦσι
* χαλεπανεῖ; τοὺς χειρωνακτικοὺς ἐπέλθωμεν καὶ βαναύ- B
σους, πονουμένους ἐκ νυκτὸς εἰς νύκτα καὶ μόλις πορίζο-
μένους τἀπιτήδεια, κατοδυρομένων τε αὐτῶν καὶ πᾶσαν
ἀγρυπνίαν ἀναπιμπλάντων ὀλοφυρμοῦ καὶ δακρύων; ἀλλὰ
τὸν πλωτικὸν καταλεξώμεθα, περαιούμενον διὰ τοσῶνδε
κινδύνων, καὶ μήτε, ὡς ἀπεφήνατο Βίας, ἐν τοῖς τεθνη-
κόσιν ὄντα μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν, ὁ γὰρ ἐπίγειος ἄνθρω-
πος ὡς ἀμφίβιος αὑτὸν εἰς * τὸ πέλαγος ἔρριψεν, ἐπὶ τῇ C
τύχῃ γενόμενος πᾶς. ἀλλ' ἡ γεωργία γλυκύ; δῆλον· ἀλλ'
οὐχ ὅλον, ὥς φασιν, ἕλκος, ἀεὶ λύπης πρόφασιν εὑρισκό-
μενον, κλᾶον νυνὶ μὲν αὐχμὸν, νυνὶ δὲ ἐπομβρίας, νυνὶ δὲ
ἐπίκαυσιν, νυνὶ δὲ ἐρυσίβην, νυνὶ δὲ θάλπος ἄκαιρον ἢ
κρύος; ἀλλ' ἡ πολυτίμητος πολιτεία (πολλὰ γὰρ ὑπερβαί-
νω); διὰ πόσων ἐλαύνεται δεινῶν, τὴν μὲν χαρὰν ἔχουσα
φλεγμονῆς δίκην παλλομένην καὶ σφυγματώδη, τὴν δὲ ἀπό-
τευξιν * ἀλγεινὴν καὶ θανάτων μυρίων χείρω! τίς γὰρ ἂν D
εὐδαιμονήσειε πρὸς ὄχλον ζῶν, εἰ **) ποππυσθείη καὶ κρο-
τηθείη, δήμου παίγνιον ἐκβαλλόμενον, ***) συριττόμενον,
ζημιούμενον, θνῆσκον, ἐλεούμενον; ἐπεί τοί γε, Ἀξίοχε

*) γρ. γάρ τί που. **) ἴσ. εἰ καί. ***) γρ. ἐμβαλλόμενον.

Digitized by Google

Longum est poetarum proferre testimonia, qui voce diviniore de vitae conditione canunt, quantopere vitam deplorent; unum solum excitabo memoria dignissimum qui dicit: *Sic enim fila duxerunt dii miseris mortalibus, ut tristem degerent vitam.* et: *numquam enim flebilius quicquam invenitur viro ex omnibus quae in terra spirant serpuntque.* in Amphiaraum autem quid dicit? *hunc corde amant Iuppiter aegide ornatus et Apollo omni amore complectentes; neque pervenit ad senectutis limen.* ille vero qui iubet *in lucem editum lugere quod tot ingrediatur mala* quid tibi videtur? sed finem facio, ne contra atque promisi longius sermonem producam alia praeterea memorando. quod tandem vitae institutum vel artem quisquam eligens non queretur et sorte sua commovebitur? opificesne consideremus et sellularios, qui ab una nocte ad alteram laborantes et vix parantes sibi victum sortem suam deplorant totamque vigiliam lamentatione et lacrimis complent? an nautam sumamus per tot tantaque pericula traiicientem et, ut Bias dixit, neque inter mortuos neque inter vivos versantem? homo enim terrestre tamquam anceps se in altum mare proiicit e fortuna pendens totus. an agricultura iucunda? patet; at nonne merum est, ut dicunt, vulnus, semper doloris causam reperiens, nunc deflens siccitatem, nunc imbres, nunc uredinem, nunc rubiginem, nunc aestum intempestivum vel frigus? an administratio publica quae praecipuo illa quidem honore est (multa enim omitto)? per quot fertur pericula, gaudium habens in furunculi modum micans et tamquam arteriarum pulsu agitatum, repulsam vero acerbam et sexcentis mortibus graviorem! quis enim beatus esse poterit ad multitudinis arbitrium vivens, etiamsi ei palpatur et plauditur, populi ludibrium quod eiicitur, exsibilatur, multatur, necatur, restituitur? nam, Axioche

πολιτικέ, ποῦ τέθνηκε Μιλτιάδης; ποῦ δὲ Θεμιστοκλῆς; ποῦ δ' Ἐφιάλτης; ποῦ δ' οἱ πρώην στρατηγοί,*) ὅτ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπηρόμην**) τὴν γνώμην (οὐ γάρ ἐφαίνετό μοι σεμνὸν μαινομένῳ δήμῳ συνεξάρχειν), οἱ δὲ περὶ Θηραμένην καὶ Καλλίξενον τῇ ὑστεραίᾳ * προέδρους ἐγκαθέτους E ὑφέντες κατεχειροτόνησαν τῶν ἀνδρῶν ἄκριτον θάνατον; καίτοι γε σὺ μόνος * αὐτοῖς ἤμυνες καὶ Ἐριπτόλεμος,***) τρισμυρίων ἐκκλησιαζόντων.

ΑΞ. Ἔστι ταῦτα, ὦ Σώκρατες· καὶ ἔγωγε ἐξ ἐκείνου ἅλις ἔσχον τοῦ βήματος καὶ χαλεπώτερον οὐδὲν ἐφάνη μοι πολιτείας. δῆλον δὲ τοῖς ἐν τῷ ἔργῳ γενομένοις· σὺ μὲν γὰρ οὕτω λαλεῖς ὡς ἐξ ἀπόπτου θεώμενος, ἡμεῖς δ' ἴσμεν ἀκριβέστερον οἱ διὰ πείρας ἰόντες. δῆμος γάρ, ὦ φίλε Σώκρατες, ἀχάριστον, ἀψίκορον, ὠμόν, βάσκανον, ἀπαίδευτον, ὡς ἂν συνηρανισμένον ἐκ σύγκλυδος †) * ὄχλου B καὶ βιαίων φλυάρων· ὁ δὲ τούτῳ προςεταιριζόμενος ἀθλιώτερος μακρῷ.

ΣΩ. Ὁπότε οὖν, ὦ Ἀξίοχε, τὴν ἐλευθεριωτάτην ἐπιστήμην τίθεσαι τῶν λοιπῶν ἀπευκταιοτάτην, τί τὰς λοιπὰς ἐπιτηδεύσεις ἐννοήσομεν; οὐ φευκτάς; ἤκουσα δέ ποτε καὶ τοῦ Προδίκου λέγοντος, ὅτι ὁ θάνατος οὔτε περὶ τοὺς ζῶντάς ἐστιν οὔτε περὶ τοὺς μετηλλαχότας.

ΑΞ. Πῶς φής, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ὅτι περὶ μὲν τοὺς ζῶντας οὐκ ἔστιν, οἱ δὲ ἀποθανόντες * οὐκ εἰσίν· ὥςτε οὔτε περὶ σὲ νῦν ἐστιν C (οὐ γὰρ τέθνηκας), οὔτε εἴ τι πάθοις, ἔσται περὶ σέ· σὺ γὰρ οὐκ ἔσει. μάταιος οὖν ἡ λύπη, περὶ τοῦ μήτε ὄντος μήτε ἐσομένου περὶ Ἀξίοχον Ἀξίοχον ὀδύρεσθαι, καὶ ὅμοιον ὡς εἰ περὶ τῆς Σκύλλης ἢ τοῦ Κενταύρου τις ὀδύροιτο, τῶν μήτε ὄντων νῦν περὶ σὲ μήτε ὕστερον μετὰ τὴν τελευτὴν ἐσομένων· τὸ γὰρ φοβερὸν τοῖς οὖσίν ἐστι, τοῖς δ' οὐκ οὖσι πῶς * ἂν εἴη; D

ΑΞ. Σὺ μὲν ἐκ τῆς ἐπιπολαζούσης τὰ νῦν λεσχηνείας τὰ σοφὰ ταῦτα εἴρηκας (ἐκεῖθεν γάρ ἐστιν ἥδε ἡ φλυαρο-

---

*) γρ. βασιλεῖς καὶ στρατηγοί; ἴσ. οἱ πρώην δέκα στρατηγοί. **) ἄλλ. ἐπηρόμην.
***) γρ. Ἐρυπτόλεμος. †) ἄλλ. συγκλύδωνος.

in re publica versate, ubi mortuus est Miltiades? ubi Themistocles? ubi Ephialtes? ubi decem illi praetores qui nuper fuerunt, quum equidem populum non misissem in suffragia (neque enim dignum esse putaveram persona mea insanienti populo ducem me praebere), Theramenes vero et Callixenus postridie procdris subdolis subornatis capitis damnassent viros indicta causa? quamquam tu solus eos defendisti cum Eriptolemo ex triginta millibus qui in concione fuerunt.

Ax. Sunt ista, Socrate; atque ex illo tempore suggestus me satietas tenuit neque mihi visum est quicquam molestius administratione publica. liquet vero eis qui in re publica versati sunt; nam tu quidem ita loqueris ac si e specula prospectes, nos vero scimus accuratius quippe experti. populus enim, mi care Socrate, res est ingrata, fastidiosa, saeva, invida, rudis, turba et colluvione hominum constans violentisque nugatoribus; et qui huic obsequitur, is longe est miserior.

So. Iam si, Axioche, artem liberalissimam censes reliquarum omnium maxime esse abominandam, quid de reliquis vitae institutis sentiemus? nonne fugienda esse? audivi vero etiam e Prodico aliquando quum diceret mortem neque ad vivos pertinere neque ad mortuos.

Ax. Quomodo ais, Socrate?

So. Ad vivos eam non pertinere et mortuos non esse: ut neque ad te nunc pertineat (non enim mortuus es) neque, si quid tibi acciderit, futurum sit ut ad te pertineat; non enim eris. vanus igitur dolor est, si eo quod neque pertinet neque pertinebit ad Axiochum Axiochus maeret, perinde ac si Scylla vel Centauro maereas qui neque pertineant nunc ad te neque serius post mortem vim ad te habituri sint; formidabile est enim aliquid eis qui sunt, eis vero qui non sunt quî potest esse?

Ax. Tu quidem ex loquacitate illa nunc serpente

λογία πρὸς τὰ μειράκια διακεκοσμημένη), ἐμὲ δὲ ἡ στέρη-
σις τῶν ἀγαθῶν τοῦ ζῆν λυπεῖ, κἂν πιθανωτέρους τούτων
λόγους ἄρτι *) κροτήσῃς, ὦ Σώκρατες. οὐκ ἐπαΐει γὰρ ὁ
νοῦς ἀποπλανώμενος εἰς εὐεπείας λόγων, οὐδὲ ἅπτεται
ταῦτα τῆς ὁμοχροίας, ἀλλ' εἰς μὲν πομπὴν καὶ ῥημάτων
ἀγλαϊσμὸν ἀνύτει, * τῆς δὲ ἀληθείας ἀποδεῖ. τὰ δὲ πα- E
θήματα σοφισμάτων οὐκ ἀνέχεται, μόνοις δὲ ἀρκεῖται τοῖς
δυναμένοις καθικέσθαι τῆς ψυχῆς.

ΣΩ. Συνάπτεις γὰρ, ὦ Ἀξίοχε, ἀνεπιλογίστως, τῇ
στερήσει τῶν ἀγαθῶν ἀντεισάγων κακῶν αἴσθησιν, ἐκλα-
θόμενος ὅτι τέθνηκας. λυπεῖ * γὰρ τὸν στερόμενον τῶν 37
ἀγαθῶν ἡ ἀντιπάθεια τῶν κακῶν, ὁ δ' οὐκ ὢν οὐδὲ τῆς
στερήσεως ἀντιλαμβάνεται. πῶς οὖν ἐπὶ τῷ μὴ παρέξον-
τι γνῶσιν τῶν λυπησόντων γένοιτ' ἂν ἡ λύπη; ἀρχὴν γὰρ,
ὦ Ἀξίοχε, μὴ συνυποτιθέμενος ἀμωσγέπως **) μίαν αἴσθη-
σιν κατὰ τὸ ἀνεπιστῆμον, οὐκ ἄν ποτε πτυρείης τὸν θά-
νατον· νῦν δὲ περιτρέπεις σεαυτὸν δειματούμενος στερή-
σεσθαι τῆς ψυχῆς, τῇ δὲ στερήσει περιτίθης ψυχὴν, καὶ
ταρβεῖς μὲν τὸ μὴ αἰσθήσεσθαι, καταλήψεσθαι ***) δὲ
οἴει τὴν οὐκ ἐσομένην αἴσθησιν αἰσθήσει· πρὸς * τῷ πολ- B
λοὺς καὶ καλοὺς εἶναι λόγους περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς
ψυχῆς. οὐ γὰρ δὴ θνητή γε φύσις τόσον διήρατο μεγε-
θουργίας, ὥστε καταφρονῆσαι μὲν ὑπερβαλλόντων θηρίων
βίας, διαπεραιώσασθαι δὲ πελάγη, δείμασθαι δὲ ἄστη,
καταστήσασθαι δὲ πολιτείας, ἀναβλέψαι δὲ εἰς τὸν οὐρα-
νὸν καὶ ἰδεῖν περιφορὰς ἄστρων καὶ δρόμους ἡλίου τε καὶ
σελήνης, ἀνατολάς τε καὶ δύσεις, ἐκλείψεις τε καὶ ταχείας,
ἀποκαταστάσεις, ἰσημερίας τε καὶ * τροπὰς διττὰς, καὶ C
πλειάδων †) χειμῶνος καὶ θέρους, ἀνέμους τε καὶ κατα-
φορὰς ὄμβρων καὶ πρηστήρων ἐξαισίους συρμοὺς, καὶ τὰ
τοῦ κόσμου παθήματα παραπήξασθαι πρὸς ††) τὸν αἰῶνα,
εἰ μή τι θεῖον ὄντως ἐνῆν πνεῦμα τῇ ψυχῇ, δι' οὗ τὴν
τῶν τηλικῶνδε περίνοιαν καὶ γνῶσιν ἔσχεν. ὥστε οὐκ εἰς

*) Ισ. ἄρα. **) γρ. ἄλλως γέ πως.
***) γρ. στερήσεσθαι τῆς ψυχῆς, καταλήψεσθαι.
†) Ισ. σελήνης, ἐκλείψεις τ. κ. ταχείας ἀποκαταστάσεις,
ἰσημ. τ. κ. τρ. διττάς, καὶ πλειάδων ἀνατολάς τε
καὶ δύσεις. ††) γρ. εἰς.

Digitized by Google

haec sapientia dicta deprompsisti (inde enim haec manavit garrulitas arguta, ad decipiendos puerulos comparata), me autem vitae bonorum amissio commovet, etiamsi, tu probabiliores his orationes crepes, Socrates. non enim movetur animus ita ut in verborum elegantias abripiatur, immo ne leviter quidem tangitur ab his quae pompam quidem verborumque splendorem habent, at a veritate longe absunt. aegritudines non ferunt argutias, sola accipiunt ea quae in mentem possunt intrare.

So. Inconsiderate videlicet, Axioche, connectis pugnantia, in locum iacturae bonorum substituens malorum sensum, quippe non cogitans te mortuum tunc fore. etenim cruciat bonis privatum contrariorum malorum perpessis, licet, qui non sit ne privationem quidem sentiat. quomodo igitur in eo quod nullum incommodorum sensum habebit inesse poterit dolor? omnino enim, Axioche, nisi sumeres unum certe sensum in morte esse idque inscienter, numquam timeres mortem; nunc autem ipse tecum pugnas timens ne privere animo, ipsi vero privationi animum tribuis, et metuis quidem sensuum amissionem, arbitraris tamen te sensûs absentiam comprehensurum esse sensu; accedit quod multae praeclarae sunt rationes quibus animi immortalitas probatur. etenim mortalis natura non moliretur res tantas, ut contemneret immanium beluarum vires, traiiceret maria, conderet urbes, constitueret res publicas, suspiceret caelum et videret circuitus siderum cursusque solis et lunae, defectiones celeresque regressus, aequinoctia duoque solstitia, pleiadum ortus occasusque hieme et aestate, ventos et imbres et turbinum igneorum insanos tractus, et quae in mundo gererentur in tabulis describeret ad memoriam posteritatis, nisi divinus quidam revera spiritus inesset in animo, quo rerum tantarum contemplationem ac scientiam haberet. quocirca non ad mortem, sed ad im-

θάνατον, ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν μεταβάλλεις, ὦ Ἀξίοχε, οὐδὲ ἀφαίρεσιν ἕξεις τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' εἰλικρινεστέραν τὴν ἀπόλαυσιν, οὐδὲ μεμιγμένας θνητῷ * σώματι τὰς ἡδονάς, D
ἀλλ' ἀκράτους ἁπασῶν ἀλγηδόνων. ἐκεῖσε γὰρ ἀφίξει μονωθεὶς ἐκ τῆσδε τῆς εἱρκτῆς, ἔνθα ἄπονα πάντα καὶ ἀστένακτα καὶ ἀγήρατα, γαληνὸς δέ τις καὶ κακῶν ἄγονος βίος, ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ εὐδιαζόμενος, καὶ περιαθρῶν τὴν φύσιν, φιλοσοφῶν οὐ πρὸς ὄχλον καὶ θέατρον, ἀλλὰ πρὸς ἀμφιθαλῆ τὴν ἀλήθειαν.

ΑΞ. Εἰς τοὐναντίον με τῷ λόγῳ περιέσπακας· οὐκέτι γάρ μοι θανάτου δέος ἔνεστιν, ἀλλ' ἤδη καὶ πόθος,
* ἵνα τι κἀγὼ μιμησάμενος τοὺς ῥήτορας περιττὸν εἴπω· E
καὶ *) πάλαι μετεωρολογῶ καὶ διειμι τὸν ἀΐδιον καὶ θεῖον δρόμον, ἔκ τε τῆς ἀσθενείας ἐμαυτὸν συνείλεγμαι καὶ γέγονα καινός.

ΣΩ. Εἰ δὲ καὶ ἕτερον βούλει λόγον, ὃν ἐμοὶ * ἤγ- 37
γειλε Γωβρύης, ἀνὴρ μάγος· ἔφη κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν τὸν πάππον αὐτοῦ καὶ ὁμώνυμον, πεμφθέντα εἰς Δῆλον, ὅπως τηρήσειε τὴν νῆσον ἐν ᾗ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο, ἔκ τινων χαλκέων δέλτων, ἃς ἐξ Ὑπερβορέων ἐκόμισαν Ὦπίς τε καὶ Ἑκάεργος, ἐκμεμαθηκέναι κατὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν τὴν ψυχὴν εἰς τὸν ἄδηλον χωρεῖν τόπον κατὰ τὴν ὑπόγειον οἴκησιν, **) ἐν ᾗ βασίλεια Πλούτωνος
οὐχ ἥττω τῆς τοῦ Διὸς αὐλῆς, ἅτε τῆς μὲν * γῆς ἐχού- B
σης τὰ μέσα τοῦ κόσμου, τοῦ δὲ πόλου ὄντος σφαιροειδοῦς, οὗ τὸ μὲν ἕτερον ἡμισφαίριον θεοὶ ἔλαχον οἱ οὐράνιοι, τὸ δὲ ἕτερον οἱ ὑπένερθεν, οἱ μὲν ἀδελφοὶ ὄντες, οἱ δὲ ἀδελφῶν παῖδες. τὰ δὲ πρόπυλα τῆς εἰς Πλούτωνος ὁδοῦ σιδηροῖς κλείθροις καὶ κλεισὶν ὠχύρωται. ταῦτα δὲ ἀνοίξαντα ποταμὸς Ἀχέρων ἐκδέχεται, μεθ' ὃν Κωκυτός, οὓς χρὴ πορθμευσαντας ἀχθῆναι ἐπὶ Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν, ὃ
κλήζεται πεδίον ἀληθείας. ἐνταυθοῖ * καθίζονται δικασταὶ C
ἀνακρίνοντες τῶν ἀφικνουμένων ἕκαστον, τίνα βίον βεβίωκε καὶ τίσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνῳκίσθη τῷ σώματι. ψεύσασθαι μὲν οὖν ἀμήχανον. ὅσοις μὲν οὖν ἐν τῷ ζῆν δαίμων ἀγα-

*) ἴσ. καὶ (ἵνα — εἴπω) πάλαι. **) γρ. κίνησιν.

mortalitatem transis, Axioche, neque privabere bonis, sed magis integris frueris, neque cum mortali corpore permixtas percipies voluptates, sed seiunctas ab omnibus molestiis. illuc enim venies liberatus ex hoc carcere, ubi laborum, dolorum et senectutis expertia sunt omnia, ubi tranquilla malisque vacua vita, placida quiete gaudens et contemplans rerum naturam, philosophans non ad sensum turbae et theatri, sed ad veritatem nullis mendaciis contaminatam.

Ax. In contrariam me sententiam disputatione tua adduxisti; neque enim iam mortis timor me tenet, sed adeo desiderium, et (ut ego quoque rhetores imitans grande quid proferam) dudum de rebus caelestibus cogito et percurro aeternum et divinum cursum, et ex imbecillitate me collegi et factus sum novus.

So. Si aliam vis orationem, eam tibi referam quam mihi narravit Gobryas, vir magus; dixit tum quum Xerxes in Graeciam traiecisset avum suum eiusdem nominis, Delum missum ut insulam defenderet in qua duo sunt dii nati, ex tabulis quibusdam aeneis, quas ex Hyperboreis detulissent Opis et Hecaërgus, didicisse animum corporis vinculis solutum in obscurum quendam proficisci locum in regno subterraneo, in quo regia Ditis haud minor Iovis aula; terram enim in medio mundo sitam, caelum autem globosum esse, cuius unam dimidiam partem tenerent dii caelestes, alteram inferi, partim fratres partim fratrum filii. vestibulum viae ad Ditis regiam ducentis ferreis claustris et clavibus munitum est. haec vero si aperueris excipit Acheron fluvius, quem Cocytus sequitur, eosque quum quis traiecit accedere oportet ad Minoëm et Rhadamanthum in campo qui vocatur veritatis. hic sedent iudices interrogantes advenientium quemque, quam egerit vitam et quibus studiis deditus fuerit in corpore inclusus. mendaciis autem nihil loci est. iam quibuscumque vivis genius bonus adspiravit, hi in beatorum migrant do-

θὺς ἐπέπνευσεν, εἰς τὸν τῶν εὐσεβῶν χῶρον οἰκίζονται, ἔνθα ἄφθονοι μὲν ὧραι παγκάρπου γονῆς βρύουσι, πηγαὶ δὲ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι, παντοῖοι δὲ λειμῶνες ἄνθεσι ποικίλοις ἐαριζόμενοι, διατριβαὶ δὲ φιλοσόφων καὶ θέατρα ποιητῶν * καὶ κύκλιοι χοροὶ καὶ μουσικὰ ἀκούσματα, συμπόσιά τε εὐμελῆ καὶ εἰλαπίναι αὐτοχορήγητοι, καὶ ἀκήρατος ἀλυπία καὶ ἡδεῖα δίαιτα· οὔτε γὰρ χεῖμα σφοδρὸν οὔτε θάλπος ἐγγίγνεται, ἀλλ᾽ εὔκρατος ἀὴρ χεῖται ἁπαλαῖς ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνακιρνάμενος. ἐνταῦθα τοῖς μεμυημένοις ἐστί τις προεδρία, καὶ τὰς ὁσίους *) ἁγιστείας κἀκεῖσε συντελοῦσι. πῶς οὖν οὐ σοὶ πρώτῳ μέτεστι τῆς τιμῆς, ὄντι γεννήτῃ τῶν θεῶν; καὶ τοὺς περὶ Ἡρακλέα τε * καὶ Διόνυσον κατιόντας εἰς Ἅιδου πρότερον λόγος ἐνθάδε μυηθῆναι, καὶ τὸ θάρσος τῆς ἐκεῖσε πορείας παρὰ τῆς Ἐλευσινίας ἐναύσασθαι. ὅσοις δὲ τὸ ζῆν διὰ κακουργημάτων ἠλάθη, ἄγονται πρὸς Ἐριννύων ἐπ᾽ ἔρεβος καὶ χάος διὰ ταρτάρου, ἔνθα χῶρος ἀσεβῶν καὶ Δαναΐδων ὑδρεῖαι ἀτελεῖς καὶ Ταντάλου δίψος καὶ Τιτυοῦ σπλάγχνα καὶ Σισύφου πέτρος ἀνήνυτος, οὗ τὰ τέρματα * αὖθις ἄρχεται πόνων. ἔνθα θηρσὶ περιλιχμώμενοι καὶ λαμπάσιν ἐπιμόνως πυρούμενοι Ποινῶν καὶ πᾶσαν αἰκίαν αἰκιζόμενοι ἀϊδίοις τιμωρίαις τρύχονται. Ταῦτα μὲν ἐγὼ ἤκουσα παρὰ Γωβρύου, σὺ δ᾽ ἂν ἐπικρίνειας, Ἀξίοχε· ἐγὼ γὰρ λόγῳ ἀνθελκόμενος τοῦτο μόνον ἐμπέδως οἶδα, ὅτι ψυχὴ ἅπασα ἀθάνατος; ἡ δὲ ἐκ τοῦδε τοῦ χωρίου μετασταθεῖσα καὶ ἄλυπος. ὥστε ἢ κάτω ἢ ἄνω εὐδαιμονεῖν σε δεῖ, Ἀξίοχε, βεβιωκότα εὐσεβῶς.

ΑΞ. Αἰσχύνομαί σοί τι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες· τοσοῦτον γὰρ ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι τὸν θάνατον, ὥστε ἤδη καὶ ἔρωτα αὐτοῦ ἔχειν· οὕτω με καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὡς καὶ ὁ οὐράνιος, πέπεικε· καὶ ἤδη περιφρονῶ τοῦ ζῆν, ἅτε εἰς ἀμείνω οἶκον μεταστησόμενος. νυνὶ δὲ ἠρέμα κατ᾽ ἐμαυτὸν ἀναριθμήσομαι τὰ λεχθέντα· ἐκ μεσημβρίας δὲ παρέσει μοι, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ποιήσω ὡς λέγεις· κἀγὼ δὲ ἐπάνειμι ἐς Κυνόσαργες ἐς περίπατον, ὁπόθεν δεῦρο μετεκλήθην.

---

*) γρ. ὁσίας.

micilium, ubi anni tempora fructibus omnigenis abundant, fontes limpidarum aquarum scaturiunt, varia prata floribus versicoloribus vernant, scholae philosophorum et theatra poëtarum et orbiculares chori et musici cantus, convivia opipare apparata et epulae sponte instructae, et pura laetitia suavisque vita; neque enim frigus vehemens neque aestus ibi reperitur, sed moderatus aër funditur mitibus solis radiis temperatus. ibi initiatis praecipua est sedes, et sacra mysteria ibi quoque faciunt. quidni igitur tibi primo habeatur honor, qui gentilitate deas contingas? atque Hercules et Bacchus descensuri ad inferos prius hic perhibentur initiati esse animumque eorum ad proficiscendum illuc Eleusina Ceres inflammasse. quicumque vero vitam egerunt per scelera, ii ducuntur a furiis ad tenebras et chaos per tartarum, ubi domicilium impiorum et Danaidum aquationes assiduae et Tantali sitis et Tityi viscera et Sisyphi saxum se revolvens, cuius finis novos orditur labores. ibi beluae eos circumlambunt et faces assidue urunt furiarum omnique contumelia vexati perpetuis excruciantur suppliciis. Haec ego e Gobrya audivi, tu vero iudicabis, Axioche; ego enim oratione adductus hoc solum certo scio, animum omnem immortalem et, qui ex hoc loco migret, etiam doloris expertem esse. quocirca vel apud inferos vel apud superos beatus sis necesse est, Axioche, qui pie vixeris.

Ax. Erubesco tibi aliquid reponere, Socrate; tantum enim abest ut timeam mortem, ut nunc etiam amore eius tenear: tanto opere mihi et haec oratio et illa caelestis persuasit; et iam contemno vitam, quippe in melius domicilium migraturus. nunc vero tacite mecum reputabo et recognoscam quae a te disputata sunt; a meridie aderis mihi, Socrate.

So. Faciam ut dicis; redibo autem in Cynosarges ad ambulationem, unde huc vocatus sum.

ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΥ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ ʽΕΤΑΙΡΟΣ.

Ἔχεις ἡμῖν εἰπεῖν ὅ τι ἐστὶ τὸ δίκαιον; ἢ οὐκ ἄξιόν σοι
δοκεῖ εἶναι λόγον περὶ αὐτοῦ ποιεῖσθαι; Ἔμοιγε καὶ
μάλα. Τί οὖν ἔστιν; Τί γὰρ ἄλλο γε ἢ τὰ νομιζόμενα
δίκαια; Μή μοι οὕτως, ἀλλ', ὥσπερ ἂν εἰ σύ μ' ἔροιο
τί ἐστιν ὀφθαλμός; εἴποιμ' ἄν σοι ὅτι ᾧ ὁρῶμεν· ἐὰν
δὲ καὶ δεῖξαί με κελεύῃς, δείξω σοι· καὶ ἐάν με ἔρῃ ὅτῳ
ψυχὴ ὄνομα; ἐρῶ σοι ᾧ γιγνώσκομεν· ἐὰν δὲ ἔρῃ αὖ τί
ἐστι φωνή; ἀποκρινοῦμαί σοι ᾧ διαλεγόμεθα· καὶ σὺ
οὕτω φράσον ὅτι δίκαιόν ἐστιν ᾧ τί χρώμεθα, ὥσπερ ἃ
νῦν δὴ ἠρόμην. Οὐ πάνυ ἔχω σοι οὕτως ἀποκρίνασθαι.
Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐχ οὕτως ἔχεις, ἴσως τῇδέ πῃ ῥᾷον αὐτὸ
εὕροιμεν ἄν. φέρε, τὰ μείζω καὶ τὰ ἐλάττω τίνι σκοποῦν-
τες διαγιγνώσκομεν; ἆρ' οὐ μέτρῳ; Ναί. Μετὰ δὲ τοῦ
μέτρου τίνι τέχνῃ; ἆρ' οὐ μετρητικῇ; * Ναί. Τί δὲ τὰ 373
κοῦφα καὶ βαρέα, ἆρ' οὐ σταθμῷ; Ναί. Μετὰ δὲ τοῦ
σταθμοῦ τίνι τέχνῃ; οὐ τῇ στατικῇ; Πάνυ γε. Τί δὲ
δή; τὰ δίκαια καὶ τἄδικα τίνι σκοποῦντες διαγιγνώσκομεν
ὀργάνῳ, καὶ μετὰ τοῦ ὀργάνου τίνι τέχνῃ πρόσθεν; ἆρα
οὐδ' οὕτω πώς σοι καταφανές ἐστιν; Οὔ. Ἀλλὰ πάλιν
ὧδε· ὅταν ἀμφισβητῶμεν περὶ τῶν μειζόνων καὶ τῶν
ἐλαττόνων, τίνες ἡμᾶς διακρινοῦσιν; οὐχ οἱ μετρηταί;
Ναί. Ὅταν δὲ περὶ τῶν πολλῶν καὶ ὀλίγων, * τίνες οἱ B
διακρίνοντες; οὐχ οἱ ἀριθμηταί; Ἀλλὰ τί; Ὅταν δὲ

Digitized by Google

DE IUSTO.

SOCRATES AMICUS.

Potesne nobis dicere quid sit iustum? an non dignum tibi videtur esse de quo verba facias? Mihi admodum quidem. Quid igitur est? Quid aliud nisi ea quae iusta existimantur? Ne mihi ita respondeas, sed velut si tu me interrogares: quid est oculus? responderem tibi: quo videmus, et si etiam ostendere me iuberes, tibi ostenderem, et si ex me quaereres: cuinam rei est nomen animus? responderem tibi: qua cognoscimus; rursus si rogares: quid est vox? dicerem tibi: quo loquimur: sic tu quoque dicito quid sit id in quo utamur iusto, sicut quae nunc ego interrogabam. Haud sane possum tibi ita respondere. Verum, quoniam non ita potes, fortasse hoc modo facilius id inveniamus. age, maiora et minora quonam spectantes discernimus? nonne mensura? Etiam. Et praeter mensuram qua arte? nonne metiendi? Admodum. Quid vero levia et gravia, nonne libra? Vero. Et praeter libram qua arte? nonne ponderandi? Sane quidem. Quid igitur? iusta et iniusta quo spectantes discernimus instrumento, et praeter instrumentum qua arte? an nec ita tibi liquet? Non. Ac rursus ita: quum de maioribus et minoribus disceptamus, quinam inter nos diiudicant? nonne metiendi artis periti? Etiam. Quum vero de

δὲ ἑκόντας * οἴει ἔχειν τοῦτο τὸ ἄδικον τοὺς ἀνθρώπους, ἢ ἄκοντας; ὧδε δὲ λέγω· ἑκόντας οἴει ἀδικεῖν καὶ ἀδίκους εἶναι, ἢ ἄκοντας; Ἑκόντας ἔγωγε, ὦ Σώκρατες· πονηροὶ γάρ εἰσιν. Ἑκόντας ἄρα σὺ οἴει πονηροὺς εἶναι καὶ ἀδίκους ἀνθρώπους; Ἔγωγε· σὺ δ᾽ οὔ; Οὐχ, εἴ γέ τι δεῖ τῷ ποιητῇ πείθεσθαι. Ποίῳ ποιητῇ; Ὅστις εἶπεν

Οὐδεὶς ἑκὼν πονηρὸς οὐδ᾽ ἄκων μάκαρ.

Ἀλλά τοι, ὦ Σώκρατες, εὖ ἡ παλαιὰ παροιμία ἔχει, ὅτι πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. Θαυμάζοιμ᾽ * ἂν εἰ τοῦτό γε ἐψεύσατο οὗτος ἀοιδός· ἐπεὶ εἴ σοι σχολή ἐστιν, ἐπισκεψώμεθα αὐτόν, εἴτε ψευδῆ εἴτε ἀληθῆ λέγει. Ἀλλὰ σχολή. Φέρε δή, πότερον ἡγεῖ δίκαιον εἶναι ψεύδεσθαι, ἢ ἀληθῆ λέγειν; Ἀληθῆ ἔγωγε. Ψεύδεσθαι ἄρα ἄδικον; Ναί. Πότερον δὲ καὶ ἐξαπατᾶν ἡγεῖ δίκαιον, ἢ μὴ ἐξαπατᾶν; *) Μὴ ἐξαπατᾶν δήπου. Ἐξαπατᾶν ἄρα ἄδικον. Ναί. Τί δέ; βλάπτειν δίκαιον, ἢ ὠφελεῖν; Ὠφελεῖν. Βλάπτειν ἄρα ἄδικον; * Ναί. Ἔστιν ἄρα ἀληθῆ μὲν λέγειν καὶ μὴ ἐξαπατᾶν καὶ ὠφελεῖν δίκαιον, ψεύδεσθαι δὲ καὶ βλάπτειν καὶ ἐξαπατᾶν ἄδικον. Ναὶ μὰ Δία σφόδρα γε. Ἦ καὶ τοὺς πολεμίους; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ βλάπτειν δίκαιον τοὺς πολεμίους, ὠφελεῖν δὲ ἄδικον; Ναί. Οὐκοῦν καὶ ἐξαπατῶντας δίκαιον βλάπτειν τοὺς πολεμίους; Πῶς γὰρ οὔ; Τί δέ; ψεύδεσθαι, ἵνα ἐξαπατῶμεν καὶ βλάπτωμεν αὐτούς, οὐ δίκαιον; Ναί. Τί δέ; τοὺς φίλους οὐκ ὠφελεῖν * φὴς δίκαιον εἶναι; Ἔγωγε. Πότερον μὴ ἐξαπατῶντας, ἢ ἐξαπατῶντας ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τῇ ἐκείνων; Καὶ ἐξαπατῶντας νὴ Δία. Ἀλλ᾽ ἐξαπατῶντας μὲν δίκαιον ἄρα ὠφελεῖν, οὐ μέντοι ψευδομένους γε; ἢ καὶ ψευδομένους; Καὶ ψευδομένους δίκαιον. Ἔστιν ἄρα, ὡς ἔοικε, ψεύδεσθαί τε καὶ ἀληθῆ λέγειν δίκαιον καὶ ἄδικον. Ναί. Καὶ μὴ ἐξαπατᾶν καὶ ἐξαπατᾶν δίκαιον καὶ ἄδικον. Ἔοικεν. Καὶ βλάπτειν καὶ ὠφελεῖν δίκαιον καὶ ἄδικον. Ναί. Ταῦτα δή, **) ὡς ἔοικε, πάντα τὰ * τοιαῦτα ὄντα καὶ δίκαια καὶ ἄδικά ἐστιν. Ἔμοιγε φαίνεται. Ἄκουε δή·

*) ἄλλ. Πότερον δὲ ἐξαπατᾶν ἢ μὴ ἐξαπατᾶν;
**) ἄλλ. Ταῦτα δή.

quid habebimus ei respondere? an necdum habemus dicere? Non habemus. Utrum vero sua sponte putas habere hoc iniustum homines, an invitos? ita autem dico: volentesne putas iniuste facere iniustosque esse, an nolentes? Volentes equidem, Socrate; sunt enim improbi. Volentes igitur tu arbitraris improbos esse et iniustos homines? Ego sane; tu non? Non, si poëtae est fides habenda. Cuinam poëtae? Qui dixit

Nemo volens pravus, nec invitus bonus.

At vero, Socrate, bene habet vetus proverbium, multa mentiri poëtas. Equidem mirer si id mentitus sit hic poëta; nam si otium tibi est videamus falsane an vera dicat. Est otium. Age iam, utrum putas iustum esse mentiri, an verum dicere? Verum equidem. Mentiri igitur iniustum? Etiam. Utrum etiam decipere ducis iustum, an non decipere? Non decipere utique. Decipere igitur iniustum? Ita. Quid vero? nocere iustum, an iuvare? Iuvare. Nocere igitur iniustum? Etiam. Est igitur verum dicere et non decipere et iuvare iustum, mentiri autem et nocere et decipere iniustum. Sane quidem hercle. Num hostes quoque? Haudquaquam. Sed decipere hostes iustum, iuvare autem iniustum? Vero. Nonne etiam decipiendo iustum est nocere hostibus? Quidni? Quid? mentiri, ut decipiamus eos atque laedamus, nonne iustum? Est. Quid vero? amicos iuvare nonne dicis iustum esse? Ego sane. Utrum non decipiendo, an decipiendo ad eorum utilitatem? Etiam decipiendo hercle. Num decipiendo quidem iustum est iuvare, mentiendo autem non est? an etiam mentiendo? Etiam mentiendo iustum. Est ergo, ut videtur, mentiri et vera dicere iustum et iniustum. Ita. Itemque non decipere et decipere iustum et iniustum. Videtur. Etiam nocere et prodesse iustum et iniustum. Vero. Haec igitur omnia, ut patet, quae huiusmodi sunt et iusta et iniusta sunt. Mihi sane videntur. Audi

ὀφθαλμὸν ἐγὼ ἔχω δεξιὸν καὶ ἀριστερόν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι. Ναί. Μυκτῆρα δεξιὸν καὶ ἀριστερόν. Πάνυ γε. Καὶ χεῖρα δεξιὰν καὶ ἀριστεράν. Ναί. Οὐκοῦν ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ ὀνομάζων τὰ μὲν δεξιὰ φῂς εἶναι, τὰ δὲ ἀριστερὰ τῶν ἐμῶν, εἴ σε ἐγὼ ἐροίμην ὁπότερα, ἆρ' ἂν ἔχοις εἰπεῖν ὅτι τὰ μὲν πρὸς τοῦ δεξιᾶ ἐστι, τὰ δὲ πρὸς τοῦ ἀριστερᾶ; Ναί. Ἴθι δὴ καὶ ἐκεῖ, ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ ὀνομάζων τὰ μὲν δίκαια φῂς εἶναι, τὰ δὲ ἄδικα, ἔχεις εἰπεῖν ὁπότερα τὰ δίκαια καὶ ὁπότερα * τὰ ἄδικα; Ἐμοὶ μὲν τοίνυν δοκεῖ ἐν μὲν τῷ δέοντι καὶ τῷ καιρῷ ἕκαστα τούτων γιγνόμενα δίκαια εἶναι, ἐν δὲ τῷ μὴ δέοντι ἄδικα. Καλῶς γέ σοι δοκοῦν. ὁ μὲν ἄρα ἐν τῷ δέοντι ἕκαστα τούτων ποιῶν δίκαια ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ ἐν τῷ δέοντι ἄδικα; Ναί. Οὐκοῦν ὁ μὲν τὰ δίκαια ποιῶν δίκαιος, ὁ δὲ τἄδικα ἄδικος; Ἔστι ταῦτα. Τίς οὖν ἐν τῷ δέοντι καιρῷ *) οἷός τε τέμνειν καὶ καίειν καὶ ἰσχναίνειν; Ὁ ἰατρός. Ὅτι ἐπίσταται, ἢ δι' ἄλλο τι; * Ὅτι ἐπίσταται. Τίς δ' ἐν τῷ δέοντι σκάπτειν καὶ ἀροῦν καὶ φυτεύειν οἷός τε; Ὁ γεωργός. Ὅτι ἐπίσταται, ἢ ὅτι οὔ; Ὅτι ἐπίσταται. Οὐκοῦν καὶ τἆλλα οὕτως; ὁ μὲν ἐπιστάμενος οἷός τε τὰ δέοντα ποιεῖν ἐστὶ καὶ ἐν τῷ δέοντι καὶ ἐν τῷ καιρῷ, ὁ δὲ μὴ ἐπιστάμενος οὔ; Οὕτως. Καὶ ψεύδεσθαι ἄρα καὶ ἐξαπατᾶν καὶ ὠφελεῖν, ὁ μὲν ἐπιστάμενος οἷός τε ποιεῖν ἕκαστα τούτων ἐν τῷ δέοντι καὶ τῷ καιρῷ, ὁ δὲ μὴ ἐπιστάμενος * οὔ. Ἀληθῆ λέγεις. Ὁ δέ γε ταῦτα ποιῶν ἐν τῷ δέοντι δίκαιος; Ναί. Δι' ἐπιστήμην δέ γε ταῦτα ποιεῖ. Πῶς δ' οὔ; Δι' ἐπιστήμην ἄρα δίκαιος ὁ δίκαιος. Ναί. Οὐκοῦν ὁ ἄδικος διὰ τὸ ἐναντίον ἄδικός ἐστι τῷ δικαίῳ; Φαίνεται. Ὁ δὲ δίκαιος διὰ σοφίαν δίκαιος. Ναί. Δι' ἀμαθίαν ἄρα ὁ ἄδικος ἄδικος. Ἔοικεν. Κινδυνεύει ἄρα ὃ μὲν οἱ πρόγονοι ἡμῖν κατέλιπον σοφίαν, δικαιοσύνη εἶναι, ὃ δὲ ἀμαθίαν, τοῦτο δὲ ἀδικία. * Ἔοικεν. Ἑκόντες δὲ ἀμαθεῖς εἰσιν οἱ ἄνθρωποι,

---

*) γρ. ὁ ἐν τῷ δέοντι καιρῷ. ἴσ. ἐν τῷ δέοντι, ἢ ἐν τῷ δέοντι καὶ ἐν τῷ καιρῷ.

Digitized by Google

dum? oculum ego habeo dextrum et sinistrum, sicut ceteri homines. Vere. Et narem dextram et sinistram. Sane quidem. Etiam manum dextram et sinistram. Ita. Nonne, quoniam eadem nominans mea partim dextra dicis esse, partim sinistra, si te rogem utra, possis respondere, quae in hac parte sint, dextra esse, quae in illa, sinistra? Etiam. Age iam etiam hic, quoniam eadem nominans partim iusta dicis esse, partim iniusta, potesne dicere utra iusta et utra iniusta? Mihi quidem videntur horum singula, si convenienter et opportune fiant, iusta esse, sin minus, iniusta. Ac bene quidem opinaris. qui igitur convenienter horum quidque facit iusta facit, qui secus, iniusta? Etiam. Nonne qui iusta facit iustus, qui vero iniusta iniustus? Sunt ista. Quis igitur convenienter et tempore secare et urere et attenuare potest? Medicus. Quia novit, an propter aliud quid? Quia novit. Quis convenienter fodere et arare et plantare potest? Agricola. Quia scit, an quia nescit? Quia scit. Nonne cetera quoque sic se habent, ut qui sciat is convenientia possit facere et convenienter et tempore, qui vero nesciat, non possit? Ita. Ergo etiam qui mentiri et decipere et prodesse scit, singula haec convenienter et tempore potest facere, qui nescit, non potest. Vera dicis. Qui vero haec convenienter facit, is iustus est? Etiam. Per scientiam vero facit. Quidni? Per scientiam igitur iustus est qui iustus est. Ita. Nonne iniustus per id quod contrarium est iusti iniustus est? Patet. Iustus autem per sapientiam iustus. Vero. Per inscitiam ergo iniustus est iniustus. Patet. Videtur igitur, quod maiores nobis reliquerunt sapientiam nominantes, iustitia, quod vero inscitiam nominarunt, hoc iniustitia esse. Videtur sane. Volentesne autem inscii sunt homines, an nolentes? Nolentes. Nolentes igitur etiam iniusti. Videtur. Iniusti vero pravi

ἢ ἄκοντες; Ἄκοντες. Ἄκοντες ἄρα καὶ ἄδικοι. Φαίνεται. Οἱ δὲ ἄδικοι πονηροί. Ναί. Ἄκοντες ἄρα πονηροὶ καὶ ἄδικοι. Παντάπασι μὲν οὖν. Διὰ δὲ τὸ ἄδικοι εἶναι ἀδικοῦσιν. Ναί. Διὰ τὸ ἀκούσιον ἄρα. Πάνυ γε. Οὐ μὲν δὴ διὰ τὸ ἀκούσιόν γε τὸ ἑκούσιον γίγνεται. Οὐ γὰρ οὖν. Διὰ δὲ τὸ ἄδικον εἶναι τὸ ἀδικεῖν γίγνεται. Ναί. Τὸ δὲ ἄδικον ἀκούσιον. Ἀκούσιον. Ἄκοντες ἄρα ἀδικοῦσι καὶ ἄδικοί εἰσι καὶ πονηροί. Ἄκοντες, ὥς γε φαίνεται. Οὐκ ἄρα ἐψεύσατο τοῦτό γε ὁ ἀοιδός. Οὐκ ἔοικεν.

Digitized by Google

sunt. Etiam. Inviti ergo pravi et iniusti. Prorsus ita est. Eo autem quod iniusti sunt iniuste faciunt. Admodum. Eo igitur quod nolunt. Sane quidem. Neque vero per id quod non est voluntarium fit voluntarium. Minime vero. Eo autem quod iniusti sumus fit ut iniuste faciamus. Vero. Atqui iniustum est id quod non est voluntarium. Ita. Inviti igitur iniuste faciunt homines et iniusti sunt et pravi. Inviti vero, ut patet. Ergo non mentitus est hoc poëta. Non videtur.

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ. ἙΤΑΙΡΟΣ.

Ἆρα διδακτόν ἐστιν ἡ ἀρετή; ἢ οὐ διδακτόν, ἀλλὰ φύ- 376
σει οἱ ἀγαθοὶ γίγνονται ἄνδρες, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ; Οὐκ
ἔχω εἰπεῖν * ἐν τῷ παρόντι, ὦ Σώκρατες. Ἀλλ' ὧδε B
σκεψώμεθα αὐτό· φέρε, εἴ τις βούλοιτο ταύτην τὴν ἀρε-
τὴν γενέσθαι ἀγαθὸς ἢ *) ἀγαθοί εἰσιν οἱ σοφοὶ μάγειροι,
πόθεν ἂν γένοιτο; Δῆλον ὅτι εἰ παρὰ τῶν ἀγαθῶν μα-
γείρων μάθοι. Τί δέ; εἰ βούλοιτο ἀγαθὸς γενέσθαι **)
ἰατρός, παρὰ τίνα ἂν ἐλθὼν γένοιτο ἀγαθὸς ἰατρός; Δῆ-
λον δὴ ὅτι παρὰ τῶν ἀγαθῶν τινὰ ἰατρῶν. Εἰ δὲ ταύτην
τὴν ἀρετὴν ἀγαθὸς βούλοιτο γενέσθαι ἥνπερ οἱ σοφοὶ
τέκτονες; * Παρὰ τῶν τεκτόνων. Εἰ δὲ ταύτην τὴν ἀρε- C
τὴν βουληθείη ἀγαθὸς γενέσθαι ἥνπερ οἱ ἄνδρες οἱ ἀγα-
θοί τε καὶ σοφοί, ποῖ χρὴ ἐλθόντα μαθεῖν; Οἶμαι μὲν
καὶ ταύτην, εἴπερ μαθητός ἐστι, παρὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν
ἀγαθῶν· πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Φέρε δή, τίνες ἡμῖν ἄν-
δρες ἀγαθοὶ γεγόνασιν; ἵνα σκεψώμεθα εἰ οὗτοί εἰσιν οἱ
τοὺς ἀγαθοὺς ποιοῦντες. Θουκυδίδης καὶ Θεμιστοκλῆς καὶ
Ἀριστείδης καὶ Περικλῆς. Τούτων οὖν ἑκάστου ἔχομεν
διδάσκαλον * εἰπεῖν; Οὐκ ἔχομεν· οὐ γὰρ λέγεται. Τί D
δέ; μαθητήν, ἢ τῶν ξένων τινὰ ἢ τῶν πολιτῶν ἢ ἄλλον,
ἐλεύθερον ἢ δοῦλον, ὅστις αἰτίαν ἔχει διὰ τὴν τούτων ὁμι-
λίαν σοφός τε καὶ ἀγαθὸς γεγονέναι; Οὐδὲ τοῦτο λέγεται.

*) Ιο. ἦν. **) γίγνεσθαι.

Digitized by Google

DE VIRTUTE.

SOCRATES. AMICUS.

Num doceri potest virtus? an non potest doceri, sed natura boni exsistunt viri, vel alio quo modo? Non possum dicere in praesentia, Socrate. Iam sic id tractemus. age, si quis hac virtute praestans fieri vellet qua praestant sapientes coqui, unde fieri posset? Patet, si a bonis coquis disceret. Quid vero? si vellet bonus fieri medicus ad quem profectus fieri posset bonus medicus? Liquet, ad bonum aliquem medicum. Porro si ad hanc virtutem bonus vellet fieri ad quam boni sunt sapientes fabri tignarii? Ad fabrum tignarium aliquem. Si vero ad hanc virtutem vellet bonus fieri qua praestant viri boni et sapientes, quo profectum eum oporteret discere? Arbitror vero hanc quoque, siquidem disci possit, a bonis viris discendam esse; a quibus enim aliis? Age iam, quinam nobis viri boni exstiterunt? ut videamus an hi sint qui bonos efficiant. Thucydides et Themistocles et Aristides et Pericles. Horum vero uniuscuiusque an magistrum possumus dicere? Non possumus; neque enim accepimus. Quid vero? an discipulum, vel peregrinum aliquem vel civem vel alium, liberum vel servum, qui dicatur horum consuetudine sapiens ac bonus evasisse? Nec hoc dicitur. At forsitan invidia

Ἀλλ' ἆρα μὴ ἐφθόνουν μεταδιδόναι τῆς ἀρετῆς τοῖς ἄλ-
λοις ἀνθρώποις. *) Τάχα. Ἆρα ἵνα μὴ ἀντίτεχνοι αὐ-
τοῖς γίγνοιντο, ὥςπερ οἱ μάγειροί τε καὶ ἰατροὶ καὶ τέκτο-
νες φθονοῦσιν; **) οὐ γὰρ λυσιτελεῖ αὐτοῖς πολλοὺς ἀν-
τιτέχνους γίγνεσθαι οὐδὲ οἰκεῖν ἐν πολλοῖς αὐτοῖς ***)
ὁμοίοις. ἆρ' οὖν οὕτω καὶ τοῖς ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς οὐ
λυσιτελεῖ ἐν ὁμοίοις αὐτοῖς ****) οἰκεῖν; Ἴσως. Εἰσὶ δὲ
οἱ αὐτοὶ οὐχὶ ἀγαθοί τε καὶ δίκαιοι; Ναί. Ἔστιν οὖν
ὅτῳ λυσιτελεῖ μὴ ἐν ἀγαθοῖς οἰκεῖν ἀνδράσιν, ἀλλ' ἐν κα-
κοῖς; Οὐκ ἔχω εἰπεῖν. Ἆρ' οὖν οὐδὲ τοῦτ' ἔχεις εἰπεῖν,
πότερον ἔργον ἐστὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν βλάπτειν, τῶν δὲ
κακῶν ὠφελεῖν, ἢ τοὐναντίον; Τοὐναντίον. Οἱ μὲν ἀγα-
θοὶ ἄρα ὠφελοῦσιν, οἱ * δὲ κακοὶ βλάπτουσιν; Ναί. 377
Ἔστιν οὖν ὅςτις βούλεται βλάπτεσθαι μᾶλλον ἢ ὠφε-
λεῖσθαι; Οὐ πάνυ. Οὐδεὶς ἄρα βούλεται ἐν πονηροῖς
οἰκεῖν μᾶλλον ἢ ἐν χρηστοῖς. Οὕτως. Οὐδεὶς ἄρα φθονεῖ
τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἄλλῳ, ὥςτε ἀγαθὸν καὶ ὅμοιον ἑαυ-
τῷ ποιῆσαι. Οὔκουν φαίνεταί γε δὴ ἐκ τοῦ λόγου. Ἀκή-
κοας οὖν ὅτι Θεμιστοκλεῖ Κλεόφαντος υἱὸς ἐγένετο; Ἀκή-
κοα. Οὐκοῦν δῆλον ὅτι οὐδὲ τῷ υἱεῖ ἐφθόνει ὡς βελτίστῳ
γενέσθαι * ὁ Θεμιστοκλῆς, ὅς γε †) ἄλλῳ οὐδενί, εἴπερ B
ἦν ἀγαθός; ἦν δέ, ὡς φαμέν. Ναί. Οἶσθα οὖν ὅτι
Θεμιστοκλῆς τὸν υἱὸν ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο σοφὸν εἶναι καὶ
ἀγαθόν· ἐπέβαινε γοῦν ἐπὶ τῶν ἵππων ††) ὀρθὸς ἑστη-
κώς, καὶ ἠκόντιζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθός, καὶ ἄλλα πολ-
λὰ καὶ θαυμάσια εἰργάζετο· καὶ ἄλλα πολλὰ ἐδίδαξε καὶ
ἐποίησε σοφόν, ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἴχετο. ἢ ταῦτα
οὐκ ἀκήκοας τῶν πρεσβυτέρων; Ἀκήκοα. Οὐκ ἄρα τὴν
* φύσιν γε τις τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ αἰτιάσαιτ' ἂν κακὴν εἶναι. C
Οὐκ ἂν οὖν δικαίως γε ἐξ ὧν σὺ λέγεις. Τί δὲ τόδε;
ὡς †††) Κλεόφαντος ὁ Θεμιστοκλέους ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ
σοφὸς ἐγένετο, ἅπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἦν σοφός, ἤδη
τούτο ἤκουσας ἢ νεωτέρου ἢ πρεσβυτέρου; Οὐκ ἤκουσα.

---

*) γρ. Ἀλλ' ἆρα — ἀνθρώποις; **) γρ. φρονοῦσιν; ***) ἴσ. αὐτοῖς. ****) ἴσ. αὐτοῖς. †) ἴσ. οὐδέ. ††) γρ. ἐπὶ τῶν ἵππων. †††) γρ. Τό δέ, ὡς.

adducti noluerint virtutem tradere ceteris hominibus? Fortasse. Num ne aemuli exsisterent, sicut coqui et medici et fabri tignarii inter se invident? non enim expedit eis multos artis aemulos exsistere neque inter multos sui similes habitare. num ita etiam viris bonis non expedit inter similes sui habitare? Fortasse. Nonne vero iidem boni sunt et iusti? Etiam. Est vero aliquis cui expediat non inter bonos habitare viros, sed inter malos? Non habeo dicere. Num vero nec hoc habes dicere, utrum bonorum sit nocere, malorum autem prodesse, an contra? Contra. Boni ergo iuvant, mali vero nocent? Etiam. Estne vero qui malit laedi, quam iuvari? Haudquaquam. Nemo igitur volt inter malos habitare potius quam inter bonos. Ita. Nullum ergo bonorum virorum invidia movet ne alterum bonum suique similem reddat. Haud sane videtur ex hac oratione. Audistine Themistocli Cleanthum filium fuisse? Audivi vero. Nonne patet Themistoclem non per invidiam prohibuisse filium quam optimum fieri, quippe qui nec alium ullum prohibuerit, si bonus fuerit? fuit autem, ut dicimus. Vero. Iam scis Themistoclem filium instituendum curavisse ut eques peritus et bonus fieret; conscendebat certe equum ita ut rectus in eo staret, et ex equo rectus iaculabatur aliaque multa mirabilia faciebat; praeterea alia multa eum doceri iussit et peritum fieri, quae tradi poterant a magistris bonis. an haec non audivisti de senioribus? Audivi. Non ergo dicere quisquam potuerit indolem filii eius malam fuisse. Haud sane iure, ex istis quae tu dicis. Quid vero hoc? Cleophantum Themistoclis filium virum bonum et sapientem fuisse in his quibus pater ipsius sapiens fuerit, hoc iam ex iuniore vel seniore audivisti? Non audivi. Num igitur haec quidem eum putamus filium suum voluisse doceri, in qua vero sa-

Ἀρ' οὖν ταῦτα μὲν οἰόμεθα βούλεσθαι αὐτὸν τὸν ἑαυτοῦ
υἱὸν παιδεῦσαι, ἣ δὲ αὐτὸς σοφίαν ἦν σοφός, μηδὲν βελ-
τίω αὐτὸν ποιῆσαι τῶν γειτόνων μηδενός, εἴπερ διδακτὸν
* ἦν ἡ ἀρετή; Οὔκουν εἰκός γε. Οὗτος μὲν δή σοι τοι- D
οῦτος διδάσκαλος ἀρετῆς, ὃν ὑπεῖπες. ἄλλον δὲ δὴ σκεψώ-
μεθα, Ἀριστείδην, ὃς ἔθρεψε μὲν τὸν Λυσίμαχον, ἐπαί-
δευσε δὲ κάλλιστα Ἀθηναίων, ὅσα διδασκάλων εἴχετο,
ἄνδρα δὲ οὐδενὸς βελτίω ἐποίησε· τοῦτον γὰρ καὶ σὺ καὶ
ἐγὼ εἴδομεν καὶ συνεγενόμεθα. Ναί. Οἶσθα οὖν ὅτι
Περικλῆς αὖ ἔθρεψεν υἱεῖς Πάραλον *) καὶ Ξάνθιππον,
ὧν καὶ σύ μοι δοκεῖς τοῦ ἑτέρου ἐρασθῆναι. τούτους
* μέντοι, ὡς καὶ σὺ οἶσθα, ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς E
χείρους Ἀθηναίων, καὶ μουσικὴν καὶ τὴν ἄλλην ἀγωνίαν
καὶ τἆλλα ἐπαίδευσεν, ὅσα τέχνῃ διδάσκονται, οὐδενὸς
χείρους· ἀγαθοὺς δὲ ἄρα ἄνδρας οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι;
Ἀλλ' ἴσως ἂν ἐγένοντο, ὦ Σώκρατες, εἰ μὴ νέοι ὄντες
ἐτελεύτησαν. Σὺ μὲν εἰκότως βοηθεῖς τοῖς παιδικοῖς,
Περικλῆς δὲ ἐκείνους, εἴπερ διδακτὸν ἦν ἀρετὴ καὶ οἷός
τ' ἦν ἀγαθοὺς ποιῆσαι, πολὺ πρότερον ἂν τὴν αὑτοῦ ἀρε-
τὴν σοφοὺς ἐποίησεν, ἢ μουσικὴν καὶ ἀγωνίαν· ἀλλὰ μὴ
οὐκ ᾖ διδακτόν. * ἐπεὶ Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε, 373
Μελησίαν καὶ Στέφανον, ὑπὲρ ὧν σὺ οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν,
ἅπερ ὑπὲρ τῶν Περικλέους υἱῶν· τούτων γὰρ δὴ καὶ σὺ
οἶσθα τόν γ' ἕτερον μέχρι γήρως βιοῦντα, τὸν δ' ἕτερον
πόῤῥω πάνυ. καὶ μὴν καὶ τούτω **) ὁ πατὴρ ἐπαίδευσε
τά τε ἄλλα εὖ καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα Ἀθηναίων· τὸν
μὲν γὰρ Ξανθίᾳ ἔδωκε, τὸν δὲ Εὐδώρῳ· οὗτοι δέ που ἐδό-
κουν κάλλιστα τῶν τότε παλαίειν. Ναί. Οὐκοῦν δῆλον
ὅτι οὗτος * οὐκ ἄν ποτε οἷ μὲν ἔδει δαπανώμενον δι- B
δάσκειν, ταῦτα μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτοῦ, οἷ
δ' οὐδὲν ἔδει ἀναλώσαντα ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, τοῦτο
δὲ οὐκ ἂν ἐδίδαξεν, εἰ διδακτὸν ἦν; Εἰκός γε. Ἀλλὰ
γὰρ ἴσως ὁ Θουκυδίδης φαῦλος ἦν; καὶ οὐχὶ ἦσαν αὐτῷ
πλεῖστοι φίλοι Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων, καὶ οἰκίας

*) γρ. ἔθρεψε Πάραλον. **) γρ. τούτων.

pientia ipse sapiens fuerit, nihilo meliorem enim quovis vicino fieri, siquidem tradi virtus potuisset? Nequaquam veri est simile. Talis igitur virtutis magister est is quem subiecisti. alium vero consideremus, Aristidem, qui educavit quidem Lysimachum et erudiri curavit optime ex Atheniensibus in eis quae a magistris tradi poterant, sed virum non effecit quoquam meliorem; hunc enim et tu et ego vidimus eoque usi sumus. Etiam. Nosti vero Periclen quoque educasse filios suos Paralum et Xanthippum, quorum etiam tu mihi videris alterum in deliciis habuisse. hos autem, ut tu quoque scis, doceri quidem curavit ut equites exsisterent nulli Atheniensium cedentes, etiam musica, ceteris certaminibus et reliquis omnibus quae arte traduntur erudiri curavit ita ut nulli cederent, bonos autem viros an noluit eos exsistere? At fortasse exstitissent, Socrate, nisi iuvenes essent mortui. Tu quidem scilicet amoribus tuis succurris, Pericles autem illos, si virtus doceri ipseque bonos eos reddere potuisset, multo potius ad suam ipse virtutem sapientes effecisset, quam ad musicam et palaestram; sed vereor ut doceri possit. nam Thucydides quoque duos filios educavit, Melesiam et Stephanum, in quibus tu non poteris dicere quae in Periclis filiis; horum enim alterum tu quoque nosti ad senectutem vixisse; alterum ulterius. hos quoque pater quum ceteris bene erudiri curavit tum lucta ita ut optime de Atheniensibus luctarentur; alterum enim Xanthiae tradidit, alterum Eudoro; hi autem omnibus illius memoriae luctando praestare putabantur. Vero. Nonne igitur liquet numquam fieri potuisse ut hic eis quidem, in quae pecunia impendenda esset, filios suos erudiri curaret, hoc autem, quod sine impensis tradi potuisset, non curaret eos erudiri bonosque viros effici, si doceri potuisset. Liquet vero. An forsitan Thucydides ignobilis fuerit? at nonne habuit amicos plurimos Athe-

ἦν μεγάλης καὶ ἐδύνατο μέγα ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς ἄλ-
λοις Ἕλλησιν, ὥστ' εἴπερ ἦν τοῦτο διδακτόν, * ἐξεῦρεν ἂν C
ὅστις αὐτοῦ ἔμελλε τοὺς υἱεῖς ἀγαθοὺς ποιήσειν ἢ τῶν
ἐπιχωρίων ἢ τῶν ξένων, εἰ αὐτὸς μὴ ἐσχόλαζε διὰ τὴν
τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν; ἀλλὰ γάρ, ὦ ἑταῖρε, μὴ οὐκ ᾖ
διδακτὸν ἡ ἀρετή. Οὐκ, ἴσως. Ἀλλὰ δὴ εἰ μὴ διδακτόν
ἐστιν, ἆρα φύσει φύονται οἱ ἀγαθοί; καὶ τοῦτο τῇδέ πῃ
σκοποῦντες ἴσως ἂν εὕροιμεν. φέρε γάρ· εἰσὶν ἡμῖν φύ-
σεις ἵππων ἀγαθῶν; Εἰσίν. Οὐκοῦν εἰσί τινες ἄνθρωποι
τέχνην ἔχοντες ᾗ τὰς τῶν ἵππων τῶν * ἀγαθῶν φύσεις D
γιγνώσκουσι, καὶ κατὰ τὸ σῶμα πρὸς δρόμον καὶ κατὰ
τὴν ψυχήν, οἵτινές τε θυμοειδεῖς καὶ ἄθυμοι; Ναί. Τίς
οὖν αὕτη ἡ τέχνη ἐστί; τί ὄνομα αὐτῇ; Ἱππική. Οὐ-
κοῦν καὶ περὶ τοὺς κύνας ὡσαύτως ἔστι τις τέχνη ᾗ τὰς
ἀγαθὰς καὶ τὰς κακὰς φύσεις τῶν κυνῶν διακρίνουσιν;
Ἔστιν. Τίς αὕτη; Ἡ κυνηγετική. Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ
τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον εἰσὶν ἡμῖν δοκιμασταί, οἵτινες
ὁρῶντες κρίνουσι τό τε * βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον. Εἰσίν. E
Τίνας οὖν τούτους καλεῖς; Ἀργυρογνώμονας. Καὶ μὴν οἱ
παιδοτρίβαι γιγνώσκουσι σκοπούμενοι τὰς φύσεις τὰς τῶν
σωμάτων τῶν ἀνθρώπων, ὁποῖαί τε χρησταὶ καὶ ὁποῖαι
μὴ πρὸς ἑκάστους τῶν πόνων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ
νέων, ὅσα μέλλει τῶν σωμάτων ἄξια λόγου ἔσεσθαι καὶ
ἐν οἷς ἐλπίς ἐστι πολλὴ τὰ ἔργα, ὅσα σώματος ἔχεται, εὖ
ἀπεργάσασθαι. Ἔστι ταῦτα. Πότερον οὖν σπουδαιότερόν
ἐστι ταῖς πόλεσιν ἵπποι καὶ κύνες ἀγαθοὶ καὶ τἄλλα τὰ
τοιαῦτα, ἢ ἄνδρες ἀγαθοί; Ἄνδρες ἀγαθοί. * Τί οὖν; 379
οἴει ἄν, εἴπερ ἦσαν φύσεις ἀγαθαὶ πρὸς ἀρετὴν ἀνθρώ-
πων, οὐκ ἂν πάντα μεμηχανῆσθαι τοὺς ἀνθρώπους ὥστε
διαγιγνώσκειν αὐτάς; Εἰκός γε. Ἔχεις οὖν τινὰ εἰπεῖν
τέχνην ἥτις ἐστὶν ἐπὶ ταῖς φύσεσι ταῖς τῶν ἀνδρῶν τῶν
ἀγαθῶν ἀποδεδειγμένη, ὥστε δύνασθαι αὐτὰς κρίνειν;
Οὐκ ἔχω. Καὶ μὲν δὴ πλείστου ἂν ἦν ἀξία καὶ οἱ ἔχοντες
αὐτήν· οὗτοι γὰρ ἂν ἡμῖν ἀπέφαινον τῶν νέων τοὺς μέλ-
λοντας ἀγαθοὺς ἔσεσθαι ἔτι παῖδας * ὄντας, οὓς ἂν ἡμεῖς B
παραλαβόντες ἐφυλάττομεν ἐν ἀκροπόλει δημοσίᾳ, ὥσπερ

niensium et sociorum, et nobili loco natus et in magna potentia fuit in civitate et apud reliquos Graecos, ut, si hoc potuisset doceri, reperisset qui filios suos potuisset bonos efficere, vel indigenarum aliquem vel externorum, si ipse non vacasset ab administratione publica? at enim, amice, vereor ut doceri possit virtus. Fortasse non potest. Iam vero si doceri non potest, an natura exsistunt boni? et hoc quidem sic tractantes fortasse reperiemus. age enim. sunt nobis naturae equorum bonorum? Sunt vero. Nonne sunt homines quidam qui artem teneant qua equorum bonorum naturas cognoscant, et ratione corporis ad cursum et ratione animi, quinam animosi sint et qui ignavi? Vero. Quaenam igitur haec est ars? quid ei est nominis? Ars equitandi. Nonne etiam similiter ars quaedam est qua bonas et malas naturas canum discernant homines? Est. Quaenam haec? Ars venandi. Quin etiam auri et argenti sunt nobis aestimatores qui spectatione iudicant melius et deterius. Sunt. Quonam hos nomine afficis? Pecuniae spectatores. Atque etiam palaestrae magistri spectando cognoscunt corporum humanorum naturas, quae sint aptae, quae non ad singulos labores, tum seniorum tum iuvenum, quae corpora laude digna sint futura et quae spem magnam faciant fore ut opera corpore perficienda bene faciant. Sunt ista. Utrum igitur magis expetendi sunt civitatibus equi et canes boni et reliqua generis eiusdem, an viri boni? Viri boni. Quid igitur? putasne, si essent naturae hominum bonae ad virtutem, non omnia homines molituros fuisse, ut eas cognoscerent? Veri est simile. Habesne igitur aliquam dicere artem quae virorum bonorum naturas nobis ostendat, ut eas iudicare possimus? Non habeo. Et tamen plurimi facienda esset et ipsa et qui eam tenerent; hi enim ostenderent nobis iuvenes qui boni futuri essent, dum adhuc pueri essent, quos quidem suscipientes nos custodiremus in

τὸ ἀργύριον, καὶ μᾶλλόν τι, ἵνα μή τι φλαῦρον ἡμῖν πάθοιεν μήτε ἐν μάχῃ μήτε ἐν ἄλλῳ μηδενὶ κινδύνῳ, ἀλλ' ἀπέκειντο τῇ πόλει σωτῆρές τε καὶ εὐεργέται, ἐπειδή γε εἰς τὴν ἡλικίαν ἀφίκοιντο. ἀλλὰ γὰρ κινδυνεύει οὔτε φύσει οὔτε μαθήσει ἡ ἀρετὴ τοῖς ἀνθρώποις παραγίγνεσθαι. Πῶς οὖν ἄν, ὦ Σώκρατες, σοὶ δοκοῦσι γίγνεσθαι, εἰ μήτε φύσει * μήτε μαθήσει γίγνονται; τίν' ἄλλον τρόπον γίγνοιντ' ἂν οἱ ἀγαθοί; Οἶμαι μὲν οὐκ ἂν ῥαδίως αὐτὸ δηλωθῆναι, τοπάζω μὲν δὴ θεῖόν τι μάλιστα εἶναι τὸ κτῆμα καὶ γίγνεσθαι τοὺς ἀγαθούς, ὥςπερ οἱ θεῖοι τῶν μάντεων καὶ οἱ χρησμολόγοι· οὗτοι γὰρ οὔτε φύσει τοιοῦτοι γίγνονται οὔτε τέχνῃ, ἀλλ' ἐπιπνοίᾳ ἐκ τῶν θεῶν γιγνόμενοι τοιοῦτοί εἰσιν. οὕτω δὲ καὶ οἱ ἄνδρες οἱ ἀγαθοὶ λέγουσι ταῖς πόλεσιν ἑκάστοτε τὰ ἀποβησόμενα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι * ἐκ θεοῦ ἐπιπνοίας πολὺ μᾶλλον καὶ ἐναργέστερον, ἢ οἱ χρησμῳδοί. λέγουσι δέ που καὶ αἱ γυναῖκες ὅτι Θεῖος ἀνὴρ οὗτός ἐστι· καὶ Λακεδαιμόνιοι ὅταν τινὰ μεγαλοπρεπῶς ἐπαινῶσι, θεῖον ἄνδρα φασὶν εἶναι. πολλαχοῦ δὲ καὶ Ὅμηρος τῷ αὐτῷ τούτῳ καταχρῆται καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί· καὶ ὅταν βούληται θεὸς εὖ πρᾶξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐνεποίησεν, ὅταν δὲ μέλλῃ κακῶς πράξειν πόλις, ἐξεῖλε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ὁ θεός. οὕτως ἔοικεν οὔτε διδακτὸν εἶναι οὔτε φύσει ἀρετή, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγίγνεσθαι κτωμένοις.

arce publice, tamquam argentum, et magis etiam, ne quid mali eis accideret neque in pugna neque in alio ullo periculo, sed sepositi essent civitati servatores et benefici, quum in aetatem venissent. at videtur neque natura neque disciplina virtus hominibus obtingere. Quomodo igitur, Socrate, tibi videntur exsistere, si neque natura neque disciplina exsistunt? quonam alio modo exsistere poterunt boni? Arbitror quidem non posse hos facile declarari, suspicor tamen divinam quandam maxime rem esse, et bonos exsistere, quemadmodum divini vates et qui oracula edunt; hi enim neque natura tales exsistunt neque arte, sed afflatu quodam divino tales exsistunt. sic etiam viri boni praedicunt civitatibus eventura et futura quaeque afflatu quodam divino multo magis et apertius, quam fatidici. et sane etiam mulieres dicunt Divinus vir hic est, et Lacedaemonii, quum eximie aliquem laudant, divinum virum dicunt esse. multis vero locis Homerus quoque eodem hoc utitur itemque reliqui poëtae; et quum deus salvam esse volt civitatem, viros bonos immittit, quum vero futurum est ut affligatur civitas, viros bonos huic civitati adimit deus. quocirca neque doceri posse neque natura exsistere videtur virtus, sed divinitus obtingere eis qui eam nanciscuntur.

ΔΗΜΟΔΟΚΟΣ.

Σὺ μὲν δὴ κελεύεις με, ὦ Δημόδοκε, ξυμβουλεύειν ὑμῖν 380
περὶ ὧν ξυνέρχεσθε *) βουλευσόμενοι· ἐμοὶ δὲ σκοπεῖσθαι
ἐπέρχεται τί ποτε δύναται ἡ ξύνοδος ὑμῶν καὶ ἡ τῶν
οἰομένων ξυμβουλεύειν ὑμῖν προθυμία καὶ ἡ ψῆφος ἣν
φέρειν ἕκαστος ὑμῶν διανοεῖται. τοῦτο μὲν γάρ, εἰ μὴ
ἔστιν ὀρθῶς καὶ ἐμπείρως ξυμβουλεύειν περὶ ὧν ξυνέρχεσθε **) βουλευσόμενοι, πῶς οὐ γελοῖόν ἐστι ξυνέρχεσθαι
βουλευσομένους περὶ ὧν ξυμβουλεύειν οὐκ ἔστιν ὀρθῶς; B
τοῦτο δέ, εἰ μὲν ἔστιν ὀρθῶς ξυμβουλεύειν καὶ ἐμπείρως
περὶ τῶν τοιούτων, ἐπιστήμη δ' ἀφ' ἧς ἔστιν ὀρθῶς ξυμβουλεύειν περὶ τούτων μηδεμία ἐστί, πῶς οὐκ ἄτοπον; εἰ δέ
τις ἐπιστήμη ἀφ' ἧς ἔστι τὰ τοιαῦτα ὀρθῶς ξυμβουλεύειν,
οὐκ ἀνάγκη καὶ ἐπισταμένους εἶναί τινας ξυμβουλεύειν
ὀρθῶς περὶ τῶν τοιούτων; ὄντων δέ τινων ἐπισταμένων
ξυμβουλεύειν περὶ ὧν ξυνέρχεσθε βουλευσόμενοι, οὐκ ἀνάγκη * ἐστὶ καὶ ὑμᾶς ἤτοι ἐπίστασθαι περὶ τούτων ξυμβουλεύειν C
ἢ μὴ ἐπίστασθαι; ἢ τοὺς μὲν ἐπίστασθαι ὑμῶν,
τοὺς δὲ μὴ ἐπίστασθαι; εἰ μὲν οὖν ἐπίστασθε πάντες, τί
δεῖ ἔτι ὑμᾶς συνέρχεσθαι βουλευσομένους; ξυμβουλεύειν
γὰρ ἱκανὸς ἕκαστος ὑμῶν. εἰ δ' αὖ πάντες μὴ ἐπίστασθε,
πῶς ἂν δύναισθε ***) βουλεύεσθαι; ἢ τί ὑμῖν προὔργου
τῆς ξυνόδου ταύτης εἴη ἂν μὴ δυναμένων γε βουλεύεσθαι;
εἰ δὲ οἱ μὲν ἐπίστανται, οἱ δὲ οὐκ ἐπιστάμενοί εἰσιν ὑμῶν,
οὗτοι δὲ ξυμβουλῆς δέονται, εἰ ἄρα δυνατόν ἐστι ξυμβου-

---

*) ἄλλ. περὶ ὧν ἂν ξυνέρχησθε.

) γρ. περὶ ὧν ἂν ξυνέρχησθε. *) γρ. δύνησθε.

Digitized by Google

DEMODOCUS.

Tu quidem iubes me, Demodoce, consilium vobis dare de his rebus de quibus consultaturi convenistis, mihi vero in mentem venit quaerere quid efficiant conventus vester et eorum qui se consilium vobis dare posse putant studium et quod vestrum quisque ferre cogitat suffragium. partim enim si non est ut recte et perite consilium detur de his rebus, de quibus consultaturi convenistis, quidni ridiculum sit consultaturos vos convenire, de quibus non licet recte suadere? partim vero, si quidem est ut recte et perite de his rebus consilium detur, scientia vero, ex qua recte aliquis de his consilium dare possit, nulla est, quidni absurdum sit? si vero est scientia per quam liceat de talibus recte dare consilium, nonne necesse est etiam scientes aliquos esse, qui recte de his dent consilium? iam si sunt aliqui qui sciant consilium dare de his rebus de quibus consultaturi convenistis, nonne necesse est etiam vos aut scire de his consilium dare aut nescire? vel aliquos de vobis scire, aliquos nescire? iam vero si omnes scitis, quid iam vos consultaturos convenire oportet? quisque enim vestrum ad consilium dandum idoneus erit; sin autem omnes nescitis, quomodo consultare poteritis? vel quid vobis utilitatis hic poterit conventus afferre, quum consultare non possitis? si vero aliqui sciunt, aliqui vestrum nesciunt et hi consilio indigent, siquidem fieri potest ut vir prudens consilium det imperitis, satis profecto vel unus vobis nescientibus suadere poterit; an-

λεύειν ἔμφρονα ἄνδρα τοῖς ἀπείροις, ἱκανὸς δήπου ἐστὶ
καὶ εἷς ξυμβουλεῦσαι τοῖς ἐπισταμένοις ὑμῖν *) ἢ οὐ ταὐτὰ
οἱ ἐπιστάμενοι ξυμβουλεύουσι πάντες; ὥστ' ἀκούσαντας
ὑμᾶς τούτου ἀπαλλάττεσθαι προςήκει· νῦν δ' οὐ ποιεῖτε
τοῦτο, ἀλλὰ βούλεσθε πολλῶν ξυμβουλευόντων ἀκούειν. οὐ
γὰρ ὑπολαμβάνετε εἰδέναι τοὺς ἐπιχειροῦντας ὑμῖν ξυμβου-
λεύειν περὶ ὧν ξυμβουλεύουσιν· εἰ γὰρ ὑπελαμβάνετε εἰδέ-
ναι τοὺς ξυμβουλεύοντας ὑμῖν, ἑνὸς μόνου ἀκούσασιν
ἐξήρκει ἂν ὑμῖν. * τὸ οὖν ξυνέρχεσθαι ἀκουσομένους μὴ 381
εἰδότων, ὡς προὔργου τι ποιοῦντας, πῶς οὐκ ἄτοπόν
ἐστι;

Καὶ περὶ μὲν τῆς ξυνόδου ὑμῶν ἀπορῶ ταύτῃ. περὶ
δὲ τῆς τῶν οἰομένων ὑμῖν ξυμβουλεύειν προθυμίας ἐκεῖνο
ἄπορον. εἰ μὲν γὰρ μὴ ταὐτὰ ξυμβουλεύουσι περὶ τῶν
αὐτῶν ξυμβουλεύοντες, πῶς ἂν πάντες καλῶς ξυμβουλεύ-
οιεν, μὴ ξυμβουλεύοντες ἃ ξυμβουλεύει ὁ ὀρθῶς ξυμβου-
λεύων; ἢ πῶς οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη ἡ προθυμία * τῶν B
προθυμουμένων ξυμβουλεύειν περὶ ὧν ἀπείρως ἔχουσιν;
οὐ γὰρ δὴ ἔμπειροι ὄντες προαιρήσονται ξυμβουλεύειν μὴ
ὀρθῶς. εἰ δ' αὖ ταὐτὰ ξυμβουλεύουσι, τί δεῖ πάντας αὐ-
τοὺς ξυμβουλεύειν; εἷς γὰρ αὐτῶν τὰ αὐτὰ ξυμβουλεύων
ἱκανὸς ἔσται. τὸ οὖν τοιαῦτα προθυμεῖσθαι ἃ οὐδὲν προὔρ-
γου ἂν γένοιτο, πῶς οὐ γελοῖον; οὔτε οὖν ἡ τῶν ἀπείρων
προθυμία οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη, τοιαύτη γε οὖσα, οὔτε οἱ
ἔμφρονες ἂν τοιαῦτα * προθυμηθεῖεν, εἰδότες ὅτι καὶ εἷς C
τις αὐτῶν τὸ αὐτὸ πράξει, ξυμβουλεύων γε, ὡς προςήκει·
ὥςτε πῶς οὐ γελοῖός ἐστιν ἡ προθυμία τῶν οἰομένων ὑμῖν
ξυμβουλεύειν, οὐ δύναμαι εὑρεῖν.

Τὸ δὲ περὶ τῆς ψήφου ἣς φέρειν διανοεῖσθε, τί δύ-
ναται, ἀπορῶ μάλιστα. πότερον γὰρ τοὺς εἰδότας ξυμ-
βουλεύειν κρίνετε; ἀλλ' οὐ πλείονες ἑνὸς ξυμβουλεύσουσιν,
οὐδὲ ἄλλως καὶ ἄλλως περὶ τοῦ αὐτοῦ. ὥςτε περὶ τούτων
μὲν τὴν ψῆφον φέρειν * ὑμᾶς οὐ δεήσει. ἀλλὰ τοὺς ἀπεί- D
ρους καὶ ὡς μὴ δεῖ ξυμβουλεύοντας κρίνετε; ἢ τοῖς τοι-
ούτοις ὡς μαινομένοις οὐκ ἐπιτρέπειν ξυμβουλεύειν προςή-

*) ἴσ. τοῖς μὴ ἐπισταμένοις ὑμῖν.

non idem qui sciunt omnes consilium dant? quare vos hoc audito discedere decet; nunc autem hoc non facitis, sed multos consilium dantes audire voltis. non enim putatis scire eos qui vobis consilium dare conentur ea de quibus consilium dent; si enim scire putaretis vobis consilium daturos, unum solum audire satis haberetis. vos igitur convenisse audituros nescientes, tamquam operae pretium facturos, quidni absurdum sit?

Ac de conventu quidem vestro sic animi pendeo. De eorum autem studio qui se consilium vobis dare posse putant, illud mihi dubium est. si enim non eadem suadent qui de eisdem rebus consilium dant, quomodo omnes recte suadere poterunt, non suadentes quae suadet is qui recte suadet? an quidni absurdum fuerit eorum studium qui ad consulendum prompti sint de his quorum imperiti sint? nam si periti sunt, non in animum inducent non recte suadere. si vero idem suadent, quid necesse est omnes consilium dare? unus enim ex eis idem suadens satis erit. talia igitur appetere quae nihil utilitatis praebeant nonne ridiculum est? neque igitur imperitorum studium non poterit esse absurdum, quum tale sit, neque prudentes talia facere studebunt quum sciant unum aliquem ex ipsis idem posse facere, suadentem videlicet, ut convenit. quocirca cur non ridiculum sit eorum studium qui consilium se vobis dare posse putent, non possum reperire.

De suffragio autem quod ferre cogitatis, quid possit, maxime pendeo. utrum enim de eis qui consilium dare sciunt iudicatis? at non plures uno consilium dabunt, neque aliter atque aliter eadem de re. quocirca suffragium vobis ferre opus non erit. an de imperitis nec ita ut oportet consilium dantibus iudicatis? his vero tamquam insanis permittere ut consilium dent quomodo convenit? si vero neque de peritis neque de

κει; εἰ δὲ μήτε τοὺς ἐμπείρους μήτε τοὺς ἀπείρους κρινεῖτε,
τίνας κρινεῖτε; ἀρχὴν δὲ τί δεῖ πάντως ἄλλους ξυμβου-
λεύειν ὑμῖν, εἴπερ κρίνειν τὰ τοιαῦτα ἱκανοί ἐστε; εἰ δ᾽
αὖ *) μὴ ἐστὲ ἱκανοί, τί καὶ δύνανται ὑμῖν αἱ ψῆφοι; ἢ
πῶς οὐ γελοῖόν ἐστι ξυνέρχεσθαι μὲν ὑμᾶς ξυμβουλευσομέ-
νους, * ὡς δεομένους ξυμβουλίας καὶ οὐχ ἱκανοὺς ὄντας E
αὐτούς, ξυνελθόντας δὲ οἴεσθαι δεῖν ψηφίζεσθαι ὡς κρίνειν
ἱκανοὺς ὄντας; οὐ γὰρ δὴ καθ᾽ ἕνα μὲν ὄντες οὐκ οἴδατε,
ξυνελθόντες δὲ φρόνιμοι γίγνεσθε· οὐδ᾽ αὖ ἰδίᾳ μὲν ἀπο-
ρεῖτε, ἐλθόντες δὲ εἰς τὸ αὐτὸ οὐκέτι ἀπορεῖτε, ἀλλ᾽ ἱκα-
νοὶ γίγνεσθε ξυνορᾶν ποῖα πρακτέα ἐστὶν ὑμῖν, καὶ ταῦτα
παρ᾽ οὐδενὸς μαθόντες οὐδ᾽ αὐτοὶ εὑρόντες, ὃ ἐστι δεινό-
τατον ἁπάντων. οὐ γὰρ δή, μὴ δυνάμενοί γε ξυνορᾶν ἃ
πρακτέον * ἐστί, κρίνειν ἱκανοὶ ἔσεσθε τὸν ὀρθῶς ξυμβου- 382
λεύοντα περὶ τούτων ὑμῖν. οὐδ᾽ αὖ τοῦτό γε ἐρεῖ εἷς ὢν
ὁ ξυμβουλεύων ὑμῖν οὗτος **) ὑμᾶς διδάξειν ἃ πρακτέον
ὑμῖν ἐστί, καὶ κρινεῖν τοὺς κακῶς καὶ μὴ ξυμβουλεύοντας
ὑμῖν, οὕτως ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ ὄντας τοσούτους· τοῦτο
δὲ ἐκείνου οὐδὲν ἧττον ἂν φανείη δεινὸν ὄν. εἰ δὲ μήθ᾽ ἡ
ξύνοδος μήθ᾽ ὁ ξυμβουλεύων ἡμῖν ἱκανοὺς κρίνειν ποιεῖ
ὑμᾶς, τίς χρεία τῶν ψήφων ἐστὶν ὑμῖν; ἢ πῶς οὐκ ἐναν-
τιοῦται ἡ ξύνοδος ὑμῶν * ταῖς ψήφοις καὶ αἱ ψῆφοι τῇ B
τῶν ξυμβουλευόντων ὑμῖν προθυμίᾳ; ἡ μὲν γὰρ ξύνοδός
ἐστιν ὑμῶν ὡς οὐχ ἱκανῶν, ἀλλὰ ξυμβούλων δεομένων, αἱ
δὲ ψῆφοι φέρονται ὡς οὐ ξυμβούλων δεομένων, ἀλλὰ καὶ
κρίνειν καὶ ξυμβουλεύειν δυναμένων· καὶ ἡ μὲν προθυμία
τῶν ξυμβουλευόντων ὑμῖν ὡς εἰδότων ἐστίν, αἱ δὲ παρ᾽
ὑμῶν ψῆφοι ὡς οὐκ εἰδότων τῶν ξυμβουλευόντων φέρονται.
καὶ εἴ τις ὑμᾶς ἔροιτο τοὺς ψηφισαμένους καὶ τὸν ξυμ-
βουλεύσαντα ὑμῖν, * περὶ ὧν ἂν ψηφίσησθε, Πότερον ἴστε C
ὅτι ἔσται οὗ ἕνεκα πράττειν διανοεῖσθε ἃ ἐψηφίσασθε,
οὐκ οἴομαι ἂν φῆσαι ὑμᾶς. Τί δ᾽, εἰ γένοιτο οὗ ἕνεκα
πράττειν ἂν διανοεῖσθε, ἴστε ὅτι ξυνοίσει τοῦτο ἡμῖν; οὐδὲ
τοῦτο ἂν φῆσαι οἴομαι ὑμᾶς οὐδὲ τὸν ξυμβουλεύοντα ὑμῖν.
Τῶν ἀνθρώπων δὲ τίνα ὑπολαμβάνετε εἰδέναι τι τούτων;

*) γρ. οὖν. **) γρ. οὕτως.

nitate, hoc qui haberet is divitissimus esset? Vero. Iam si quis nunc accedens e nobis quaereret O Socrates et Eryxia et Erasistrate, potestis mihi dicere quid sit homini res plurimi facienda? an haec quam possidens homo optime deliberet quo pacto quam optime et suas ipse et amicorum res gerat? quamnam hanc esse diceremus? Mihi quidem videtur, Socrate, felicitas plurimi facienda esse homini. Nec male, inquam; nonne vero hos homines felicissimos putabimus esse, qui maxime bene rem gerant? Mihi sane videntur. Nonne hi optime gerent, qui minimum in se ipsos et in ceteros homines peccabunt, sed plurima recte facient? Sane quidem. Nonne qui sciunt mala et bona et quae faciunda sint quae non, hi rectissime facient et minimum peccabunt? Haec quoque concessit. Nunc igitur nobis reperiuntur iidem viri sapientissimi et rectissime facientes et felicissimi et divitissimi, siquidem sapientia res videtur maximi aestimanda. Etiam. At vero, suscipiens inquit Erasistratus, Socrate, quid utilitatis praeberet homini, si sapientior esset Nestore, ad vivendum autem necessaria non haberet, cibos et potus et vestes et si quid aliud est generis eiusdem? quid sapientia prodesset? vel qui hic divitissimus erit, quem nihil prohibebit a mendicitate, quippe nihil eorum habentem quae sunt necessaria? Admodum videbatur hic quoque aliquid dicere. At num, inquam, qui sapientiam possideat hac sit conditione, si his indigeat, sin vero aliquis Pulytionis domum possideat eamque auro et argento refertam, nullius rei indigeat? At, inquit, hunc quidem nihil prohibet nunc statim vendere opes et pro his ipsis habere ea quibus indigeat ad victum, vel etiam nummos, quibus haec sibi comparare possit omnibusque illico abundare. Vero, si ei contigerint, inquam, homines, qui huiusmodi domum malint ha-

σθαι; καὶ ἁπάντων εὐπορεῖν παραχρῆμα. Εἴ γε τυγχά-
νοιεν, ἔφην ἐγώ, οἱ ὄντες ἄνθρωποι δεόμενοι τοιαύτην
σφίσιν οἰκίαν γενέσθαι * μᾶλλον, ἤπερ τὴν ἐκείνου σοφίαν· D
ἐπεὶ εἴ γε τοιοῦτοι εἴησαν οἷοι τὴν τοῦ ἀνθρώπου σοφίαν
περὶ πλείονος ἡγεῖσθαι καὶ τὰ ἀπὸ ταύτης γιγνόμενα, πολὺ
μᾶλλον οὗτος ἔχοι διατίθεσθαι, εἴπερ τυγχάνοι *) τι δεό-
μενος καὶ βούλοιτο καὶ αὐτὴν καὶ τὰ ἔργα τὰ ἀπὸ ταύτης
διατίθεσθαι. ἢ τῆς μὲν οἰκίας ἥ τε χρῆσις πολλὴ τυγχά-
νει οὖσα καὶ ἀναγκαία, καὶ μεγάλα τῷ ἀνθρώπῳ τὰ δια-
φέροντα τὰ πρὸς τὸν βίον, ἐν τῇ τοιαύτῃ οἰκίᾳ οἰκεῖν
μᾶλλον, ἢ ἐν σμικρῷ καὶ φαύλῳ οἰκιδίῳ, τῆς δὲ σο-
φίας ἥ τε χρεία ὀλίγου * ἀξία καὶ τὰ διαφέροντα σμικρά, E
ἢ σοφῷ ἢ ἀμαθεῖ εἶναι περὶ τῶν μεγίστων; ἢ τούτου μὲν
καταφρονεῖν τοὺς ἀνθρώπους καὶ μὴ εἶναι ὠνητάς, τῆς
δὲ κυπαρίττου τῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ καὶ Πεντελικῶν λίθων πολ-
λοὺς τοὺς δεομένους τε καὶ βουλομένους πρίασθαι; οὔκουν
ἂν εἴ γε σοφὸς εἴη κυβερνήτης, οὐδὲ ἰατρὸς σοφὸς τὴν
τέχνην, ἢ τιν' ἄλλην τῶν τοιουτοτρόπων τεχνῶν εὖ καὶ
καλῶς δύναιτο μεταχειρίζεσθαι, οὐδενὸς ὅτου οὐκ ἂν ἐντι-
μότερος εἴη τῶν κατὰ τὰς οὐσίας μεγίστων κτημάτων, ὁ
δὲ δυνάμενος εὖ βουλεύεσθαι καὶ αὐτὸς αὑτοῦ πέρι καὶ
ἑτέρου, ὅπως ἂν ἄριστα πράττοι, οὐκ ἂν ἄρα δύναιτο
διατίθεσθαι, εἴπερ βούλοιτό γε τοῦτο πράττειν; * Ὑπο- 395
λαβὼν δὲ καὶ ὑποβλέψας ὁ Ἐρυξίας, ὥςπερ τι ἀδικούμε-
νος, Σὺ γὰρ ἄν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, εἰ δέοι σε τἀληθῆ
λέγειν, φαίης ἂν εἶναι Καλλίου τοῦ Ἱππονίκου πλουσιώτε-
ρος· καίτοι οὐκ ἂν ἀμαθέστερός γε ὁμολογήσαις ἂν εἶναι
περὶ οὐδενὸς τῶν μεγίστων, ἀλλὰ σοφώτερος· καὶ οὐδὲν
μᾶλλον διὰ τοῦτο πλουσιώτερος εἶ. Ἴσως γάρ, ἦν δ' ἐγώ,
σὺ οἴει, ὦ Ἐρυξία, τουτουσὶ μὲν τοὺς λόγους, οὓς νυνὶ
διαλεγόμεθα, εἶναι παιδιάν· ἐπεὶ οὐκ ἀληθῶς * γε οὕτως B
ἔχειν, ἀλλ' ὥςπερ ἐν τῇ πεττείᾳ εἶναι πεττούς, οὓς εἴ τις
φέροιτο, δύναιτ' ἂν τοὺς ἀντιπαίζοντας ποιεῖν ἡττᾶσθαι
οὕτως ὥςτε μὴ ἔχειν ὅ τι πρὸς ταῦτα ἀντιφέρωσιν. ἴσως
οὖν καὶ περὶ τῶν πλουσίων οἴει μὲν οὐδέν τι μᾶλλον οὕτως

---

*) γρ. ἔχει — τυγχάνει.

Digitized by Google

bere quam illius sapientiam; nam si eiusmodi sint qui hominis sapientiam et quae ab ea proficiscantur pluris faciant, multo magis hic possit vendere, si cuius rei indigeat et velit tum ipsam tum eius opera vendere. an domus quidem usus multus est et necessarius, et magnopere ad vitae commoda hominis refert, in tali potius domo habitare, quam in parva et vili domuncula, sapientiae vero usus non habet pretium, parvique refert utrum aliquis sapiens sit, an rerum maximarum imperitus? an hoc contemnere putas homines nec eius esse emptores, cupresso vero domum ornante et lapidibus Pentelicis multos indigere eosque emere velle? ergo si quis sapiens sit gubernator vel medicus artis suae peritus vel aliam quam huiusmodi artium bene et recte factitet, quibusvis opibus quae in divitiis maximae habeantur praestantior sit, is vero qui bene possit tam ipse de se quam de altero statuere, quomodo optime rem gerat, non possit hoc vendere, siquidem voluerit hoc facere? Suscipiens et torvum intuens Eryxias, tamquam offensus quodammodo, Tu sane, inquit, Socrate, si verum te dicere oporteret, te affirmares Callia Hipponici filio divitiorem esse; quamquam te non imperitiorem esse concedes ullius rerum maximarum, sed sapientiorem; at nihilo magis hanc ob causam divitior es. Fortasse enim, inquam, tu opinaris, Eryxia, hosce quos nunc conferamus sermones esse iocum; etenim non vere sic se habere, sed similes esse calculis in ludo calculorum, quos ducens possit aliquis collusores ita vincere ut nesciant quomodo suos illis opponant. fortasse igitur etiam de divitibus censes nihilo magis quidem rem se sic habere, sermones autem quosdam esse huiusmodi nihilo magis veros, quam falsos, quos adhibens vincat homo adversarios ut concedant sapientissimos etiam divitissimos nobis esse, licet ipse mentia-

ἔχειν, λόγους δέ τινας εἶναι τοιούτους οὐδέν τι μᾶλλον
ἀληθεῖς, ἢ ψευδεῖς, οὓς λέγων ἄνθρωπος περιγίγνοιτ' ἂν
τῶν ἀντιλεγόντων, ὡς οἱ σοφώτατοι καὶ πλουσιώτατοι
ἡμῖν εἰσί, καὶ ταῦτα τοιαῦτα * ψευδῆ λέγων ἀληθῆ λε- C
γόντων· καὶ οὐδὲν μὲν ἴσως θαυμαστόν, ὁμοίως ὥςπερ εἰ
δύ' ἀνθρώπω περὶ γραμμάτων λεγοίτην, ὁ μὲν φάσκων τοῦ
Σωκράτους ἄρχειν σίγμα, ὁ δ' ἕτερος ἄλφα, οὗτος ἂν εἴη
κρείττων ὁ λόγος ὁ τοῦ λέγοντος ἄλφα, ἢ τοῦ φάσκοντος
σίγμα ἀρχήν. Περιβλέψας δὲ πρὸς τοὺς παρόντας ὁ Ἐρυ-
ξίας, ἅμα γελῶν τε καὶ ἐρυθριῶν, ὥςπερ οὐ παρὼν τοῖς
ἔμπροσθεν λελεγμένοις, Ἐγὼ μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐ
* τοιούτους ᾤμην δεῖν τοὺς λόγους εἶναι, οἷς μήτ' ἂν πεῖ- D
σαι δύναιτό τις μηδένα τῶν παρόντων, μήτ' ἂν ὠφεληθείη
μηδὲν ἀπ' αὐτῶν (τίς γὰρ ἂν ἀνθρώπων ποτὲ πεισθείη
νοῦν ἔχων, ὡς οἱ σοφώτατοι ἡμῖν πλουσιώτατοι;)· ἀλλὰ
μᾶλλον, ἐπειδὴ περὶ τοῦ πλουτεῖν διαλέγεσθαι δεῖ, ὁπόθεν
καλόν ἐστι πλουτεῖν καὶ ὁπόθεν αἰσχρόν, καὶ αὐτὸ τὸ
πλούσιον εἶναι ὁποῖόν τί ἐστι, *) πότερον ἀγαθόν, ἢ κα-
κόν. Εἶεν, ἔφην ἐγώ· τοιγαροῦν τὰ λοιπὰ δὴ φυλαξόμε-
θα· * καλῶς δὲ καὶ σὺ ποιεῖς παραινῶν. ἀλλὰ τί οὐκ αὐ- E
τός, ἐπείπερ εἰσηγεῖ τὸν λόγον, ἐπεχείρησας εἰπεῖν πότε-
ρόν σοι δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν, ἢ κακόν; ἐπει-
δήπερ οἵ γ' ἔμπροσθεν λόγοι οὐ περὶ τούτου δοκοῦσί σοι
εἰρῆσθαι. Ἐμοὶ μὲν τοίνυν δοκεῖ ἀγαθὸν εἶναι, ἔφη, τὸ
πλουτεῖν. Ἔτι δ' αὐτοῦ τι βουλομένου λέγειν, ὑποκρούσας
ὁ Κριτίας, Σὺ γὰρ εἰπέ μοι, ὦ Ἐρυξία, ἀγαθὸν ἡγεῖ τὸ
πλουτεῖν; Ἔγωγε νὴ Δία· ἢ γὰρ ἂν μαινοίμην. καὶ οὐ-
δένα γε οἶμαι εἶναι ὅςτις ἂν οὐχ ὁμολογήσειε ταῦτα. Καὶ
μήν, ἔφη ὁ ἕτερος, καὶ ἐγὼ οἶμαι οὐδένα ὅντινα οὐκ ἂν
ποιῆσαι ὁμολογεῖν ἐμοὶ ἐνίοις ἀνθρώποις * κακὸν εἶναι τὸ 396
πλουτεῖν. οὐκ ἂν οὖν, εἴπερ ἀγαθὸν ἦν, κακὸν ἡμῶν
ἐνίοις ἐφαίνετο. Εἶπον οὖν αὐτοῖν ὅτι Ἐγώ τοι ὑμᾶς, εἰ
μὲν ἐτυγχάνετε περὶ τούτου διαφερόμενοι, ὁπότερος ὑμῶν
ἀληθέστερα λέγει περὶ ἱππασίας, ὅπως ἂν τις ἄριστα ἱπ-
πεύοι, εἰ μὲν αὐτὸς ἐτύγχανον ἱππικὸς ὤν, αὐτὸς ἂν ὑμᾶς

---

*) γρ. τὸ πλούσιον εἶναι ἄνθρωπον, τί ἐστι.

tur, illi contra vera dicant; idque fortasse non mirum, perinde ac si, duobus hominibus de litteris disceptantibus altero contendente *s* primam esse litteram in Socratis nomine, altero *a*, oratio eius qui diceret *a* esse primam litteram superior esset, quam eius qui *s* contenderet principium esse. Tum circumspiciens praesentes Eryxias, simul ridens et erubescens, quasi non interfuisset superiori sermoni, Equidem, inquit, Socrate, non tales arbitrabar debere sermones esse, quibus neque persuadere quis posset ulli praesentium neque ipse iuvaretur ullo modo (quis enim hominum umquam, si sapiat, sibi persuaderi patiatur, sapientissimos nobis esse divitissimos?): immo potius, quoniam de divitiis habenda est oratio, demonstrari oportet unde honestum sit sese ditare et unde turpe, et ipsum hoc divitias habere quale sit utrum bonum, an malum. Itaque, inquam, posthac cavebimus; bene enim mones. at cur non ipse, quum ostendas quomodo haberi oporteat orationem, instituis dicere utrum tibi videatur bonum esse divitias habere, an malum? siquidem superiores sermones non de hoc tibi videntur fuisse. Mihi quidem videtur bonum esse, inquit, divitias habere. Volentem adhuc aliquid dicere interpellans Critias Tu enim dic mihi, inquit, Eryxia, bonumne ducis divitem esse? Sane quidem hercle; profecto enim insanirem. ac neminem puto esse quin idem affirmet. Atque ego quoque, inquit alter, arbitror neminem esse quem non efficiam mihi assentientem nonnullis hominibus malum esse divitias habere. neque vero, si bonum esset, malum aliquibus nostrum videri posset. Tum ego eis dixi: Equidem, si vos de hoc dissentiretis, uter vestrum veriora diceret de arte equitandi, quonam pacto quis optime equitaret, atque ipse eius artis peritus essem, conarer hanc vestram controversiam dirimere; puderet enim me nisi praesens, quoad eius facere possem, prohiberem vos dis-

ἐπειρώμην παύειν τῆς διαφορᾶς· ᾐσχυνόμην γὰρ ἂν εἰ πα-
ρὼν μὴ καθ᾽ ὅσον οἷός τ᾽ ἦν ἐκώλυον διαφερομένους, ἢ εἰ
περὶ ἑτέρου οὑτινοσοῦν διαφερόμενοι * μηδέν τι μᾶλλον B
ἐμέλλετε, εἰ μὴ ὁμολογοῖτε τουτί, μᾶλλον ἐχθροὶ ἀντὶ φί-
λων ἀπαλλαγῆναι· νῦν δέ, ἐπειδὴ τετυχήκατε περὶ τοιού-
του πράγματος διαφερομένω, ᾧ ἀνάγκη προσχρῆσθαι παρ᾽
ὅλον τὸν βίον, καὶ μεγάλα διαφέρει, πότερον ἐπιμελητέον
ἐστὶ τούτου ὡς ὠφελίμου ὄντος, ἢ οὔ, καὶ ταῦτα οὐ τῶν
φαύλων, ἀλλὰ τῶν μεγίστων δοκούντων εἶναι τοῖς Ἕλλησιν
(οἱ γοῦν πατέρες τουτὶ πρῶτον τοῖς σφετέροις υἱέσι παραι-
νοῦσιν, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἡλικίαν τάχιστα ἀφίκωνται τοῦ
ἤδη φρονεῖν, * ὡς δοκοῦσι, σκοπεῖν ὁπόθεν πλούσιοι ἔσον- C
ται· ὡς, ἂν μέν τι ἔχῃς, ἄξιός του εἶ, ἐὰν δὲ μή, οὐδε-
νός)· εἰ οὖν σουδάζεται μὲν οὑτωσὶ σφόδρα, ὑμεῖς δὲ
τἆλλα συμφερομένω περὶ τούτου οὑτωσὶ μεγάλου πράγμα-
τος διαφέρεσθε, ἔτι δ᾽ αὖ πρὸς τούτοις περὶ τοῦ πλουτεῖν
διαφέρεσθε οὐχ ὁπότερον μέλαν ἢ λευκὸν οὐδὲ ὁπότερον
κοῦφον ἢ βαρύ, ἀλλ᾽ ὁπότερον κακὸν ἢ ἀγαθόν, ὡς ἂν
μάλιστα καὶ εἰς ἔχθραν καταστῆναι, εἰ τῶν κακῶν τε καὶ
ἀγαθῶν * πέρι διαφέρεσθε, καὶ ταῦτα μέντοι τὰ μάλιστα D
φίλω τε ὄντε καὶ συγγενέε· ἐγὼ οὖν, ὅσον ἂν ἐπ᾽ ἐμοὶ
ᾖ, οὐ περιόψομαι ὑμᾶς αὐτοὺς αὑτοῖς διαφερομένους,
ἀλλ᾽ εἰ μὲν αὐτὸς οἷός τ᾽ ἦ, φράσας ἂν ὑμῖν ὅπως
ἔχει ἔπαυσα τῆς διαφορᾶς· νυνὶ δ᾽ ἐπειδὴ αὐτὸς μὲν
οὐ τυγχάνω οἷός τ᾽ ὤν, ὑμῶν δ᾽ ἑκάτερος οἴεται οἷός τ᾽
εἶναι ὁμολογεῖν ποιῆσαι * τὸν ἕτερον, ἕτοιμός εἰμι συλ- E
λαμβάνειν καθ᾽ ὅσον ἂν δύνωμαι, ἵνα διομολογηθῇ ὑμῖν
ὅπως ἔχει τοῦτο. σὺ οὖν, ἔφην, *) ὦ Κριτία, ἐπιχείρει
ποιῆσαι ἡμᾶς ὁμολογεῖν, ὥςπερ ὑπεδέξω. **) Ἀλλ᾽, ἔφη,
ἐγὼ μέν, ὥςπερ ἠρξάμην, Ἐρυξίαν τουτον ἡδέως ἐροίμην
ἂν εἰ δοκοῦσιν αὐτῷ εἶναι ἄνθρωποι ἄδικοι καὶ δίκαιοι.
Νὴ Δία, ἔφη ἐκεῖνος, καὶ σφόδρα μέντοι. Τί δέ; τὸ ἀδι-
κεῖν πότερον κακόν σοι δοκεῖ εἶναι, ἢ ἀγαθόν; Κακὸν
ἔμοιγε. Δοκεῖ δ᾽ ἄν σοι ἄνθρωπος, εἰ μοιχεύοι τὰς τῶν
πέλας γυναῖκας ἐπ᾽ ἀργυρίῳ, ἀδικεῖν ἄν, ἢ οὔ, καὶ ταῦτα

*) γρ. ἔφη. **) γρ. ὑπεδείξω.

sentire, vel etiam si de alia quacumque re dissidentes, nisi in ea consentiretis, magis inimici pro amicis discessuri essetis; nunc autem, quum de eiusmodi re inter vos dissentiatis, qua uti necesse sit tota in vita, magnique referat utrum colenda sit ut utilis necne, eaque res non vilis sit, sed una de eis quae maximae videantur esse Graecis (patres certe hoc primum filiis suis mandant, simul atque in eam aetatem venerunt qua sapere iam videntur, ut circumspiciant unde divites fieri possint: nam si quid habes, aliquo es numero; sin minus, nullo): haec igitur quum tanto opere appetatur, vos autem in ceteris consentientes de hac tam magna re discrepetis, et praeterea quoque dissentiatis inter vos non de hoc utrum divitias habere nigrum sit an album, neque utrum leve sit an grave, sed utrum malum an bonum, ita ut etiam inimicitiam suscepturi sitis maximam, si de malis et bonis discrepare perrexeritis, praesertim quum quam maxime amici et cognati sitis: ego, quantum in me erit, non negligam vos inter vosmet ipsos contendentes, sed, si ipse possem, rem vobis exponens dirimerem controversiam; nunc autem quum ipse non possim id praestare, vestrum autem uterque se arbitretur alterum posse ad consensionem perducere, paratus sum ad opitulandum quantum potero, ut inter vos conveniat quomodo se hoc habeat. tu igitur, inquam, Critia, studo nos ad consensionem perducere, quemadmodum suscepisti. At, inquit, equidem, quemadmodum coepi, Eryxiam hunc libenter rogaverim an videantur ipsi homines esse iniusti et iusti. Sane hercle, inquit ille, et valde quidem. Quid vero? iniuste facere utrum malum tibi videtur esse, an bonum? Malum mihi quidem. Videturne tibi homo, si adulteret vicinorum uxores data pecunia, iniuste facturus esse, necne, praesertim et civitate et legibus vetantibus? Iniuste facturus esse mihi videtur. Atqui, inquit, si dives erit

μέντοι καὶ τῆς πόλεως καὶ τῶν νόμων κωλυόντων; Ἀδικεῖν ἂν ἔμοιγε δοκεῖ. Οὐκοῦν, ἔφη, εἰ μὲν πλούσιος τυγχάνοι ὢν καὶ ἀργύριον δυνατὸς ἀναλῶσαι ὁ ἄδικός τε ἄνθρωπος καὶ ὁ βουλόμενος, ἐξαμαρτάνοι ἄν, * εἰ δέ γε μὴ ὑπάρχοι πλουσίῳ εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ, οὐκ ἔχων ὁπόθεν ἀναλίσκοι, οὐδ' ἂν διαπράττεσθαι δύναιτο ἃ βούλεται, ὥστ' οὐκ ἂν οὐδὲ ἐξαμαρτάνοι. διὸ καὶ λυσιτελοῖ ἂν τῷ ἀνθρώπῳ μᾶλλον μὴ εἶναι πλουσίῳ, εἴπερ ἧττον διαπράξεται ἃ βούλεται, βούλεται δὲ μοχθηρά. καὶ πάλιν αὖ τὸ νοσεῖν πότερον ἂν φαίης κακόν, ἢ ἀγαθὸν εἶναι; Κακὸν ἔγωγε. Τί δέ; δοκοῦσί τινές σοι ἀκρατεῖς εἶναι ἄνθρωποι; Ἔμοιγε. Οὐκοῦν * εἰ βέλτιον εἴη πρὸς ὑγίειαν τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ ἀπέχεσθαι σίτων καὶ ποτῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἡδέων δοκούντων εἶναι, ὁ δὲ μὴ οἷός τ' εἴη δι' ἀκράτειαν, βέλτιον ἂν εἴη τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ μὴ ὑπάρχειν ὁπόθεν ἐκποριεῖται ταῦτα, μᾶλλον ἢ πολλὴν περιουσίαν εἶναι τῶν ἐπιτηδείων; οὕτω γὰρ ἂν αὐτῷ οὐκ ἐξουσία εἴη ἐξαμαρτάνειν, οὐδ' εἰ σφόδρα βούλοιτο. Ἐδόκει οὖν εὖ καὶ καλῶς διειλέχθαι ὁ Κριτίας οὕτως, ὥστ', εἰ μὴ * ᾐσχύνετο τοὺς παρόντας ὁ Ἐρυξίας, οὐδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν ἀναστάντα τύπτειν τὸν Κριτίαν· οὕτως ᾤετο μεγάλου τινὸς ἐστερῆσθαι, ἐπεὶ αὐτῷ φανερὸν ἐγένετο ὅτι οὐκ ὀρθῶς τὸ πρότερον ἐδόξαζε περὶ τοῦ πλουτεῖν. καταμαθὼν δ' ἐγὼ οὕτως ἔχοντα τὸν Ἐρυξίαν, καὶ εὐλαβούμενος μὴ ποῤῥωτέρω τις λοιδορία καὶ ἐναντίωσις γένοιτο, Τουτονὶ μὲν τὸν λόγον, ἔφην ἐγώ, πρώην ἐν Λυκείῳ ἀνὴρ * σοφὸς λέγων Πρόδικος ὁ Κεῖος ἐδόκει τοῖς παροῦσι φλυαρεῖν οὕτως, ὥστε μηδένα δύνασθαι πεῖσαι τῶν παρόντων ὡς ἀληθῆ λέγοι. καὶ δῆτα καὶ μειράκιόν τι σφόδρα νέον προσελθὸν καὶ στωμύλον, προσκαθιζόμενον, κατεγέλα τε καὶ ἐχλεύαζε καὶ ἐσείεν αὐτόν, βουλόμενον λόγον λαμβάνειν ὧν ἔλεγε· καὶ μέντοι καὶ πολὺ μᾶλλον εὐδοκίμησε παρὰ τοῖς ἀκροωμένοις, ἤπερ ὁ Πρόδικος. Ἆρ' οὖν, ἔφη ὁ Ἐρασίστρατος, ἔχοις ἂν ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι τὸν λόγον; Πάνυ μὲν οὖν, ἐὰν ἄρα * ἀναμνησθῶ. ὡδὶ γάρ πως, ὡς ἐγῷμαι, εἶχεν.

Ἠρώτα γὰρ αὐτὸν τὸ μειράκιον πῶς οἴεται κακὸν εἶναι τὸ πλουτεῖν, καὶ ὅπως ἀγαθόν. ὁ δ' ὑπολαβών, Ὥς-

et pecuniam poterit impendere homo iniustus et iniuste facere cupiens, peccabit, sin autem non erit dives homo, non habens unde impendat, nec facere poterit quae volt; quocirca nec peccabit. itaque etiam conducet homini magis divitiis carere, si minus facturus est quae volt, volt autem flagitiosa. rursus vero aegrotare utrum dixeris malum, an bonum esse? Malum equidem. Quid? videnturne tibi aliqui homines intemperantes esse? Mihi vero. Nonne igitur, si melius sit ad valitudinem huic homini se abstinere cibo et potione reliquisque rebus quae iucundae videantur esse, ille vero propter intemperantiam non possit se abstinere, melius huic homini fuerit non habere unde illa sibi comparet, quam copia rerum necessariarum affluere? ita enim nulla ei fuerit facultas peccandi, nec si vehementer velit. Videbatur autem bene et recte haec disseruisse Critias, ita ut, nisi praesentium puduisset Eryxiam, nihil eum prohibuisset ne surgens Critiam verberaret: ita se putabat magna quadam re privatum esse, quum intelligeret non recte se prius de divitiis sensisse. tum ego Eryxiam videns ita affectum et cavens ne longius procederet obiurgatio et contentio Hancce orationem, inquam, nuper in Lyceo vir sapiens proferens Prodicus Ceus visus est praesentibus adeo nugari, ut nemini potuerit praesentium persuadere se vera dicere. quin adulescentulus quidam admodum iuvenis et garrulus accessit et, quum propter eum consedisset, irridere et illudere et vexare eum coepit, rationem petens eorum quae dixerat; atque etiam multo magis se probavit auditoribus, quam Prodicus. An vero, inquit Erasistratus, poteris nobis referre orationem? Sane quidem, si meminerim. haec enim fere, ut arbitror, fuit.

Quaesivit ex eo adulescentulus quomodo arbitraretur malum esse divitias habere, et quomodo bonum. tum ille suscipiens Sicut etiam tu nunc, inquit, ho-

περ καὶ σὺ νῦν δή, ἔφη, τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν
ἀνθρώπων ἀγαθόν, καὶ τοῖς ἐπισταμένοις ὅπου δεῖ χρῆσθαι
τοῖς χρήμασι, τούτοις μὲν ἀγαθόν, τοῖς δὲ μοχθηροῖς καὶ
ἀνεπιστήμοσι κακόν. ἔχει δ', ἔφη, καὶ τἄλλα πράγματα
οὕτω πάντα· ὁποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ χρώμενοι, τοι-
αῦτα καὶ τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι. καλῶς δ',
ἔφη, δοκεῖ μοι καὶ τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου πεποιῆσθαι,

Καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίοις *) ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν. **)

Νῦν ἄρ', ἔφη τὸ μειράκιον, * εἴ τις ἐμὲ σοφὸν ποιοῖ ταύ- 398
την τὴν σοφίαν ἣν οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες σοφοί εἰσιν, ἅμα
ἀνάγκη καὶ τὰ ἄλλα πράγματ' αὐτὸν ἀγαθὰ ἐμοὶ ποιεῖν,
πρὸς μὲν αὐτὰ ἐκεῖνα μηδὲν πραγματευσάμενον, ὅτι δ' ἐμὲ
ἀντ' ἀμαθοῦς σοφὸν πεποίηκεν· ὥςπερ εἴ τις ἐμὲ νυνὶ
γραμματικὸν ποιήσειεν, ἀνάγκη αὐτὸν καὶ τἄλλα πράγματα
γραμματικὰ ἐμοὶ ποιεῖν, καὶ εἰ μουσικόν, μουσικά· ὥς-
περ ***) ὅταν ἀγαθὸν ἐμὲ ποιήσῃ, ἅμα ἀγαθὰ καὶ * τὰ B
πράγματα πεποιηκέναι μοι. Οὐ μέντοι ταῦτά γε ξυνέφη ὁ
Πρόδικος, ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ὡμολόγει. Πότερον δέ σοι δο-
κεῖ, ἔφη, ὥςπερ οἰκίαν ποιεῖν ἀνθρώπου ἔργον εἶναι, οὕτω
καὶ πράγματα ἀγαθὰ ποιεῖν; ἢ ἀνάγκη, ὁποῖ' ἄττ' ἂν
τὴν ἀρχὴν γένωνται, εἴτε κακὰ εἴτε ἀγαθά, τοιαῦτα δια-
τελεῖν ὄντα αὐτά; Ὑποπτεύσας δέ, μοὶ δοκεῖ, ὁ Πρόδι-
κος, ᾗ ἔμελλεν ὁ λόγος χωρήσεσθαι αὐτῶν, ****) σφόδρα
πανούργως, ἵνα μὴ * πάντων παρόντων ἐναντίον φαίνοιτο C
ἐξελεγχόμενος ὑπὸ τοῦ μειρακίου (μόνοι μὲν γὰρ αὐτῷ τοῦ-
το παθεῖν οὐδὲν ᾤετο διαφέρειν), ἔφη †) ἀνθρώπου ἔργον
εἶναι. Πότερον δέ σοι, ἔφη, δοκεῖ εἶναι διδακτὸν ἡ ἀρε-
τή, ἢ ἔμφυτον; Διδακτόν, ἔφη, ἔμοιγε. Οὐκοῦν, ἔφη,
ἂν δοκῇ ††) σοι ἠλίθιος εἶναι εἴτις οἴοιτο τοῖς θεοῖς εὐχό-
μενος γραμματικὸς ἂν γενέσθαι ἢ μουσικὸς ἢ ἑτέραν τινὰ
ἐπιστήμην λαβεῖν, ἣν ἀνάγκη μαθόντα παρ' ἑτέρου ἢ αὐ-
τὸν ἐξευρόντα κτήσασθαι; * Συνέφη καὶ ταῦτα. Οὐκοῦν, D
ἔφη τὸ μειράκιον, σύ, ὦ Πρόδικε, ὅταν εὔχῃ τοῖς θεοῖς

---

*) ἴσ. ὁκοίοι. **) γρ. ἐρύμασι. ***) ἴσ. ὥςτε.
****) γρ. αὐτῷ. †) ἄλλ. οὐδὲν ᾤετο· διαφέρειν ἔφη.
††) ἴσ. δοκοῖ.

nestis ac bonis hominum eisque qui sciunt ubi nummis oporteat uti, bonum est, improbis vero nec scientibus malum. eadem vero, inquit, reliquarum quoque omnium rerum ratio est: quales enim sunt qui utuntur, tales eis etiam res sint necesse est. praeclare autem, inquit, etiam Archilochi illud mihi videtur se habere: *et cogitant talia quales sunt ipsi in res incidentes.* Nunc igitur, inquit adulescentulus, si quis me sapientem efficiat ad eam sapientiam ad quam viri boni sapientes sunt, simul necesse sit etiam ceteras res eum bonas mihi efficere, nihil studii in ipsis illis ponentem, propterea quod me pro imperito sapientem effecerit; quemadmodum si quis me nunc grammaticum efficiat, necesse sit eum reliqua quoque grammatica mihi efficere, et si musicum, musica; quocirca si bonum me efficiat, simul bonas etiam res mihi efficiat necesse sit. Haec vero Prodicus non probavit, sed illa affirmavit. Utrum vero tibi videtur, inquit, quemadmodum domum aedificare hominis opus est, sic etiam res bonas efficere eius opus esse? an necessario, quales ab initio et per se sint, sive malae sive bonae, tales semper esse? Suspicatus vero, ut mihi videtur, Prodicus, quo tenderet illius oratio, sanequam callide, ut ne coram omnibus praesentibus reperiretur ab adulescentulo convictus (soli enim ipsi si hoc accideret, nihil arbitrabatur referre), respondit hominis esse opus. Utrum vero tibi, inquit, videtur tradi posse virtus, an natura insita esse? Tradi posse, inquit, mihi quidem videtur. Nonne igitur, inquit, videatur tibi stolidus esse, si quis se putet deos precantem grammaticum fieri posse vel musicum vel aliam quam scientiam adepturum esse, quam non possit nisi ab alio discens vel ipse inveniens consequi? Concessit hoc quoque. Nonne vero, inquit adulescentulus, tu, Prodice, quum deos precaris ut bene rem geras et bona tibi contin-

εὖ πράττειν καὶ ἀγαθά σοι εἶναι, τότε οὐδὲν ἕτερον εὔχει ἢ καλὸς κἀγαθὸς γενέσθαι, εἴπερ τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰ πράγματα τυγχάνει ἀγαθὰ ὄντα, τοῖς δὲ φαύλοις μοχθηρά; εἴπερ οὖν τυγχάνει ἡ ἀρετὴ διδακτὸς οὖσα, οὐδὲν ἕτερον φαίνοιο ἂν εὐχόμενος ἢ διδαχθῆναι ἃ οὐκ ἐπίστασαι. Εἶπον οὖν ἐγὼ πρὸς τὸν Πρόδικον ὅτι * μοι δοκεῖ οὐχὶ φαῦλον πρᾶγμα πεπονθέναι, εἰ E
τυγχάνει τούτου διημαρτηκώς, εἰ οἴεται ἡμῖν παρὰ τῶν θεῶν ἃ εὐχόμεθα γενέσθαι ἂν καὶ ἅμα, εἰ καὶ σὺ *) ἑκάστοτε σπουδῇ βαδίζων εἰς πόλιν, προσευχόμενος αἰτεῖς παρὰ τῶν θεῶν δοῦναί σοι ἀγαθά, οὐ μέντοι οἶσθα εἰ οἷοί τέ σοι ἐκεῖνοι ταῦτα δοῦναι ἃ σὺ τυγχάνεις αἰτούμενος· ὥςπερ ἂν εἰ πρὸς τὰς τοῦ γραμματιστοῦ φοιτῶν θύρας ἀντιβολοίης σοι δοῦναι γραμματικὴν ἐπιστήμην μηδὲν ἄλλο πραγματευσαμένῳ, ἀλλὰ ἥντινα λαβὼν παραχρῆμα καὶ δυνήσει πράττειν τὰ τοῦ γραμματιστοῦ ἔργα. Ταῦτα ἐμοῦ λέγοντος ὁ Πρόδικος ἀντανήγετο πρὸς τὸ μειράκιον, ὡς ἀμυνούμενος καὶ ἐπιδείξων ταῦτα ἅπερ σὺ νῦν δή, * ἀγα- 399
νακτῶν εἰ φαίνοιτο μάτην τοῖς θεοῖς εὐχόμενος· εἶτα προςελθὼν ὁ γυμνασίαρχος ἀπαλλάττεσθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ γυμνασίου ἐκέλευεν, ὡς οὐκ ἐπιτήδεια τοῖς νέοις διαλεγόμενον, εἰ δὲ μὴ ἐπιτήδεια, δῆλον ὅτι μοχθηρά.

Τούτου δή σοι ἕνεκα ταῦτα διῆλθον, ἵνα θεάσαιο ὡς ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὴν φιλοσοφίαν, εἰ μὲν γε Πρόδικος παρῆν **) λέγων ταῦτα μαίνεσθαι τοῖς παροῦσιν ἐδόκει ἂν οὕτως, ***) ὥςτε καὶ ἐκβληθῆναι ἐκ τοῦ γυμνασίου, * σὺ δὲ νυνὶ οὕτω σφόδρα δοκεῖς εὖ διειλέχθαι, ὥςτε B
οὐ μόνον τοὺς παρόντας πεῖσαι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀντιλέγοντα ποιῆσαι ὁμολογεῖν σοι· δῆλον ὅτι ὥςπερ ἐν τοῖς δικαστηρίοις, εἰ δύ' ἄνθρωποι τύχοιεν τὴν αὐτὴν μαρτυρίαν μαρτυροῦντες, ὁ μὲν καλὸς κἀγαθὸς δοκῶν εἶναι, ὁ δὲ μοχθηρός, διὰ τὴν τοῦ μοχθηροῦ μαρτυρίαν οὐδὲν ἂν τι μᾶλλον οἱ δικασταὶ πεισθείησαν, ἀλλὰ τυχὸν καὶ τἀναντία ποιήσειαν, εἰ δ' ὁ καλὸς κἀγαθὸς δοκῶν ταῦτα φήσειε, καὶ σφόδρ' ἂν δοκοῖ * ταῦτα ἀληθῆ εἶναι· ἴσως οὖν καὶ οἱ C

---

*) γρ. εἰ καί. **) ἴσ. πρώην. ***) ἴσ. ἐδόκει οὕτως.

gant, tum nihil aliud petis nisi hoc ut honestus et bonus exsistas, siquidem honestis quidem ac bonis hominibus etiam res sunt bonae, improbis vero malae? iam si virtus ea est quae doceri possit, nihil aliud reperiere precans nisi istud ut doceare quae nescias. Tum ego dixi Prodico, mihi videri non mediocre quid ipsi contingere si hoc non assequeretur, quippe putans nobis statim a diis tribui quae precaremur. nam etiamsi semper in urbem properas precibusque a diis petis ut bona tibi tribuant, nescis tamen an possint tibi haec tribuere quae petas; idem est ac si ad grammatici fores itans obsecres ut grammaticam tibi artem tradat, ita ut aliam nullam operam impendas, sed statim ut eam consequutus sis, etiam facere possis ea quae sunt grammatici opera. Haec quum dixissem Prodicus aggressus est adulescentulum ut se defenderet et eadem demonstraret quae tu nunc, quippe moleste ferens si videretur frustra deos precari. tum gymnasiarchus accedens e gymnasio eum discedere iussit ut de rebus disserentem quae iuvenibus non essent commodae et, si non commodae, aperte malae.

Hanc vero ob causam tibi haec narro ut cognoscas quomodo sentiant homines de philosophia, siquidem Prodicus nuper haec dicens insanire praesentibus visus est adeo ut etiam eiiceretur e gymnasio, tu vero nunc tam bene videris disseruisse ut non modo praesentibus persuaseris, verum etiam adversarium ad assensum perduxeris; quemadmodum videlicet in iudiciis, si duo homines idem testimonium dicant, quorum alter honestus ac bonus videatur esse, alter improbus, improbi testimonio nihilo magis iudices in persuasionem adducantur, sed fortasse etiam contrarium faciant, si vero qui honestus ac bonus videatur id dicat, prorsus verum videatur esse; sic fortasse etiam praesentes animati sunt in te et Prodicum, hunc Sophisten vanumque hominem existimantes, te vero

παρόντες τοιοῦτόν τι πεπόνθασι πρὸς σὲ καὶ Πρόδικον, τὸν μὲν σοφιστὴν καὶ ἀλαζόνα ἡγοῦντα εἶναι, σὲ δὲ πολιτικόν τε καὶ ἄνδρα καὶ πολλοῦ ἄξιον. *) εἶτα οἴονται δεῖν μὴ αὐτὸν τὸν λόγον θεωρεῖν, ἀλλὰ τοὺς λέγοντας, ὁποῖοί τινες ἂν ὦσιν. Ἀλλὰ μέντοι, ἔφη ὁ Ἐρασίστρατος, ὦ Σώκρατες, εἰ καὶ σκώπτων λέγεις, φαίνεσθαι ἔμοιγε δοκεῖ ὁ Κριτίας λέγων τι. Ἀλλὰ μὰ Δί', ἦν δ' ἐγώ, οὐδ' ὁπωστιοῦν. * ἀλλὰ τί οὐκ, **) ἐπεὶ ταῦτα εὖ καὶ καλῶς διειλεχθον, οὐ καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου ἐπετελεσάτην; δοκεῖ D δέ μοι ὑμῖν ἐπίλοιπόν τι εἶναι τῆς σκέψεως· ἐπειδὴ τοῦτό γε ἐδόκει ὁμολογεῖσθαι, τοῖς μὲν ἀγαθὸν εἶναι, τοῖς δὲ κακόν, λοιπὸν δὴ σκέψασθαι τί ἐστιν αὐτὸ τὸ πλουτεῖν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο πρῶτον εἴσεσθε, οὐδ' ἂν ὁπότερον κακόν ἐστιν ἢ ἀγαθὸν δύναισθε * συνομολογῆσαι. ἕτοιμος δ' ὑμῖν E καὶ ἐγώ, καθ' ὅσον οἷός τ' ἂν ὦ, συνδιασκοπεῖσθαι. φρασάτω οὖν ἡμῖν ὁ φάσκων τὸ πλουτεῖν ἀγαθὸν εἶναι, τούτου πέρι ὅπως τυγχάνει ἔχων. Ἀλλ' ἐγὼ μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐδέν τι περιττότερον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τὸ πλουτεῖν λέγω εἶναι· τὸ γὰρ χρήματα πολλὰ κεκτῆσθαι τοῦτο εἶναι τὸ πλουτεῖν· οἶμαι δὲ καὶ Κριτίαν ταῦτον οὐχ ἕτερόν τι τὰ πλουτεῖν οἴεσθαι εἶναι. Ἔτι μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, κἂν οὕτως ὑπόλοιπον εἴη σκέψασθαι ὁποῖά ἐστι χρήματα, ἵνα μὴ ὀλίγον ὕστερον περὶ τούτου αὖ πάλιν φανῆσθον διαφερομένω. αὐτίκα γὰρ οὗτοι Καρχηδόνιοι νομίσματι χρῶνται τοιῷδε· * ἐν δερματίῳ σμικρῷ ἀποδέδεται ὅσον τε ***) στατῆρος τὸ μέγεθος μάλιστα, ὅ τι δέ 400 ἐστι τὸ ἐναποδεδεμένον, οὐδεὶς γιγνώσκει, εἰ μὴ οἱ ποιοῦντες· εἶτα κατεσφραγισμένῳ τούτῳ νομίζουσι καὶ ὁ πλεῖστα τοιαῦτα κεκτημένος, οὗτος πλεῖστα δοκεῖ χρήματα κεκτῆσθαι καὶ πλουσιώτατος εἶναι. εἰ δέ τις παρ' ἡμῖν πλεῖστα τοιαῦτα κεκτημένος εἴη, οὐδὲν ἂν μᾶλλον πλούσιος εἴη, ἢ εἰ ψήφους πολλὰς τῶν ἐκ τοῦ ὄρους ἔχοι. ἐν δὲ Λακεδαίμονι σιδηρῷ * σταθμῷ νομίζουσι, καὶ ταῦτα μέντοι τῷ B ἀχρείῳ τοῦ σιδήρου· καὶ ὁ πολὺν σταθμὸν σιδήρου τοῦ

*) ἴσ. ἄνδρα πολλοῦ ἄξιον.

) γρ. ἀλλὰ τί. *) ἴσ. ὅσον γε.

civilem virumque magni faciendum. deinde arbitrantur non ipsam orationem esse spectandam, sed dicentes quales sint. At vero, inquit Erasistratus, Socrate, quamvis cavillere, videtur tamen mihi Critias dicere aliquid. Haudquaquam hercle, inquam, cavillor. sed cur non, quum haec bene et recte disserueritis, etiam reliqua sermonis absolvitis? videtur autem mihi hoc vobis relinqui considerandum: postquam enim inter vos convenire visum est divitias habere aliis bonum esse, aliis malum, reliquum est ut spectetis quid ipsum sit divitem esse. nam nisi hoc primum cognoveritis, nec, utrum malum sit an bonum, poteritis convenire. paratus vero ego quoque sum, quantum potero, ad rem vobiscum tractandam. dicito igitur nobis is qui sumit divitias habere bonum esse, quomodo de hoc sentiat. At equidem, inquit, Socrate, nihil aliud dico esse divitias habere quam quod ceteri homines; etenim opes multas possidere hoc esse divitias habere; opinor etiam Critiam hunc non aliud quid putare esse divitias habere. Adhuc vero, inquam, sic quoque reliquum erit ut spectetur quales sint opes, ut ne paullo post de hoc rursus reperiamini dissentientes. etenim verbi causa hi Carthaginienses nummo utuntur hoc: in pelliculam minutam insutum est aliquid quod stateris fere magnitudinem aequat, quid vero sit illigatum, nemo novit nisi qui id faciunt; tum hoc obsignato utuntur pro nummo, et qui plurima talia possidet, is plurimas putatur opes possidere et divitissimus esse. si vero quis apud nos plurima huiusmodi possideret, nihilo magis censeretur dives, quam si lapillos multos de monte haberet. Lacedaemone autem ferro ponderato utuntur ut nummo, eoque inutili ferro; et qui multum huiusmodi ferri ponderati possidet, is dives habetur, licet alibi haec res pretium non habeat. in Aethiopia porro lapidibus utuntur quibus

τοιούτου κεκτημένος πλούσιος δοκεῖ εἶναι, ἑτέρωθι δ' οὐ-
δενὸς ἄξιον τὸ κτῆμα. ἐν δὲ τῇ Αἰθιοπίᾳ λίθοις ἐγγεγλυμ-
μένοις χρῶνται, οἷς οὐδὲν ἂν ἔχοι χρήσασθαι Λακωνικὸς
ἀνήρ. ἐν δὲ Σκύθαις τοῖς νομάσιν εἴ τις τὴν Πουλυτίωνος
οἰκίαν κεκτημένος εἴη, οὐδὲν ἂν πλουσιώτερος δοκοῖ εἶναι,
ἢ εἰ παρ' ἡμῖν τὸν Λυκαβηττόν. δῆλον *) οὖν ὅτι οὐκ ἂν C
εἴη ἕκαστά γε τούτων κτήματα, εἴπερ ἔνιοι τῶν κεκτημέ-
νων μηδὲν διὰ τοῦτο πλουσιώτεροι φαίνονται. ἀλλ' ἔστιν,
ἔφην, ἕκαστα τούτων ὄντα τοῖς μὲν χρήματά τε καὶ πλού-
σιοι οἱ ταῦτα κεκτημένοι, τοῖς δὲ οὔτε χρήματα οὔτε πλουσι-
ώτεροι διὰ τοῦτο· ὥσπερ γε οὐδὲ καλά τε καὶ αἰσχρὰ πᾶσι
τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἕτερα ἑτέροις. εἰ δὲ βουλοίμεθα ἐπισκέψα-
σθαι τί δήποτε τοῖς * μὲν Σκύθαις αἱ οἰκίαι οὐ χρήματά D
εἰσιν, ἡμῖν δέ, ἢ τοῖς Καρχηδονίοις μὲν τὰ δέρματα, ἡμῖν
δ' οὔ, ἢ τοῖς Λακεδαιμονίοις ὁ σίδηρος χρήματα, ἡμῖν δ'
οὔ, ἆρ' ἂν οὑτωσὶ μάλιστα ἐξεύροιμεν; αὐτίκα εἴ τις Ἀθή-
νησι τούτων τῶν λίθων τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ, οἷς οὐδὲν χρώ-
μεθα, κεκτημένος εἴη χίλια * τάλαντα σταθμόν, ἔστιν ὅ E
τι ἂν πλουσιώτερος νομίζοιτο εἶναι διὰ τοῦτο; Οὐκ ἔμοιγε
φαίνεται. Ἀλλ' εἰ τοῦ λυχνίτου λίθου κεκτημένος εἴη τὰ
χίλια τάλαντα, καὶ σφόδρα πλούσιον φαῖμεν εἶναι ἄν;
Πάνυ γε. Ἆρά γε, ἔφην, διὰ τοῦτο, ὅτι τὸ μὲν χρήσι-
μον, τὸ δ' ἀχρεῖον ἡμῖν ἐστιν; Ναί. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς
Σκύθαις τούτου ἕνεκα αὐτοῖς οἰκίαι οὐ χρήματά ἐστιν,
ὅτι οὐδεμία αὐτοῖς χρεία οἰκίας ἐστίν, οὐδ' ἂν προτιμήσειε
Σκύθης ἀνὴρ οἰκίαν αὐτῷ τὴν καλλίστην εἶναι μᾶλλον,
ἤπερ σίσυραν δερματίνην, ὅτι τὸ μὲν χρήσιμον, τὸ δ'
ἀχρεῖον αὐτῷ ἐστιν. αὖθις αὖ ἡμῖν τὸ Καρχηδόνιον νόμι-
σμα οὐκ οἰόμεθα χρήματα εἶναι· οὐ γὰρ ἔστιν ὅ τι ἂν
αὐτοῦ ἐκκομισαίμεθα *) ὅσων δεόμεθα, ὥσπερ τοῦ ἀργυρίου,
ὥστ' ἀχρεῖον ἂν ἡμῖν εἴη. Εἰκός γε. Ὅσα μὲν ἄρα τυγχά-
νει χρήσιμα ὄντα ἡμῖν, ταῦτα χρήματα, ὅσα δ' ἀχρεῖα,
ταῦτα δ' οὐ χρήματα. Πῶς οὖν, ἔφη ὁ Ἐρυξίας ὑπολα-
βών, ὦ Σώκρατες; * ἢ ἔστιν ὅ τι χρώμεθα πρὸς ἀλλή- 401
λους τῷ διαλέγεσθαι καὶ τῷ βλάπτειν καὶ ἑτέροις πολλοῖς;

*) ὦ. αὐτῷ ἐκπορισαίμεθα.

Digitized by Google

notae quaedam insculptae sunt, eisque nihil uti posset vir Laconicus. apud Scythas nomades si quis Pulytionis domum possideret, nihilo divitior videretur esse, quam si apud nos Lycabettum. patet igitur non esse quasque harum rerum opes, siquidem aliqui earum possessores nihilo diviliores eam ob causam reperiuntur. verum sunt, inquam, singulae aliis opes et divites habentur qui eas possident, aliis neque opes sunt neque diviliores hanc ob causam habentur; sicut nec pulchra et turpia omnibus sunt eadem, sed alia aliis. si vero velimus quaerere quid tandem causae sit cur a Scythis quidem domus non censeantur opes, a nobis vero censeantur, vel cur Carthaginienses pelliculas opes habeant, nos non habeamus, vel Lacedaemonii ferro utantur, nos non utamur, an ita maxime reperiamus? Siquis verbi causa Athenis horum lapidum qui in foro sunt et quibus nihil utimur mille talenta pondo possideret, num ea re divitior putaretur esse? Non mihi videtur. At si lychnitae lapidis possideret mille talenta, admodum divitem diceremus esse? Sane quidem. Nonne, inquam, propterea quod hoc utile, illud vero inutile nobis est? Vero. Nam etiam apud Scythas hanc ob causam domus non sunt opes, quia nullum ipsis usum afferunt, neque maluerit Scytha domum sibi esse pulcherrimam, quam tegumentum e pellibus confectum, quia hoc ei utile, illa vero inutilis est. rursus a nobis nummus Carthaginiensis non habetur pecunia; nihil est enim eorum quibus indigemus quod eo nobis comparare possimus, sicut argento; quocirca nobis inutilis est. Patet. Quaecumque igitur nobis utilia sunt, ea opes et pecuniae habentur, quae vero inutilia, ea non habentur opes. Qui tandem, inquit Eryxias suscipiens, Socrate? estne ut utamur inter nos disputatione et offensione multisque aliis rebus? num nobis hae sunt pecuniae? attamen sane utiles se praebent.

ἄρα ἡμῖν ταῦτ' ἂν εἴη χρήματα; καὶ μὴν χρήσιμά γε φαίνεταί ὄντα.

Οὐκ αὖ οὐδ' οὕτως ἐφαίνετο ἡμῖν ὅ τί ποτ' ἐστὶ τὰ χρήματα· ὅτι μὲν γὰρ ἀνάγκη χρήσιμα εἶναι, ἐάνπερ μέλλῃ χρήματα ἔσεσθαι, τοῦτο μὲν ἐκ πάντων ὡμολογεῖτο σχεδόν τι· ἀλλὰ ποῖα δὴ τῶν χρημάτων, ἐπειδή γε οὐ πάντα; φέρε δή, εἰ πάλιν ὧδε μετίοιμεν, ἆρα μᾶλλόν τι εὑρεθείη ὃ ζητοῦμεν, * τί ποτ' ἐστὶν ᾧ χρώμεθα χρήμασι, B
καὶ πρὸς τί εὕρηται ἡ τῶν χρημάτων κτῆσις, ὥσπερ τὰ φάρμακα πρὸς τὸ τὰς νόσους ἀπαλλάττειν; ἴσως γὰρ ἂν ἡμῖν οὕτω μᾶλλον φανερὸν γένοιτο. ἐπειδὴ ἀναγκαῖον μὲν φαίνεται, ὅσαπερ τυγχάνει χρήματα ὄντα, ταῦτα καὶ χρήσιμα εἶναι, τῶν δὲ χρησίμων γένος τι ὃ καλοῦμεν χρήματα, λοιπὸν ἂν εἴη σκέψασθαι, τὰ πρὸς τίνα χρείαν χρήσιμα χρῆσθαι χρήματά ἐστι. πάντα μὲν γὰρ ἴσως χρήσιμα, ὅσα γε *) πρὸς τὴν ἐργασίαν * χρώμεθα, ὥσπερ γε πάντα C
μὲν τὰ ψυχὴν ἔχοντα ζῶα, τῶν δὲ ζώων γένος τι καλοῦμεν ἄνθρωπον. εἰ δή τις ἡμᾶς ἔροιτο, τίνος ἂν ἡμῖν ἐκποδὼν γενομένου οὐδὲν δεοίμεθα ἰατρικῆς οὐδὲ τῶν ταύτης ἐργαλείων, ἔχοιμεν ἂν εἰπεῖν ὅτι εἰ αἱ νόσοι ἀπαλλαγείησαν ἐκ τῶν σωμάτων καὶ μὴ γίγνοιντο παντάπασιν, ἢ γιγνόμεναι παραχρῆμα ἀπαλλάττοιντο. ἔστιν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἡ ἰατρικὴ τῶν ἐπιστημῶν ἡ πρὸς τοῦτο χρησίμη, πρὸς τὸ τὰς νόσους ἀπαλλάττειν. εἰ δὲ * τις ἡμᾶς πάλιν ἔροιτο, τίνος D
ἂν ἡμῖν ἀπαλλαγέντος οὐδὲν δεοίμεθα χρημάτων, ἆρ' ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν; εἰ δὲ μή, πάλιν ὡδὶ σκοπώμεθα· φέρε, εἰ οἷός τ' εἴη ζῆν ἄνθρωπος ἄνευ σίτων καὶ ποτῶν, καὶ μὴ πεινῷ μηδὲ διψῷ, ἔσθ' ὅ τι ἂν ἢ αὐτῶν τούτων δέοιτο ἢ ἀργυρίου ἢ ἑτέρου τινός, ἵνα ταῦτα ἐκπορίζηται; Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. Οὐκοῦν καὶ τἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον; εἰ μὴ δεοίμεθα πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ὧν νῦν ἐνδεεῖς ἐσμέν, καὶ ἀλέας καὶ * ψύχους ἐνίοτε καὶ E
τῶν ἄλλων ὅσων τὸ σῶμα ἐνδεὲς γιγνόμενον προσδεῖται, ἄχρηστ' ἂν ἡμῖν εἴη τὰ καλούμενα χρήματα, εἰ μηδείς γε

---

*) ἴσ. ὅσοις γε ἤ· ὅσοισπερ.

Neque etiam hac ratione reperire potuimus quid esset pecunia; etenim utiles esse debere, si pecuniae essent futurae, hoc ab omnibus fere concessum est; at quaenam res, inquam, erunt, siquidem non omnes? age dum, si ita rursus quaeramus, an magis reperiamus id quod quaerimus quid tandem sit ad quod utamur pecuniis, et cuius rei causa inventa sit opum possessio, sicut medicina ad morbos depellendos? fortasse enim nobis ita magis erit perspicuum. quum liqueat, quaecumque pecuniae sint, eas etiam utiles esse debere, rerum vero genus quoddam esse quam pecuniam appellemus, reliquum est ut videamus, ad quemnam usum utilis sit pecunia. omnia enim sine dubio utilia sunt quibus utimur ad aliquid faciendum, quemadmodum omnia quae anima praedita sunt animalia vocamus, animantium vero genus quoddam hominem. iam si quis ex nobis quaerat quonam sublato nihil indigeamus medicina neque eius instrumentis, possimus dicere, si morbi expellantur e corpore et omnino non gignantur vel, si exsistant, statim depellantur. est igitur, ut patet, medicina ars ad morbos depellendos utilis. rursus vero si quis nos interroget, quonam sublato nihil indigeamus pecunia, possimus dicere? sin minus, rursus ita consideremus: age, si posset homo vivere sine cibo et potu ita ut neque esuriret neque sitiret, an his ipsis indigeret vel argento vel alia qua re, ut illos sibi compararet? Non mihi videtur. Nonne etiam ceterarum rerum eadem est ratio? nisi indigeremus ad corporis cultum quibus nunc indigemus, et calore et frigore interdum et reliquis omnibus quorum corpus quia egens est indiget, inutiles nobis forent quae vocantur pecuniae, si nulla omnino earum rerum quisquam indigeret, quarum causa nobis pecunias esse cupimus, ut medeamur cupiditatibus corporisque indigentiae et re-

παντάπασι μηδενὸς δέοιτο τούτων, ὧν ἕνεκεν ἂν βουλοίμεθα χρήματα ἡμῖν εἶναι, ἵνα ἐξαρκοίμεθα *) πρὸς τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς ἐνδείας τοῦ σώματος, ὧν ἂν ἑκάστοτε δεώμεθα. εἰ δ' ἔστιν ἄρα πρὸς τοῦτο χρήσιμος ἡ τῶν χρημάτων κτῆσις, πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν τῶν ἐνδειῶν, εἰ γοῦν ἡμῖν τοῦτο ἐκ μέσου ἀναιρεθείη, οὐδὲν ἂν δεοίμεθα χρημάτων, ἴσως δ' ἂν οὐδ' εἴη παντάπασι χρήματα. Φαίνεται. Φαίνεται ἄρα ἡμῖν, ὡς ἔοικε, τὰ πρὸς ταύτην τὴν πραγματείαν χρήσιμα τῶν πραγμάτων ταῦτα εἶναι χρήματα. Συνέφη μὲν ταῦτα εἶναι χρήματα, οὐ μὴν ἀλλ' **) ἐτάραττέ γε αὐτὸν σφόδρα τὸ λογίδιον. Τί δὲ τὰ τοιάδε; * πότερον ἂν φήσαιμεν οἷόν τε εἶναι 402 ταὐτὸν πρᾶγμα πρὸς τὴν αὐτὴν ἐργασίαν τοτὲ μὲν χρήσιμον εἶναι, τοτὲ δὲ ἀχρεῖον; Οὐκ ἔγωγ' ἂν φαίην, ἀλλ' εἴ τι δεοίμεθα τούτου πρὸς τὴν αὐτὴν ἐργασίαν, καὶ χρήσιμόν μοι δοκεῖ εἶναι, εἰ δὲ μή, οὔ. Οὐκοῦν εἰ ἄνευ πυρὸς οἷοί τε εἴημεν ἀνδριάντα χαλκοῦν ἐργάσασθαι, οὐδὲν ἂν δεοίμεθα πυρὸς πρός γε τὴν τούτου ἐργασίαν, εἰ δὲ μὴ δεοίμεθα, οὐδ' ἂν χρήσιμον ἡμῖν εἴη· ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τῶν ἄλλων. Φαίνεται. * Οὐκοῦν ὅσων ἄνευ οἷόν B τε γίγνεσθαί τι, οὐδὲν ἂν τούτων ἡμῖν οὐδὲ χρήσιμον φαίνοιτο πρός γε τοῦτο; Οὐ γάρ. Οὐκοῦν εἴ ποτε φαινοίμεθα οἷοί τε ὄντες ἄνευ ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, οἷς μὴ αὐτοῖς χρώμεθα πρὸς τὸ σῶμα, ὥςπερ σιτίοις καὶ ποτοῖς καὶ ἱματίοις καὶ στρώμασι καὶ οἰκίαις, παύειν τὰς τοῦ σώματος ἐνδείας, ὥςτε μηκέτι δεῖσθαι, οὐκ ἂν ἡμῖν οὐδὲ χρήματα φαίνοιτο πρός γε τούτου ***) ἀργύριόν τε καὶ χρυσίον καὶ * τἆλλα τὰ τοιαῦτα, C εἴπερ ποτὲ καὶ ἄνευ τούτων οἷόν τε γίγνεσθαι; Οὐ γάρ. Οὐκ ἂν ἄρα οὐδὲ χρήματα ἡμῖν ταῦτα φανείη, εἰ μηδὲν χρήσιμα, ἀλλὰ ταῦτ' ἂν εἴη, οἷς τὰ χρήσιμα οἷοί τ' ἐσμὲν ἐκπορίζεσθαι. Ὦ Σώκρατες, οὐκ ἄν ποτε δυναίμην τοῦτο πεισθῆναι, ὡς τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα οὐκ ἄρα χρήματα ἡμῖν ἐστίν. ἐκεῖνο μὲν γὰρ

---

*) ἄλλ. ἐξικοίμεθα.

) γρ. χρήματα. Οὐ μήν. *) ἴσ. τοῦτο.

rum, quibuscumque eget, inopiae: itaque si ad hoc utilis est pecuniae possessio, ut corporis indigentiae medeamur, hoc certe nobis sublato nihil indigeremus pecunia, et fortasse ne esset quidem omnino pecunia. Videtur sane. Patet igitur nobis, ut videtur, res quae ad haec usum afferant esse pecunias. Concessit quidem has esse pecunias, attamen offendit eum vehementer haec oratiuncula. Quid vero hoc? num dicamus fieri posse ut eadem res ad idem opus faciundum modo utilis, modo inutilis sit? Non equidem dixerim, sed si ea indigemus ad idem opus faciundum, etiam utilis mihi videtur esse, sin minus, non. Itaque si possemus sine igne statuam aeneam facere, nihil indigeremus igne ad eam faciundam, si autem non indigeremus, ne utilis quidem nobis esset; eadem vero est ratio ceterarum quoque rerum. Patet. Ergo nihil eorum, sine quibus aliquid fieri potest, utile reperitur ad hoc ipsum. Non. Nonne igitur si umquam videremur sine argento et auro et ceteris generis eiusdem, quibus non ipsis utimur ad corpus, sicut cibo et potu et vestibus et stragulis et aedibus, corporis posse indigentiae mederi, nobis nec pecuniae viderentur ad hoc esse argentum et aurum et cetera generis eiusdem, si umquam etiam sine his illud posset fieri? Non viderentur esse. Ergo nec pecuniae nobis haec reperientur, si ad nihil erunt utilia, sed haec erunt quibus utilia nobis poterimus comparare. O Socrates, numquam sic potero mihi persuadere, aurum et argentum et cetera id genus non esse nobis pecunias. illud quidem valde persuasum habeo, quae inutilia nobis sint ea nec pecunias esse, et in rerum ad illud utilissimarum numero esse pecunias, neque tamen hoc, eas non esse nobis utiles ad vitam, siquidem his ea quae ad vivendum sunt necessaria nobis comparamus. Age dum, quid de his statuerimus?

ὅπου γε καὶ ὅπως τούτων ἑκάστοις χρηστέον ἐστίν; Φημί.
Τοῖς ἄρα καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων τούτοις ἂν μό-
νοις καὶ χρήσιμα ταῦτ᾽ εἴη, εἴπερ γε οὗτοι ἐπιστήμονες
ὡς *) χρηστέον· εἰ δὲ τούτοις μόνοις χρήσιμον, τούτοις
ἂν μόνοις καὶ χρήματα εἶναι ταῦτα φαίνοιτο. ἀτάρ, ὡς
ἔοικε, καὶ τὸν ἀνεπιστήμονα * ἱππικῆς, κεκτημένον δὲ ἵπ- C
πους, οἳ τυγχάνουσιν αὐτῷ ἀχρεῖοι ὄντες, εἴ τις τοῦτον
ἱππικὸν ποιήσειεν, ἆρ᾽ ἂν ἅμα καὶ πλουσιώτερον πεποιη-
κὼς εἴη, εἴπερ γε αὐτῷ ἃ ἐτύγχανε πρόσθεν ἀχρεῖα ὄντα,
χρήσιμα πεποίηκεν; ἐπιστήμην γάρ τινα παραδιδοὺς τῷ
ἀνθρώπῳ ἅμα καὶ πλούσιον αὐτὸν πεποίηκεν. Φαίνεταί
γε. Ὅμως δέ μοι κἂν διομόσασθαι δοκῶ ὑπὲρ Κριτίου,
ὑπὸ μηδενὸς τούτων τῶν λόγων πεπεῖσθαι. Νὴ Δία· καὶ
γάρ, ἔφη, μαινοίμην ἄν, εἰ ταῦτα πειθοίμην. * ἀλλὰ τί D
οὐκ ἐκεῖνον τὸν λόγον διετέλεσας, ὡς τὰ δοκοῦντα οὐκ ἔστι
χρήματα, χρυσίον καὶ ἀργύριον καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα; ὡς
ἐγὼ πάνυ σφόδρα τούτους τοὺς λόγους ἀκροώμενος, οὓς
καὶ σὺ νῦν τυγχάνεις δὴ διεξιών, ἄγαμαι. Εἶπον οὖν
ἐγὼ ὅτι Μοὶ δοκεῖς σύ, ὦ Κριτία, οὕτως ἐμοῦ χαίρειν
ἀκροώμενος, ὥσπερ τῶν ῥαψῳδῶν οἳ τὰ Ὁμήρου ἔπη
ᾄδουσιν· ἐπεὶ οὐδείς γέ σοι δοκεῖ τούτων τῶν λόγων ἀλη-
θὴς εἶναι. ὅμως δὲ φέρε, πῶς ἂν τὰ τοιαῦτα φήσαιμεν;
ἆρά γε τοῖς γε * οἰκοδομικοῖς τῶν ἀνθρώπων φαίης ἂν E
ἅττα **) εἶναι χρήσιμα πρὸς τὸ οἰκίαν ἐργάσασθαι; Ἔμοι-
γε δοκεῖ. Πότερον οὖν ταῦτα φήσαιμεν ἂν χρήσιμα εἶναι
οἷς αὐτῶν κατεχρῶντο εἰς τὴν οἰκοδομίαν, λίθους καὶ πλίν-
θους καὶ ξύλα καὶ εἴ τι ἕτερον τοιοῦτον; ἢ καὶ τὰ ἐργα-
λεῖα οἷς αὐτοὶ τὴν οἰκίαν ἐργάζοιντο, καὶ οἷς ταῦτα ἐκπο-
ρίζοιντο, τὰ ξύλα καὶ τοὺς λίθους, καὶ πάλιν τὰ τούτων
ἐργαλεῖα; Ἔμοιγ᾽, ἔφη, δοκεῖ πάντα ταῦτα χρήσιμα εἶναι
πρὸς ἐκεῖνα. Οὐκοῦν, ἦν δ᾽ ἐγώ, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐρ-
γασιῶν, οὐ μόνον αὐτοῖς οἷς καταχρώμεθα πρὸς ἕκαστον
τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ οἷς ταῦτα ἐκποριζόμεθα καὶ ὧν ἄνευ
οὐκ ἂν γένοιτο; Πάνυ γε οὕτως. Οὐκοῦν πάλιν καὶ οἷς
ταῦτα, καὶ εἴ τι ἀνωτέρω τούτων, * καὶ οἷς πάλιν ἐκεῖνα 404

*) γρ. τούτοις ἐπιστημόνως χρηστέον. **) γρ. αὐτῷ.

mul etiam divitiorem effecerit, siquidem ei quae ante inutilia fuerint utilia reddiderit? scientiam enim impertiens homini simul divitem eum effecit. Patet vero. Attamen mihi videor etiam iureiurando affirmare posse de Critia, nullam harum orationum ita esse ei persuasisse. Sane quidem hercle; nam, inquit, insanirem si ita mihi persuaderem. at cur non illam rationem absolvisti, quae videantur ea non esse pecunias, aurum et argentum et cetera generis eiusdem? nam ego admodum libenter has orationes, quas tu quoque nunc habes, audio. Tum ego Mihi tu videris, inquam, Critia, me eadem cum voluptate audire qua rhapsodos, qui Homeri carmina recitant; nam nulla tibi videtur harum orationum vera esse. age tamen, quid de his dicemus? an hominibus qui architecti sint dixeris quaedam esse utilia ad domos aedificandas? Mihi sane videtur. Utrum igitur haec dixerimus illis utilia esse quibus utantur ad aedificationem, lapides et lateres et ligna, alia generis eiusdem? an etiam instrumenta quibus domum aedificent et quibus haec sibi comparent, ligna et lapides, rursusque horum instrumenta? Mihi quidem, inquit, videntur haec utilia esse ad illa. Nonne, inquam, etiam in ceteris opificiis non solum ipsa quibus utimur ad quodque opus utilia sunt, sed etiam ea quibus haec nobis comparamus et sine quibus fieri non possent? Sane quidem. Nonne rursus etiam quibus haec et si quid altius his, et quibus rursus illa et praeterea superiora, ita ut haec omnia usque ad infinitam quandam multitudinem ad illa conficienda necessario reperiantur utilia? Ac nihil quidem, inquit, prohibet ne ita se habeat. Quid vero, si homini sint cibi et potus et vestes et cetera quibus ipse ad corpus utatur, numquid indigeat auro vel argento vel alio quo, quibus haec sibi comparare possit quae ipsi iam sint? Mihi quidem

καὶ ἔτι μάλα τὰ ἄνω, ὥςτε καὶ εἰς ἄπειρόν τι πλῆθος τε-
λευτῶντα, ἀνάγκη πάντα ταῦτα πρὸς τὴν αὐτῶν ἐργασίαν
χρήσιμα φαίνεσθαι; Καὶ οὐδέν γε, ἔφη, ταῦτα οὕτω
κωλύει ἔχειν. Τί δ᾽, εἰ ὑπάρχοι τῷ ἀνθρώπῳ σιτία καὶ
ποτὰ καὶ ἱμάτια καὶ τἄλλα οἷς αὐτὸς πρὸς τὸ σῶμα μέλλοι
χρῆσθαι, ἆρ᾽ ἄν τι προςδέοιτο χρυσίου ἢ ἀργυρίου ἢ ἄλλου
του, οἷς ταῦτα ποριεῖται ἅ γε δὴ ὑπάρχοι; Οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ.
Οὐκοῦν φαίνοιτο ἂν ἡμῖν ἔστιν ὅτε * ἄνθρωπος οὐδενὸς B
τούτων δεόμενος πρὸς τὴν τοῦ σώματος χρείαν; Οὐ γάρ.
Οὐκοῦν εἰ ταῦτα ἀχρεῖα φαίνοιτο πρὸς ταύτην τὴν ἐργα-
σίαν, οὐκ ἄν ποτε πάλιν δέοι χρήσιμα φανῆναι; ὑπέκειτο
γὰρ μὴ οἷόν τε εἶναι πρὸς τὴν αὐτὴν ἐργασίαν τοτὲ μὲν
χρήσιμα, τοτὲ δὲ ἀχρεῖα εἶναι. Ἀλλ᾽ οὕτω γ᾽ ἄν, ἔφη,
ὁ αὐτὸς λόγος σοὶ καὶ ἐμοὶ γίγνοιτο· εἰ γάρ ποτε ταῦτα
χρήσιμα γίγνοιτο πρὸς τοῦτο, οὐκ ἄν ποτε συμβαίνοι πά-
λιν ἀχρεῖα εἶναι· νῦν δὲ πρὸς τινας ἐργασίας πραγμάτων
* μοχθηρῶν, τὰς δὲ χρηστῶν. Ἐγωγ᾽ ἂν φαίην *) Ἆρ᾽ C
οὖν οἷόν τε μοχθηρόν τι πρᾶγμα πρὸς ἀγαθοῦ τινὸς ἐργα-
σίαν χρήσιμον εἶναι; Οὐκ ἔμοιγε φαίνεται. Ἀγαθὰ δὲ
πράγματα ἆρ᾽ ἂν ταῦτα φαῖμεν εἶναι, ἃ δι᾽ ἀρετὴν ἄν-
θρωπος πράττει; Φημί. Ἆρ᾽ οὖν οἷόν τε ἄνθρωπον μα-
θεῖν τι τούτων, ὅσα διὰ λόγου διδάσκεται, εἰ παντάπα-
σιν ἀπεστερημένος εἴη τοῦ ἀκούειν ἢ ἑτέρου τινός; Μὰ
Δί᾽ οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ. Οὐκοῦν τῶν χρησίμων φαίνοιτο ἂν
ἡμῖν * πρὸς ἀρετὴν τὸ ἀκούειν, εἴπερ διδακτός γε ἡ ἀρετὴ D
τῷ ἀκούειν καὶ αὐτῷ καταχρώμεθα πρὸς τὰς μαθήσεις;
Φαίνεται. Οὐκοῦν εἴπερ ἡ ἰατρικὴ οἵα τ᾽ ἐστὶ τὸν νο-
σοῦντα παύειν, φαίνοιτο ἂν ἡμῖν ἐνίοτε καὶ ἡ ἰατρικὴ
τῶν χρησίμων οὖσα πρὸς τὴν ἀρετήν, εἴπερ διὰ τῆς ἰατρι-
κῆς τὸ ἀκούειν πορισθείη; Καὶ οὐδέν γε κωλύει. Ἆρ᾽ οὖν
πάλιν καὶ εἰ τὴν ἰατρικὴν ἀντὶ χρημάτων πορισαίμεθα,
φαίνοιτο ἂν ἡμῖν καὶ τὰ χρήματα χρήσιμα ὄντα πρὸς ἀρε-
τήν; * Καὶ γάρ ἐστιν, ἔφη, τοῦτό γε. Οὐκοῦν πάλιν E
ὁμοίως καὶ δι᾽ οὗ τὰ χρήματα πορισαίμεθα; Παντάπασι
μὲν οὖν πάντα. Ἆρ᾽ οὖν ἄν σοι δοκεῖ **) ἄνθρωπος ἀπὸ

*) ἴσ. χρηστῶν Ἔγωγ᾽ ἂν φαίην. **) γρ. δοκοῖ.

non videtur. Nonne igitur reperietur nobis nonnumquam homo nulla harum rerum indigens ad corporis usum? Sane quidem. Nonne vero, si haec inutilia reperiuntur ad hanc rem conficiendam, fieri non debet ut umquam rursus utilia reperiantur? Sumpsimus enim non posse fieri ut ad eandem rem conficiendam modo utilia, modo inutilia sint. At ita quidem, inquit, eadem tua et mea oratio fuerit: si umquam haec utilia sunt ad hoc, numquam accidet ut rursus sint inutilia; nunc autem ad res conficiendas equidem dixerim utilia esse, easque partim malas, partim bonas. An vero fieri potest ut res mala ad bonam aliquam faciendam utilis sit? Mihi quidem non videtur. Bonas autem res nonne has dixerimus esse quas homo virtutis auxilio faciat? Aio. Num autem fieri potest ut homo aliquid eorum discat quae per sermonem discantur, si prorsus careat auditu vel alio quo sensu? Haudquaquam hercle mihi videtur. Nonne in rerum ad virtutem utilium numero erit nobis auditus, siquidem disci potest virtus per auditum eoque utimur ad disciplinas? Patet. Nonne igitur si medicina potest aegrotantem sanare, reperietur nobis interdum etiam medicina una de rebus ad virtutem utilibus, siquidem per medicinam auditus restituetur? Ac nihil quidem prohibet. Nonne rursus etiam si medicinam pro pecuniis nobis comparemus, reperiantur nobis pecuniae quoque ad virtutem utiles? Est sane, inquit, ita. Nonne similiter etiam id quo pecunias nobis acquiramus? Omnino quidem omnia. An vero tibi videtur homo ex rebus pravis ac turpibus argentum sibi acquirere posse quo medicinam sibi comparet vel audire possit, quum ante non potuerit? hoc vero ipso an uti poterit ad virtutem vel aliud quid generis eius-

μοχθηρῶν τε καὶ αἰσχρῶν πραγμάτων ἀργύριον αὐτῷ πο-
ρίσασθαι, ἀνθ' ὅτου τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην κτήσαιτο
ἢ δύναιτο ἀκούειν ἐκ τοῦ μὴ οἵου τε; τῷ δ' αὐτῷ ἐκείνῳ
καταχρῆσθαι πρὸς ἀρετὴν ἢ ἕτερ' ἄττα τῶν τοιούτων;
Πάνυ μὲν οὖν ἔμοιγε δοκεῖ. Οὐκοῦν οὐκ ἂν τό γε μοχθη-
ρὸν χρήσιμον ἂν εἴη πρὸς ἀρετήν; Οὐ γάρ. Οὐκ ἄρα
ἀναγκαῖόν ἐστι, δι' ὧν ἂν ἐκπορισαίμεθα τὰ πρὸς ἕκαστα
χρήσιμα, καὶ ταῦτα πρὸς τὰ αὐτὰ χρήσιμα εἶναι· φαί-
νοιτο γὰρ ἂν ἐνίοτε μοχθηρὰ πράγματα πρὸς ἀγαθόν τι
χρήσιμον εἶναι. * ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ ἐπὶ τούτου ἂν φανε- A
ρὰ γένοιτο. εἴπερ γὰρ ταῦτα χρήσιμά ἐστι πρὸς ἕκαστα,
ὧν ἄνευ οὐκ ἂν γένοιτο, εἰ μὴ ταῦτα προϋπάρχοι, φέρε,
πῶς ἂν τὰ τοιαῦτα φήσαις; ἆρ' οἷόν τε ἀμαθίαν πρὸς
ἐπιστήμην χρήσιμον εἶναι ἢ νόσον πρὸς ὑγίειαν ἢ κακίαν
πρὸς ἀρετήν; Οὐκ ἂν ἔγωγε φαίην. Καὶ μὴν τόδε γ' ἂν
ὁμολογήσαιμεν ἀδύνατον εἶναι, ἐπιστήμην ἐγγενέσθαι ὅτῳ
μὴ ἀμαθία πρότερον ὑπάρξαι, καὶ ὑγίειαν, ὅτῳ μὴ νόσος
οὐδὲ ἀρετήν, ὅτῳ μὴ * κακία. Ἔφη *) γὰρ οὕτως, ὡς B
ἐμοὶ δοκεῖ. Οὐκ ἂν ἄρα φαίνοιτο ἀναγκαῖον εἶναι, ὅσων
ἄνευ μὴ οἷόν τε γίγνεσθαι, ταῦτα καὶ χρήσιμα εἶναι πρὸς
τοῦτο· φαίνοιτο γὰρ ἂν ἡμῖν ἡ ἀμαθία πρὸς ἐπιστήμην
χρήσιμος οὖσα καὶ ἡ νόσος πρὸς ὑγίειαν καὶ ἡ κακία πρὸς
ἀρετήν. Σφόδρα δυσπίστως εἶχε καὶ πρὸς τούτους τοὺς
λόγους, εἰ μὴ πάντα ταῦτα χρήματα ἔσται. καταμαθὼν δ'
αὐτὸν ἐγὼ ὅτι ἴσον εἴη πεῖσαι, ὅπερ ἂν τὸ λεγόμενον λίθον
ἑψῆσαι, Ἀλλὰ τούτους μὲν τοὺς λόγους, ἦν * δ' ἐγώ, ἐά- C
σωμεν χαίρειν, ἐπειδήπερ οὐ δυνατοί ἐσμεν ὁμολογῆσαι
ὁπότερον ταὐτὰ χρήσιμά τ' ἐστὶ καὶ χρήματα, ἢ οὔ· ἐκεί-
νου δὲ πέρι πῶς ἂν φαίημεν; πότερον ἂν εὐδαιμονέστερόν
τε καὶ βελτίω ἡγησαίμεθα εἶναι ἄνθρωπον, εἰ ὡς πλείστων
δέοιτο πρὸς τὸ σῶμά τε καὶ τὴν δίαιταν ἐπιτηδείων, ἢ εἰ
ὡς ἐλαχίστων τε καὶ φαυλοτάτων; μάλιστα δ' ἂν ἴσως καὶ
τοῦτο ὧδε θεωρηθείη, εἴ τις αὐτὸν πρὸς αὐτὸν τὸν ἄν-
θρωπον παραβάλλων σκοποῖτο ὁποτέρα τῶν * ἕξεων βελ- D
τίων, πότερον ὅταν τύχῃ νοσῶν, ἢ ὅταν ὑγιαίνων. Ἀλλὰ

*) ἴσ. Ἔστι ἢ· Ἔχει.

dem? Prorsus mihi videtur. Nonne mala res non erit utilis ad virtutem? Non. Ergo non est necessarium, quibus nobis acquiramus ad quodque opus utilia, haec quoque ad idem utilia esse; alioquin viderentur nonnumquam res malae ad bonum aliquod utiles esse. magis etiam id hinc apparebit. si enim haec sunt utilia ad quamque rem, sine quibus haec non esset, nisi illa antea essent, age quid de his senties? num poterit inscientia ad scientiam utilis esse vel morbus ad sanitatem vel malitia ad virtutem? Minime equidem dixerim. Hoc tamen negaverimus fieri posse ut scientia in aliquo insit in quo non fuerit antea inscientia, et sanitas, in quo non morbus, vel virtus, in quo non malitia. Ita sane est, ut mihi videtur. Ergo non videtur necesse esse, sine quibus aliquid non posset exsistere, haec etiam utilia esse ad illud; alioquin nobis reperiretur inscientia ad scientiam utilis et morbus ad sanitatem et malitia ad virtutem. Admodum dubitavit de hac oratione nec sibi persuadere potuit omnia haec non esse utilia et bona. atque ego quum intellexissem ipsi persuadere idem esse quod, ut in proverbio est, lapidem coquere, Iam hos, inquam, sermones mittamus, quum non possimus consentire utrum eadem sint utilia et opes, necne; de illo autem quid iudicemus? utrum beatiorem et meliorem existimabimus hominem esse, si quam plurimis indigeat ad corpus et victum necessariis, an si quam paucissimis ac vilissimis? maxime vero forsitan hoc quoque ita cognoscatur, si quis hominem secum ipsum comparans consideret utra conditio melior sit, si aegrotet, an si sanus sit. At hoc, inquit, non multam desiderat quaestionem. Sine dubio enim, inquam, quivis homo facile intelligit sani conditionem meliorem esse quam aegri. quid vero? utro modo pluribus magisque variis rebus indigemus? quando

τοῦτό γ', ἔφη, οὐ πολλῆς τινὸς τῆς σκέψεως δεῖται. Ἴσως γάρ, ἦν δ' ἐγώ, παντὶ ἀνθρώπῳ εὔπορον γνῶναι ὅτι ἡ τοῦ ὑγιαίνοντος ἕξις κρείττων ἐστὶ τῆς τοῦ κάμνοντος. τί δέ; ποτέρως τυγχάνομεν πλειόνων τε καὶ μᾶλλον παντοδαπῶν δεόμενοι; ὅταν κάμνωμεν, ἢ ὅταν ὑγιαίνωμεν; Ὅταν κάμνωμεν. Ὅταν ἄρα αὐτοὶ αὑτῶν τυγχάνωμεν φαυλότατα * διακείμενοι, τότε σφόδρα τε καὶ πλείστων, τὰ *) πρὸς E
ἡδονὰς τὰς διὰ τοῦ σώματος, ἐν ἐπιθυμίαις τε καὶ δεήσεσιν ἐσμέν. Οὕτως. Οὐκοῦν κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὥςπερ αὐτὸς αὑτοῦ τότε φαίνεται βέλτιστα ἔχων, ὅταν ἐλαχίστων τῶν τοιούτων δέηται, οὕτω πάλιν καὶ δυοῖν ὄντοιν, εἰ ὁ μὲν τυγχάνοι σφόδρα τε καὶ πολλῶν ἐν ἐπιθυμίᾳ τε καὶ δεήσει ὤν, ὁ δὲ ὀλίγων τε καὶ ἡσύχως; οἷον τὰ τοιάδε· ὅσοι τῶν ἀνθρώπων τυγχάνουσι κυβευταὶ ὄντες, οἱ δὲ οἰνόφλυγες, ἕτεροι δὲ γαστρίμαργοι, — ἅπαντα γὰρ ταῦτα οὐδὲν ἕτερον τυγχάνει ὄντα ἢ ἐπιθυμίαι. Σφόδρα γε. Αἱ δ' ἐπιθυμίαι πᾶσαι οὐδὲν ἕτερον ἢ ἔνδειαί τινων. οἱ οὖν πλεῖστα τούτων πεπονθότες ἄνθρωποι ἐν μοχθηροτέρᾳ ἕξει εἰσὶ τῶν μηδὲν ἢ ὡς ἐλάχιστα τοιαῦτα πεπονθότων. * Πάνυ μὲν οὖν ἔγωγε 405
καὶ σφόδρα μοχθηροὺς τοὺς τοιούτους ὑπολαμβάνω εἶναι, καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τοιούτους, τοσούτῳ καὶ μοχθηροτέρους. Οὐκοῦν δοκεῖ ἡμῖν οὐχ οἷόν τε χρήσιμα εἶναι ταῦτα πρὸς τοῦτο, εἰ μὴ τυγχάνοιμεν καὶ δεόμενοι τούτων πρὸς τοῦτο; Φημί. Ἀναγκαῖον ἄρα, εἴπερ μέλλει ἡμῖν χρήσιμα εἶναι ταῦτα πρὸς τὰς τοῦ σώματος θεραπείας τῶν ἐνδειῶν, ἅμα καὶ δεῖσθαι ἡμᾶς τούτων πρὸς τοῦτο. Ἔμοιγε δοκεῖ. Οὐκοῦν ὅτῳ τυγχάνει πλεῖστα χρήσιμα ὄντα πρὸς τοῦτο, οὗτος ἂν φαίνοιτο καὶ πλείστων δεόμενος πρὸς τοῦτο, εἴπερ ἀνάγκη τῶν χρησίμων πάντων προςδεῖσθαι; Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτω φαίνεσθαι. Ἀναγκαῖον ἄρα φαίνεται κατά γε τοῦτον τὸν λόγον, οἷς τυγχάνει πολλὰ χρήματα ὄντα, τούτοις **) καὶ πολλῶν δεῖσθαι τῶν πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἐπιτηδείων· τὰ γὰρ πρὸς τοῦτο χρήσιμα ὄντα χρήματα ἐφαίνετο. ὥςτε ἐξ ἀνάγκης ἂν ἡμῖν φαίνοιντο οἱ πλουσιώτατοι μοχθηρότατα διακείμενοι, εἴπερ γε καὶ πλείστων τοιούτων ἐνδεεῖς ὄντες.

*) ἴσ. πλείστων τῶν. **) ἴσ. τούτους.

Digitized by Google

aegrotamus, an quando sani sumus? Quando aegrotamus. Quum igitur nos quam pessime habemus, tum vehementer et plurima ad corporis voluptates pertinentia concupiscimus eisque indigemus. Ita. Nonne vero eadem ratione, sicut homo tum optime se habens reperitur, quum paucissimis huiusmodi rebus indiget, ita etiam, si duo sint et alter vehementer multaque concupiscat eisque indigeat, alter vero paucis et leniter, — qualia sunt haec: alii homines sunt aleatores, alii vinosi, alii gulosi: omnia enim haec nihil aliud sunt nisi cupiditates. Admodum vero. Cupiditates autem omnes nihil aliud nisi indigentiae sunt. Nihil aliud. Itaque quibus hominibus accidit ut plurimis indigeant, ii praviore sunt conditione, quam qui nihilo vel quam paucissimis indigent. Sane quidem ego quoque valde pravos huiusmodi homines arbitror esse, et quo magis tales, eo etiam praviores. Nonne autem videtur nobis fieri non posse ut utilia sint haec ad hoc, nisi his etiam indigeamus ad hoc? Dico vero. Necesse igitur est, si utilia nobis haec futura sint ad corporis indigentias explendas, nos simul etiam indigere his ad hoc. Mihi sane videtur. Nonne vero cui plurima ad hoc utilia sint, is reperiatur etiam plurimis ad hoc indigens, siquidem utilia omnia adhibeat necesse est? Mihi sane ita videtur. Necessarium igitur reperitur ex hac oratione, quibus multa bona et pecuniae sint, hos etiam multis indigere rebus ad corporis cultum necessariis; nam ad hoc utilia reperta sunt bona et pecuniae. quocirca necessario nobis videntur divitissimi pessime se habere, siquidem etiam plurimis huiusmodi rebus indigent.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

EPISTOLAE.

Α.

Δίων Διονυσίῳ εὖ πράττειν.

Διατρίψας ἐγὼ παρ' ὑμῖν χρόνον τοσοῦτον καὶ διοικῶν 30
τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν πεπιστευμένος πάντων μάλιστα, τὰς
ὠφελείας ὑμῶν λαμβανόντων, τὰς διαβολὰς δυςχερεῖς οὔσας
ὑπέμενον. ᾔδη γὰρ ὅτι τῶν ὠμοτέρων οὐδὲν ἐμοῦ συνεθέ-
λοντος ὑμῖν δόξει πεπρᾶχθαι· πάντες γὰρ οἱ συμπολιτευό-
μενοι μεθ' ὑμῶν ὑπάρχουσί μοι μάρτυρες, * ὧν ἐγὼ πολ- B
λοῖς συνηγωνισάμην, ἀπολύσας αὐτοὺς οὐ σμικρᾶς ζημίας.
αὐτοκράτωρ δὲ πολλάκις τὴν ὑμετέραν πόλιν διαφυλάξας
ἀπεπέμφθην ἀτιμότερον ἢ πτωχὸν ὑμῶν ἀποστελλόντων
προςήκει καὶ κελευόντων ἐκπλεῦσαι, τοσοῦτον παρ' ὑμῖν
διατρίψαντα χρόνον. ἐγὼ μὲν οὖν περὶ ἐμαυτοῦ βουλεύσο-
μαι τὸν λοιπὸν *) τρόπον ἀπανθρωπότερον, σὺ δὲ τοιοῦ-
τος ὢν τύραννος οἰκήσεις μόνος. τὸ δὲ χρυσίον τὸ λαμ-
πρόν, * ὅπερ ἔδωκας εἰς ἀποστολήν, ἄγει σοι Βακχεῖος ὁ C
τὴν ἐπιστολὴν φέρων· οὔτε γὰρ ἐφόδιον ἐκεῖνό γ' ἦν ἱκα-
νὸν οὔτε πρὸς τὸν ἄλλον βίον ξυμφέρον, ἀδοξίαν δὲ πλεί-
στην μὲν τῷ διδόντι σοὶ παρασκευάζον, οὐ πολλῷ δὲ ἐλάτ-
τω κἀμοὶ λαμβάνοντι· διόπερ οὐ λαμβάνω· σοὶ δ' οὐδὲν
διαφέρει δῆλον ὅτι καὶ λαβεῖν καὶ δοῦναι τοσοῦτον· ὥςτε
κομισάμενος ἄλλον τινὰ τῶν ἑταίρων θεράπευσον, ὥςπερ
ἐμέ· κἀγὼ γὰρ ἱκανῶς ὑπὸ σοῦ * τεθεράπευμαι. καὶ D

*) ἴσ. τὸ λοιπόν.

Digitized by Google

EPISTOLA I.

Dio Dionysio salutem.

Quum ego apud vos tam diu versarer et imperium vestrum mihi prae reliquis omnibus commissum gubernarem, dum vos utilitatem percepistis, ego calumnias admodum graves sustinui. etenim sciebam numquam fore, ut me consentiente quicquam vobis crudele videretur perpetratum esse; omnes enim qui in eadem ac vos administratione versati sunt, testes mihi sunt, quorum ego multis auxilium tuli, haud a parvo eos detrimento liberans. plenam vero imperandi potestatem habens quum saepius civitatem vestram conservaverim, maiore cum ignominia expulsus sum, quam mendicum expelli par est, vobis me ablegantibus et enavigare iubentibus, quum tam diu apud vos versatus essem. quocirca ego in posterum vivendi mihi rationem statuam ab hominum consuetudine alieniorem, tu vero, qui talis es tyrannus, habitabis solus. aurum illud splendidum, quod mihi viaticum dedisti, affert tibi Bacchius qui litteras portat; nam neque viaticum illud erat satis neque ad reliquam vitam conducebat, ignominiam vero plurimam tibi qui dedisti concitat, nec minorem mihi concitaret si acciperem; quapropter non accipio. tua vero patet nihil referre vel accipere vel dare tantum; quare his

μοι τὸ τοῦ Εὐριπίδου κατὰ καιρόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι σοὶ πραγμάτων ἄλλων ποτὲ ξυμπεσόντων

Εὔξει τοιοῦτον ἄνδρα σοι παρεστάναι.

ὑπομνῆσαι δέ σε βούλομαι διότι καὶ τῶν ἄλλων τραγῳδοποιῶν οἱ πλεῖστοι, ὅταν ὑπό τινος ἀποθνήσκοντα τύραννον εἰςάγωσιν, ἀναβοῶντα ποιοῦσι

* Φίλων ἔρημος, ὦ τάλας, ἀπόλλυμαι· 310

χρυσίου δὲ σπάνει ἀπολλύμενον οὐδεὶς πεποίηκε. κἀκεῖνο δὲ τὸ ποίημα τοῖς νοῦν ἔχουσιν οὐ κακῶς ἔχειν δοκεῖ

Οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς σπανιώτατος ἐν θνατῶν δυςελπίστῳ βίῳ,
Οὐδ' ἀδάμας οὐδ' ἀργύρου κλῖναι πρὸς ἄνθρωπον δοκιμαζόμεν' ἀστράπτει πρὸς ὄψεις,
Οὐδὲ γαίας εὐρυπέδου γόνιμοι βρίθοντες αὐτάρκεις γύαι,
Ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις.

Ἔῤῥωσο καὶ γίγνωσκε τοσοῦτον ἡμῶν διημαρτηκώς, ἵνα πρὸς τοὺς ἄλλους βέλτιον προςφέρῃ.

Digitized by Google

acceptis alium quem amicorum honora, sicut me honorasti; ego enim satis a te honoratus sum. atque mihi illud Euripides dicere licet, alii casus si tibi inciderint

Optabis esse tunc tibi talem virum.

admonere autem te volo etiam reliquorum tragicorum plerosque, quum tyrannum ab aliquo pereuntem inducant, exclamantem facere

Desertus ipse amicis intereo miser;

auri vero inopia pereuntem nullus fecit. et illud quoque poëma mente praeditis non male videtur habere: *Non auri vis splendidi, rarissima in mortalium misera vita, non adamas nec mensae argenteae fulgore coruscantes nec terrae latae iugera largissimis onusta frugibus tanto in pretio sunt homini quanto bonorum virorum mens concors.*

Vale et cognosce tantum te in nos commisisse, ut cum ceteris melius agas.

B.

Πλάτων Διονυσίῳ εὖ πράττειν.

Ἤκουσα Ἀρχεδήμου ὅτι σὺ ἡγεῖ χρῆναι περὶ σοῦ μὴ μό-
νον ἐμὲ ἡσυχίαν ἄγειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐμοὺς ἐπιτηδείους
τοῦ φλαῦρόν τι ποιεῖν ἢ λέγειν περὶ σοῦ, Δίωνα δὲ μόνον
* ἐξαίρετον ποιεῖ. οὗτος δὲ ὁ λόγος σημαίνει, τὸ Δίωνα C
ἐξαίρετον εἶναι, ὅτι οὐκ ἄρχω ἐγὼ τῶν ἐμῶν ἐπιτηδείων·
εἰ γὰρ ἦρχον ἐγὼ οὕτω τῶν τε ἄλλων καὶ σοῦ καὶ Δίωνος,
πλείω ἂν ἦν ὑμῖν τε πᾶσιν ἀγαθὰ τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησιν,
ὡς ἐγώ φημι. νῦν δὲ μέγας ἐγώ εἰμι ἐμαυτὸν παρέχων
τῷ ἐμῷ λόγῳ ἑπόμενον. καὶ ταῦτα λέγω ὡς οὐχ ὑγιές τι
Κρατιστόλου καὶ Πολυξένου πρός σε εἰρηκότοιν, ὧν φασὶ
λέγειν τὸν ἕτερον ὅτι ἀκούσαι Ὀλυμπιάσι * πολλῶν τινῶν D
τῶν μετ' ἐμοῦ σε κακηγορούντων. *) ἴσως γὰρ ὀξύτερον
ἐμοῦ ἀκούει· ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἤκουσα. χρὴ δέ, ὡς ἐμοὶ
δοκεῖ, οὑτωσί σε ποιεῖν τοῦ λοιποῦ, ὅταν τι τοιοῦτον λέγῃ
τις περὶ ἡμῶν τινός, γράμματα πέμψαντα ἐμὲ ἐρέσθαι·
ἐγὼ γὰρ τἀληθῆ λέγειν οὔτε ὀκνήσω οὔτε αἰσχυνοῦμαι.
ἐμοὶ δὲ δὴ καὶ σοὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους οὑτωσὶ τυγχάνει
ἔχοντα: οὔτε αὐτοὶ ἀγνῶτές ἐσμεν οὐδενὶ Ἑλλήνων, ὡς
ἔπος εἰπεῖν, οὔτε ἡ συνουσία ἡμῶν σιγᾶται· μὴ * λαν- E
θανέτω δέ σε ὅτι οὐδ' εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον σιγηθήσεται·
τοιοῦτοι **) οἱ παραδεδεγμένοι εἰσὶν αὐτήν, ἅτε οὐκ ὀλί-
γην γεγενημένην οὐδ' ἠρέμα. τί οὖν δὴ λέγω; νυνὶ ἐρῶ
ἄνωθεν ἀρξάμενος. πέφυκε ξυνιέναι εἰς ταὐτὸ φρόνησις

*) γρ. κατηγορούντων. **) ἴσ. τοσοῦτοι.

EPISTOLA II.

Plato Dionysio salutem.

Audivi ex Archedemo te putare non solum me oportere quiescere, sed etiam familiares meos, ne quid mali faciamus aut dicamus in te, Dionem vero solum te excipere. haec autem oratio significat Dionem exceptum esse, quia ego in familiares meos imperium non habeam; nam si tantum haberem imperium quum in ceteros tum in te et Dionem, plura et vobis omnibus et reliquis Graecis, ut affirmo, bona contingerent. nunc autem magnus sum in eo quod me ipsum exhibeo rationi meae obsequentem. et haec dico, quia nihil sani Cratistolus et Polyxenus ad te retulerunt, quorum alterum dicunt narrare se audisse Olympiae permultos ex meis tibi maledicentes. fortasse enim ille acutius, quam ego, audit; equidem non audivi. oportet autem, ut mihi videtur, ita te facere posthac ut, si quis tale quid de aliquo nostrum dixerit, litteris ad me datis interroges; ego enim vera dicere neque cunctabor neque verebor. mihi autem et tibi res sic se habet: neque ipsi ulli propemodum Graecorum ignoti sumus, neque consuetudo nostra siletur; nec te fugito nec in posterum fore ut de eo sileatur: tot sunt qui eam perceperunt, quippe nec parvam nec obscuram. quid igitur dico? nunc referam altius exordiens. natura congredi solent sapientia et potestas magna,

τε καὶ δύναμις μεγάλη, καὶ ταῦτ' ἄλληλ' ἀεὶ διώκει καὶ
ζητεῖ καὶ ξυγγίνεται· ἔπειτα καὶ οἱ ἄνθρωποι χαίρουσι
περὶ τούτων αὐτοί τε διαλεγόμενοι καὶ ἄλλων ἀκούοντες ἔν
τε ἰδίαις ξυνουσίαις καὶ ἐν ταῖς ποιήσεσιν, * οἷον καὶ περὶ 311
Ἱέρωνος ὅταν διαλέγωνται ἄνθρωποι καὶ Παυσανίου τοῦ
Λακεδαιμονίου, χαίρουσι τὴν Σιμωνίδου ξυνουσίαν παρα-
φέροντες, ἅ τε ἔπραξε καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· καὶ Πε-
ρίανδρον τὸν Κορίνθιον καὶ Θαλῆν τὸν Μιλήσιον ὑμνεῖν
εἰώθασιν ἅμα, καὶ Περικλέα καὶ Ἀναξαγόραν, καὶ Κροῖ-
σον αὖ καὶ Σόλωνα ὡς σοφοὺς καὶ Κῦρον ὡς δυνάστην·
καὶ δὴ ταῦτα μιμούμενοι οἱ ποιηταὶ Κρέοντα μὲν καὶ Τει-
ρεσίαν συνάγουσι, Πολύιδον *) * δὲ καὶ Μίνω, Ἀγαμέμνο- B
να δὲ καὶ Νέστορα καὶ Ὀδυσσέα καὶ Παλαμήδη· ὡς δ'
ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ Προμηθέα Διὶ ταύτῃ πῃ συνῆγον οἱ πρῶ-
τοι ἄνθρωποι. τούτων δὲ τοὺς μὲν εἰς διαφοράν, τοὺς δ'
εἰς φιλίαν ἀλλήλοις ἰόντας, τοὺς δὲ τοτὲ μὲν εἰς φιλίαν,
τοτὲ δ' εἰς διαφοράν, καὶ τὰ μὲν ὁμονοοῦντας, τὰ δὲ δια-
φερομένους ᾄδουσι. πάντα δὴ ταῦτα λέγω τόδε βουλόμενος
ἐνδείξασθαι, ὅτι οὐκ, ἐπειδὰν ἡμεῖς τελευτήσωμεν, καὶ οἱ
* λόγοι οἱ περὶ ἡμῶν αὐτῶν σεσιγήσονται. ὥςτ' ἐπιμελη- C
τέον αὐτῶν ἐστίν· ἀνάγκη γάρ, ὡς ἔοικε, μέλειν ἡμῖν
καὶ τοῦ ἔπειτα χρόνου· ἐπειδὴ καὶ τυγχάνουσι κατά τινα
φύσιν οἱ μὲν ἀνδραποδωδέστατοι οὐδὲν φροντίζοντες αὐτοῦ,
οἱ δ' ἐπιεικέστατοι πᾶν ποιοῦντες ὅπως ἂν εἰς τὸν ἔπειτα
χρόνον εὖ ἀκούσωσιν. **) ὃ δὴ καὶ ἐγὼ τεκμήριον ποιοῦμαι
ὅτι ἔστι τις αἴσθησις τοῖς τεθνεῶσι τῶν ἐνθάδε· αἱ γὰρ
βέλτισται ψυχαὶ μαντεύονται ταῦτα οὕτως ἔχειν, αἱ * δὲ D
μοχθηρόταται οὔ φασι, κυριώτερα δὲ τὰ τῶν θείων ἀν-
δρῶν μαντεύματα, ἢ τὰ τῶν μή. οἶμαι δ' ἔγωγε τοῖς ἔμ-
προσθεν, περὶ ὧν λέγω, εἰ ἐξείη αὐτοῖς ἐπανορθώσασθαι
τὰς αὐτῶν συνουσίας, πάνυ ἂν σπουδάσαι ὥςτε βελτίω λέ-
γεσθαι περὶ αὐτῶν, ἢ νῦν. τοῦτο οὖν ἡμῖν ἔτι σὺν θεῷ
εἰπεῖν ἔξεστιν, εἴ τι ἄρα μὴ καλῶς πέπρακται κατὰ τὴν
ἔμπροσθεν συνουσίαν, ἐπανορθώσασθαι καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ·
περὶ γὰρ φιλοσοφίαν φημὶ ἐγὼ τὴν ἀληθινὴν δόξαν * ἔσε- E

---

*) γρ. Πολύειδον. **) γρ. ἀκούωσιν.

haeque semper inter se sectantur et quaerunt et conveniunt; deinde etiam homines valde gaudent, dum et ipsi de his loquuntur et alios audiunt tam in privatis congressibus quam in poëmatis, velut etiam quum de Hierone homines loquuntur et Pausania Lacedaemonio, Simonidis consuetudinem, quae fecit et dixit hic illis, cum voluptate afferunt; et Periandrum Corinthium et Thalen Milesium simul laudare solent, et Periclen et Anaxagoram, itemque Croesum et Solonem ut sapientes et Cyrum ut dominatorem. atque haec quidem imitantes poëtae Creontem et Tiresiam copulant, Polyidum et Minoëm, Agamemnonem et Nestora et Ulixen et Palamedem, et, ut mihi videtur, Prometheum cum Iove hac fere ratione composuerunt primi homines. horum autem aliquos inter se dissensisse, aliquos amicos fuisse tradunt, aliis modo amicos, modo discordes fuisse, et ad alia consensisse, ad alia dissensisse. omnia vero haec dico ut ostendam non fore ut, quum mortui fuerimus, etiam sermones de nobis conquiescant. quare eos nobis curae esse oportet; necesse est enim, ut patet, etiam futuro nos tempori prospicere; nam sunt quidam naturâ maxime serviles homines futurum nihil curantes, prudentissimi contra omnia faciunt ut postero tempore bene audiant. quod quidem etiam argumento esse puto sensum aliquem esse mortuis eorum quae hic gerantur; optimi enim animi divinant haec se sic habere, pessimi id negant, praestantiores autem divinorum virorum sunt vaticinationes, quam eorum qui non sunt divini. arbitror vero equidem, si superioribus, quos dixi, consuetudines suas liceret corrigere, valde operam eos esse daturos, ut meliora, quam nunc, in se dicerentur. hoc igitur nobis adhuc deo favente dicere licet, si quid non recte in superiore consuetudine actum fuerit, id corrigi posse et re et verbis; nam, quod ad philosophiam veram attinet, dico, si probi

γὰρ δὴ κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον οὐχ ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαί σοι περὶ τῆς τοῦ πρώτου φύσεως. φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵν' ἄν τι ἡ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. ὧδε γὰρ ἔχει. περὶ τὸν * πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ B
ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν· δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. ἡ οὖν ἀνθρωπίνη ψυχὴ περὶ αὐτὰ ὀρέγεται μαθεῖν ποῖ' ἄττα ἐστί, βλέπουσα εἰς τὰ αὑτῆς συγγενῆ, ὧν οὐδὲν * ἱκανῶς ἔχει. τοῦ δὴ *) βα- 31
σιλέως πέρι καὶ ὧν εἶπον, οὐδέν ἐστι τοιοῦτον. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἡ ψυχή φησιν. ἀλλὰ ποῖόν τι μὴν τοῦτ' ἐστίν, ὦ παῖ Διονυσίου καὶ Δωρίδος, τὸ ἐρώτημα, ὃ πάντων αἴτιόν ἐστι κακῶν; μᾶλλον δὲ ἡ περὶ τούτου ὠδὶς ἐν τῇ ψυχῇ ἐγγιγνομένη, ἣν εἰ μή τις ἐξαιρεθήσεται, τῆς ἀληθείας ὄντως οὐ μή ποτε τύχῃ. **) σὺ δὲ τοῦτο πρὸς ἐμὲ ἐν τῷ κήπῳ ὑπὸ ταῖς δάφναις αὐτὸς ἔφησθα ἐννενοηκέναι καὶ εἶναι σὸν εὕρημα. καὶ ἐγὼ εἶπον * ὅτι τοῦτο εἰ φαίνοιτό B
σοι οὕτως ἔχειν, πολλῶν ἂν εἴης λόγων ἐμὲ ἀπολελυκώς· οὐ μὴν ἄλλῳ γέ ποτ' ἔφην ἐντετυχηκέναι τοῦθ' εὑρηκότι, ἀλλὰ ἡ πολλή μοι πραγματεία περὶ τοῦτ' εἴη. σὺ δὲ ἴσως μὲν ἀκούσας του, τάχα δ' ἂν θείᾳ μοίρᾳ κατὰ τοῦθ' ὁρμήσας, ἔπειτα αὐτοῦ τὰς ἀποδείξεις ὡς ἔχων βεβαίως οὐ κατέδησας, ἀλλ' ἄττεις τοτὲ μὲν οὕτω, τοτὲ δὲ ἄλλως περὶ τὸ φανταζόμενον· τὸ δὲ οὐδέν ἐστι τοιοῦτον. καὶ τοῦτο οὐ σοὶ μόνῳ * γέγονεν, ἀλλ' εὖ ἴσθι μηδένα πώποτέ μου C
τὸ πρῶτον ἀκούσαντα ἔχειν ἄλλως πως ἢ οὕτως κατ' ἀρχάς, καὶ ὁ μὲν πλείω ἔχων πράγματα, ὁ δὲ ἐλάττω μόγις ἀπαλλάττονται, σχεδὸν δὲ οὐδεὶς ὀλίγα. τούτων δὴ γεγονότων καὶ ἐχόντων οὕτω σχεδὸν κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν εὑρήκαμεν ὃ σὺ ἐπέστειλας, ὅπως δεῖ πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἔχειν. ἐπεὶ γὰρ βασανίζεις αὐτὰ ξυγγιγνόμενός τε ἄλλοις καὶ παραθεώμενος παρὰ τὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὰ * καθ' αὑτά, νῦν σοι ταῦτά τε, εἰ ἀληθὴς ἡ βάσανος, προσφύσεται, καὶ οἰκεῖος τούτοις τε καὶ ἡμῖν ἔσει. πῶς οὖν οὐ ταῦτ' ἔσται καὶ πάντα ἃ εἰρήκαμεν; τὸν Ἀρχέδημον νῦν

---

*) ἴσ. δὶ. **) γρ. τύχαι

cuius gratia tu haesitans misisti. dicis enim, ut ille ait, non satis tibi demonstratam esse primi naturam. dicendum igitur tibi est per aenigmata, ne, si quid epistolae vel mari vel terra acciderit, qui legat eam intelligat. sic vero res se habet. circa omnium regem omnia sunt et huius gratia omnia, et illa causa omnium bonorum; secundum vero circa secunda, et tertium circa tertia. iam humanus animus haec appetit cognoscere qualia sint, spectans ad ea quae sibi cognata sunt, quorum nihil perfecte se habet. at de rege et his quae dixi, nihil est tale. quod deinde sequitur animus dicit. sed qualis est haec, o fili Dionysi et Doridis, quaestio, quaenam omnium causa sit malorum? immo potius dolor de hoc in animo exsistens, quem nisi quis exemerit, veritatem numquam assequetur. tu vero in horto sub lauris mihi dixisti te ipsum hoc cogitasse tuumque esse inventum. tum ego dixi, hoc si ita se habere tibi videretur, te multis me disputationibus liberaturum esse; neque tamen in alium umquam me dixi incidisse qui hoc invenisset, sed plurimum me studi ad hoc conferre. tu vero fortasse ex aliquo audisti, fortasse autem, quum divinitus ad hoc aggressus esses, eius demonstrationes, tamquam eas teneres, non firme vinxisti, sed huc atque illuc raperis, prout tibi obversatur; hoc autem nihil est tale. atque hoc non tibi soli accidit, sed probe scito, neminem umquam, quum primum me audivisset, aliter quam ita initio se habuisse, et alium quidem maiore, alium minore, paene autem nullum levi afflictum difficultate discessisse. quae quum ita fiant seque habeant fere, ut mea fert opinio, invenimus id de quo tu scripsisti, quomodo inter nos agere debeamus. quum enim haec examinaveris et cum aliis versans eaque comparans cum ceterorum rationibus et inter se ipsa, tum tibi et haec, si verum fuerit examen, contingent et his nobisque addictus eris. quidni igitur haec futura sint omniaque

τε ὀρθῶς ἐποίησας πέμψας, καὶ τὸ λοιπόν, ἐπειδὰν ἔλθῃ
πρός σε καὶ ἀπαγγείλῃ τὰ παρ' ἐμοῦ, μετὰ ταῦτα ἴσως
ἄλλαι σε ἀπορίαι λήψονται. πέμψεις οὖν αὖθις, ἂν ὀρ-
θῶς βουλεύῃ, παρ' ἐμὲ τὸν Ἀρχέδημον, ὁ δ' ἐμπορευσάμε-
νος ἥξει πάλιν. καὶ τοῦτο ἐὰν δὶς ἢ τρὶς ποιήσῃς * καὶ E
βασανίσῃς τὰ παρ' ἐμοῦ πεμφθέντα ἱκανῶς, θαυμάζοιμ'
ἂν εἰ μὴ τὰ πρὶν ἀπορούμενα πολὺ σοι διοίσει ἢ τὰ νῦν.
θαῤῥοῦντες οὖν ποιεῖτε οὕτως· οὐ μὴ γάρ ποτε τῆς ἐμ-
πορίας ταύτης οὔτε σὺ στείλῃς *) οὔτε Ἀρχέδημος ἐμπο-
ρεύσεται καλλίω καὶ θεοφιλεστέραν. εὐλαβοῦ * μέντοι μὴ 314
ποτε ἐκπέσῃ ταῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους· σχεδὸν
γάρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἔστι τούτων πρὸς τοὺς πολλοὺς
καταγελαστότερα ἀκούσματα, οὐδ' αὖ πρὸς τοὺς εὐφυεῖς
θαυμαστότερά τε καὶ ἐνθουσιαστικώτερα. πολλάκις δὲ λε-
γόμενα καὶ ἀεὶ ἀκουόμενα καὶ πολλὰ ἔτη μόγις, ὥσπερ
χρυσός, ἐκκαθαίρεται μετὰ πολλῆς πραγματείας. ὃ δὲ
θαυμαστὸν αὐτοῦ γέγονεν, ἄκουσον. εἰσὶ γὰρ ἄνθρωποι
ταῦτα ἀκηκοότες καὶ πλείους, δυνατοὶ * μὲν μαθεῖν, δυ- B
νατοὶ δὲ μνημονεῦσαι καὶ βασανίσαντες πάντῃ πάντως κρῖ-
ναι, γέροντες ἤδη καὶ οὐκ ἐλάττω τριάκοντα ἐτῶν ἀκηκο-
ότες, οἳ νῦν ἄρτι σφίσι φασὶ τὰ μὲν τότε ἀπιστότατα
δόξαντα εἶναι νῦν πιστότατα καὶ ἐναργέστατα φαίνεσθαι,
ἃ δὲ τότε πιστότατα, νῦν τοὐναντίον. πρὸς ταῦτ' οὖν
σκοπῶν εὐλαβοῦ μή ποτέ σοι μεταμελήσῃ τῶν νῦν ἀναξίως
ἐκπεσόντων. μεγίστη δὲ φυλακὴ τὸ μὴ γράφειν, ἀλλ'
ἐκμανθάνειν· οὐ * γὰρ ἔστι τὰ γραφέντα μὴ οὐκ ἐκπε- C
σεῖν. διὰ ταῦτα οὐδὲν πώποτ' ἐγὼ περὶ τούτων γέγραφα,
οὐδ' ἔστι σύγγραμμα Πλάτωνος οὐδὲν οὐδ' ἔσται, τὰ δὲ
νῦν λεγόμενα Σωκράτους ἐστὶ καλοῦ καὶ νέου γεγονότος.
Ἔῤῥωσο καὶ πείθου, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην νῦν πρῶ-
τον πολλάκις ἀναγνοὺς κατάκαυσον.

Ταῦτα μὲν ταύτῃ· περὶ δὲ Πολυξένου ἐθαύμασας
ὅτι οὐ πέμψαιμί σοι. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ Λυκόφρονος * καὶ D
τῶν ἄλλων τῶν παρὰ σοὶ ὄντων λέγω καὶ πάλαι καὶ νῦν

---

*) γρ. οὔτε σύ.

quae diximus? quod Archedemum misisti, et nunc recte fecisti et posthac, quum redierit ad te meaque tibi nuntiaverit, aliae fortasse tibi iniicientur dubitationes. mittes igitur rursus, si bene tibi consultum volueris, Archedemum ad me, et ille, quum negotia gesserit, redibit. hoc autem si bis vel ter feceris missaque a me satis examinaveris, mirer nisi priores dubitationes multo tibi melius se habiturae sint quam nunc. confidenter igitur ita facitote; numquam enim hac negotiatione neque tu institues neque Archedemus suscipiet praestantiorem deoque gratiorem. illud tamen cavebis ne umquam haec excidant et ad homines humanitatis inopes delabantur; nam, ut mihi videtur, non sunt fere aliae res sermonibus divulgatae magis ridiculae in volgus quam hae, neque rursus quae ingeniosis maiorem iniiciant admirationem mentemque magis afflatu divino concitent. saepius vero si dicuntur et semper multosque per annos audiuntur, vix tandem, sicut aurum, multo cum labore expurgantur. quod vero admirabile in hac re est, audi. sunt enim homines qui haec audiverunt iique plures, qui et intelligere et memoria tenere et omni modo examinata diiudicare possunt, iam senes, qui non minus quam abhinc annos triginta audiverunt; hi nunc demum ea, quae tunc maxime incredibilia habuerint, maxime credibilia et evidentissima sibi videri dicunt, quae vero tunc maxime incredibilia, nunc contra. ad haec igitur respice et cave ne quando te poeniteat eorum quae nunc indigne exciderint. maxima vero cautio est, si non scribis, sed ediscis; fieri enim non potest quin scripta excidant. hanc etiam ob causam numquam de his quicquam scripsi, nec est ulla Platonis scriptio neque erit, sed quae nunc feruntur Socratis sunt, quum pulcher et iuvenis erat. Vale et obsequere, hanc vero epistolam, quum saepe legeris, nunc statim combure.

Atque haec quidem se sic habent. de Polyxeno

τὸν αὐτὸν λόγον, ὅτι πρὸς τὸ διαλεχθῆναι καὶ φύσει καὶ
τῇ μεθόδῳ τῶν λόγων πάμπολυ διαφέρεις αὐτῶν, καὶ οὐ-
δεὶς αὐτῶν ἑκὼν ἐξελέγχεται, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσιν,
ἀλλ' ἄκοντες. καὶ δοκεῖς μέντοι πάνυ μετρίως κεχρῆσθαί
τε αὐτοῖς καὶ δεδωρῆσθαι. ταῦτα μὲν περὶ τούτων, πολ-
λὰ ὡς περὶ τοιούτων. Φιλιστίωνι δὲ, εἰ μὲν αὐτὸς χρῇ,
σφόδρα χρῶ, εἰ δὲ οἷόν τε, Σπευσίππῳ * χρῆσον καὶ E
ἀπόπεμψον· δεῖται δέ σου καὶ Σπεύσιππος, ὑπέσχετο δέ
μοι καὶ Φιλιστίων, εἰ σὺ ἀφίης *) αὐτόν, ἥξειν προθύμως
Ἀθήναζε. τὸν ἐκ τῶν λιθοτομιῶν **) εὖ ἐποίησας ἀφείς.
ἐλαφρὰ δὲ ἡ δέησις καὶ περὶ τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ καὶ
περὶ Ἡγησίππου τοῦ Ἀρίστωνος· ἐπέστειλας γάρ μοι,
ἄν τις ἀδικῇ ἢ τοῦτον ἢ ἐκείνους καὶ σὺ αἴσθῃ, μὴ
ἐπιτρέψειν. καὶ περὶ * Λυσικλείδου τἀληθὲς εἰπεῖν ἄξιον· 315
μόνος γὰρ τῶν ἐκ Σικελίας Ἀθήναζε ἀφικομένων οὐδὲν
μετεβάλετο περὶ τῆς σῆς καὶ ἐμῆς συνουσίας, ἀλλ' ἀεί
τι ἀγαθὸν καὶ ἐπὶ τὰ βελτίω λέγων περὶ τῶν γεγονότων
διατελεῖ.

---

*) γρ. ἀφῇς.

**) γρ. λατομιῶν.

Digitized by Google

autem admiratus es quod eum tibi non misissem. ego vero et de Lycophrone et de reliquis qui apud te sunt et dudum et nunc idem affirmo, te in disserendo et ingenio et disputandi ratione longe illis praestare, nec eorum quemquam sua sponte a te convinci, ut quidam putant, sed invitum. ac videris tamen valde modeste eis usus esse donaque dedisse. et haec quidem de his, multa quippe de huiusmodi rebus. Philistione vero, si ipse uteris, vehementer utere, etiam, si fieri potest, Speusippo utere et remitte; indiget tui etiam Speusippus. promisit vero mihi Philistio quoque, si tu ipsum dimiseris, libenter se Athenas venturum esse. quod illum e lapicidinis dimisisti, bene fecisti; leves autem preces sunt et pro familiaribus eius et pro Hegesippo Aristonis filio; scripsisti enim mihi, si quis vel hunc vel illos iniuria afficiat idque tu perceperis, te non esse permissurum. etiam de Lysiclide verum dici par est; solus enim ex eis, qui e Sicilia Athenas venerunt, nihil de tua et mea consuetudine immutavit, sed semper boni quid et in meliorem partem de eis quae facta sunt refert.

Γ.

Πλάτων Διονυσίῳ.

Πλάτων Διονυσίῳ χαίρειν ἐπιστείλας ἆρ' ὀρθῶς ἂν τυγχάνοιμι * τῆς βελτίστης προσρήσεως; ἢ μᾶλλον κατὰ τὴν B
ἐμὴν συνήθειαν γράφων εὖ πράττειν, ὥσπερ εἴωθα ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τοὺς φίλους προσαγορεύειν; σὺ μὲν γὰρ δὴ καὶ τὸν θεόν, ὡς ἤγγειλαν οἱ τότε θεωροῦντες, προσεῖπες ἐν Δελφοῖς αὐτῷ τούτῳ θωπεύσας τῷ ῥήματι, καὶ γέγραφας, ὥς φασι,

Χαῖρε καὶ ἡδόμενον βίοτον διάσωζε τυράννου.

ἐγὼ δὲ οὐδὲ ἀνθρώπῳ κλήσει, μὴ ὅτι δὴ * θεῷ, παρα- C
κελευσαίμην ἂν δρᾶν τοῦτο, θεῷ μὲν ὅτι παρὰ φύσιν προστάττοιμ' ἂν (πόῤῥω γὰρ ἡδονῆς ἵδρυται καὶ λύπης τὸ θεῖον), ἀνθρώπῳ δὲ ὅτι τὰ πολλὰ βλάβην ἡδονὴ καὶ λύπη *) γεννᾷ, δυσμαθίαν καὶ λήθην καὶ ἀφροσύνην καὶ ὕβριν τίκτουσα ἐν τῇ ψυχῇ. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἰρήσθω παρ' ἐμοῦ περὶ τῆς προσρήσεως· σὺ δ' ἀναγνοὺς αὐτά, ὅπῃ βούλει δέξασθαι, ταύτῃ δέχου.

Φασὶ δ' οὐκ ὀλίγοι λέγειν σε πρός τινας τῶν παρὰ σὲ * πρεσβευόντων, ὡς ἄρα σοῦ ποτὲ λέγοντος ἀκούσας D
ἐγὼ μέλλοντος τάς τε Ἑλληνίδας πόλεις ἐν Σικελίᾳ οἰκίζειν καὶ Συρακουσίους ἐπικουφίσαι, τὴν ἀρχὴν ἀντὶ τυραννίδος εἰς βασιλείαν μεταστήσαντα, ταῦτ' ἄρα σὲ μὲν τότε διεκώλυσα, ὡς σὺ φῄς, σοῦ σφόδρα προθυμουμένου, νῦν δὲ

*) Ισ. λύπην.

EPISTOLA III.

Plato Dionysio.

Plato Dionysium gaudere iubens num recte attigerim optimam salutationem? an potius si more meo salvere te jusserim, ut consuevi in epistolis amicos salutare? ac tu quidem etiam deum, ut nuntiaverunt illi qui tum praesentes spectaverunt, Delphis hoc ipso verbo blande appellasti et scripsisti.

Gaude et iucundam vitam servato tyranni; ego vero nec hominem, nedum deum, appellatione exhortarer ut hoc faceret, et deum quidem non exhortarer, quia praeter naturam facere iuberem (procul enim a voluptate et dolore est deus), hominem vero, quia plerumque detrimentum et dolorem procreat voluptas, tarditatem ad discendum et oblivionem et dementiam et contumeliam gignens in animo. atque haec quidem ita a me dicta sunto de salutatione; tu vero quum ea legeris, quomodo volueris accipere, ita accipe.

Affirmant non pauci te dicere quibusdam legatis me, quum aliquando te audissem dicentem te velle urbes graecas in Sicilia condere et Syracusios relevare, regno pro tyrannide constituto, ab hoc tunc te prohibuisse, licet, ut tu ais, vehementer id expeteres; nunc vero Dionem me admonere ut eadem haec faciat,

Δίωνα διδάσκοιμι δρᾶν αὐτὰ ταῦτα, καὶ τοῖς διανοήμασι τοῖς σοῖς τὴν σὴν ἀρχὴν ἀφαιρούμεθά σε. * σὺ δ' εἰ μέν E
τι διὰ τοὺς λόγους τούτους ὠφελεῖ, *) γιγνώσκεις αὐτός, ἀδικεῖς δ' οὖν ἐμὲ τἀναντία τῶν γενομένων λέγων. ἅδην γὰρ ὑπὸ Φιλιστίδου καὶ ἄλλων πολλῶν πρὸς τοὺς μισθοφόρους καὶ εἰς τὸ Συρακουσίων πλῆθος διεβλήθην διὰ τὸ μένειν ἐν ἀκροπόλει, τοὺς δ' ἔξωθεν, εἴ τι γίγνοιτο ἁμάρτημα, πᾶν εἰς ἐμὲ τρέπειν, σὲ φάσκοντας πάντα **) ἐμοὶ πείθεσθαι. ***) σὺ δ' αὐτὸς οἶσθα σαφέστατα τῶν πολιτικῶν ἐμὲ σοὶ κοινῇ πραγματευσάμενον ἑκόντα ὀλίγα * δὴ 316
κατ' ἀρχάς, ὅτε τι ****) πλέον ποιεῖν ἂν ᾠήθην, ἄλλα τε βραχέα ἄττα καὶ περὶ τὰ τῶν νόμων προοίμια σπουδάσαντα μετρίως, χωρὶς ὧν σὺ προςέγραψας ἤ τις ἕτερος· ἀκούω γὰρ ὕστερον ὑμῶν τινὰς αὐτὰ διασκευωρεῖν· δῆλα μὴν ἑκάτερα ἔσται τοῖς τὸ ἐμὸν ἦθος δυναμένοις κρίνειν. ἀλλ' οὖν, ὅπερ ἀρτίως εἶπον, οὐ διαβολῆς προςδέομαι πρός τε Συρακουσίους καὶ εἰ δή τινας ἑτέρους πείθεις λέγων αὐτά, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἀπολογίας * πρός τε τὴν προτέ- B
ραν γενομένην διαβολὴν καὶ τὴν νῦν μετ' ἐκείνην μείζω φυομένην καὶ σφοδροτέραν. πρὸς δύο δή μοι διττὰς ἀναγκαῖον ποιήσασθαι τὰς ἀπολογίας, πρῶτον μὲν ὡς εἰκότως σοι ἔφυγον κοινωνεῖν περὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα, τὸ δὲ δεύτερον ὡς οὐκ ἐμὴν ταύτην εἴρηκας συμβουλὴν οὐδὲ διακώλυσιν, μέλλοντί σοι †) κατοικίζειν Ἑλληνίδας πόλεις ἐμποδὼν ἐμὲ γεγενῆσθαι. τὴν οὖν ἀρχὴν ὧν εἶπον περὶ προτέρων * ἄκουε πρότερον. C

Ἦλθον καλούμενος εἰς Συρακούσας ὑπό τε σοῦ καὶ Δίωνος, τοῦ μὲν δεδοκιμασμένου παρ' ἐμοὶ καὶ ξένου πάλαι γεγονότος, ἐν ἡλικίᾳ δὲ ὄντος μέσῃ τε καὶ καθεστηκυίᾳ, ὧν δὴ παντάπασι χρεία τοῖς νοῦν καὶ σμικρὸν κεκτημένοις μέλλουσι περὶ τοσούτων ὅσα ἦν τότε τὰ σὰ βουλεύεσθαι, σοῦ δὲ ὄντος μὲν σφόδρα νέου, πολλῆς δὲ ἀπειρίας οὔσης περὶ σε τούτων ὧν ἔμπειρον ἔδει γεγονέναι,

---

*) γρ. ὠφελῇ. **) γρ. τινὰς πάντα.
) γρ. πείσεσθαι. *) ἄλλ. ὅπῃ.
†) γρ. συμβουλήν· οὐδὲ μέλλοντί σοι.

et sic consiliis tuis nos imperio te tuo exuere. tu quidem num utilitatem aliquam ex his sermonibus capias, ipse nosti, me certe iniuria afficis, dum contraria eorum quae facta sunt dicis. satis enim per Philistidem aliosque multos apud milites mercenarios et Syracusanum volgus calumniae sustinui, propterea quod in arce manseram, et ii qui extra erant, si quid commissum esset, omne in me convertebant, te dicentes in omnibus mihi obsequi. tu vero ipse optime nosti, paucas me res civiles mea sponte communiter tecum tractasse initio, quum aliquid me proficere posse putarem, et alia quaedam exigua me gessisse, quum mediocre ad legum prooemia studium conferrem, exceptis istis quae tu adscripsisti vel alius quispiam; audio enim quosdam post nos illa retractasse; manifesta vero utraque erunt his qui ingenium meum possunt iudicare. itaque, ut modo dixi, non ampliore mihi calumnia opus est apud Syracusios, et si quos alios ad credendum sermonibus tuis induxisti; sed multo magis defensione tum adversus priorem calumniam tum adversus eam quae nunc post illam maior ac vehementior coepit serpere. contra duas iam calumnias duas praeparem defensiones necesse est, primum ostendens merito me fugisse tuam in rebus civilibus tractandis societatem, deinde non meum hoc consilium, ut tu ais, fuisse, neque me impedivisse te urbes graecas condere cogitantem. de prioribus igitur prius audi.

Veni Syracusas a te et Dione vocatus, quum hic magni a me aestimatus esset et dudum hospes fuisset et praeterea aetate esset media et etiamnunc florente, quibus quidem prorsus opus erat viris vel mediocriter prudentibus, si tantis rebus, quantae tunc tuae erant, consulturi erant, tu vero admodum iuvenis esses, magna autem in te imperitia reperiretur earum rerum, quarum te peritum esse oportebat, mihique plane es-

καὶ σφόδρα ἀγνῶτος ἐμοί. τὸ μετὰ * τοῦτο εἴτ' ἄνθρω- D
πος εἴτε θεὸς εἴτε τύχη τις μετὰ σοῦ Δίωνα ἐξέβαλε, καὶ
ἐλείφθης μόνος. ἆρ' οὖν οἴει μοι τότε πολιτικῶν εἶναι
κοινωνίαν πρὸς σέ, τὸν μὲν ἔμφρονα κοινωνὸν ἀπολωλεκό-
τι, τὸν δὲ ἄφρονα ὁρῶντι μετὰ πονηρῶν καὶ πολλῶν ἀν-
θρώπων καταλελειμμένον, οὐκ ἄρχοντα, οἰόμενον δ' ἄρχειν,
ὑπὸ δὲ τοιούτων ἀνθρώπων ἀρχόμενον; ἐν οἷς τί χρῆν
ποιεῖν ἐμέ; μῶν οὐχ ὅπερ ἐποίουν, ἀναγκαῖον ἐκ τῶν λοι-
πῶν, τὰ μὲν πολιτικὰ χαίρειν * ἐᾶν, εὐλαβούμενον τὰς ἐκ E
τῶν φθόνων διαβολάς, ὑμᾶς δὲ πάντως, καίπερ ἀλλήλων
χωρὶς γεγονότας καὶ διαφόρους ὄντας, πειρᾶσθαι φίλους
ἀλλήλοις ὅτι μάλιστα ποιεῖν; τούτων δὴ καὶ σὺ μάρτυς,
ὅτι τοῦτο αὐτὸ ξυντείνων οὐκ ἀνῆκα πώποτε. καὶ μόγις
μέν, ὅμως δ' ὡμολογήθη νῷν πλεῦσαι μὲν οἴκαδε ἐμέ,
* ἐπειδὴ πόλεμος ὑμᾶς κατεῖχεν, εἰρήνης δ' αὖ γενομένης 317
ἐλθεῖν ἐμέ τε καὶ Δίωνα εἰς Συρακούσας, σὲ δὲ καλεῖν
ἡμᾶς. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐγένετο τῆς ἐμῆς εἰς Συρα-
κούσας ἀποδημίας πέρι τῆς πρώτης καὶ τῆς πάλιν οἴκαδε
σωτηρίας· τὸ δὲ δεύτερον εἰρήνης γενομένης ἐκάλεις με
οὐ κατὰ τὰς ὁμολογίας, ἀλλὰ μόνον ἥκειν ἐπέστελλες, Δίω-
να δ' εἰσαῦθις ἔφησθα μεταπέμψεσθαι. διὰ ταῦτα οὐκ
ἦλθον, ἀλλὰ καὶ Δίωνι τότ' ἀπηχθόμην· ᾤετο * γὰρ εἶναι B
βέλτιον ἐλθεῖν ἐμὲ καὶ ὑπακοῦσαί σοι. τὸ δὲ μετὰ ταῦτα
ὕστερον ἐνιαυτῷ τριήρης ἀφίκετο καὶ ἐπιστολαὶ παρὰ σοῦ,
τῶν δ' ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γραμμάτων ἦρχεν ὡς, ἂν ἀφί-
κωμαι, τὰ Δίωνός μοι γενήσοιτο πράγματα πάντα κατὰ
νοῦν τὸν ἐμόν, μὴ ἀφικομένου δὲ τἀναντία. αἰσχύνομαι
δὴ λέγειν ὅσαι τότε ἐπιστολαὶ παρὰ σοῦ καὶ παρ' ἄλλων
ἦλθον διὰ σὲ ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας, καὶ παρ' ὅσους
τῶν ἐμῶν οἰκείων καὶ τῶν * γνωρίμων, καὶ πᾶσαι διακε- C
λευόμεναί μοι ἰέναι καὶ δεόμεναι σοὶ πάντως ἐμὲ πείθε-
σθαι. ἐδόκει δὴ πᾶσιν, ἀρξαμένοις ἀπὸ Δίωνος, δεῖν ἐμὲ
πλεῦσαι καὶ μὴ μαλθακίζεσθαι. καίτοι τήν θ' ἡλικίαν
αὐτοῖς προὐτεινόμην καὶ περὶ σοῦ διισχυριζόμην ὡς οὐχ
οἷός τ' ἔσοιο ἀνταρκέσαι τοῖς διαβάλλουσιν ἡμᾶς καὶ βου-
λομένοις εἰς ἔχθραν ἐλθεῖν· ἑώρων γὰρ καὶ τότε καὶ νῦν

ses ignotus. deinde vero sive homo sive deus sive fors quaedam tecum Dionem eiecit, et relictus es solus. num igitur tunc rerum civilium societatem tecum mihi fuisse censes, qui sapientem socium amisissem, insipientem autem cum multis pravis hominibus relictum viderem, eumque qui non esset rector, sed se putaret regere, ab hominibus vero talibus regeretur? tunc igitur quid facere debebam? nonne id quod feci necessarium erat ex reliquis, res quidem civiles missas facere, ut calumnias ex invidia conflatas caverem, vos autem omnino, quamvis seiunctos ac dissentientes, conari, quam maxime possem amicos reddere? cuius quidem rei tu quoque mihi testis es, me hoc ipsum sedulo molientem nihil umquam remisisse; et vix quidem, sed tamen inter nos convenit, ut ego domum navigarem, quum vos bello occupati essetis, ubi vero pax facta esset, ego et Dio Syracusas rediremus a te vocati. Et haec quidem ita facta sunt, quum primum Syracusas venissem salvusque rursus domum redissem; deinde vero pace composita vocasti me, non, ut inter nos convenerat, sed ut solus venirem scripsisti, Dionem vero postea te dixisti velle arcessere. hanc ob causam non veni, verum etiam apud Dionem tunc offendi; putabat enim praestare venire me tibi obsequentem. anno vero dein elapso triremis venit et epistolae a te, quarum summa erat, si venturus essem, fore ut omnes res Dionis ex animi mei sententia succederent, sin minus, contra. erubesco dicere quot venerint tunc a te epistolae et ab aliis tuo nomine ex Italia et Sicilia, et ad quot familiares meos et notos, quae quidem omnes hortabantur ut proficiscerer et rogabant ut omnino tibi morem gererem. visum est igitur omnibus, nec Dione excepto, mihi navigandum, nec ignave agendum esse. quamquam ego aetatem praetendebam et te affirmabam non esse valiturum ad resistendum calumniatoribus ac malevolis dissidium inter nos machinan-

ὁρῶ τὰς μεγάλας οὐσίας καὶ ὑπερόγκους τῶν τε ἰδιωτῶν
* καὶ τῶν μονάρχων σχεδόν, ὅσῳπερ ἂν μείζους ὦσι, το- D
σούτῳ πλείους καὶ μείζους τοὺς διαβάλλοντας καὶ πρὸς ἡδο-
νὴν μετὰ αἰσχρᾶς βλάβης ὁμιλοῦντας τρεφούσας, οὗ κακὸν
οὐδὲν μεῖζον γεννᾷ πλοῦτός τε καὶ ἡ τῆς ἄλλης ἐξουσίας
δύναμις. ὅμως δ' οὖν πάντα ταῦτα χαίρειν ἐάσας ἦλθον,
διανοηθεὶς ὡς οὐδένα δεῖ τῶν ἐμῶν φίλων ἐμὲ αἰτιᾶσθαι
ὡς διὰ τὴν ἐμὴν ῥᾳθυμίαν τὰ σφέτερα πάντα, ἐξὸν μὴ
ἀπολέσθαι, * διώλετο· ἐλθὼν δέ, οἶσθα γὰρ δὴ σὺ παν- E
τα τἀντεῦθεν ἤδη γενόμενα, ἐγὼ μὲν ἠξίουν δήπου κατὰ
τὴν ὁμολογίαν τῶν ἐπιστολῶν πρῶτον μὲν κατάγειν Δίωνα
οἰκειωσάμενον, φράζων τὴν οἰκειότητα, ἣν εἰ ἐμοὶ τότε
ἐπείθου, τάχ' ἂν βέλτιον τῶν νῦν γεγονότων ἔσχε καὶ σοὶ
καὶ Συρακούσαις *) καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὡς ἡ ἐμὴ
δόξα μαντεύεται· ἔπειτα τὰ Δίωνος τοὺς οἰκείους ἔχειν
ἠξίουν * καὶ μὴ διανείμασθαι τοὺς διανειμαμένους, οὓς 318
οἶσθα σύ· πρὸς δὲ τούτοις ᾤμην δεῖν τὰ **) κατ' ἐνιαυ-
τὸν ἕκαστον εἰωθότα αὐτῷ κομίζεσθαι καὶ μᾶλλον ἔτι καὶ
οὐχ ἧττον ἐμοῦ παραγενομένου πέμπεσθαι. τούτων οὐδε-
νὸς τυγχάνων ἠξίουν ἀπιέναι. τὸ μετὰ ταῦτα ἔπειθές με
μεῖναι τὸν ἐνιαυτόν, φάσκων τὴν Δίωνος ἀποδόμενος οὐ-
σίαν πᾶσαν τὰ μὲν ἡμίσεα ἀποπέμψειν εἰς Κόρινθον, τὰ
δ' ἄλλα τῷ παιδὶ καταλείψειν αὐτοῦ. πολλὰ ἔχων * εἰπεῖν, B
ὧν ὑποσχόμενος οὐδὲν ἐποίησας, διὰ τὸ πλῆθος αὐτῶν
συντέμνω. τὰ γὰρ δὴ χρήματα πάντα ἀποδόμενος, οὐ πεί-
σας Δίωνα, φάσκων οὐ πωλήσειν ἄνευ τοῦ πείθειν, τὸν
κολοφῶνα, ὦ θαυμάσιε, ταῖς ὑποσχέσεσιν ἁπάσαις νεανι-
κώτατον ἐπέθηκας· μηχανὴν γὰρ οὔτε καλὴν οὔτε κομψὴν
οὔτε δικαίαν οὔτε ξυμφέρουσαν εὗρες ἐμὲ ἐκφοβεῖν, ὡς
ἀγνοοῦντα τὰ τότε γιγνόμενα, ἵνα μηδὲ ἐγὼ ζητοίην τὰ
χρήματα ἀποπέμπεσθαι. * ἡνίκα γὰρ Ἡρακλείδην ἐξέβα- C
λες, οὔτε Συρακοσίοις δοκοῦν δικαίως οὔτ' ἐμοί, διότι με-
τὰ Θεοδότου καὶ Εὐρυβίου συνεδεήθην σοῦ μὴ ποιεῖν
ταῦτα, ταύτην λαβὼν ὡς ἱκανὴν πρόφασιν εἶπες ὅτι καὶ

*) ἴσ. Συρακουσίοις. **) γρ. τόν.

Digitized by Google

tibus: intellexi enim tunc et nunc intelligo magnas immodicasque opes et privatorum et principum fere, quo maiores sint, eo plures et maiores nutrire calumniatores hominesque ad voluntatem turpi cum detrimento commercium habentes: quo nullum maius malum divitiae reliquaeque potentiae facultates procreant. attamen omnibus his missis veni, cogitans neminem ex amicis in hoc debere me accusare, quod propter socordiam meam omnia sua, quum salva esse potuissent, perissent. quum autem venissem (nosti sane tu quae dehinc facta sunt omnia), postulari ex epistolarum convento, ut Dionem de exsilio revocatum in familiaritatem reciperes, indicans qualis esse deberet familiaritas, in quo si mihi tunc obtemperavisses, fortasse melius se res haberent, quam nunc, et tibi et Syracusiis et reliquis Graecis, ut mea fert opinio; deinde ut bona Dionis cognati haberent postulavi, non ut ab istis distribuerentur quos tu nosti; praeterea censui, quae quotannis accipere consuevisset, eaque maiora etiam, non minora, me praesente ei mittenda esse. quorum quum nihil impetrarem, abire volebam. tu vero deinde persuasisti mihi ut annum manerem, quum promitteres te omnia Dionis bona venditurum et dimidium eorum Corinthum missurum reliquum vero filio suo relicturum esse. multa quum recensere possem a te promissa, quorum nullum praestitisti, propter multitudinem eorum breviter complector. postquam enim omnia bona vendideras Dione non consentiente, licet dixisses te illa non esse venditurum sine ipsius assensu, colophonem, o admirabilis, omnibus tuis promissis gloriosissimum addidisti: modum enim neque honestum neque scitum neque iustum neque commodum excogitasti me terrendi, tamquam nescirem quae tunc fierent, ut nec ego postularem ut pecunia mitteretur. etenim quum Heraclidem expelleres, quod neque Syracusiis neque mihi iuste facere

πάλαι σοι δῆλος εἴην σοῦ μὲν οὐδὲν φροντίζων, Δίωνος δὲ
καὶ τῶν Δίωνος φίλων καὶ οἰκείων, καὶ ἐπειδὴ νῦν Θεο-
δότης καὶ Ἡρακλείδης ἐν διαβολαῖς εἶεν οἰκεῖοι Δίωνος
ὄντες, πᾶν μηχανῴμην ὅπως οὗτοι μὴ δώσουσι δίκην.

Καὶ ταῦτα * μὲν ταύτῃ περὶ τὰ πολιτικὰ κοινωνίας D
τῆς ἐμῆς καὶ σῆς· καὶ εἴ τινα ἑτέραν ἀλλοτριότητα ἐνεί-
δες ἐν ἐμοὶ πρὸς σέ, εἰκότως οἴει ταύτῃ πάντα ταῦτα γε-
γονέναι. καὶ μὴ θαύμαζε· κακὸς γὰρ ἂν ἔχοντί γε νοῦν
ἀνδρὶ φαινοίμην ἐνδίκως πεισθεὶς ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς
σῆς ἀρχῆς τὸν μὲν παλαιὸν φίλον καὶ ξένον, κακῶς πράτ-
τοντα διὰ σέ, μηδὲν σοῦ χείρω, ἵνα οὕτως εἴπω, τοῦτον
μὲν προδοῦναι, σὲ δὲ τὸν ἀδικοῦντα ἑλέσθαι καὶ πᾶν * δρᾶν E
ὅπῃ σὺ προσέταττες, ἕνεκα χρημάτων δῆλον ὅτι· οὐδὲν
γὰρ ἂν ἕτερον ἔφησεν αἴτιον τις εἶναι τῆς ἐμῆς μεταβολῆς,
εἰ μετεβαλόμην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτῃ γενόμενα τὴν ἐμὴν
καὶ σὴν λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνίαν διὰ σὲ ἀπειργάσατο.

1. Σχεδὸν δ' εἰς λόγον ὁ λόγος ἥκει μοι ξυνεχὴς τῷ νῦν
δὴ γενομένῳ, περὶ οὗ μοι τὸ δεύτερον ἀπολογητέον ἔφην
* εἶναι. σκόπει δὴ καὶ πρόσεχε πάντως, ἄν τί σοι ψεύ- 319
δεσθαι δόξω καὶ μὴ τἀληθῆ λέγειν. φημὶ γάρ σε Ἀρχε-
δήμου παρόντος ἐν τῷ κήπῳ καὶ Ἀριστοκρίτου, σχεδὸν
ἡμέραις πρότερον εἴκοσι τῆς ἐμῆς ἐκ Συρακουσῶν οἴκαδ'
ἀποδημίας, ἃ νῦν δὴ λέγεις ἐμοὶ μεμφόμενον, ὡς Ἡρα-
κλείδου τέ μοι καὶ τῶν ἄλλων πάντων μᾶλλον ἢ σοῦ μέλοι.
καί με τούτων ἐναντίον διηρώτησας εἰ μνημονεύω, κατ'
ἀρχὰς ὅτ' ἦλθον, κελεύων σε τὰς πόλεις τὰς * Ἑλληνίδας B
κατοικίζειν· ἐγὼ δὲ συνεχώρουν μεμνῆσθαι καὶ ἔτι νῦν
μοι δοκεῖν ταῦτ' εἶναι βέλτιστα. ῥητέον δέ, ὦ Διονύσιε,
καὶ τοὐπὶ τούτῳ τότε λεχθέν. ἠρόμην γὰρ δή σε πότερον
αὐτὸ τοῦτό σοι ξυμβουλεύσαιμι μόνον, ἤ τι καὶ ἄλλο πρὸς
τούτῳ· σὺ δὲ καὶ μάλα ἀπεκρίνω μεμηνιμένως καὶ ὑβρι-
στικῶς εἰς ἐμέ, ὡς ᾤου (διὸ τὸ τότε σοι ὕβρισμα νῦν
ὕπαρ ἀντ' ὀνείρατος γέγονεν), εἶπες δὲ καὶ μάλ' ἐπλάστως
γελῶν, εἰ μέμνημαι, Ὥς παιδευθέντα με * ἐκέλευες ποιεῖν C
πάντα ταῦτα, ἢ μὴ ποιεῖν. *) Ἔφην ἐγὼ κάλλιστα μνη-

*) Ισ. ἢ μή;

videbaris, ego vero cum Theodote et Eurybio precarer ne hoc faceres, hanc tamquam idoneam causam reperiens dixisti iam dudum tibi satis cognitum esse, te quidem me nihil curare, Dionem vero eiusque amicos et cognatos, et quum nunc Theodotes et Heraclides Dionis amici in crimen vocati essent, omnia me moliri ne hi poenas luerent.

Atque haec quidem ita se habent de mea et tua in rebus civilibus societate, et si quam aliam in me dissensionem animadvertisti, iure putas ita haec omnia facta esse. nec mirare: malus enim homo viro prudenti iure viderer, si imperii tui magnitudine permotus veterem amicum et hospitem per te infelicem, nihilo autem te deteriorem, ut ita dicam, prodidissem, te vero iniuria illum afficientem praetulissem omniaque iussu tuo fecissem, pecuniarum videlicet gratia; neque enim aliam mutationis meae causam fuisse quisquam diceret, si me mutassem. atque haec quae ita facta sunt meam et tuam amicitiam lupinam et discordiam propter te effecerunt.

Fere autem in sermonem sermo incidit mihi cohaerens cum modo prolatis, de quo secundo me loco defendere oportere dixi. specta igitur et attende diligenter, an tibi mentiri et non vera dicere videar. dico enim te praesente Archedemo et Aristocrito in horto, viginti fere diebus ante quam Syracusis domum redieram, ea quae nunc dicis mihi obiecisse, me Heraclidem et reliquos omnes magis curare, quam te. atque me coram his rogasti an meminissem, principio quum venissem, me iussisse te urbes graecas condere, ego vero meminisse me concessi, et nunc adhuc mihi videri haec optima esse. referendum vero, Dionysi, id quoque quod deinde prolatum est. quaesivi enim ex te, utrum hoc ipsum solum tibi suasissem, an etiam aliud quid ad hoc. tu vero iracunde et contumeliose, ut putabas, mihi respondisti (quapropter, quam tunc mihi contu-

μονεῦσαί σε. Οὐκοῦν παιδευθέντα, ἔφησθα, γεωμετρεῖν;
ἢ πῶς; Κἀγὼ τὸ μετὰ ταῦτα ὃ ἐπῄει μοι εἰπεῖν οὐκ εἶ-
πον, φοβούμενος μὴ σμικροῦ ῥήματος ἕνεκα τὸν ἔκπλουν
ὃν προςεδόκων, μή μοι στενὸς γίγνοιτο ἀντ᾽ εὐρυχωρίας.
ἀλλ᾽ οὖν ὧν ἕνεκα πάντ᾽ εἴρηται, ταῦτ᾽ ἐστί· μή με δια-
βαλλε λέγων ὡς οὐκ εἴων ἐγώ σε πόλεις Ἑλληνίδας ἐῤῥου-
σας ὑπὸ βαρβάρων οἰκίζειν, οὐδὲ * Συρακουσίους ἐπικου- D
φίσαι βασιλείαν ἀντὶ τυραννίδος μεταστήσαντα. τούτων γὰρ
οὔθ᾽ ἧττον *) ἐμοὶ πρέποντα ἔχοις ἄν ποτε λέγων μου
καταψεύσασθαι· πρὸς δὲ τούτοις ἔτι σαφεστέρους τούτων
εἰς ἔλεγχον λόγους ἐγὼ δοίην ἄν, εἴ τις ἱκανή που φαίνοι-
το κρίσις, ὡς ἐγὼ μὲν ἐκέλευον, σὺ δ᾽ οὐκ ἤθελες πράτ-
τειν αὐτά· καὶ μὴν οὐ χαλεπὸν εἰπεῖν ἐναργῶς ὡς ἦν
ταῦτα ἄριστα πραχθέντα καὶ σοὶ καὶ Συρακοσίοις καὶ Σι-
κελιώταις πᾶσιν. ἀλλ᾽ ὦ * τᾶν, εἰ μὲν μὴ φῂς εἰρηκέναι E
εἰρηκὼς ταῦτα, ἔχω τὴν δίκην, εἰ δ᾽ ὁμολογεῖς, τὸ μετὰ
τοῦτο ἡγησάμενος εἶναι σοφὸν τὸν Στησίχορον, τὴν παλιν-
ῳδίαν αὐτοῦ μιμησάμενος, ἐκ τοῦ ψεύδους εἰς τὸν ἀλη-
θῆ λόγον μεταστήσει. **)

---

*) γρ. οὐχ ἧττον.

**) γρ. μετάστηθι.

meliam fecisti, nunc res vera e somnio facta est); dixisti autem idque cum risu satis aperto, si memini: Mene ut institutum iussisti omnia haec facere, an non institutum? Tum ego dixi te optime meminisse. Num institutum, dixisti, ad geometriam? an quomodo? Atque ego deinde quod in mentem mihi venerat non respondi, veritus ne exigui verbi causa discessus quem exspectabam pro amplo angustus mihi fieret. iam vero quorum gratia omnia retuli haec sunt: ne me criminare dicens me tibi non permisisse ut urbes graecas a barbaris dirutas conderes, nec ut Syracusiis imperium levares regno pro tyrannide constituto. his enim numquam poteris minus me decentia falso in me dicere; praeterea etiam clariora his ad te refutandum possem afferre, si idoneum aliquod iudicium constitutum esset, ut probarem, me quidem iussisse, te vero ea facere noluisse; et sane haud difficile est demonstratu haec optima futura fuisse, si facta fuissent, et tibi et Syracusiis et Siculis omnibus. iam, o bone, si negas te dixisse, quum tamen dixeris, habeo actionem, sin fatere, Stesichorum sapientem fuisse existimabis eiusque palinodiam, quae dicitur, imitans verum sermonem cum falso commutabis.

Δ.

Πλάτων Δίωνι Συρακοσίῳ εὖ πράττειν.

Οἶμαι μὲν φανερὰν εἶναι διὰ παντὸς τοῦ χρόνου τὴν ἐμὴν 320
προθυμίαν περὶ τὰς συμβεβηκυίας πράξεις, καὶ ὅτι πολ-
λὴν εἶχον περὶ αὐτῶν σπουδὴν εἰς τὸ ξυμπερανθῆναι, οὐκ
ἄλλου τινὸς ἕνεκα μᾶλλον ἢ τῆς ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτι-
μίας· νομίζω * γὰρ δίκαιον εἶναι τοὺς ὄντας τῇ ἀληθείᾳ B
ἐπιεικεῖς καὶ πράττοντας τοιαῦτα τυγχάνειν δόξης τῆς
προςηκούσης. τὰ μὲν οὖν εἰς τὸ παρόν, σὺν θεῷ εἰπεῖν,
ἔχει καλῶς, τὰ δὲ περὶ τῶν μελλόντων ὁ μέγιστός ἐστιν
ἀγών. ἀνδρείᾳ μὲν γὰρ καὶ τάχει καὶ ῥώμῃ διενεγκεῖν
δόξειεν ἂν καὶ ἑτέρων εἶναί τινων, ἀληθείᾳ δὲ καὶ δι-
καιοσύνῃ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ τῇ περὶ πάντα ταῦτα
εὐσχημοσύνῃ, * ξυμφαίη τις ἂν τοὺς ἀντιποιουμένους τὰ C
τοιαῦτα τιμᾶν εἰκότως τῶν ἄλλων διαφέρειν. νῦν οὖν δῆ-
λον μέν ἐστιν ὃ λέγω, ἀναμιμνήσκειν δὲ ὅμως δεῖ ἡμᾶς
αὐτοὺς ὅτι προςήκει πλέον ἢ παίδων τῶν ἄλλων ἀνθρώ-
πων διαφέρειν τοὺς *) οἶσθα δήπου. φανεροὺς οὖν δεῖ
ἡμᾶς γενέσθαι ὅτι ἐσμὲν τοιοῦτοι οἷοίπερ φαμέν, ἄλλως
τε καὶ ἐπειδὴ σὺν θεῷ εἰπεῖν ῥᾴδιον ἔσται. τοῖς μὲν γὰρ
ἄλλοις συμβέβηκεν ἀναγκαῖον εἶναι πλανηθῆναι πολὺν * τό- D
πον, εἰ μέλλουσι γνωσθῆναι· τὸ δὲ νῦν ὑπάρχον περὶ σὲ
τοιοῦτόν ἐστιν ὥςτε τοὺς ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης, εἰ
καὶ νεανικώτερόν ἐστιν εἰπεῖν, εἰς ἕνα τόπον ἀποβλέπειν,

*) Ια. ὡς.

Digitized by Google

EPISTOLA IV.

Plato Dionysio Syracusio salutem.

Arbitror quidem manifestum esse per omne tempus promptum meum animum ratione eorum quae facta sunt, multumque me operae dedisse ut perficerentur, nulla alia re nisi ambitione commotum; iudico enim par esse, eos qui vere probi sint et talia faciant, dignam consequi laudem. iam praesentia deo iuvante recte habent, de futuris autem maximum iustat certamen. fortitudine enim et velocitate et robore praestare videri possit aliorum quoque esse quorundam, sed veritatem et iustitiam et magnificentiam et honestatem in omnibus his qui se colere profiteantur, hos iure aliquis dixerit reliquis praestare. nunc igitur manifestum est quod dico, admonere tamen nos ipsos oportet convenire nobis, ut intelligis, reliquis hominibus ita praestare, ut illi quasi pueri videantur esse. quocirca manifestum esse debet tales nos esse quales nos esse dicamus, praesertim quum hoc deo annuente facile sit futurum. nam reliquis quidem necessario accidit, ut multos per locos vagentur, si cognosci se voluerint; tibi vero nunc contigit, ut homines ex universo terrarum orbe, etiamsi hoc aliquanto gloriosius dicam, unum locum, et in hoc maxime te spectent. tamquam igitur ab omnibus conspiciare, te ita prae.

καὶ ἐν τούτῳ μάλιστα πρὸς σέ. ὡς οὖν ὑπὸ πάντων ὁρώ-
μενος παρασκευάζου τόν τε Λυκοῦργον ἐκεῖνον ἀρχαῖον
ἀποδείξων καὶ τὸν Κῦρον καὶ εἴ τις ἄλλος πώποτε ἔδοξεν
ἤθει καὶ πολιτείᾳ διενεγκεῖν, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ πολλοὶ
καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ τῇδε λέγουσιν ὡς * πολλή ἐστιν ἐλ- E
πὶς ἀναιρεθέντος Διονυσίου διαφθαρῆναι τὰ πράγματα διὰ
τὴν σήν τε καὶ Ἡρακλείδου καὶ Θεοδότου καὶ τῶν ἄλλων
γνωρίμων φιλοτιμίαν. μάλιστα μὲν οὖν μηδεὶς εἴη τοιοῦ-
τος, ἐὰν δ' ἄρα καὶ γίγνηταί τις, σὺ φαίνου ἰατρεύων,
καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον ἔλθοιτ' ἄν. * ταῦτα δὲ ἴσως γελοῖόν 321
σοι φαίνεται εἶναι τὸ ἐμὲ λέγειν, διότι καὶ αὐτὸς οὐκ
ἀγνοεῖς· ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ὁρῶ τοὺς ἀγωνιστὰς
ὑπὸ τῶν παίδων παροξυνομένους, μήτι δὴ ὑπό γε τῶν
φίλων, οὓς ἄν τις οἴηται μετὰ σπουδῆς κατ' εὔνοιαν πα-
ρακελεύεσθαι. νῦν οὖν αὐτοί τε ἀγωνίζεσθε καὶ ἡμῖν,
εἴ του δεῖ, ἐπιστέλλετε. τὰ δ' ἐνθάδε παραπλησίως ἔχει,
καθάπερ καὶ ὑμῶν παρόντων. ἐπιστέλλετε δὲ καὶ ὅ τι πέ-
πρακται ὑμῖν * ἢ πράττοντες τυγχάνετε, ὡς ἡμεῖς πολλὰ B
ἀκούοντες οὐδὲν ἴσμεν. καὶ νῦν ἐπιστολαὶ παρὰ μὲν Θεο-
δότου καὶ Ἡρακλείδου ἥκουσιν εἰς Λακεδαίμονα καὶ Αἴγι-
ναν, ἡμεῖς δέ, καθάπερ εἴρηται, πολλὰ ἀκούοντες περὶ τῶν
τῇδε οὐδὲν ἴσμεν. ἐνθυμοῦ δὲ καὶ ὅτι δοκεῖς τισὶν ἐν-
δεεστέρως τοῦ προσήκοντος θεραπευτικὸς εἶναι. μὴ οὖν
λανθανέτω σε ὅτι διὰ τοῦ ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις καὶ
τὸ πράττειν ἐστίν, ἡ δ' αὐθάδεια ἐρημίᾳ * ξύνοικος. C
Εὐτύχει.

para, ut nihil ad te fuisse ostendas Lycurgum illum et Cyrum et si quis alius umquam et morum gravitate et rerum civilium peritia praestare visus fuerit, praesertim quum multi et fere omnes qui hic sunt dicant, valde verendum esse, ne Dionysio sublato res sint periturae per tuam et Heraclidis et Theodotis et reliquorum familiarium ambitionem. maxime igitur nemo talis sit, si vero etiam quis talis fuerit, tu exsiste medens, et ad optimum pervenietis. haec autem me dicere ridiculo fortasse tibi erit, quum ipse tu haud ignores; ego video etiam in theatris certantes a pueris stimulari, nedum ab amicis, quos putaverit aliquis serio ac benevole exhortari. nunc autem ipsi quoque certatis et nobis, si qua re opus fuerit, scribite. hic res eodem fere statu sunt atque quum vos aderatis. scribite vero etiam quid a vobis factum sit vel quid faciatis, siquidem nos multa quidem audimus, sed nihil scimus. et nunc epistolae a Theodote et Heraclide Lacedaemonem et Aeginam veniunt, nos autem, ut dixi, multa audientes de rebus quae istic gerantur, nihil scimus. reputa vero etiam videri te quibusdam minus, quam par sit, familiarem esse. ne igitur lateat te ex comitate erga homines suspensum esse rerum quas agamus successum, contumaciam vero cum solitudine habitare. Felix esto.

E.

Πλάτων Περδίκκᾳ εὖ πράττειν.

Εὐφραίῳ μὲν συνεβούλευσα, καθάπερ ἐπέστελλες, τῶν
σῶν ἐπιμελούμενον περὶ ταῦτα διατρίβειν. δίκαιος δ' εἰμὶ
καὶ σοὶ ξενικὴν καὶ ἱερὰν ξυμβουλὴν λεγομένην * ξυμβου- D
λεύειν περί τε τῶν ἄλλων ὧν ἂν φράζῃς καὶ ὡς Εὐφραίῳ
δεῖ τὰ νῦν χρῆσθαι. πολλὰ μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ χρήσιμος, μέ-
γιστον δὲ οὗ καὶ σὺ νῦν ἐνδεὴς εἶ διά τε τὴν ἡλικίαν καὶ
διὰ τὸ μὴ πολλοὺς αὐτοῦ πέρι ξυμβούλους εἶναι τοῖς νέοις.
ἔστι γὰρ δή τις φωνὴ τῶν πολιτειῶν ἑκάστης, καθαπερεὶ
τινων ζώων, ἄλλη μὲν δημοκρατίας, ἄλλη δ' ὀλιγαρχίας,
ἣ δ' αὖ μοναρχίας. ταύτας φαῖεν μὲν ἂν ἐπίστασθαι πάμ-
πολλοι, πλεῖστον δ' * ἀπολείπονται τοῦ κατανοεῖν αὐτὰς E
πλὴν ὀλίγων δή τινων. ἥτις μὲν ἂν οὖν τῶν πολιτειῶν
τὴν αὑτῆς φθέγγηται φωνὴν πρός τε θεοὺς καὶ πρὸς ἀν-
θρώπους, καὶ τῇ φωνῇ τὰς πράξεις ἑπομένας ἀποδιδῷ,
θάλλει τε αἰεὶ καὶ σώζεται, μιμουμένη δ' ἄλλην φθείρε-
ται. *) πρὸς ταῦτ' οὖν Εὐφραῖός σοι γίγνοιτ' οὐχ ἥκιστα
ἂν χρήσιμος, καίπερ καὶ πρὸς ἄλλα ὢν ἀνδρεῖος· τοὺς
γὰρ τῆς μοναρχίας λόγους οὐχ ἥκιστ' αὐτὸν * ἐλπίζω ξυν- 322
εξευρήσειν τῶν περὶ τὴν σὴν διατριβὴν ὄντων. εἰς ταῦτ'
οὖν αὐτῷ χρώμενος ὀνήσει τε αὐτὸς καὶ ἐκεῖνον πλεῖστα
ὠφελήσεις. ἐὰν δέ τις ἀκούσας ταῦτα εἴπῃ, Πλάτων, ὡς
ἔοικε, προσποιεῖται μὲν τὰ δημοκρατίᾳ ξυμφέροντα εἰδέναι,

*) γρ. διαφθείρεται.

EPISTOLA V.

Plato Perdiccae salutem.

Euphraeo auctor fui ut, quemadmodum scripsisti, rerum tuarum procurationem haberet et in his versaretur; par est autem me tibi quoque hospitale et sacrum, quod dicitur, consilium dare, tum de ceteris de quibus deliberas tum de hoc, quomodo nunc Euphraeo uti debeas. ad multa enim hic vir utilis est, maxime vero ad hoc quo nunc indiges et propter aetatem et propterea quod non multi sunt qui de hoc ipso iuvenibus consilium dare possint. est enim uniuscuiusque rei publicae vox quaedam, quemadmodum animalium quorundam, alia popularis, alia paucorum principatus, alia dominationis. has permulti quidem se nosse iactaverint, sed longe absunt ab earum cognitione, quum a perpaucis quibusdam discessisti. quaecumque igitur res publica vocem suam edit et ad deos et ad homines, et actiones voci convenientes exhibet, ea et floret semper et conservatur, aliam vero si imitatur, perit. ad haec igitur Euphraeus tibi vel maxime utilis esse poterit, quamquam ad alia quoque vir est fortis. dominationis enim orationes non minus eum inventurum esse spero, quam ii qui tecum familiariter vivunt. quocirca ad haec si eo utere, et ipse utilitatem capies et illi plurimum proderis. atque si quis his auditis dicat, Plato, ut patet, cognitionem eorum sibi assumit, quae gubernationi populari conducant, sed, quum li-

ἐξὸν δ' ἐν τῷ δήμῳ λέγειν καὶ συμβουλεύειν αὐτῷ τὰ βέλτιστα· οὐ πώποτε ἀναστὰς ἐφθέγξατο, πρὸς ταῦτ' εἰπεῖν ἔστιν ὅτι Πλάτων ὀψὲ ἐν τῇ πατρίδι γέγονε καὶ τὸν δῆμον κατέλαβεν * ἤδη πρεσβύτερον καὶ εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἔμ- B
προσθεν πολλὰ καὶ ἀνόμοια τῇ ἐκείνου ξυμβουλῇ πράττειν· ἐπεὶ πάντων ἂν ἥδιστα, καθάπερ πατρί, συνεβούλευεν αὐτῷ, εἰ μὴ μάτην μὲν κινδυνεύσειν ᾤετο, πλέον δ' οὐδὲν ποιήσειν. ταὐτὸν δὴ οἶμαι δρᾶσαι ἂν καὶ τὴν ἐμὴν *) ξυμβουλήν· εἰ γὰρ δόξαιμεν ἀνιάτως ἔχειν, πολλὰ ἂν χαίρειν ἡμῖν εἰπὼν ἐκτὸς ἂν γίγνοιτο τῆς περὶ ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ * ξυμβουλῆς. Εὐτύχει. C

ς.

Πλάτων Ἑρμείᾳ καὶ Ἐράστῳ καὶ Κορίσκῳ εὖ πράττειν.

Ἐμοὶ φαίνεται θεῶν τις ὑμῖν τύχην ἀγαθήν, ἂν εὖ δέξησθε, εὐμενῶς καὶ ἱκανῶς παρασκευάζειν, οἰκεῖτε γὰρ δὴ γείτονές τε ὑμῖν αὐτοῖς καὶ χρείαν ἔχοντες ὥστε ἀλλήλους * εἰς τὰ μέγιστα ὠφελεῖν. Ἑρμείᾳ μὲν γὰρ οὔτε ἵπ- D
πων πλῆθος οὔτε ἄλλης πολεμικῆς συμμαχίας οὐδ' αὖ χρυσοῦ προςγενομένου γένοιτ' ἂν μείζων εἰς τὰ πάντα δύναμις, ἢ φίλων βεβαίων τε καὶ ἦθος ἐχόντων ὑγιές· Ἐράστῳ δὲ καὶ Κορίσκῳ, πρὸς τῇ τῶν εἰδῶν σοφίᾳ τῇ καλῇ ταύτῃ φήμ' ἐγώ, καίπερ γέρων ὤν, προςδεῖν σοφίας τῆς περὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀδίκους φυλακτικῆς καί τινος ἀμυντικῆς δυνάμεως· ἄπειροι γάρ εἰσι διὰ τὸ * μεθ' ἡμῶν E
μετρίων ὄντων καὶ οὐ κακῶν συχνὸν διατετριφέναι τοῦ βίου· διὸ δὴ τούτων προςδεῖν εἶπον, ἵνα μὴ ἀναγκάζωνται τῆς ἀληθινῆς μὲν ἀμελεῖν σοφίας, τῆς δὲ ἀνθρωπίνης τε καὶ ἀναγκαίας ἐπιμελεῖσθαι μειζόνως ἢ δεῖ. ταύτην δ' αὖ

---

*) Is. καὶ περὶ τὴν ἐμήν.

cuerit ei apud populum dicere eique optima suadere; numquam surrexit ad dicendum, ad hoc respondere liceat: Plato sero in patria natus est et populum offendit iam desipientem senectute et a prioribus assuefactum ad multa ab ipsius consilio aversa faciunda: nam libentissime omnium, velut patri, ei suasisset, nisi frustra se putasset periculum suscepturum nec quicquam esse effecturum. idem vero ipsum facturum esse puto ratione consilii mihi dandi; nam si insanabiles videamur, fore ut multum nos valere iubens ab omni mihi rebusque meis consulendi conatu abstineat. Tu felix sis velim.

EPISTOLA VI.

Plato Hermiae, Erasto et Corisco salutem.

Mihi videtur deorum aliquis vobis bonam fortunam, si recte accipiatis, benigne et abunde parare; habitatis enim inter vos vicini et auxilio indigentes ita, ut ad maximas res inter vos utiles esse possitis. Hermiae enim neque equorum multitudo neque aliud bellicum auxilium neque aurum maiorem ad omnia potentiam conciliaverit; quam consuetudo cum amicis constantibus probosque mores habentibus; Erasto vero et Corisco ad formarum sapientiam illam pulchram dico ego, licet senex sim, opus esse sapientia qua improbos et iniustos caveant et facultate quadam arcendi; imperiti enim sunt, siquidem nobiscum, qui moderati sumus nec mali, diu vixerunt. quocirca etiam his dixi eos indigere, ne veram cogantur sapientiam negligere, in humana autem et necessaria maiorem, quam par est, curam ponere. hanc autem rursus facultatem Hermias

τὴν δύναμιν Ἑρμίας μοι φαίνεται φύσει τε, ὅσα μήπω
ξυγγεγονότι, * καὶ τέχνῃ δι' ἐμπειρίας εἰληφέναι. τί οὖν 323
δὴ λέγω; σοὶ μέν, Ἑρμεία, πεπειραμένος Ἐράστου καὶ
Κορίσκου πλέονα ἢ σύ, φημὶ καὶ μηνύω καὶ μαρτυρῶ μὴ
ῥᾳδίως εὑρήσειν σε ἀξιοπιστότερα ἤθη τούτων τῶν γειτό-
νων· ἔχεσθαι δὴ παντὶ ξυμβουλεύω δικαίῳ τρόπῳ τούτων
τῶν ἀνδρῶν, μὴ πάρεργον ἡγούμενον. Κορίσκῳ δὲ καὶ
Ἐράστῳ πάλιν Ἑρμείου ἀντέχεσθαι ξύμβουλός εἰμι καὶ
πειρᾶσθαι * ταῖς ἀνθέξεσιν ἀλλήλων εἰς μίαν ἀφικέσθαι B
φιλίας ξυμπλοκήν· ἂν δέ τις ὑμῶν ἄρα ταύτην πῃ λύειν
δοκῇ (τὸ γὰρ ἀνθρώπινον οὐ παντάπασι βέβαιον), δεῦρο
παρ' ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς πέμπετε μομφῆς κατήγορον ἐπιστο-
λήν· οἶμαι γὰρ δίκῃ τε καὶ αἰδοῖ τοὺς παρ' ἡμῶν ἐντεῦ-
θεν ἐλθόντας λόγους, εἰ μή τι τὸ λυθὲν μέγα τύχοι γενό-
μενον, ἐπῳδῆς ἡστινοσοῦν μᾶλλον ἂν συμφῦσαι καὶ συνδῆ-
σαι πάλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν φιλότητά τε καὶ κοινω-
νίαν, ἣν ὅταν μὲν φιλοσοφῶμεν * ἅπαντες ἡμεῖς τε καὶ C
ὑμεῖς, ὅσον ἂν δυνώμεθα καὶ ἑκάστῳ παρείκῃ, κύρια τὰ
νῦν κεχρησμῳδημένα ἔσται· τὸ δὲ ἂν μὴ δρῶμεν ταῦτα
οὐκ ἐρῶ· φήμην γὰρ ἀγαθὴν μαντεύομαι, καὶ φημὶ δὴ
ταῦθ' ἡμᾶς πάντ' ἀγαθὰ ποιήσειν, ἂν θεὸς ἐθέλῃ.

Ταύτην τὴν ἐπιστολὴν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀνα-
γνῶναι χρή, μάλιστα μὲν ἀθρόους, εἰ δὲ μή, κατὰ δύο
κοινῇ κατὰ δύναμιν *) ὡς οἷόν τ' ἐστὶ πλειστάκις, καὶ
χρῆσθαι συνθήκῃ καὶ νόμῳ κυρίῳ, ὅ ἐστι δίκαιον, ἐπο-
μνύντας σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς σπουδῆς
ἀδελφῇ παιδιᾷ, **) καὶ τὸν τῶν πάντων θεὸν ἡγεμόνα τῶν
τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου
πατέρα κύριον * ἐπομνύντας, ὅν, ἂν ὄντως φιλοσοφῶμεν, D
εἰσόμεθα πάντες σαφῶς εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων.

---

*) γρ. εἰ δὲ μή, κατὰ δύναμιν. Ια. εἰ δὲ μή, κατὰ δύο κοινῇ.
**) γρ. παιδείᾳ.

videtur mihi, quippe qui nondum cum eo versatus sim, et natura et arte experientia duce nactus esse. quid igitur dico? tibi quidem, Hermia, ego, qui Erastum et Coriscum magis, quam tu, expertus sum, aio et indico et testor, non facile te inventurum esse indolem fidiorem, quam est horum vicinorum; iccirco ut omni iusto modo hos viros amplectare nec obiter id facias, tibi suadeo; Corisco vero et Erasto rursus auctor sum, ut Hermiam amplectantur conenturque mutuis complexibus ad unam amicitiae coniunctionem pervenire; quam si quis vestrum solvere videatur (humanum enim non est omnino constans) huc ad me meosque litteras mittite accusationis indices; arbitror enim sermones hinc a nobis profectos iustos et pudicos, nisi magna quaedam dissolutio facta fuerit, quovis incantamento magis vos conflaturos et ad pristinam amicitiam societatemque redacturos esse, per quam, si philosophemur omnes et nos et vos, quantum potuerimus et cuique datum fuerit, rata erunt nunc tamquam ex oraculo edita; sin autem non fecerimus, quid consequuturum sit non dicam; omen enim bonum vaticinor et dico sane haec nos omnia bona facturos esse, si deus voluerit.

Hasce litteras, omnes vos qui tres estis legere oportet, maxime quidem coniunctos, sin minus, duos communiter quam saepissime fieri potuerit, et pacto legeque rata uti, id quod iustum est, cum studio simul serio a Musis haud alieno et ioco, studii serii fratre, per deum iurantes omnium quae sunt et erunt ducem, ducisque et auctoris patrem dominum, quem, si revera philosophemur, omnes cognoscemus manifesto pro facultate hominum beatorum.

Z.

Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις εὖ πράττειν.

Ἐπεστείλατέ μοι νομίζειν δεῖν τὴν διάνοιαν ὑμῶν εἶναι τὴν αὐτὴν ἣν εἶχε καὶ Δίων, καὶ δὴ καὶ κοινωνεῖν διεκελεύεσθέ μοι, καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ. * ἐγὼ 324
δέ, εἰ μὲν δόξαν καὶ ἐπιθυμίαν τὴν αὐτὴν ἔχετε ἐκείνῳ, ξύμφημι κοινωνήσειν, εἰ δὲ μή, βουλεύσεσθαι πολλάκις. τίς δ' ἦν ἡ ἐκείνου διάνοια καὶ ἐπιθυμία, σχεδὸν οὐκ εἰκάζων, ἀλλ' ὡς εἰδὼς σαφῶς εἴποιμ' ἄν. ὅτε γὰρ κατ' ἀρχὰς εἰς Συρακούσας ἐγὼ ἀφικόμην σχεδὸν ἔτη τετταράκοντα γεγονώς, Δίων εἶχε τὴν ἡλικίαν ἣν τὰ νῦν Ἱππαρῖνος γέγονε, καὶ ἣν ἔσχε τότε δόξαν, ταύτην καὶ διετέλεσεν ἔχων, Συρακοσίους οἴεσθαι * δεῖν ἐλευθέρους εἶναι, B
κατὰ νόμους τοὺς ἀρίστους οἰκοῦντας· ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν εἴ τις θεῶν καὶ τοῦτον εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ πολιτείας ἐκείνῳ γενέσθαι σύμφρονα *) ποιήσειε. τίς δ' ἦν ὁ τρόπος τῆς γενέσεως αὐτῆς; οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι νέῳ καὶ μὴ νέῳ· πειράσομαι δὲ ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς διεξελθεῖν· ἔχει γὰρ καιρὸν τὰ νῦν.

Νέος ἐγώ ποτε ὢν πολλοῖς δὴ ταὐτὸν ἔπαθον· ᾠήθην, εἰ θᾶττον ἐμαυτοῦ γενοίμην κύριος, ἐπὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως εὐθὺς * ἰέναι. καί μοι τύχαι τινὲς τῶν τῆς πόλεως C
πραγμάτων τοιαίδε παρέπεσον· ὑπὸ πολλῶν γὰρ τῆς τότε πολιτείας λοιδορουμένης μεταβολὴ γίγνεται, καὶ τῆς μετα-

---

*) γρ. σύμφωνα.

EPISTOLA VII.

Plato Dionis cognatis et amicis salutem.

Scripsistis mihi vos existimare in eadem vos sententia esse oportere qua Dio fuerit, atque etiam me invitatis ut, quoad possim, et re et oratione in partem eius veniam. ego vero, si sententiam et voluntatem eandem atque ille habetis, confirmo vobis societatem meam, sin minus, saepius deliberandum esse dico. quae vero illius fuerit sententia et voluntas, fere non coniectans, sed certo sciens dicere potero. quum enim primum Syracusas venissem, quadraginta admodum annos natus, Dio ea aetate erat qua nunc est Hipparinus, et quam tunc habebat sententiam, in ea perseveravit, Syracusios liberos esse oportere optimisque gubernari legibus, quare non mirum, si quis deorum hunc quoque in eadem de re publica sententia illi consentientem reddiderit. quonam vero pacto ad eam venit? non est indignum quod audiatur et iuveni et non iuveni; conabor autem ab initio eam vobis referre; occasio enim nunc offertur.

Quum adolescens essem idem mihi quod multis accidit: statui, simul atque mei iuris factus essem, ad rem publicam aggredi. atque mihi, quod ad res civiles attinet, hi acciderunt casus: rei enim publicae a multis vituperatae mutatio est facta, ita ut unus et

βολῆς εἷς καὶ πεντήκοντά τινες ἄνδρες προὔστησαν ἄρχον-
τες, ἕνδεκα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ᾽ ἐν Πειραιεῖ, περί τε
ἀγορὰν ἑκάτεροι τούτων ὅσα τ᾽ ἐν τοῖς ἄστεσι διοικεῖν ἔδει,
τριάκοντα δὲ πάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες.
τούτων δή * τινες οἰκεῖοί τε ὄντες καὶ γνώριμοι ἐτύγχανον D
ἐμοί, καὶ δὴ καὶ παρεκάλουν εὐθὺς ὡς ἐπὶ προσήκοντα
πράγματά με. καὶ ἐγὼ θαυμαστὸν οὐδὲν ἔπαθον ὑπὸ νεό-
τητος· ᾠήθην γὰρ αὐτοὺς ἔκ τινος ἀδίκου βίου ἐπὶ δί-
καιον τρόπον ἄγοντας διοικήσειν δὴ τὴν πόλιν, ὥστε αὐ-
τοῖς σφόδρα προσεῖχον τὸν νοῦν τί πράξοιεν. καὶ ὁρῶν
δήπου τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσὸν *) ἀποδείξαντας
τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν, τά τε ἄλλα καὶ φίλον ἄνδρα
ἐμοὶ * πρεσβύτερον Σωκράτη, ὃν ἐγὼ σχεδὸν οὐκ ἂν αἰσχυ- E
νοίμην εἰπὼν δικαιότατον εἶναι τῶν τότε, ἐπί τινα τῶν
πολιτῶν μεθ᾽ ἑτέρων ἔπεμπον, βίᾳ ἄξοντα ὡς ἀποθανού-
μενον, * ἵνα δὴ μετέχοι τῶν πραγμάτων αὐτοῖς, εἴτε βού- 325
λοιτο εἴτε μή· ὁ δ᾽ οὐκ ἐπείθετο, πᾶν δὲ παρεκινδύνευσε
παθεῖν πρὶν ἀνοσίων αὐτοῖς ἔργων γενέσθαι κοινωνός. ἃ
δὴ πάντα καθορῶν καὶ εἴ τιν᾽ ἄλλα τοιαῦτα οὐ σμικρά,
ἐδυσχέρανά τε καὶ ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κα-
κῶν. χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ μετέπεσε τὰ τῶν τριάκοντά τε
καὶ πᾶσα ἡ τότε πολιτεία. πάλιν δὲ βραδύτερον μέν,
εἷλκε δέ με ὅμως ἡ περὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ καὶ * πολι- B
τικὰ ἐπιθυμία. ἦν οὖν καὶ ἐν ἐκείνοις, ἅτε τεταραγμέ-
νοις, πολλὰ γιγνόμενα ἅ τις ἂν δυσχεράνειεν, καὶ οὐδέν
τι θαυμαστὸν ἦν τιμωρίας ἐχθρῶν γίγνεσθαί τινών τισι
μείζους ἐν μεταβολαῖς· καίτοι πολλῇ γε ἐχρήσαντο οἱ τότε
κατελθόντες ἐπιεικείᾳ. κατὰ δέ τινα τύχην αὖ τὸν ἑταῖ-
ρον ἡμῶν Σωκράτη τοῦτον δυναστεύοντές τινες εἰσάγουσιν
εἰς δικαστήριον, ἀνοσιωτάτην αἰτίαν ἐπιβάλλοντες καὶ πάν-
των ἥκιστα Σωκράτει * προσήκουσαν· ὡς ἀσεβῆ γὰρ οἱ C
μὲν εἰσήγαγον, οἱ δὲ κατεψηφίσαντο καὶ ἀπέκτειναν τὸν
τότε τῆς ἀνοσίου ἀγωγῆς οὐκ ἐθελήσαντα μετασχεῖν περὶ
ἕνα τῶν τότε φευγόντων φίλων, ὅτε φεύγοντες ἐδυστύχουν
αὐτοί. σκοποῦντι δή μοι ταῦτά τε καὶ τοὺς ἀνθρώπους

---

*) γρ. χρυσῆν.

quinquaginta viri praefecti exsisterent, undecim in urbe, decem in Piraeo, utrique rerum forensium et urbanarum administrationem habentes, triginta autem constituerentur imperatores summa potestate praediti. ex his quidam cognati et familiares mihi erant, qui me statim invitabant tamquam ad negotia ad me pertinentia. nec mirandum est quod mihi propter iuventutem accidit; putabam enim eos ex iniusta quadam vita ad iustum modum sese convertentes gubernaturos esse civitatem: ut diligenter observarem quid facerent. at ego hos viros vidi brevi tempore probantes, priorem rem publicam auream fuisse, quum cetera iniuste facientes, tum vero amicum mihi virum seniorem Socratem, quem omnium qui tunc erant iustissimum fuisse non dubitaverim dicere, ad civem quendam cum aliis mittentes, qui vi eum adduceret ad supplicium, ut scilicet rerum suarum eum participem redderent, seu vellet seu nollet; ille vero non paruit, sed omnia periclitatus est prius quam rerum impiarum societatem cum eis coiret. quae quidem omnia ego videns, et si qua alia generis eiusdem haud parva, admodum aegre tuli meque e malis illis recepi. non ita multo post status triginta virorum et tota tunc res publica concidit. ac rursus me tardius quidem, sed trahebat tamen rerum communium et civilium gerendarum cupiditas. multa quidem tunc quoque, quippe perturbato rerum statu, facta sunt, quae quis aegre tulerit, nec mirum erat, in huiusmodi mutationibus aliquos inimicorum suorum iniurias ultos esse acerbius; quamquam magna usi sunt moderatione de exsilio tunc reducti. forte fortuna rursus accidit ut amicum nostrum Socratem potentes quidam in iudicium adducerent, crimine eum maxime impio et in Socratem omnium minime cadente accusantes; nam ut impium alii adduxerunt, alii condemnaverunt et occiderunt eum, qui tunc scelere unius amicorum eo tempore exsulantium, quum exsulantes

τοὺς πράττοντας τὰ πολιτικά, καὶ τοὺς νόμους γε καὶ
ἔθη, ὅσῳ μᾶλλον διεσκόπουν ἡλικίας τε εἰς τὸ πρόσθεν
προὔβαινον, τοσούτῳ χαλεπώτερον ἐφαίνετο ὀρθῶς * εἶναί D
μοι τὰ πολιτικὰ διοικεῖν· οὔτε γὰρ ἄνευ φίλων ἀνδρῶν
καὶ ἑταίρων πιστῶν οἷόν τ' εἶναι πράττειν οὓς οὔθ' ὑπάρ-
χοντας ἦν εὑρεῖν εὐπετές (οὐ γὰρ ἔτι ἐν τοῖς τῶν πατέρων
ἤθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἡ πόλις ἡμῶν διῳκεῖτο), καινούς
τε ἄλλους ἀδύνατον ἦν κτᾶσθαι μετά τινος ῥᾳστώνης, τά
τε τῶν νόμων γράμματα καὶ ἔθη διεφθείρετο, καὶ ἐπεδίδου
θαυμαστὸν ὅσον· ὥστε με, τὸ πρῶτον πολλῆς μεστὸν ὄντα
ὁρμῆς ἐπὶ τὸ πράττειν * τὰ κοινά, βλέποντα εἰς ταῦτα E
καὶ φερόμενα ὁρῶντα πάντῃ πάντως, τελευτῶντα ἰλιγγιᾶν,
καὶ τοῦ μὲν σκοπεῖν μὴ ἀποστῆναι πῇ ποτε *) ἄμεινον ἂν
γίγνοιτο περί τε αὐτὰ ταῦτα καὶ δὴ καὶ περὶ τὴν πᾶσαν
πολιτείαν, * τοῦ δὲ πράττειν αὖ περιμένειν αἰεὶ καιρούς, 326
τελευτῶντα δὲ νοῆσαι περὶ πασῶν τῶν νῦν πόλεων ὅτι κα-
κῶς ξύμπασαι πολιτεύονται· τὰ γὰρ τῶν νόμων αὐταῖς
σχεδὸν ἀνιάτως ἔχοντά ἐστιν ἄνευ παρασκευῆς θαυμαστῆς
τινὸς μετὰ τύχης· λέγειν τε ἠναγκάσθην, ἐπαινῶν τὴν
ὀρθὴν φιλοσοφίαν, ὡς ἐκ ταύτης ἔστι τά τε πολιτικὰ δί-
καια καὶ τὰ τῶν ἰδιωτῶν πάντα κατιδεῖν· κακῶν οὖν οὐ
λήξειν τὰ ἀνθρώπινα γένη, πρὶν ἂν ἢ τὸ τῶν φιλοσοφούν-
των ὀρθῶς γε καὶ * ἀληθῶς γένος εἰς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς B
πολιτικὰς ἢ τὸ τῶν δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν ἔκ τι-
νος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφήσῃ.

Ταύτην δὴ τὴν διάνοιαν ἔχων εἰς Ἰταλίαν τε καὶ Σι-
κελίαν ἦλθον, ὅτε πρῶτον ἀφικόμην. ἐλθόντα δέ με ὁ
ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων, Ἰταλιωτικῶν τε καὶ
Συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης, οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε,
δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν καὶ μηδέποτε κοιμώ-
μενον μόνον νύκτωρ, * καὶ ὅσα τούτῳ ἐπιτηδεύματα ξυνέ- C
πεται τῷ βίῳ· **) ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν οὔτ' ἂν
φρόνιμος οὐδείς ποτε γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀν-
θρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύναιτο, οὐχ οὕτω ***) θαυ-

---

*) γρ. μήποτε. **) γρ. τούτων — τῶν βίων.
***) γρ. οὐθ' οὕτως.

ipsi premerentur, adducendi se abstinuerat. consideranti mihi et haec et homines res civiles gerentes et leges et mores, quanto magis considerabam et aetate progrediebar, tanto difficilius videbatur rem publicam recte administrare; sine amicis enim viris fidisque sodalibus hoc fieri non poterat, quos neque praesentes reperire facile erat (etenim civitas nostra iam non ex patrum moribus ac studiis gubernabatur) neque novos alios facile poteram acquirere, praeterea leges scriptae et consuetudines corruptae erant, et mirum quantum crevit haec depravatio. quocirca ego, qui primum magno animi impetu ad res communes gerendas inclinaveram, haec respiciens et omni modo agitata videns tandem titubavi; et licet non desisterem cogitare quomodo melior fieri posset rerum harum et universae rei publicae status semperque rerum gerendarum occasiones exspectarem, tamen ad postremum intellexi omnes ad unam nunc civitates male gubernari; leges enim in ipsis fere insanabiles sunt, non ex instituto quodam admirabili, sed e casu suspensae; et dicere coactus sum, rectam laudans philosophiam, ex hac et publicam et privatam omnem iustitiam cognosci oportere; humanum igitur genus a malis liberum non fore prius quam aut ii qui recte vereque philospharentur ad magistratus civiles pervenirent, aut potentes in civitatibus divina quadam sorte vere philospharentur.

Hoc igitur sentiens in Italiam et Siciliam veni, quum primum profectus essem. quo quum venissem, vita illa beata, quae ferebatur, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum nullo modo mihi probata est, bis in die saturum fieri nec umquam pernoctare solum ceteraque quae comitantur huic vitae; ex his enim moribus nemo umquam hominum qui sub caelo sunt, a puero eis utens, poterit sapiens exsistere, (quae enim natura tam mirabiliter temperari poterit?) mo-

μαστῇ φύσει κραθήσεται, σώφρων δὲ οὐδ' ἂν μελλήσαι ποτὲ γενέσθαι· καὶ δὴ καὶ περὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ὁ αὐτὸς λόγος ἂν εἴη. πόλις τε οὐδεμία ἂν ἠρεμήσαι κατὰ νόμους οὐδ' οὑςτινασοῦν ἀνδρῶν οἰομένων ἀναλίσκειν μὲν δεῖν πάντα ἐς ὑπερβολάς, * ἀργῶν δὲ εἰς ἅπαντα ἡγουμένων D
αὖ δεῖν γίγνεσθαι πλὴν εἰς εὐωχίας καὶ πότους καὶ ἀφροδισίων σπουδὰς διαπονουμένας· *) ἀναγκαῖον δὲ εἶναι ταύτας τὰς πόλεις εἰς τυραννίδας τε καὶ ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας μεταβαλλούσας μηδέποτε λήγειν, δικαίου δὲ καὶ ἰσονόμου πολιτείας τοὺς ἐν αὐταῖς δυναστεύοντας μηδ' ὄνομα ἀκούοντας ἀνέχεσθαι. ταῦτα δὴ πρὸς τοῖς πρόσθε διανοούμενος εἰς Συρακούσας διεπορεύθην, ἴσως μὲν κατὰ τύχην, ἔοικε μὴν τότε μηχανωμένῳ * τινὶ τῶν κρειττόνων E
ἀρχὴν βαλέσθαι τῶν νῦν γεγονότων πραγμάτων περὶ Δίωνα καὶ τῶν περὶ Συρακούσας· δέος δὲ μὴ καὶ πλειόνων ἔτι, ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς ἐμοὶ πείθησθε τὸ δεύτερον συμβουλεύοντι. πῶς οὖν δὴ λέγω πάντων ἀρχὴν γεγονέναι τῶν τότε τὴν εἰς * Σικελίαν ἐμὴν ἄφιξιν; ἐγὼ συγγενόμενος 327
Δίωνι τότε νέῳ κινδυνεύω, τὰ δοκοῦντα ἐμοὶ βέλτιστα ἀνθρώποις εἶναι μηνύων διὰ λόγων καὶ πράττειν αὐτὰ ξυμβουλεύων, ἀγνοεῖν ὅτι τυραννίδος τινὰ τρόπον κατάλυσιν ἐσομένην μηχανώμενος ἐλάνθανον ἐμαυτόν. Δίων μὲν γὰρ δὴ μάλ' εὐμαθὴς ὢν πρός τε τἆλλα καὶ πρὸς τοὺς τότε ὑπ' ἐμοῦ λόγους λεγομένους οὕτως ὀξέως ὑπήκουσε καὶ σφόδρα, ὡς οὐδεὶς πώποτε ὧν ἐγὼ * προςέτυχον νέων, καὶ τὸν B
ἐπίλοιπον βίον ζῆν ἠθέλησε διαφερόντως τῶν πολλῶν Ἰταλιωτῶν τε καὶ Σικελιωτῶν, ἀρετὴν περὶ πλείονος ἡδονῆς τῆς τε ἄλλης τρυφῆς ἠγαπηκώς. ὅθεν ἐπαχθέστερον τοῖς περὶ τὰ τυραννικὰ νόμιμα ζῶσιν ἐβίω μέχρι τοῦ θανάτου τοῦ περὶ Διονύσιον γενομένου. μετὰ δὲ τοῦτο διενοήθη μὴ μόνον ἐν αὐτῷ ποτ' ἂν γενέσθαι ταύτην τὴν διάνοιαν, ἣν αὐτὸς ὑπὸ τῶν ὀρθῶν λόγων * ἔσχεν, ἐγγιγνομένην δ' C
αὐτὴν καὶ ἐν ἄλλοις ὁρῶν κατενόει, πολλοῖς μὲν οὔ, γιγνομένην δ' οὖν ἔν τισιν, ὧν καὶ Διονύσιον ἡγήσατο ἕνα γι-

*) γρ. διαπονουμένων.

deratus vero ne volet quidem umquam fieri; atque etiam reliquarum virtutum eadem erit ratio. ac nulla civitas, quascumque leges sequitur, quieta erit, si cives putant immodicos sibi sumptus esse faciundos, inertes se esse debere ad omnia, praeterquam ad convivia et potationes et rerum venerearum studia exercenda. necesse vero est has civitates in tyrannides et paucorum principatus et populares gubernationes mutari numquam desinere, iustae autem et aequabilis rei publicae ne nomen quidem velle audire qui in his potentes sint. haec igitur ad superiora cogitans Syracusas profectus sum, fortasse casu, videtur tamen superiorum aliquis tunc hoc ita molitus esse, ut fundamentum iaceret eorum quae nunc evenerunt Dioni et Syracusis; timendum est autem ne plura etiam eveniant, nisi nunc vos mihi parueritis secundo suadenti. iam vero quomodo affirmo omnium quae tunc facta sint initium fuisse profectionem meam in Siciliam? ego cum Dione tunc iuvene versans videor dum, quae mihi viderentur optima hominibus esse, verbis significabam et ut ea perficeret suadebam, non animadvertisse futuram me tyrannidis dissolutionem aliquo modo moliri. Dio enim admodum docilis quum ad reliqua tum ad meos quos tunc habebam sermones, ita acute et avide eos arripuit, ut nullus umquam ex his iuvenibus quos ego conveni, et reliquam vitam prae multitudine Italorum et Siculorum degere constituit, virtutem magis quam voluptatem reliquasque delicias amplexus. unde sane istis qui ex institutis tyrannicis vivebant infensius degebat usque ad Dionysi mortem. postea vero cogitavit non solum in semet ipso hanc inesse sententiam quam ex rectis sermonibus conceperat, sed in aliis quoque, non multis illis quidem, at aliquibus certe, exsistere posse, quorum quidem Dionysium quoque arbitrabatur unum fortasse futurum esse

νέσθαι τάχ' ἂν ξυλλαμβανόντων θεῶν, γενομένου δ' αὖ
τοῦ τοιούτου τόν τε αὐτοῦ βίον καὶ τὸν τῶν ἄλλων Συρα-
κουσίων ἀμήχανον ἂν μακαριότητι ξυμβῆναι γενόμενον.
πρὸς δὴ τούτοις ᾠήθη δεῖν ἐκ παντὸς τρόπου εἰς Συρα-
κούσας ὅτι τάχιστα ἐλθεῖν ἐμὲ κοινωνὸν τούτων, μεμνημέ-
νος τήν τε αὐτοῦ καὶ ἐμὴν * συνουσίαν, ὡς εὐπετῶς D
ἐξειργάσατο εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν αὐτὸν τοῦ καλλίστου τε
καὶ ἀρίστου βίου· ὃ δὴ καὶ νῦν εἰ διαπράξαιτο ἐν Διο-
νυσίῳ ὡς ἐπεχείρησε, μεγάλας ἐλπίδας εἶχεν ἄνευ σφαγῶν
καὶ θανάτων καὶ τῶν νῦν γεγονότων κακῶν βίον ἂν εὐδαί-
μονα καὶ ἀληθινὸν ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ κατασκευάσαι. ταῦ-
τα Δίων ὀρθῶς διανοηθεὶς ἔπεισε μεταπέμπεσθαι Διονύ-
σιον ἐμέ, καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο πέμπων ἥκειν ὅτι τάχιστα ἐκ
παντὸς τρόπου, * πρίν τινας ἄλλους ἐντυχόντας Διονυσίῳ E
ἐπ' ἄλλον βίον αὐτὸν τοῦ βελτίστου παρατρέψαι. λέγων
δὲ τάδε ἐδεῖτο (εἰ καὶ μακρότερα εἰπεῖν)· τίνας γὰρ και-
ροὺς, ἔφη, μείζους περιμενοῦμεν τῶν νῦν παραγεγονότων
θείᾳ τινὶ τύχῃ; καταλέγων δὲ τήν τε ἀρχὴν τῆς Ἰταλίας
καὶ Σικελίας καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμιν * ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν 328
νεότητα καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν Διονυσίου φιλοσοφίας τε
καὶ παιδείας ὡς ἔχοι σφόδρα, λέγων, τούς τε αὐτοῦ ἀδελ-
φιδοῦς καὶ τοὺς οἰκείους ὡς εὐπαράκλητοι εἶεν πρὸς τὸν
ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον αἰεὶ λόγον καὶ βίον, ἱκανώτατοί τε
Διονύσιον συμπαρακαλεῖν, ὥστε, εἴπερ ποτέ, καὶ νῦν ἐλπὶς
πᾶσα ἀποτελεσθήσεται τοῦ *) τοὺς αὐτοὺς φιλοσόφους τε
καὶ πόλεων ἄρχοντας μεγάλων ξυμβῆναι γενομένους. τὰ
μὲν δὴ παρακελεύματα * ἦν ταῦτά τε καὶ τοιαῦτα ἕτερα B
πάμπολλα· τὴν δ' ἐμὴν δόξαν, τὸ μὲν περὶ τῶν νέων ὅπῃ
ποτὲ γενήσοιτο, εἶχε φόβος (αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν τοιού-
των ταχεῖαι καὶ πολλάκις ἑαυταῖς ἐναντίαι φερόμεναι), τὸ
δὲ Δίωνος **) ἠπιστάμην τῆς ψυχῆς πέρι φύσει τε ἐμβρι-
θὲς ὂν ἡλικίας τε ἤδη μετρίως ἔχον. ὅθεν μοι σκοπουμέ-
νῳ καὶ διστάζοντι πότερον ***) εἴη πορευτέον καὶ ὑπα-

---

*) ἴσ. ἀποτελεσθήσεσθαι τό.

) γρ. τὸ δὲ Δίωνος ἦθος. *) γρ. πότερον ἄν.

Digitized by Google

diis iuvantibus, quod si evenisset, et suam et reliquorum Syracusiorum vitam incredibilem nacturam esse felicitatem. ad haec vero iudicavit omni me modo oportere quam celerrime Syracusas venire ut socium me ipsi adiungerem, memor, consuetudo nostra quam facile id effecisset ut pulcherrimae optimaeque vitae cupiditate flagraret. quod quidem si nunc quoque in Dionysio perfecisset, ut aggressus erat, magnam spem habebat, fore ut sine caedibus et pernicie et malis nunc perpetratis felicem et veram vitam in universa regione constitueret. haec Dio recte meditatus persuasit Dionysio ut me arcesseret, ipseque nuntio misso oravit ut omni modo quam celerrime venirem, prius quam alii quidam Dionysium convenirent eumque ad aliam vitam ab optima averterent. his autem verbis oravit (quamquam longum est dicere): quasnam enim maiores, inquit, occasiones exspectabimus his quae nunc divinitus datae sunt? porro memoravit Italiae et Siciliae imperium suamque in hoc vim et iuventutem Dionysi et quanta arderet philosophiae et eruditionis cupiditate, dicens quoque fratres suos patrueles et cognatos ad eam quam semper suaderem orationem ac vitam facile perductum iri, hosque ipsos maxime idoneos esse ad Dionysium simul excitandum: ut, si umquam, nunc magna spes esset fore ut philosophi et magnarum civitatum gubernatores iidem exsisterent. atque exhortationes hae et huiusmodi aliae multae erant; ego autem formidabam quo tandem iuvenum res evasurae essent (horum enim cupiditates veloces sunt saepiusque contrario inter se impetu feruntur), Dionis vero animum sciebam natura esse gravem et aetate iam firmum. quocirca consideranti mihi et haesitanti utrum proficiscendum esset et parendum, an quomodo faciundum, subit animum id facere me oportere, et si quis umquam ea quae de legibus reque publica constituisset, perficere conatus esset, etiam nunc esse aggre-

κουστέον ἢ πῶς, ὅμως ἔῤῥεψε δεῖν, εἴ ποτέ τις τὰ δια-
νοηθέντα περὶ * νόμων τε καὶ πολιτείας ἀποτελεῖν ἐγχει- C
ρήσοι, καὶ νῦν πειρατέον εἶναι· πείσας γὰρ ἕνα μόνον
ἱκανῶς πάντα ἐξειργασμένος ἐσοίμην ἀγαθά. ταύτῃ μὲν
δὴ τῇ διανοίᾳ τε καὶ τόλμῃ ἀπῆρα οἴκοθεν, οὐχ ᾗ τινὲς
ἐδόξαζον, ἀλλ' αἰσχυνόμενος μὲν ἐμαυτὸν τὸ μέγιστον, μὴ
δόξαιμί ποτε ἐμαυτῷ παντάπασι λόγῳ *) μόνον ἀτεχνῶς
εἶναί τις, ἔργου δὲ οὐδενὸς ἄν ποτε ἑκὼν ἀνθάψασθαι,
κινδυνεύσειν δὲ προδοῦναι πρῶτον μὲν τὴν Δίωνος ξενίαν
τε καὶ * ἑταιρείαν ἐν κινδύνοις ὄντως γεγονότος οὐ σμι- D
κροῖς. εἴτ' οὖν πάθοι τι, εἴτ' ἐκπεσὼν ὑπὸ Διονυσίου καὶ
τῶν ἄλλων ἐχθρῶν ἔλθοι παρ' ἡμᾶς **) φεύγων καὶ ἀνέ-
ροιτο εἰπὼν Ὦ Πλάτων, ἥκω σοι φυγὰς οὐχ ὁπλιτῶν δεό-
μενος οὐδὲ ἱππέων ἐνδεὴς γενόμενος τοῦ ἀμύνασθαι τοὺς
ἐχθρούς, ἀλλὰ λόγων καὶ πειθοῦς, ᾗ σὲ μάλιστα ἠπιστά-
μην ἐγὼ δυνάμενον ἀνθρώπους νέους ἐπὶ τἀγαθὰ καὶ τὰ
δίκαια προτρέποντα εἰς φιλίαν τε καὶ ἑταιρείαν * ἀλλήλοις E
καθιστάναι ἑκάστοτε· ὧν ἐνδείᾳ κατὰ τὸ σὸν μέρος νῦν
ἐγὼ καταλιπὼν Συρακούσας ἐνθάδε πάρειμι. καὶ τὸ μὲν
ἐμὸν ἔλαττον ὄνειδός σοι φέρει, φιλοσοφία δέ, ἣν ἐγκω-
μιάζεις ἀεὶ καὶ ἀτίμως φῂς ὑπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων
φέρεσθαι, πῶς οὐ προδέδοται τὰ νῦν μετ' ἐμοῦ μέρος ὅσον
ἐπὶ σοὶ γέγονε; * καὶ Μεγαροῖ μὲν εἰ κατοικοῦντες ἐτυγχά- 329
νομεν, ἦλθες δήπου ἄν μοι βοηθὸς ἐφ' ἅ σε παρεκάλουν,
ἢ πάντων ἂν φαυλότατον ἡγοῦ σαυτόν· νῦν δ' ἄρα τὸ
μῆκος τῆς πορείας καὶ τὸ μέγεθος δὴ τοῦ πλοῦ καὶ τοῦ
πόνου ἐπαιτιώμενος οἴει δόξαν κακίας ἀποφευξεῖσθαί ποτε;
πολλοῦ γε καὶ δεήσει. Λεχθέντων δὲ τούτων τίς ἂν ἦν μοι
πρὸς ταῦτα εὐσχήμων ἀπόκρισις; οὐκ ἔστιν. ἀλλ' ἦλθον
μὲν κατὰ λόγον ἐν δίκῃ τε, ὡς οἷόν τε ἄνθρωπον μάλιστα,
διὰ * τὰ τοιαῦτα καταλιπὼν τὰς ἐμαυτοῦ διατριβάς, οὔσας B
οὐκ ἀσχήμονας, ὑπὸ ***) τυραννίδα δοκοῦσαν οὐ πρέπειν
τοῖς ἐμοῖς λόγοις οὐδὲ ἐμοί· ἐλθών τε ἐμαυτὸν ἠλευθέρωσα
καὶ Διὸς ξενίου καὶ τῆς φιλοσόφου ἀνέγκλητον μοίρας πα-

*) ἄλλ. λόγος. **) γρ. ὑμᾶς.
***) ἴσ. οὐκ ἀσχήμονας πρὸς.

diendum; si enim uni soli persuasissem, omnia me bona satis esse perfecturum. hac igitur sententia et fiducia domo abivi, non qua quidam putarunt, sed puduit me maxime mei ipsius, si viderer mihi ipsi oratione tantum aliquis esse, rem vero nullam umquam ultro attingere, et primum quidem Dionis hospitalitatem et amicitiam prodere, revera in periculis haud exiguis versantis, qui sive quid perpessus sive a Dionysio reliquisque inimicis expulsus ad nos exsul veniret et diceret O Plato, venio ad te profugus, non militibus armatis neque equitibus indigens, ut inimicos ulciscar, sed oratione et persuasione, qua plurimum te sciebam valere iuvenes ad bona et iusta exhortantem, ut amicitiam et societatem inter se coirent; quarum rerum inopia, quantum in te fuit, nunc ego Syracusis relictis hic adsum. et quod mihi accidit, id quidem minus opprobri tibi affert, at philosophia, quam laudas semper et indigne dicis a reliquis hominibus tractari, nonne prodita est nunc una mecum, quantum in te fuit? et Megaris si habitassemus, sine dubio mihi auxilio venisses si te advocassem, aut pessimum te omnium iudicavisses; nunc vero si itineris longitudinem et navigationis aerumnaeque magnitudinem praetenderis, umquam fore putas ut improbitatis famam effugias? multum certe aberit. Ad haec autem verba quaenam mihi erit decora responsio? profecto nulla. veni igitur, ut consentaneum erat, et maximo, quo homo potest, iure has ob causas occupationes meas relinquens non indecoras illas quidem cum tyrannide collatas, quae neque orationibus meis neque mihi videbatur convenire, veniensque me ipsum liberavi laesi Iovis hospitalis et philosophiae crimen propulsans; haec enim ignominiam accepisset, si ob mollitiam et timiditatem de verecundia mala accusari potuissem. quum autem venissem (ne multus sim), omnia apud Dionysium

ρίσχον, ἐπονειδίστου γενομένης ἂν εἴ τι καταμαλθακισθεὶς
καὶ ἀποδειλιῶν αἰσχύνης μετέσχον κακῆς. ἐλθὼν δὲ (οὐ
γὰρ δεῖ μηκύνειν) εὗρον στάσεως τὰ περὶ Διονύσιον μεστὰ
ξύμπαντα καὶ διαβολῶν πρὸς τὴν τυραννίδα Δίωνος πέρι.
* ἤμυνον μὲν οὖν, καθ' ὅσον ἠδυνάμην, σμικρὰ δ' οἷός τ' C
ἦν. μηνὶ δὲ σχεδὸν ἴσως τετάρτῳ Δίωνα Διονύσιος αἰτιώ-
μενος ἐπιβουλεύειν τῇ τυραννίδι, σμικρὸν εἰς πλοῖον ἐμβι-
βάσας, ἐξέβαλεν ἀτίμως. οἳ δὴ Δίωνος τὸ μετὰ τοῦτο
πάντες φίλοι ἐφοβούμεθα μή τινα ἐπαιτιώμενος τιμωροῖτο
ὡς συναίτιον τῆς Δίωνος ἐπιβουλῆς· περὶ δ' ἐμοῦ καὶ
διῆλθε λόγος τις ἐν Συρακούσαις, ὡς τεθνεὼς εἴην ὑπὸ
Διονυσίου, ὡς δὴ τούτων ἁπάντων τῶν * τότε γεγονότων D
αἴτιος. ὁ δὲ αἰσθανόμενος πάντας ἡμᾶς οὕτω διατεθέν-
τας, φοβούμενος μὴ μεῖζον ἐκ τῶν φόβων γένοιτό τι, φι-
λοφρόνως πάντας ἀνελάμβανε, καὶ δὴ καὶ αὐτὸν ἐμὲ παρε-
μυθεῖτό τε καὶ θαῤῥεῖν διεκελεύετο καὶ ἐδεῖτο πάντως
μένειν· ἐγίγνετο γάρ οἱ τὸ μὲν ἐμὲ φυγεῖν ἀπ' αὐτοῦ κα-
λὸν οὐδέν, τὸ δὲ μένειν· διὸ δὴ καὶ σφόδρα προσεποιεῖτο
δεῖσθαι· τὰς δὲ τῶν τυράννων δεήσεις ἴσμεν ὅτι μεμιγμέ-
ναι ἀνάγκαις εἰσίν. ὃ δὴ μηχανώμενος διεκώλυέ * μου E
τὸν ἔκπλουν, εἰς ἀκρόπολιν ἀγαγὼν καὶ κατοικίσας ὅθεν
οὐδ' ἂν εἷς ἔτι με ναύκληρος μὴ ὅτι κωλύοντος ἐξήγαγε
Διονυσίου, ἀλλ' οὐδ' εἰ μὴ πέμπων αὐτὸς τὸν κελεύοντα
ἐξαγαγεῖν ἐπέστελλεν, οὔτ' ἂν ἔμπορος οὔτε τῶν ἐν ταῖς
τῆς χώρας ἐξόδοις ἀρχόντων οὐδ' ἂν εἷς περιεῖδέ με μόνον
ἐκπορευόμενον, ὃς οὐκ ἂν συλλαβὼν εὐθέως παρὰ Διονύ-
σιον πάλιν ἀπήγαγεν, ἄλλως τε καὶ διηγγελμένον ἤδη ποτὲ
τοὐναντίον * ἢ τὸ πρότερον πάλιν, ὡς Πλάτωνα Διονύ- 330
σιος θαυμαστῶς ὡς ἀσπάζεται. τὸ δ' εἶχε δὴ πῶς; *) τὸ
γὰρ ἀληθὲς δεῖ φράζειν. ἠσπάζετο μὲν αἰεὶ προϊόντος τοῦ
χρόνου μᾶλλον κατὰ τὴν τοῦ τρόπου τε καὶ ἤθους συνου-
σίαν, ἑαυτὸν δὲ ἐπαινεῖν μᾶλλον, ἢ Δίωνα, ἐβούλετό με
καὶ φίλον ἡγεῖσθαι διαφερόντως μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνον, καὶ
θαυμαστῶς ἐφιλονείκει πρὸς τὸ τοιοῦτον. ἣ δ' ἂν οὕτως
ἐγένετο, εἴπερ ἐγίγνετο, κάλλιστα, ὤκνει, ὡς δὴ μανθάνων

*) γρ. δὴ πῶς.

Digitized by Google

seditione plena reperi et calumniis in tyrannidem a Dione, ut dicebatur, appetitam. defendi igitur eum, quantum potui, potui vero parum. mense deinde fere quarto post Dionysius accusavit Dionem de insidiis tyrannidi paratis, parvum in navigium imposuit et per ignominiam expulit. iam omnes Dionis amici in timore versabantur, ne quem accusans supplicio afficeret ut Dionis insidiarum socium; me etiam rumor increbruit Syracusis interfectum esse a tyranno, quippe omnium eorum quae tunc facta essent auctorem. ille vero quum intellexisset nos omnes ita affectos esse, veritus ne maius quid ex timoribus nasceretur, comiter omnes accepit, atque etiam me ipsum consolatus est et confidere iussit et oravit ut omni modo manerem; nam in fuga mea nihil ei honorifici inerat, at in mansione; quapropter etiam valde se simulabat rogare; tyrannorum vero preces necessitatibus mixtas esse scimus. hoc igitur moliens prohibuit ne enavigarem, in arcem me perduxit et locum mihi delegit domicilio, unde nullus nauta me educere potuisset, nec si ipse Dionysius iubentem aliquem me educi misisset, nedum si prohibuisset, quum neque mercator quisquam neque in regionis terminis ullus praefectus me solum exeuntem neglexisset, quia comprehensum me statim ad Dionysium reduxisset, praesertim quum fama eius quae ante percrebruerat contraria dispersa esset, Dionysium Platonem mirifice complecti. res autem quomodo se habuit? verum enim dici oportet. complectebatur quidem me procedente tempore semper magis per morum et ingeni consuetudinem, sed postulabat ut ipsum magis, quam Dionem, laudarem magisque insignem ducerem amicum, quam illum, et mirum quam ambitiose id contendebat. quo autem pacto hoc fieri potuisset optime, si fieri potuisset, hoc neglexit: fieri enim hoc ita potuisset, ut discens et audiens sermones de philo-

καὶ ἀκούων τῶν περὶ φιλοσοφίαν * λόγων, οἰκειοῦσθαί καὶ B
ἐμοὶ συγγίγνεσθαι, φοβούμενος τοὺς τῶν διαβαλλόντων λό-
γους, μή πῃ παραποδισθείη καὶ Δίων δὴ πάντα εἴη δια-
πεπραγμένος. ἐγὼ δὲ πάντα ὑπέμενον, τὴν πρώτην διά-
νοιαν φυλάττων ἥπερ ἀφικόμην, εἴ πως εἰς ἐπιθυμίαν
ἔλθοι τῆς φιλοσόφου ζωῆς· ὁ δ' ἐνίκησεν ἀντιτείνων.

Καὶ ὁ πρῶτος δὴ χρόνος τῆς εἰς Σικελίαν ἐμῆς ἐπι-
δημήσεώς τε καὶ διατριβῆς διὰ πάντα ταῦτα ξυνέβη γενό-
μενος. μετὰ δὲ τοῦτο ἀπεδήμησά τε * καὶ πάλιν ἀφικό- C
μην πάσῃ σπουδῇ μεταπεμπομένου Διονυσίου· ὧν δὲ ἕνε-
κα καὶ ὅσα ἔπραξα, ὡς εἰκότα τε καὶ δίκαια, ὑμῖν πρῶ-
τον μὲν ξυμβουλεύσας ἃ χρὴ ποιεῖν ἐκ τῶν νῦν γεγονότων,
ὕστερον τὰ περὶ ταῦτα διέξειμι, τῶν ἐπανερωτώντων ἕνε-
κα τί δὴ βουλόμενος ἦλθον τὸ δεύτερον, ἵνα μὴ τὰ πά-
ρεργα ὡς ἔργα μοι ξυμβαίνῃ λεγόμενα. λέγω δὴ τάδε.

Ἐγὼ τὸν συμβουλεύοντα ἀνδρὶ κάμνοντι καὶ δίαιταν
διαιτωμένῳ μοχθηρὰν πρὸς ὑγίειαν ἄλλο τι * χρὴ πρῶτον D
μὲν αὐτὸν μεταβάλλειν τὸν βίον, καὶ ἐθέλοντι μὲν πείθε-
σθαι καὶ τἄλλα ἤδη παραινεῖν, *) μὴ ἐθέλοντι δέ, φεύ-
γοντα ἀπὸ τῆς τοῦ τοιούτου ξυμβουλῆς; ἄνδρα τε ἡγοίμην
ἂν καὶ ἰατρικόν, τὸν δὲ ὑπομένοντα τοὐναντίον ἄνανδρόν
τε καὶ ἄτεχνον. ταὐτὸν δὴ καὶ πόλει, εἴτε αὐτῆς εἷς εἴη
κύριος εἴτε καὶ πλείους, εἰ μὲν κατὰ τρόπον ὀρθῇ πορευο-
μένης ὁδῷ τῆς πολιτείας ξυμβουλεύοιτό τι τῶν προσφόρων,
* νοῦν ἔχοντος τὸ τοῖς τοιούτοις ξυμβουλεύειν, τοῖς δ' ἔξω E
τὸ παράπαν βαίνουσι τῆς ὀρθῆς πολιτείας καὶ μηδαμῇ
ἐθέλουσιν αὐτῆς εἰς ἴχνος ἰέναι, προαγορεύουσι δὲ τῷ ξυμ-
βούλῳ τὴν μὲν πολιτείαν ἐᾶν καὶ μὴ κινεῖν, ὡς ἀποθα-
νουμένῳ * ἐὰν κινῇ, ταῖς δὲ βουλήσεσι καὶ ἐπιθυμίαις 331
αὐτῶν ὑπηρετοῦντα ξυμβουλεύειν κελεύουσι τίνα τρόπον
γίγνοιτ' ἂν ῥᾷστά τε καὶ τάχιστα εἰς τὸν αἰεὶ χρόνον, τὸν
μὲν ὑπομένοντα ξυμβουλὰς τοιαύτας ἡγοίμην ἂν ἄνανδρον,
τὸν δ' οὐχ ὑπομένοντα ἄνδρα. ταύτην δὴ τὴν διάνοιαν

---

*) Ισ. πρὸς ὑγίειαν, ὅτι χρὴ πρῶτον μὲν τοῦτον μ. τ. β., καὶ ἐθέλοντι μὲν πείθεσθαι τἄλλα ἤδη παραινοῦντα.

sophia familiaris mihi factus et mecum versatus esset; at timebat calumniatorum orationes ne forte implicaretur et Dio iam omnia perficeret. ego autem omnia sustinui in prima sententia perseverans qua accesseram, si forte ad philosophae vitae cupiditatem perveniret; ille tamen vicit reluctando.

Ac primum quidem tempus adventus mei in Siciliam et commorationis ita traductum est. postea profectus sum iterumque adveni, Dionysio omni me ope atque opera arcessente. quorum vero gratia et quae effecerim, quippe consentanea et iusta, ubi primum consilium dedero quid faciundum sit in hoc rerum statu, deinceps vobis exponam, propter eos qui interrogant quorsus tandem spectans secundo in Siciliam venerim, ut ne secundarium pro eo quod caput est mihi dicere contingat. dico igitur haec.

Equidem eum qui viro aegroto pravaque ad sanitatem victus ratione utenti suaserit ut primum ipsum victum mutet, et obedire volenti reliqua iam praescripserit, a nolente autem fugerit nec consilium dare voluerit, virum existimaverim et medicum, manentem vero et sustinentem neque virum neque artis peritum. eodem modo etiam civitati, sive unus sive plures eius domini sint, si rite re publica recta via procedente in consilium de re aliqua commoda adhibeatur, prudentis esse dixerim hac in causa consilium dare, eis vero, qui omnino e finibus rectae civitatis excedant nec usquam vestigia eius ingredi velint, atque etiam consilium daturo denuntient ne rem publicam attingat neque moveat, quippe moriturus si eam moverit, et praeterea iubeant eum voluptatibus et cupiditatibus ipsorum inservire et suadere quomodo et facillime et celerrime in omne tempus expleri possint: his igitur qui consilium det et huiusmodi consilia admittat, eum non existimaverim virum, hunc contra, qui nec admittat nec sustineat, virum. hanc ego senten-

ἐγὼ κεκτημένος, ὅταν τίς μοι ξυμβουλεύηται περί τινος
τῶν μεγίστων περὶ τὸν αὑτοῦ βίον, οἷον περὶ χρημάτων
κτήσεως ἢ περὶ σώματος ἢ ψυχῆς ἐπιμελείας, ἂν μέν * μοι B
τὸ καθ' ἡμέραν ἔν τινι τρόπῳ δοκῇ ζῆν ἢ συμβουλεύσαν-
τος *) ἂν ἐθέλειν πείθεσθαι, περὶ ὧν ἀνακοινοῦται, προ-
θύμως ξυμβουλεύω καὶ οὐκ ἀφοσιωσάμενος μόνον ἐπαυσά-
μην· ἐὰν δὲ μὴ ξυμβουλεύηταί μοι τὸ παράπαν ἢ συμ-
βουλεύοντι δῆλος ᾖ μηδαμῇ πεισόμενος, αὐτόκλητος ἐπὶ
τὸν τοιοῦτον οὐκ ἔρχομαι ξυμβουλεύσων, βιασόμενος δὲ
οὐδ' ἂν υἱὸς ᾖ μου· δούλῳ δὲ ξυμβουλεύσαιμ' ἂν καὶ μὴ
ἐθέλοντά γε προςβιαζοίμην· πατέρα δὲ ἢ μητέρα * οὐχ C
ὅσιον ἡγοῦμαι προςβιάζεσθαι μὴ νόσῳ παραφροσύνης ἐχο-
μένους· ἐὰν δέ τινα καθεστῶτα ζῶσι βίον, ἑαυτοῖς ἀρέ-
σκοντα, ἐμοὶ δὲ μή, μήτε ἀπεχθάνεσθαι μάτην νουθε-
τοῦντα μήτε δὴ κολακεύοντά γε ὑπηρετεῖν αὐτοῖς, πληρώ-
σεις ἐπιθυμιῶν ἐκπορίζοντα ἃς αὐτὸς ἀσπαζόμενος οὐκ ἂν
ἐθέλοιμι ζῆν. ταὐτὸν δὴ καὶ περὶ πόλεως αὑτοῦ διανοού-
μενον χρὴ ζῆν τὸν ἔμφρονα· λέγειν μέν, εἰ μὴ καλῶς
αὐτῷ φαίνοιτο πολιτεύεσθαι, εἰ μέλλοι * μήτε ματαίως D
ἐρεῖν μήτε ἀποθανεῖσθαι λέγων, βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας
μεταβολῆς μὴ προςφέρειν, ὅταν ἄνευ φυγῶν καὶ σφαγῆς
ἀνδρῶν μὴ δυνατὸν ᾖ γίγνεσθαι τὴν ἀρίστην, ἡσυχίαν δὲ
ἄγοντα εὔχεσθαι τὰ ἀγαθὰ αὑτῷ τε καὶ τῇ πόλει. Κατὰ
δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἐγὼ ὑμῖν τ' ἂν ξυμβουλεύοιμι, ξυν-
εβούλευον δὲ καὶ Διονυσίῳ μετὰ Δίωνος, ζῆν μέντοι τὸ
καθ' ἡμέραν πρῶτον, εἴ πως **) ἐγκρατὴς αὐτὸς αὑτοῦ
ὅτι μάλιστα ἔσεσθαι * μέλλοι καὶ πιστοὺς φίλους τε καὶ E
ἑταίρους κτήσεσθαι, ὅπως μὴ πάθοι ἅπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ,
ὃς παραλαβὼν Σικελίας πολλὰς καὶ μεγάλας πόλεις ὑπὸ
τῶν βαρβάρων ἐκπεπορθημένας, οὐχ οἷός τ' ἦν κατοικίσας
πολιτείας ἐν ἑκάσταις καταστήσασθαι πιστὰς ἑταίρων ἀν-
δρῶν, οὔτε ἄλλων δή ποθεν ***) ὀθνείων * οὔτε ἀδελφῶν, 332
οὓς ἔθρεψέ τε αὐτὸς νεωτέρους ὄντας ἔκ τε ἰδιωτῶν ἄρ-
χοντας καὶ ἐκ πενήτων πλουσίους ἐπεποιήκει διαφερόντως·

*) γρ. συμβουλεύοντος. **) ἀλλ. ὅπως.
***) γρ. δήπουθεν.

tiam tenens, si quis me de re aliqua maximarum ad vitam suam spectantium consulit, velut de pecuniis acquirendis vel de corporis animive cura, si quidem in vita quotidiana modum aliquem mihi videtur habere vel suadenti mihi obedire volt in his de quibus mecum communicat, promptus sum ad consilium dandum nec leviter tantum quum hoc egi, desisto; si autem omnino non communicat mecum vel consulenti nullo modo obtemperaturus videtur, ultro quidem ad eum non accedo consilium daturus, vim autem nec tum essem adhibiturus, si filius meus esset; ac servo quidem suaserim nolentemque coegerim, sed patrem vel matrem cogere impium esse arbitror, nisi mente sunt alienata; et si modo quodam sibi placente, mihi autem displicente vitam agerent, neque frustra monendo odium eorum susciperem neque adulando eis servirem, cupiditatum expletionem suppeditans, quas si ipse amplecterer, vivere nollem. eandem vero etiam de civitate sua sententiam habens vir sapiens vivat oportet, ita ut dicat quidem, quid non recte in re publica administranda sibi videatur fieri, si neque frustra dicturus sit neque periturus ob id quod dicat, vim autem patriae civitatis mutandae causa non inferat, si optima exsistere non possit sine exsiliis et caedibus virorum, sed quiescens bona precetur et sibi et civitati. Atque hoc modo et vobis suaserim et vero etiam Dionysio suasi ut eo modo cum Dione viveret, quo et sibi ipse quam maxime temperaret et fidos amicos sociosque sibi acquireret, ne eadem ipsi, quae patri, acciderent: qui quum multas magnasque Siciliae urbes a barbaris dirutas accepisset, non potuit res publicas in singulis constitutas fidis committere viris neque externis undecumque arcessitis neque fratribus, quos ipse iuniores educaverat et ex privatis principes itemque ex pauperibus insigniter opulentos fecerat: ex omnibus his nullum potuit neque persuasione neque disciplina ne-

θείας, οὐ διπλασίαν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν μόνον ποιήσοι,*)
* πολλαπλασίαν δὲ ὄντως· ἕτοιμον γὰρ εἶναι τούτων γενο- 333
μένων πολὺ μᾶλλον δουλώσασθαι Καρχηδονίους τῆς ἐπὶ
Γέλωνος αὐτοῖς γενομένης δουλείας, ἀλλ' οὐχ ὥςπερ νῦν
τοὐναντίον ὁ πατὴρ αὐτοῦ φόρον ἐτάξατο φέρειν τοῖς βαρ-
βάροις.

Ταῦτα ἦν τὰ λεγόμενα καὶ παρακελευόμενα ὑφ' ἡμῶν
τῶν ἐπιβουλευόντων Διονυσίῳ, ὡς πολλαχόθεν ἐχώρουν οἱ
τοιοῦτοι λόγοι, οἳ δὴ καὶ κρατήσαντες παρὰ Διονυσίῳ
ἐξέβαλον μὲν Δίωνα, ἡμᾶς δ' εἰς * φόβον κατέβαλον. ἵνα B
δ' ἐκπεράνωμεν οὐκ ὀλίγα πράγματα τὰ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ,
ἐλθὼν ἐκ Πελοποννήσου καὶ Ἀθηνῶν Δίων ἔργῳ τὸν Διο-
νύσιον ἐνουθέτησεν. ἐπειδὴ δ' οὖν ἠλευθέρωσέ τε καὶ ἀπέ-
δωκεν αὐτοῖς δὶς **) τὴν πόλιν, ταὐτὸν πρὸς Δίωνα Συ-
ρακόσιοι τότε ἔπαθον, ὅπερ καὶ Διονύσιος, ὅτε αὐτὸν
ἐπεχείρει παιδεύσας καὶ θρέψας ***) βασιλέα τῆς ἀρχῆς
ἄξιον οὕτω κοινωνεῖν αὐτῷ τοῦ βίου παντός. ὁ δὲ ἐπίστευε
τοῖς διαβάλλουσι †) καὶ λέγουσιν * ὡς ἐπιβουλεύων τῇ C
τυραννίδι Δίων πράττοι πάντα ὅσα ἔπραττεν ἐν τῷ τότε
χρόνῳ, ἵνα ὁ μὲν παιδείᾳ δὴ τὸν νοῦν κηληθεὶς ἀμελοῖ
τῆς ἀρχῆς ἐπιτρέψας ἐκείνῳ, ὁ δὲ σφετερίσαιτο καὶ Διονύ-
σιον ἐκβάλοι ἐκ τῆς ἀρχῆς δόλῳ. ταῦτα τότε ἐνίκησε καὶ
τὸ δεύτερον ἐν Συρακοσίοις λεγόμενα, καὶ μάλα ἀτόπῳ τε
καὶ αἰσχρᾷ νίκῃ τοῖς τῆς νίκης αἰτίοις. οἷον γὰρ γέγονεν,
ἀκοῦσαι χρὴ τοὺς ἐμὲ παρακαλοῦντας πρὸς τὰ νῦν πράγμα-
τα. * ἦλθον Ἀθηναῖος ἀνὴρ ἐγώ, ἑταῖρος Δίωνος, σύμ- D
μαχος αὐτῷ πρὸς τὸν τύραννον, ὅπως ἀντὶ πολέμου φιλίαν
ποιήσαιμι· διαμαχόμενος δὲ τοῖς διαβάλλουσιν ἡττήθην.
πείθοντος δὲ Διονυσίου τιμαῖς καὶ χρήμασι γενέσθαι μετ'
αὐτοῦ ἐμὲ μάρτυρά τε καὶ φίλον πρὸς ††) τὴν εὐπρέπειαν
τῆς ἐκβολῆς τῆς Δίωνος αὐτῷ γίγνεσθαι, τούτων δὴ τὸ
πᾶν διήμαρτεν. ὕστερον δὲ δὴ κατιὼν οἴκαδε Δίων ἀδελ-
φὼ δύο προςλαμβάνει * Ἀθήνηθεν, οὐκ ἐκ φιλοσοφίας E

*) γρ. ποιήσει. **) ἴσ. ἀστοῖς Δίων.
***) γρ. παιδεῦσαί καὶ θρέψαι.
†) γρ. ὁ γὰρ τοῖς διαβάλλουσι. ††) ἴσ. πρὸς τό.

facile ipsum Carthaginienses multo magis subacturum esse, quam Gelonis imperio subiecti fuissent; contra patrem ipsius coactum fuisse tributum barbaris pendere.

Haec dicta sunt atque praecepta a nobis qui insidias Dionysio struximus, ut passim serpebant sermones, qui videlicet etiam apud Dionysium vincentes Dionem expulimus nosque in timorem coniecimus. ut vero non pauca brevi absolvamus, reversus ex Peloponneso et Athenis Dio re Dionysium admonuit. quum vero liberasset et restituisset civibus Dio civitatem, eodem modo affecti fuerunt Syracusani erga Dionem, ac Dionysius fuerat, quum ille eum conaretur erudire et instituere ut rex exsisteret imperio dignus, eiusque socius esse vellet per omnem vitam. ille vero fidem habebat calumniatoribus qui Dionem dicebant tyrannidi insidias parantem omnia quae faceret eo tempore hoc facere consilio, ut ille studiis eruditis delinitus et irretitus imperium neglectum ipsi committeret, ipse vero hoc vindicaret et Dionysium per dolum ex imperio expelleret. haec tunc vicerunt etiam secundo inter Syracusanos divulgata, licet admodum absurda et turpis esset haec victoria ipsis eius auctoribus. quid enim factum sit, audire debetis vos, qui me ad praesentem rerum statum invitastis. veni ego vir Atheniensis, amicus Dionis, auxilium huic laturus adversus tyrannum, ut pro bello amicitiam conciliarem; contendens autem cum calumniatoribus superatus sum. quum vero persuaderet mihi Dionysius honoribus et pecuniis, ut ipsi testis et amicus essem, quo decora ipsi fieret Dionis expulsio, nihil omnino horum assequutus est. postea vero revertens domum Dio fratres duos Athenis adduxit, qui non ex philosophia amici ipsi facti erant, sed ex volgari ista sodalitate plurimorum amicorum, quam hospitalitate et

γεγονότε φίλω, ἀλλ' ἐκ τῆς περιτρεχούσης ἑταιρείας ταύτης
τῆς τῶν πλείστων φίλων, ἣν ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν
καὶ ἐποπτεύειν πραγματεύονται. καὶ δὴ καὶ τούτω τὼ
ξυγκαταγαγόντε αὐτὸν φίλω ἐκ τούτων τε καὶ ἐκ τῆς πρὸς
τὴν κάθοδον ὑπηρεσίας ἐγενέσθην ἑταίρω. ἐλθόντες δὲ εἰς
Σικελίαν, ἐπειδὴ Δίωνα * ᾔσθοντο διαβεβλημένον εἰς τοὺς 334
ἐλευθερωθέντας ὑπ' αὐτοῦ Σικελιώτας ὡς ἐπιβουλεύοντα
γενέσθαι τύραννον, οὐ μόνον τὸν ἑταῖρον καὶ ξένον προὔ-
δοσαν, ἀλλ' οἷον τοῦ φόνου αὐτόχειρες ἐγένοντο, ὅπλα
ἔχοντες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοὶ τοῖς φονεῦσι παρεστῶτες ἐπί-
κουροι. καὶ τὸ μὲν αἰσχρὸν καὶ ἀνόσιον οὔτε παρίεμαι
ἔγωγε οὔτε τι λέγω· πολλοῖς γὰρ καὶ ἄλλοις ὑμνεῖν ταῦτα
ἐπιμελὲς καὶ εἰς τὸν ἔπειτα μελήσει χρόνον· τὸ δὲ * Ἀθη- B
ναίων πέρι λεγόμενον, ὡς αἰσχύνην οὗτοι περιῆψαν τῇ
πόλει, ἐξαιροῦμαι· φημὶ γὰρ κἀκεῖνον Ἀθηναῖον εἶναι ὃς
οὐ προὔδωκε τὸν αὐτὸν τοῦτον, ἐξὸν χρήματα καὶ ἄλλας
τιμὰς πολλὰς λαμβάνειν. οὐ γὰρ διὰ βαναύσου φιλότητος
ἐγεγόνει φίλος, διὰ δὲ ἐλευθέρας παιδείας κοινωνίαν, ᾗ μό-
νῃ χρὴ πιστεύειν τὸν νοῦν κεκτημένον μᾶλλον, ἢ ξυγγενείᾳ
ψυχῶν καὶ σωμάτων. ὥστε οὐκ ἀξίω ὀνείδους γεγόνατον
τῇ πόλει τὼ Δίωνα ἀποκτείναντε, * ὡς ἐλλογίμω πώποτε C
ἄνδρε γενομένω. Ταῦτα εἴρηται πάντα τῆς ξυμβουλῆς ἕνε-
κα τῶν Διωνείων φίλων καὶ ξυγγενῶν. ξυμβουλεύω δὲ δή
τι πρὸς τούτοις τὴν αὐτὴν ξυμβουλὴν καὶ λόγον τὸν αὐτὸν
λέγων ἤδη τρίτον τρίτοις ὑμῖν· μὴ δουλοῦσθαι Σικελίαν
ὑπ' ἀνθρώποις δεσπόταις, μηδὲ ἄλλην πόλιν ὅ γ' ἐμὸς λό-
γος *) ἀλλ' ὑπὸ νόμοις· οὔτε γὰρ τοῖς δουλουμένοις οὔτε
τοῖς δουλωθεῖσιν ἄμεινον, * αὐτοῖς καὶ παισὶ παίδων τε D
ἐκγόνοις, ἀλλ' ὀλέθριος πάντως ἡ πεῖρα, σμικρὰ δὲ καὶ
ἀνελεύθερα ψυχῶν ἤθη τὰ τοιαῦτα ἁρπάζειν κέρδη φιλεῖ,
οὐδὲν τῶν εἰς τὸν ἔπειτα καὶ εἰς τὸν παρόντα καιρὸν ἀγα-
θῶν καὶ δικαίων εἰδότα θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων. ταῦτα
πρῶτον μὲν Δίωνα ἐγὼ ἐπεχείρησα πείθειν, δεύτερον δὲ
Διονύσιον, τρίτους δὲ ὑμᾶς νῦν· καί μοι πείθεσθε Διὸς
τρίτου σωτῆρος χάριν, εἶτα εἰς Διονύσιον βλέψαντες καὶ

*) Ια. πόλιν, ὥς ὅ γ' ἐμὸς λόγος.

Digitized by Google

initiis et sacris spectationibus contrahunt. atque etiam hi duo qui cum deduxerant amici tum per haec tum per ministeria in reditu praestita in familiaritatem eius venerant. in Siciliam vero profecti quum animadvertissent Dionem apud Siculos ab ipso liberatos in crimen vocari quasi tyrannidem appeteret, non solum amicum et hospitem prodiderunt, sed quasi suis ipsi manibus caedem perpetrarunt, siquidem armis instructi interfectoribus auxilium tulerunt. ac turpe quidem impiumque neque praetermitto equidem neque dico quicquam; multi enim etiam alii celebrare haec student et in posterum studebunt; quod vero in Atheniensibus dictum est, hos urbem macula affecisse, hoc tollo; aio enim etiam illum Atheniensem esse, qui non prodiderit eundem hunc, quum pecunias multosque inde honores consequi potuisset. non enim per illiberalem amicitiam factus est amicus, sed per liberalis eruditionis communitatem, cui soli magis confidere vir sapiens debet, quam animorum et corporum cognationi. quare non debebat propter duos illos, qui Dionem occiderunt, civitas infamia adspergi, quasi illi praestantes umquam fuerint viri. Haec autem omnia dicta sunt ut consilium darem Dionis amicis et cognatis. do autem ad haec idem consilium, eandem orationem iam tertium vobis, qui tertii estis, repetens: cavete (hoc mea oratio suadet) ne Siciliam aliamve civitatem servitute opprimatis, ita ut homines dominentur, sed legibus subiecta esto; neque enim his qui servitute opprimunt neque eis qui opprimuntur melius est, nec ipsis nec filiis nec filiorum filiis, sed perniciosum prorsus est conamen, angusti vero et illiberales animi talia lucra arripere solent, nihil bonorum et iustorum vel divinorum vel humanorum neque in futurum neque in praesens tempus cognoscentes. haec ego primum Dioni persuadere conatus sum, deinde Dionysio, tertio nunc vobis, et parete mihi Iovis

Δίωνα, ὧν ὁ μὲν μὴ πειθόμενος ζῇ τὰ νῦν οὐ * καλῶς, E
ὁ δὲ πειθόμενος τέθνηκε καλῶς· τὸ γὰρ τῶν καλλίστων
ἐφιέμενον αὐτῷ τε καὶ πόλει πάσχειν, ὅ τι ἂν πάσχῃ, πᾶν
ὀρθὸν καὶ καλόν· οὔτε γὰρ πέφυκεν ἀθάνατος ἡμῶν οὐ-
δείς, οὔτ' εἴ τῳ ξυμβαίη, γένοιτο ἂν εὐδαίμων, ὡς δοκεῖ
τοῖς πολλοῖς· κακὸν γὰρ καὶ ἀγαθὸν οὐδὲν λόγου ἄξιόν
ἐστι τοῖς ἀψύχοις, * ἀλλ' ἢ μετὰ σώματος οὔσῃ ψυχῇ τοῦ- 335
το ξυμβήσεται ἑκάστῃ, ἢ κεχωρισμένῃ· πείθεσθαι δὲ ὄν-
τως ἀεὶ χρὴ τοῖς παλαιοῖς τε καὶ ἱεροῖς λόγοις, οἳ δὴ
μηνύουσιν ἡμῖν ἀθάνατον ψυχὴν εἶναι δικαστάς τε ἴσχειν
καὶ τίνειν τὰς μεγίστας τιμωρίας, ὅταν τις ἀπαλλαχθῇ τοῦ
σώματος. διὸ καὶ τὰ μεγάλα ἁμαρτήματα καὶ ἀδικήματα
σμικρότερον εἶναι χρὴ νομίζειν κακὸν πάσχειν, ἢ δρᾶσαι.
ὧν ὁ φιλοχρήματος πένης τε ἀνὴρ τὴν ψυχὴν οὔτε ἀκούει,
ἐάν τε * ἀκούσῃ, καταγελῶν, ὡς οἴεται, πανταχόθεν ἀναι- B
δῶς ἁρπάζει πᾶν ὅ τιπερ ἂν οἴηται, καθάπερ θηρίον,
φαγεῖν *) ἢ πιεῖν ἢ περὶ τὴν ἀνδραποδώδη καὶ ἀχάριστον,
ἀφροδίσιον λεγομένην οὐκ ὀρθῶς, ἡδονὴν ἐκποριεῖν αὐτῷ
τῷ μὴ πίμπλασθαι, **) τυφλὸς ὢν καὶ οὐχ ὁρῶν οἷς ξυν-
έπεται τῶν ἁρπαγμάτων ***) ἀνοσιουργία, κακὸν ἡλίκον
ἀεὶ μετ' ἀδικήματος ἑκάστου, ἣν ἀναγκαῖον τῷ ἀδικήσαντι
συνεφέλκειν ἐπί τε γῇ στρεφομένῳ καὶ ὑπὸ * γῆς νοστή- C
σαντι πορείαν ἄτιμόν τε καὶ ἀθλίαν πάντως πανταχῇ.
culum esse putavi amplius quid dicere, tamen dixi oportere nos Dionis epistolam exspectare rursusque haec ipsa ei scribere. ille vero deinde valde audacter opes eius omnes vendidit, quomodo et quibuscumque ipsi placuit, mihi autem nihil omnino ea de re dixit; et ego quoque similiter nihil iam cum eo de Dionis rebus loquutus sum; nihil enim amplius me efficere posse putavi.

Atque hactenus quidem hoc modo philosophiae et amicis auxilium tuli; post haec vero viximus ego et Dionysius ita ut ego quidem foras prospicerem, sicut avis alicunde evolare gestiens, ille autem machinaretur quo pacto me comprimeret, nihil de Dionis opibus tradens; tamen per totam Siciliam nos amicos esse simulavimus. tum veteranis militibus mercenariis Dionysius mercedem minuere conatus est praeter patris consuetudinem; ira vero perciti milites, quum congregati essent, hoc se non admissuros esse dixerunt. ille cogere eos conatus est arcis portis clausis, hi vero statim ad muros confluxerunt, paeana quendam barbaricum ac bellicum conclamantes; quo quidem perterritus Dionysius omnia concessit, et plura etiam peltastis tunc collectis. rumor autem statim serpsit, Heraclidem omnium horum auctorem esse; quem quum Heraclides audivisset, clam se subduxit; Dionysius autem eum capere studuit, et quum non reperisset, Theodoten ad se in hortum arcessivit; forte tunc ego quoque in horto deambulavi. ac reliqua quidem neque novi neque colloquentes audivi; quae vero coram me Theodotes Dionysio dixit et novi et memini. *Ego*, inquit, *Plato, Dionysio huic suadeo ut Heraclides, si eum huc adducere potuero, de criminibus ipsi nunc illatis se nobis purget, et si visum fuerit eum non debere in Sicilia habitare, aequum censeo eum cum filio et uxore in Peloponnesum navigare ibique habi-*

βοῦντα καὶ τὴν * γυναῖκα ἀξιῶ εἰς Πελοπόννησον ἀποπλεῖν, οἰκεῖν τε βλάπτοντα μηδὲν Διονύσιον ἐκεῖ, καρπούμενον δὲ τὰ ἑαυτοῦ. μετεπεμψάμην μὲν οὖν καὶ πρότερον αὐτόν, μεταπέμψομαι δὲ καὶ νῦν· ἄν τ' οὖν ἀπὸ τῆς προτέρας μεταπομπῆς ἄν τε καὶ ἀπὸ τῆς νῦν ὑπακούσῃ μοι, Διονύσιον δὲ ἀξιῶ*) καὶ δέομαι, ἄν τις ἐντυγχάνῃ Ἡρακλείδῃ ἐάν τ' ἐν ἀγρῷ ἐάν τ' ἐνθάδε, μηδὲν ἄλλο αὐτῷ φλαῦρον γίγνεσθαι, μεταστῆναι δ' ἐκ τῆς χώρας, * ἕως ἂν ἄλλο τι Διονυσίῳ δόξῃ. ταῦτα, ἔφη, συγχωρεῖς; λέγων πρὸς τὸν Διονύσιον. Συγχωρῶ· μηδ' ἂν πρὸς τῇ σῇ, ἔφη, φανῇ οἰκίᾳ, πείσεσθαι φλαῦρον μηδὲν παρὰ τὰ νῦν εἰρημένα. Τῇ δὴ μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν δείλης Εὐρύβιος καὶ Θεοδότης προσηλθέτην μοι σπουδῇ τεθορυβημένω θαυμαστῶς, καὶ ὁ Θεοδότης λέγει, Πλάτων, ἔφη, παρῆσθα χθὲς οἷς περὶ Ἡρακλείδου Διονύσιος ὡμολόγει πρὸς ἐμὲ καὶ σέ; Πῶς δὲ οὔκ; ἔφην. Νῦν τοίνυν, ἦ δ' ὅς, περιθέουσι πελτασταὶ λαβεῖν Ἡρακλείδην ζητοῦντες, ὁ δὲ εἶναί πῃ ταύτῃ κινδυνεύει. ἀλλ' ἡμῖν, ἔφη, συνακολούθησον * πρὸς Διονύσιον ἁπάσῃ μηχανῇ. 350 Ὠιχόμεθα οὖν καὶ εἰσήλθομεν παρ' αὐτόν, καὶ τὼ μὲν ἑστάτην σιγῇ δακρύοντε, ἐγὼ δὲ εἶπον Οἵδε πεφόβηνται μή τι σὺ παρὰ τὰ χθὲς ὡμολογημένα ποιήσῃς περὶ Ἡρακλείδην νεώτερον· δοκεῖ γάρ μοι ταύτῃ πῃ γεγονέναι φανερὸς ἀποτετραμμένος. Ὁ δὲ ἀκούσας ἀνεφλέχθη τε καὶ παντοδαπὰ χρώματα ἧκεν, οἷα ἂν θυμούμενος ἀφείη. προσπεσὼν δ' αὐτῷ ὁ Θεοδότης, λαβόμενος τῆς χειρὸς, ἐδάκρυσέ * τε καὶ ἱκέτευε μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν. ὑπολαβὼν δ' ἐγὼ παραμυθούμενος, Θάῤῥει, Θεοδότα, ἔφην· οὐ γὰρ τολμήσει Διονύσιος παρὰ τὰ χθὲς ὡμολογημένα ἄλλα ποτὲ δρᾶν. Καὶ ὃς ἐμβλέψας μοι καὶ μάλα τυραννικῶς, Σοί, ἔφη, ἐγὼ οὔτε τι σμικρὸν οὔτε μέγα ὡμολόγησα. Νὴ τοὺς θεούς, ἦν δ' ἐγώ, σύ γε ταῦτα ἃ σοῦ νῦν οὗτος δεῖται μὴ

*) Ιο. Διονύσιον ἀξιῶ.

tare ita ut nihil in Dionysium committat et rerum suarum fructum percipiat. equidem iam ante eum arcessivi et arcessam nunc quoque; et sive priori vocationi ille parebit sive praesenti, a Dionysio peto et oro, ne, si quis in Heraclidem inciderit, sive in agro sive hic, aliud quid mali ei accidat, sed ut solum vertat, donec aliud quid Dionysio visum fuerit. an haec, inquit, *concedis?* ad Dionysium conversus. *Concedo,* respondit, *nec si in domo tua comparuerit, aliquid mali passurum esse praeter ea quae dicta sunt.* Postridie ad vesperam Eurybius et Theodotes festinanter ad me venerunt mirifice perturbati, et Theodotes, *Plato*, inquit, *affuistine heri illis quae Dionysius de Heraclide mihi et tibi concessit? Quidni?* inquam. *Nunc vero*, inquit, *discurrunt peltastae ut Heraclidem capiant, qui prope hic alicubi videtur esse. iam nos*, inquit, *omni studio sequere ad Dionysium.* Ivimus igitur et ad eum ingressi sumus; isti quidem duo stabant silentes et lacrimantes, ego vero Timent hi, inquam, ne tu, contra atque heri concesseris, aliquid gravius in Heraclidem statuas; videtur enim mihi hic alicubi commorari et conspectus esse. Quo ille audito ira exarsit et colores mutavit, quemadmodum solent qui ira sunt inflammati. tum prolapsus ad pedes eius Theodotes, prehensa manu, lacrimatus est et supplicavit ne tale quid faceret. atque ego subiiciens consolandi causa Bono sis animo, inquam, Theodote; non enim Dionysius ab animo impetrabit ut umquam contra atque heri promiserit faciat. Tum ille me intuens admodum tyrannice Tibi ego, inquit, neque parvum neque magnum quid promisi. Per deos, inquam, tu sane ea promisisti quae nunc hic te rogat ne facias. Quae quum dixissem, avertens me foras ivi. deinde ille quidem Heraclidem

ποιεῖν. Καὶ εἰπὼν ταῦτα ἀποστρεφόμενος ᾠχόμην ἔξω. τὸ
μετὰ ταῦτα ὁ μὲν ἐκυνήγει τὸν Ἡρακλείδην, * Θεοδότης C
δὲ ἀγγέλους πέμπων Ἡρακλείδῃ φεύγειν διεκελεύετο· ὁ δὲ
ἐκπέμψας Τισίαν καὶ πελταστὰς διώκειν ἐκέλευε· φθάνει
δὲ, ὡς ἐλέγετο, Ἡρακλείδης εἰς τὴν Καρχηδονίων ἐπικρά-
τειαν ἐκφυγὼν ἡμέρας σμικρῷ τινὶ μέρει. Τὸ δὴ μετὰ
τοῦτο ἡ πάλαι ἐπιβουλὴ Διονυσίῳ τοῦ μὴ ἀποδοῦναι τὰ
Δίωνος χρήματα ἔδοξεν ἔχθρας λόγον ἔχειν ἂν πρὸς με
πιθανόν· καὶ πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐκπέμπει με,
εὑρὼν * πρόφασιν ὡς τὰς γυναῖκας ἐν τῷ κήπῳ ἐν ᾧ κα- D
τῴκουν ἐγὼ δέοι θῦσαι θυσίαν τινὰ δεχήμερον· ἔξω δή με
παρ' Ἀρχιδήμῳ προςέταττε τὸν χρόνον τοῦτον μεῖναι. ὄν-
τος δ' ἐμοῦ ἐκεῖ Θεοδότης μεταπεμψάμενός με πολλὰ περὶ
τῶν τότε πραχθέντων ἠγανάκτει καὶ ἐμέμφετο Διονυσίῳ.
ὁ δ' ἀκούσας ὅτι παρὰ Θεοδότην εἴην εἰςεληλυθὼς, πρό-
φασιν αὖ ταύτην ἄλλην τῆς πρὸς ἐμὲ διαφορᾶς ποιούμενος,
ἀδελφὴν τῆς πρόσθεν, * πέμψας τινὰ ἠρώτα με εἰ ξυγγε- E
νοίμην *) ὄντως μεταπεμψαμένου με Θεοδότου. κἀγώ,
Παντάπασιν, ἔφην. ὁ δὲ, Ἐκέλευε τοίνυν, ἔφη, σοὶ φρά-
ζειν ὅτι καλῶς οὐδαμῇ ποιεῖς Δίωνα καὶ τοὺς Δίωνος φί-
λους ἀεὶ περὶ πλείονος αὐτοῦ ποιούμενος. Ταῦτ' ἐῤῥήθη,
καὶ οὐκέτι μετεπέμψατό με εἰς τὴν οἴκησιν πάλιν, ὡς ἤδη
σαφῶς Θεοδότου μὲν ὄντος μου καὶ Ἡρακλείδου φίλου, **)
αὐτοῦ δ' ***) ἐχθροῦ, καὶ οὐκέτ' εὐνοεῖν ᾤετό με, ὅτι
Δίωνι τὰ χρήματα ἔῤῥει παντελῶς. ᾤκουν δὴ τὸ μετὰ
τοῦτο ἔξω τῆς ἀκροπόλεως * ἐν τοῖς μισθοφόροις. προς- 350
ιόντες δέ μοι ἄλλοι τε καὶ οἱ τῶν ὑπηρεσιῶν ὄντες Ἀθή-
νηθεν, ἐμοὶ πολῖται, ἀπήγγελον ὅτι διαβεβλημένος εἴην ἐν
τοῖς πελτασταῖς καί μοί τινες ἀπειλοῖεν, εἴ που λήψοιντό
με, διαφθερεῖν. μηχανῶμαι δή τινα τοιάνδε σωτηρίαν.
πέμπω παρ' Ἀρχύτην καὶ τοὺς ἄλλους φίλους εἰς Τάραν-
τα, φράζων ἐν οἷς ὢν τυγχάνω· οἱ δὲ πρόφασίν τινα
πρεσβείας πορισάμενοι παρὰ τῆς πόλεως πέμπουσι * τρια- B
κόντορόν τε καὶ Λαμίσκον αὐτῶν ἕνα, ὃς ἐλθὼν ἐδεῖτο

---

*) γρ. ξυγγιγνοίμην. **) γρ. φίλων.
***) γρ. καὶ τοῦ δ'.

venatus est, Theodotes autem missis ad Heraclidem nuntiis ut fugeret admonuit; ille Tisia emisso cum peltastis persequi eum iussit; Heraclides vero, ut dicebatur, in Carthaginiensium ditionem parvo quodam diei spatio ante effugerat. Post autem insidiae dudum paratae Dionysio probabilis inimicitiae adversus me causa visae sunt, ut ne Dionis pecunias traderet; et primum quidem me ex arce emittit causam reperiens, quod in horto, in quo habitabam sacrificium aliquod decem dierum mulieribus faciundum esset; extra arcem igitur apud Archidemum hoc tempore me manere iussit. quum vero illic essem, Theodotes me arcessivit multumque de eis quae tunc facta erant conquestus est et Dionysium vituperavit. ille vero quum audivisset me ad Theodoten ingressum esse, hanc aliam superiori similem reperiens causam a me dissidendi misso quodam interrogavit, an revera vocatus cum Theodote congressus essem. et ego, Sane quidem, inquam. tum ille Iussit vero, inquit, me tibi dicere te nequaquam recte facere, quod Dionem et Dionis amicos pluris semper aestimares, quam ipsum. Haec ita dicta sunt, et iam non domum suam me arcessivit, quasi iam aperte essem Theodotis et Heraclidis amicus, ipsi autem inimicus; neque iam me benevolum sibi duxit, quod Dionis res prorsus perissent. habitavi igitur post extra arcem inter milites mercenarios. accedentes vero ad me tum alii tum ex ministris quidam Athenienses, cives mei, nuntiaverunt, calumnias quasdam adversus me inter peltastas serpere, et aliquos mihi minatos esse necem, sicubi me comprehendissent. hanc igitur salutis viam excogito. mitto ad Archytam reliquosque amicos Tarentum in quibus verser periculis indicans. illi vero civitatis legationem praetexentes mittunt navem triginta remorum et Lamiscum de suis unum. qui quum

Διονυσίου περὶ ἐμοῦ, λέγων ὅτι βουλοίμην ἀπιέναι, καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιεῖν. ὁ δὲ ξυνωμολόγησε καὶ ἀπέπεμψεν ἐφόδια δούς· τῶν Δίωνος δὲ χρημάτων οὔτ' ἐγώ τι ἀπῄτουν οὔτε τις ἀπέδωκεν.

Ἐλθὼν δὲ εἰς Πελοπόννησον εἰς Ὀλυμπίαν, Δίωνα καταλαβὼν θεωροῦντα, ἤγγελλον τὰ γεγονότα. ὁ δὲ τὸν Δία ἐπιμαρτυράμενος εὐθὺς παρήγγελλεν ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς οἰκείοις καὶ φίλοις * παρασκευάζεσθαι τιμωρεῖσθαι C Διονύσιον, ἡμᾶς *) μὲν ξεναπατίας χάριν (οὕτω γὰρ ἔλεγέ τε καὶ ἐνόει), αὐτὸν **) δ' ἐκβολῆς ἀδίκου καὶ φυγῆς· ἀκούσας δ' ἐγὼ τοὺς μὲν φίλους παρακαλεῖν αὐτὸν ἐκέλευον, εἰ βούλοιντο· ἐμὲ δ', εἶπον ὅτι, ***) σὺ μετὰ τῶν ἄλλων βίᾳ τινὰ τρόπον σύσσιτον καὶ συνέστιον καὶ κοινωνὸν ἱερῶν Διονυσίῳ ἐποίησας, ὃς ἴσως ἡγεῖτο διαβαλλόντων πολλῶν ἐπιβουλεύειν ἐμὲ μετὰ σοῦ ἑαυτῷ καὶ τῇ τυραννίδι, καὶ ὅμως οὐκ ἀπέκτεινεν, * ᾐδέσθη δέ. οὔτ' οὖν ἡλικίαν D ἔχω συμπολεμεῖν ἔτι σχεδὸν οὐδενί, κοινός τε ὑμῖν εἰμί, ἄν ποτέ τι πρὸς ἀλλήλους δεηθέντες φιλίας ἀγαθόν τι ποιεῖν βουληθῆτε· κακὰ δὲ ἕως ἂν ἐπιθυμῆτε, ἄλλους παρακαλεῖτε. ταῦτα εἶπον μεμισηκὼς τὴν περὶ Σικελίαν πλάνην καὶ ἀτυχίαν. ἀπειθοῦντες δὲ καὶ οὐ πειθόμενοι ταῖς ὑπ' ἐμοῦ διαλέξεσι πάντων τῶν νῦν γεγονότων κακῶν αὐτοὶ αἴτιοι ἐγένοντο αὑτοῖς, ὧν, εἰ Διονύσιος ἀπέδωκε τὰ * χρήματα Δίωνι ἢ καὶ παντάπασι κατηλλάγη, οὐκ ἄν E ποτε ἐγένετο οὐδέν, ὅσα γε δὴ τἀνθρώπινα· Δίωνα γὰρ ἐγὼ καὶ τῷ βούλεσθαι καὶ τῷ δύνασθαι κατεῖχον ἂν ῥᾳδίως. νῦν δὲ ὁρμήσαντες ἐπ' ἀλλήλους κακῶν πάντα ἐμπεπλήκασι. καίτοι τήν γε αὐτὴν * Δίων εἶχε βούλησιν 351 ἥνπερ ἂν ἐγὼ φαίην δεῖν ἐμὲ καὶ ἄλλον, ὅστις μέτριος, †) περί τε τῆς αὑτοῦ δυνάμεως καὶ φίλων καὶ περὶ πόλεως τῆς αὑτοῦ διανοοῖτ' ἂν εὐεργετῶν ἐν δυνάμει καὶ τιμαῖσι γενέσθαι τὰ μέγιστα ἐν ταῖς μεγίσταις. ἔστι ††) δὲ οὐκ, ἄν τις πλούσιον ἑαυτὸν ποιήσῃ καὶ ἑταίρους καὶ πόλιν,

---

*) γρ. ἡμῶν. **) γρ. αὐτοῦ.
***) ἴσ. εἶπον, οἶσθ' ὅτι σύ.
†) ἴσ. ὅστις μετρίως — διανοοῖτ' ἄν. ††) γρ. ἔτι.

venisset, Dionysium rogavit meo nomine, dicens me omnino velle abire nec ullo modo aliter facere. ille consensit et viatico dato me dimisit; de Dionis vero opibus neque ego quid petivi neque quisquam tradidit.

In Peloponnesum vero profectus Olympiam, Dionem offendi ludos spectantem eique nuntiavi quae facta erant. hic autem Iovem testatus statim mihi et cognatis et amicis meis denuntiavit sese paraturum esse ad poenas a Dionysio petendas, tum quod nos hospites laesisset (sic enim et dixit et sensit), tum quod ipsum injuste in exsilium expulisset. quo quidem audito ego eum iussi amicos ad hoc invitare, si vellent, me autem, dixi, scis per te cum reliquis vi quodammodo mensae et foci et sacrorum socium fuisse Dionysio, qui fortasse ex multorum calumniis putavit me una tecum et sibi et tyrannidi insidias parare, et tamen me non occidit, sed reverentiam quandam adversus me adhibuit. iam quum non sim id aetatis, ut ulli fere amplius in bello auxiliari possim, communis vobis ero, si quando mutuae inter vos amicitiae indigentes bonum quiddam facere volueritis; quamdiu vero malorum cupiditate tenemini, alios advocate. haec dixi erroris et infortunii, quod in Sicilia perpessus eram, odium habens. quum vero illi non parerent nec admonitionibus meis fidem haberent, omnium quae nunc facta sunt malorum sibi ipsi auctores fuerunt, quorum sane nihil umquam factum esset, quantum in rebus humanis fuit, si Dionysius Dioni opes tradidisset vel omnino cum eo reconciliatus esset; Dionem enim ego et voluntate et potestate mea facile continuissem. nunc vero inter se aggressi malis omnia impleverunt. quamquam eandem sane Dio habuit voluntatem quam ego et me et quemvis alium habere censeo oportere, qui de sua et amicorum potestate itemque de civitate sua moderate sentiat: in

ἐπιβουλεύσας καὶ ξυνωμότας συναγαγὼν, πένης ὢν καὶ
ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν, ὑπὸ δειλίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονὰς ἡτ-
τημένος, εἶτα τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους * ἀποκτείνας, B
ἐχθροὺς καλῶν τούτους, διαφορῇ τὰ τούτων χρήματα καὶ
τοῖς συνεργοῖς τε καὶ ἑταίροις παρακελεύηται ὅπως μηδεὶς
αὐτῷ ἐγκαλεῖ πένης φάσκων εἶναι· ταὐτὸν δὲ καὶ τὴν πό-
λιν ἂν οὕτω τις εὐεργετῶν τιμᾶται ὑπ' αὐτῆς, τοῖς πολ-
λοῖς τὰ τῶν ὀλίγων ἀπὸ ψηφισμάτων διανέμων, ἢ μεγάλης
προεστὼς πόλεως καὶ πολλῶν ἀρχούσης ἐλαττόνων τῇ ἑαυ-
τοῦ πόλει τὰ τῶν σμικροτέρων χρήματα διανέμῃ μὴ κατὰ
δίκην. * οὕτω μὲν γὰρ οὔτε Δίων οὔτε ἄλλος ποτὲ οὐδεὶς C
ἐπὶ δύναμιν ἑκὼν εἶσιν ἀλιτηριώδη ἑαυτῷ τε καὶ γένει εἰς
τὸν ἀεὶ χρόνον, ἐπὶ πολιτείαν δὲ καὶ νόμων κατασκευὴν
τῶν δικαιοτάτων τε καὶ ἀρίστων, οὔτι δι' ὀλιγίστων θανά-
των καὶ φυγῶν γιγνομένην. ἃ δὴ Δίων νῦν πράττων, προ-
τιμήσας τὸ πάσχειν ἀνόσια τοῦ δρᾶσαι πρότερον, διευλα-
βούμενος δὲ μὴ παθεῖν, *) ὅμως ἔπταισεν **) ἐπ' ἄκρον
ἐλθὼν τοῦ περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν, θαυμαστὸν παθὼν
οὐδέν. * ὅσιος γὰρ ἄνθρωπος ἀνοσίων πέρι, σώφρων τε D
καὶ ἔμφρων, τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἄν ποτε διαψευσθείη τῆς
ψυχῆς τῶν τοιούτων πέρι, κυβερνήτου δὲ ἀγαθοῦ πάθος
ἂν ἴσως οὐ θαυμαστὸν εἰ πάθοι, ὃν χειμὼν μὲν ἐσόμενος
οὐκ ἂν πάνυ λάθοι, χειμώνων δὲ ἐξαίσιον καὶ ἀπροσδόκη-
τον μέγεθος λάθοι τ' ἂν ***) καὶ λαθὸν κατακλύσειε βίᾳ.
ταὐτὸν δὴ καὶ Δίωνα ἔσφηλε δι' ὀλιγίστων· κακοὶ μὲν γὰρ
ὄντες αὐτὸν σφόδρα οὐκ ἔλαθον οἱ σφήλαντες, ὅσον * δὲ E
ὕψος ἀμαθίας, εἶχον καὶ τῆς ἄλλης μοχθηρίας τε καὶ λαι-
μαργίας, ἔλαθον· ᾧ δὴ σφαλεὶς κεῖται, Σικελίαν πένθει
περιβαλὼν μυρίῳ.

Τὰ δὴ μετὰ τὰ νῦν ῥηθέντα ἃ ξυμβουλεύω, * σχεδὸν 352
εἴρηταί τέ μοι καὶ εἰρήσθω· ὧν δ' ἐπανέλαβον ἕνεκα τὴν
εἰς Σικελίαν ἄφιξιν τὴν δευτέραν, ἀναγκαῖον εἶναι ἔδοξέ
μοι ῥηθῆναι δεῖν διὰ τὴν ἀτοπίαν καὶ ἀλογίαν τῶν γινο-

---

*) γρ. δὲ παθεῖν. **) γρ. ἔπεσεν.

***) γρ. λάθοι τ' ἄν.

potentia enim et honoribus constitutus maxima maximis in rebus beneficia voluit conferre. nec vero hoc fit quum quis se ipsum et amicos et cives opulentos reddit insidiis paratis et coniuratis collectis, dum pauper est et sui impotens et per ignaviam voluptatibus succumbens, deinde opulentos interficit hosque inimicos vocat et eorum opes dissipat et socios amicosque adhortatur ne quis opprobri causa ipsum pauperem dicat esse; neque etiam illud fieri potest, quum quis civitatem sic beneficiis afficit et ab ea honoratur, ut multis ea quae paucorum sint ex decreto distribuat, vel ita ut, si magnae civitati multis minoribus imperanti praefectus sit, minorum opes iniustae suae distribuat civitati. sic enim neque Dio neque alius quis umquam sua sponte ad potentiam aggredietur quae et sibi et generi suo in perpetuum foret exitiosa, sed ad rem publicam et legum iustissimarum optimarumque constitutionem, ne a minimis quidem caedibus et exsiliis proficiscentem. quae sane dum nunc Dio fecit et impia pati quam facere maluit, licet ne pateretur caveret, tamen cecidit quum iam ad summum hoc pervenisset ut hostibus superior evaderet, nihil miri perpessus. pium enim hominem temperantemque et sapientem in universum quidem numquam impiorum animus fallet, gubernatoris tamen boni affectio si fortasse ei accidat, non sit mirandum, quem futura quidem tempestas omnino non latuerit, immensa vero et inexspectata tempestatum vis latere latensque vi potuerit obruere. idem igitur Dionem fefellit saltem; malos enim esse, qui ipsum perdiderint, probe quidem perspectum habuit, quo autem imperitiae reliquaeque improbitatis et insatiabilis cupiditatis progressi essent, nescivit: quo sane deceptus iacet, Siciliam luctu implens incredibili.

His igitur relatis, quae suadeo, a me dicta sunt et dicta sunto. repetivi autem secundam in Siciliam profectionem, propterea quod necessarium esse putavi

μένων. εἰ δ' ἄρα τινὶ τὰ νῦν ῥηθέντα εὐλογώτερα ἐφάνη καὶ προφάσεις πρὸς τὰ γενόμενα ἱκανὰς ἔχειν ἔδοξέ τῳ, μετρίως ἂν ἡμῖν καὶ ἱκανῶς εἴη τὰ νῦν εἰρημένα.

Η.

Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις εὖ πράττειν.

Ἃ δ' ἂν διανοηθέντες μάλιστα εὖ πράττοιτε, ὄντως πειράσομαι ταῦθ' ὑμῖν κατὰ δύναμιν διεξελθεῖν. ἐλπίζω δὲ οὐχ ὑμῖν μόνοις ξυμβουλεύσειν τὰ ξυμφέροντα, μάλιστά γε μὴν ὑμῖν, καὶ δευτέροις πᾶσι * τοῖς ἐν Συρακούσαις, τρί- C τοις δὲ ὑμῶν καὶ τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις, πλὴν εἴ τις αὐτῶν ἀνοσιουργὸς γέγονε· ταῦτα γὰρ ἀνίατα καὶ οὐκ ἄν ποτέ τις αὐτὰ ἐκνίψειε. νοήσατε δὲ ἃ λέγω νῦν.

Ἐσθ' ὑμῖν κατὰ Σικελίαν πᾶσαν λελυμένης τῆς τυραννίδος πᾶσα μάχη περὶ αὐτῶν τούτων, τῶν μὲν βουλομένων ἀναλαβεῖν πάλιν τὴν ἀρχήν, τῶν δὲ τῇ τῆς τυραννίδος ἀποφυγῇ τέλος ἐπιθεῖναι. ξυμβουλὴ δὴ περὶ τῶν τοιούτων ὀρθὴ δοκεῖ ἑκάστοτε τοῖς * πολλοῖς εἶναι ταῦτα ξυμ- D βουλεύειν δεῖν ἃ τοὺς μὲν πολεμίους ὡς πλεῖστα κακὰ ἐξεργάσεται, τοὺς δὲ φίλους ὡς πλεῖστα ἀγαθά· τὸ δὲ οὐδαμῶς ῥᾴδιον, πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἄλλους μὴ οὐ καὶ πάσχειν αὐτὸν πολλὰ ἕτερα. δεῖ δὲ οὐ μακρὰν ἐλθόντας ποι τὰ τοιαῦτα ἐναργῶς ἰδεῖν, ἀλλ' ὅσα νῦν γέγονε τῇδε αὐτοῦ περὶ Σικελίαν, τῶν μὲν ἐπιχειρούντων δρᾶν, τῶν δὲ ἀμύνασθαι τοὺς δρῶντας· ἃ κἂν ἄλλοις μυθολογοῦντες ἱκανοὶ γίγνοισθ' * ἂν ἑκάστοτε διδάσκαλοι. τούτων μὲν E δὴ σχεδὸν οὐκ ἀπορία· τῶν δὲ ὅσα γένοιτ' ἂν ἢ πᾶσι συμφέροντα ἐχθροῖς τε καὶ φίλοις ἢ ὅτι σμικρότατα κακὰ

de ea exponere ob eorum quae facta sunt admirabilitatem ac temeritatem. quodsi cui nunc relata rationi magis consentanea iustisque de causis facta videbuntur, recte nobis satisque nunc dicta erunt.

EPISTOLA VIII.

Plato Dionis cognatis et amicis salutem.

Quibus autem consiliis consequi possitis quam vobis precor salutem prosperrimumque rerum vestrarum successum, revera conabor vobis quoad eius potero exponere. atque spero non vobis mod , quae conducant suasurum esse, quamquam maxime vobis, verum etiam omnibus qui sunt Syracusis, et tertio inimicis quoque et hostibus vestris, nisi si quis eorum scelestus fuerit; haec sunt enim insanabilia, nec umquam aliquis ea eluere poterit. animadvertite vero quae nunc dico.

Omnis vestra nunc per Siciliam contentio soluta tyrannide in hoc versatur quod alii rursus principatum suscipere volunt, alii tyrannidis solutioni finem cogitant imponere. consilium autem de talibus rectum semper multitudini videtur hoc esse ut ea suadeas unde hostes plurimis afficiantur malis, amici vero plurima percipiant bona. nequaquam vero facile est, multa mala ceteris inferentem non ipsum multa alia perpeti. nec vero est quod longe abeamus ut clare haec perspiciamus, sed satis est ea quae nunc hic in Sicilia geruntur intueri, dum alii mala inferre, alii inferentes propulsare conantur: quae aliis quoque narrantes idonei omni tempore eritis doctores. et in his quidem nulla fere difficultas inest; quae vero omnibus conducant inimicis et amicis, vel quae quam minimum mali ambo-

ἀμφοῖν, ταῦτα οὔτε ῥᾴδιον ὁρᾶν οὔτε ἰδόντα ἐπιτελεῖν,
εὐχῇ δὲ προςέοικεν ἡ τοιαύτη ξυμβουλή τε καὶ ἐπιχείρησις
τοῦ λόγου. ἔστω δὴ παντάπασι μὲν εὐχή τις (ἀπὸ γὰρ
θεῶν χρὴ πάντα ἀρχόμενον * ἀεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν), 353
ἐπιτελὴς δ' εἴη σημαίνουσα ἡμῖν τοιόνδε τινὰ λόγον. νῦν
ὑμῖν καὶ τοῖς πολεμίοις σχεδόν, ἐξ οὗπερ γέγονεν ὁ πόλε-
μος, συγγένεια ἄρχει μία διὰ τέλους, ἥν ποτε κατέστησαν
οἱ πατέρες ὑμῶν ἐς ἀπορίαν ἐλθόντες τὴν ἅπασαν, τόθ'
ὅτε κίνδυνος ἐγένετο ἔσχατος Σικελίᾳ τῇ τῶν Ἑλλήνων ὑπὸ
Καρχηδονίων ἀνάστατον ὅλην ἐκβαρβαρωθεῖσαν γενέσθαι,
τότε γὰρ εἵλοντο Διονύσιον μὲν ὡς νέον καὶ πολεμικὸν ἐπὶ
τὰς τοῦ πολέμου πρεπούσας * αὐτῷ πράξεις, σύμβουλον B
δὲ καὶ πρεσβύτερον Ἱππαρῖνον, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς Σικελίας
αὐτοκράτορας, ὥς φασι, τυράννους ἐπονομάζοντες. καὶ
εἴτε δὴ θείαν τις ἡγεῖσθαι βούλεται τύχην καὶ θεὸν εἴτε
τὴν τῶν ἀρχόντων ἀρετὴν εἴτε καὶ τὸ ξυναμφότερον μετὰ
τῶν τότε πολιτῶν τῆς σωτηρίας αἰτίαν ξυμβῆναι γενομένην,
ἔστω ταύτῃ ὅπῃ τις ὑπολαμβάνει· σωτηρία δ' οὖν οὕτως
συνέβη τοῖς τότε γενομένοις. τοιούτων οὖν αὐτῶν γεγονό-
των δίκαιόν που τοῖς σώσασι * πάντας χάριν ἔχειν. εἰ δέ C
τι τὸν μετέπειτα χρόνον ἡ τυραννὶς οὐκ ὀρθῶς τῇ τῆς
πόλεως δωρεᾷ κατακέχρηται, τούτων δίκας τὰς μὲν ἔχει,
τὰς δὲ τινέτω. τίνες οὖν δὴ δίκαι ἀναγκαίως ὀρθαὶ γί-
γνοιντ' ἂν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς; εἰ μὲν ῥᾳδίως
ὑμεῖς ἀποφυγεῖν οἷοί τ' ἦτε αὐτοὺς καὶ ἄνευ μεγάλων κιν-
δύνων καὶ πόνων, ἢ ἐκεῖνοι ἑλεῖν εὐπετῶς πάλιν τὴν ἀρ-
χήν, οὐδ' ἂν συμβουλεύειν οἷόν τ' ἦν τὰ μέλλοντα ῥηθή-
σεσθαι· νῦν δ' ἐννοεῖν ὑμᾶς ἀμφοτέρους * χρεὼν καὶ D
ἀναμιμνήσκεσθαι ποσάκις ἐν ἐλπίδι ἑκάτεροι γεγόνατε τοῦ
νῦν οἴεσθαι σχεδὸν ἀεί τινος σμικροῦ ἐπιδεεῖς εἶναι τὸ μὴ
πάντα κατὰ νοῦν πράττειν· καὶ δὴ καὶ ὅτι τὸ σμικρὸν
τοῦτο μεγάλων καὶ μυρίων κακῶν αἴτιον ἑκάστοτε ξυμβαί-
νει γιγνόμενον, καὶ πέρας οὐδέν ποτε τελεῖται, ξυνάπτει δὲ
ἀεὶ παλαιὰ τελευτὴ δοκοῦσα ἀρχῇ φυομένῃ νέᾳ, διολέσθαι
δ' ὑπὸ τοῦ κύκλου τούτου κινδυνεύσει καὶ τὸ τυραννικὸν
ἅπαν καὶ * τὸ δημοτικὸν γένος, ἥξει δέ, ἐάνπερ τῶν εἰκό- E

hus afferunt; ea neque facilia sunt ad cognoscendum neque, si cognita fuerint, ad perficiendum. immo eiusmodi consilium et talis sententiae expositio voto sunt similia. esto igitur omnino votum quoddam (a diis enim cuique et dicendi et cogitandi semper initium est sumendum), perfectum autem fuerit talem quandam vobis rationem significans. nunc vobis et hostibus fere, a quo tempore bellum fuit, una perpetuo familia dominatur, quam olim constituerunt patres vestri, quum ad summam pervenissent rerum desperationem, eo tempore quo summum in periculum venerat Sicilia Graecorum ne a Carthaginiensibus tota eversa barbarorum naturam sibi indueret. tunc enim elegerunt Dionysium quippe iuvenem reique militaris peritum ad actiones militares ei convenientes, consiliarium vero et seniorem Hipparinum ad Siciliae salutem, dominatores, ut dicunt, tyrannos vocantes. et sive quis divinam fortunam et deum sive principum virtutem sive utrumque cum civibus qui tunc fuerunt salutis causam fuisse volt existimare, est ita ut quispiam putaverit: salus certe ita eis quae tunc gerebantur obtigit. quum igitur tales illi fuerint, par est servatoribus omnes gratiam habere. si vero postero tempore tyrannis civitatis dono non recte usa est, eius rei partim poenas dat, partim pendito. quaenam autem poenae necessario rectae fuerint in hoc rerum statu? si quidem vos facile eos effugere possetis et sine magnis periculis laboribusque, aut illi facile principatum rursus arripere possent, ne suadere quidem possem ea quae dicturus sum; nunc autem ambos vos considerare oportet et in memoriam revocare, quoties utrique in hac spe constituti sitis ut putaretis fere semper parvum quiddam deesse atque obstare quominus omnia ex animi sententia succederent; atque etiam hoc reputate parvum hoc magnorum et infinitorum malorum semper causam esse nec finem umquam habere, sed qui veteris mali videatur finis,

των γίγνεταί τι καὶ ἀπευκτῶν, σχεδὸν εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς Σικελία πᾶσα, Φοινίκων ἢ Ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἴς τινα δυναστείαν καὶ κράτος. τούτων δὴ χρὴ πάσῃ προθυμίᾳ πάντας τοὺς Ἕλληνας τέμνειν φάρμακον. εἰ μὲν δή τις ὀρθότερον ἄμεινόν τ' ἔχει τοῦ ὑπ' ἐμοῦ ῥηθησομένου, ἐνεγκὼν εἰς τὸ μέσον * ὀρθότατα φιλέλλην ἂν 354
λεχθείη· ὃ δέ μοι φαίνεταί πῃ τὰ νῦν, ἐγὼ πειράσομαι πάσῃ παῤῥησίᾳ καὶ κοινῷ τινὶ δικαίῳ λόγῳ χρώμενος δηλοῦν. λέγω γὰρ δὴ διαιτητοῦ τινὰ τρόπον διαλεγόμενος ὡς δυοῖν τυραννεύσαντί τε καὶ τυραννευθέντι, ὡς ἑνὶ ἑκατέρῳ παλαιὰν ἐμὴν ξυμβουλήν. καὶ νῦν δ' ὅ γ' ἐμὸς λόγος ἂν εἴη ξύμβουλος τυράννῳ παντὶ φεύγειν μὲν τοὔνομά τε καὶ τοὖργον τοῦτο, εἰς βασιλείαν δέ, εἰ δυνατὸν εἴη, μεταβαλεῖν. δυνατὸν * δέ, ὡς ἔδειξεν ἔργῳ σαφὸς ἀνὴρ καὶ ἀγα- B
θὸς Λυκοῦργος, ὃς ἰδὼν τὸ τῶν οἰκείων γένος ἐν Ἄργει καὶ Μεσήνῃ ἐκ βασιλέων εἰς τυράννων δύναμιν ἀφικομένους καὶ διαφθείραντας ἑαυτούς τε καὶ τὴν πόλιν ἑκατέρους ἑκατέραν, δείσας περὶ τῆς αὐτοῦ πόλεως ἅμα καὶ γένους φάρμακον ἐπήνεγκε τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν καὶ τὸν τῶν ἐφόρων δασμὸν τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς σωτήριον, ὥστε γενεὰς τοσαύτας ἤδη μετ' εὐκλείας σώζεσθαι, νόμος ἐπειδὴ * κύριος ἐγένετο βασιλεὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ ἄν- C
θρωποι τύραννοι νόμων. ὃ δὴ καὶ νῦν οὑμὸς λόγος πᾶσι παρακελεύεται, τοῖς μὲν τυραννίδος ἐφιεμένοις ἀποτρέπεσθαι καὶ φεύγειν φυγῇ ἀπλήστως *) πεινώντων εὐδαιμόνισμα ἀνθρώπων καὶ ἀνοήτων, εἰς βασιλέως δ' εἶδος πειρᾶσθαι μεταβάλλειν καὶ δουλεῦσαι νόμοις βασιλικοῖς, τὰς μεγίστας τιμὰς κεκτημένους παρ' ἑκόντων τε ἀνθρώπων καὶ τῶν νόμων. τοῖς δὲ δὴ ἐλεύθερα * διώκουσιν ἤδη καὶ D
φεύγουσι τὸν δούλειον ζυγὸν ὡς ὂν κακόν, εὐλαβεῖσθαι ξυμβουλεύοιμ' ἂν μή ποτε ἀπληστίᾳ ἐλευθερίας ἀκαίρου τινὸς εἰς τὸ τῶν προγόνων νόσημα ἐμπέσωσιν, ὃ διὰ τὴν ἄγαν ἀναρχίαν οἱ τότε ἔπαθον, ἀμέτρῳ ἐλευθερίας χρώμενοι ἔρωτι. οἱ γὰρ πρὸ Διονυσίου καὶ Ἱππαρίνου ἀρξάντων **) Σικελιῶται τότε, ὡς ᾤοντο, εὐδαιμόνως ἔζων,

---

*) γρ. ἀπλήστῳ. **) γρ. ἄρξαντες.

eum novo semper suborienti principio annecti, et per hunc orbem tyrannicum totum et populare genus periturum esse omnemque Siciliam, si quid veri simillimum et abominandorum evenerit, ad graecae linguae fere oblivionem redactum iri, in Phoenicum vel Opicorum potestatem et imperium delapsam. ad quod quidem omnes Graecos omni studio remedium oportet comparare. iam si quis rectius quid et melius habet eo quod dicturus sum, is in medium proferens rectissime Graeciae amans dicetur. quod autem mihi videtur, id ego nunc conabor omni libertate et communi quodam iusto sermone utens declarare. dico videlicet arbitri cuiusdam instar disserens utrique duorum qui sunt, tyrannidem exercenti et ei subiecto, hoc quod iam dudum suasi. et nunc sane sermo meus cuivis tyranno suadet ut et nomen et rem hanc fugiat et, si fieri potest, in regnum commutet. fieri autem potest, ut re ipsa sapiens et bonus vir Lycurgus ostendit, qui quum vidisset cognatorum suorum genus Argis et Mesenae e regibus ad tyrannorum potestatem delapsos et corrumpentes se ipsos et civitatem utrosque utramque, timens civitati suae simulque generi remedium attulit senatorum magistratum et ephororum distributionem in regalis imperii salutem; quo factum est per tot iam saecla cum gloria servatum sit, postquam lex vera exstitit regina hominum, non homines tyranni legum. quod quidem etiam sermo nunc meus omnibus suadet qui tyrannidem appetunt, ut aversentur eam et longissime fugiant hominum insatiabili cupiditate ardentium et insipientium felicitatem, in regni vero speciem eam conentur commutare et legibus regiis serviant, maximos honores a volentibus et hominibus et legibus consequuturi. eis vero qui liberos mores persequuntur et iugum servile ut malum fugiunt, suadeo ut caveant ne umquam inexplebili intempestivae cuiusdam libertatis cupiditate ducti in maiorum morbum incidant, quo la-

τρυφῶντές τε καὶ ἅμα ἀρχόντων ἄρχοντες· οἳ καὶ τοὺς
δέκα στρατηγοὺς κατέλευσαν βάλλοντες τοὺς πρὸ Διονυ-
σίου, κατὰ * νόμον οὐδένα κρίναντες, ἵνα δὴ δουλεύοιεν E
μηδενὶ μήτε σὺν δίκῃ μήτε νόμῳ δεσπότῃ, ἐλεύθεροι δ'
εἶεν πάντῃ πάντως· ὅθεν αἱ τυραννίδες ἐγένοντο αὐτοῖς.
δουλεία γὰρ καὶ ἐλευθερία ὑπερβάλλουσα μὲν ἑκατέρα
πάγκακον, ἔμμετρος δὲ οὖσα πανάγαθον· μετρία δὲ ἡ
θεῷ δουλεία, ἄμετρος δὲ ἡ τοῖς ἀνθρώποις· θεὸς δὲ ἀν-
θρώποις σώφροσι νόμος, * ἄφροσι δὲ ἡδονή. τούτων δὴ 355
ταύτῃ πεφυκότων, ἃ ξυμβουλεύω Συρακοσίοις πᾶσι, φρά-
ζειν παρακελεύομαι τοῖς Δίωνος φίλοις ἐκείνου καὶ ἐμὴν
κοινὴν ξυμβουλήν· ἐγὼ δὲ ἑρμηνεύσω ἃ ἐκεῖνος ἔμπνους
ὢν καὶ δυνάμενος εἶπεν *) νῦν πρὸς ὑμᾶς. τίν' οὖν δή
τις ἂν εἴποι λόγον ἀποφαίνεται ἡμῖν περὶ τῶν νῦν παρόν-
των ἡ Δίωνος ξυμβουλή; τόνδε.

Δέξασθε, ὦ Συρακόσιοι, πάντων πρῶτον νόμους,
οἵτινες ἂν ὑμῖν φαίνωνται μὴ πρὸς χρηματισμὸν * καὶ B
πλοῦτον τρέψαντες τὰς γνώμας ὑμῶν μήτ' ἐπιθυμίας, ἀλλ'
ὄντων τριῶν, ψυχῆς καὶ σώματος, ἔτι δὲ χρημάτων, τὴν
τῆς ψυχῆς ἀρετὴν ἐντιμοτάτην ποιοῦντες, **) δευτέραν δὲ
τὴν τοῦ σώματος, ὑπὸ τῇ τῆς ψυχῆς κειμένην, τρίτην δὲ
καὶ ὑστάτην τὴν τῶν χρημάτων τιμήν, δουλεύουσαν τῷ
σώματί τε καὶ τῇ ψυχῇ. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀπεργαζόμενος
θεσμὸς νόμος ἂν ὀρθῶς ὑμῖν εἴη κείμενος, * ὄντως εὐδαί- C
μονας ἀποτελῶν τοὺς χρωμένους· ὁ δὲ τοὺς πλουσίους
εὐδαίμονας ὀνομάζων λόγος αὐτός τε ἄθλιος, γυναικῶν
καὶ παίδων ὢν λόγος ἄνους, τοὺς πειθομένους τε ἀπεργά-
ζεται τοιούτους. ὅτι δ' ἀληθῆ ταῦτ' ἐγὼ παρακελεύομαι,
ἐὰν γεύσησθε τῶν νῦν λεγομένων περὶ νόμων, ἔργῳ γνώ-
σεσθε· ἣ δὴ βάσανος ἀληθεστάτη δοκεῖ γίγνεσθαι τῶν
πάντων πέρι. δεξάμενοι δὲ τοὺς τοιούτους νόμους, ἐπειδὴ
κατέχει κίνδυνος Σικελίαν, καὶ * οὔτε κρατεῖτε ἱκανῶς οὔτ' D
αὖ διαφερόντως κρατεῖσθε, δίκαιον ἂν ἴσως καὶ ξυμφέρον
γίγνοιτο ὑμῖν πᾶσι μέσον τεμεῖν, τοῖς τε φεύγουσι τῆς ἀρ-

*) Ἴσ. εἴποι ἄν. **) γρ. χρημάτων, πρώτην μὲν τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἔχειν δεῖ.

borarunt illi propter nimiam dissolutionem immoderato libertatis amore flagrantes. nam Siculi illi ante Dionysi et Hipparini imperium beate, ut sibi videbantur, vixerunt luxuria diffluentes simulque imperantibus imperantes; qui etiam decem exercitus duces ante Dionysium lapidarunt nulla ex lege iudicatos, ut scilicet nemini servirent neque ex lege domina, sed liberi omni omnino modo essent; unde tyrannides eis exortae sunt. servitus enim et libertas modum excedens utraque prorsus mala, moderata vero perquam bona est; moderata est servitus quam deo servimus, immoderata quam hominibus; et deus hominibus sapientibus lex est, insipientibus voluptas. quae quidem quum se sic habeant, quae suadeo Syracusiis omnibus, ea iubeo significari Dionis amicis ut commune illius et meum consilium; ego vero interpretabor quae ille, si spiraret et loqui posset, nunc vobis diceret. quid igitur, dixerit quispiam, nobis declarat de praesente rerum conditione Dionis consilium? hoc.

Accipite, Syracusii, omnium primum leges, quae videantur vobis non ad quaestum et divitias neque ad cupiditates animos vestros convertere, sed, quum tria sint, animus, corpus et opes, animi virtutem plurimi aestiment, secundo loco corporis praestantiam animi virtuti subiectam, et tertio ultimoque loco opes, corpori et animo servientes. et hoc quidem quae efficit praescriptio, lex vobis recte posita erit, vere beatos reddens qui ea utentur, ratio contra quae divites felices nominat et ipsa misera est, quippe quae mulierum ac puerorum insipiens sit oratio, et qui ei parent hos quoque miseros efficit. me autem vera haec monere, si quae nunc de legibus dixi experti fueritis, re cognoscetis, quae quidem probatio verissima videtur esse omnibus in rebus. huiusmodi igitur legibus acceptis, quum Sicilia in periculum venerit, ut neque imperetis satis neque imperio admodum subiecti sitis, iustum for-

καὶ πρότερον ἐῤῥήθη, πρέσβεις οὓς ἂν ἐθελήσωσι κυρίους
ποιησάμενοι τῶν διαλλαγῶν, εἴτε τινὰς αὐτόθεν εἴτε ἔξω-
θεν εἴτε ἀμφότερα, καὶ ὁπόσους ἂν συγχωρήσωσι. τού-
τους δ' ἐλθόντας νόμους μὲν πρῶτον * θεῖναι καὶ πολι- D
τείαν τοιαύτην, ἐν ᾗ βασιλέας ἁρμόττει γίγνεσθαι κυρίους
ἱερῶν τε καὶ ὅσων ἄλλων πρέπει τοῖς γενομένοις ποτὲ εὐερ-
γέταις· πολέμου δὲ καὶ εἰρήνης ἄρχοντας νομοφύλακας
ποιήσασθαι ἀριθμὸν τριάκοντα καὶ πέντε μετά τε δήμου
καὶ βουλῆς. δικαστήρια δὲ ἄλλα μὲν ἄλλων, θανάτου δὲ
καὶ φυγῆς τούς τε πέντε καὶ τριάκοντα ὑπάρχειν. πρὸς
τούτοις τε ἐκλεκτοὺς γίγνεσθαι δικαστὰς ἐκ τῶν νῦν ἀεὶ
περυσινῶν ἀρχόντων, * ἕνα ἀφ' ἑκάστης τῆς ἀρχῆς τὸν E
ἄριστον δόξαντ' εἶναι καὶ δικαιότατον· τούτους δὲ τὸν
ἐπιόντα ἐνιαυτὸν δικάζειν ὅσα θανάτου καὶ δεσμοῦ καὶ με-
ταστάσεως τῶν πολιτῶν· βασιλέα δὲ τῶν τοιούτων δικῶν
μὴ ἐξεῖναι δικαστὴν γίγνεσθαι, καθάπερ ἱερέα, φόνου κα-
θαρεύοντα καὶ * δεσμοῦ καὶ φυγῆς. Ταῦθ' ὑμῖν ἐγὼ καὶ 357
ζῶν διενοήθην γίγνεσθαι καὶ νῦν διανοοῦμαι. καὶ τότε
κρατήσας τῶν ἐχθρῶν μεθ' ὑμῶν, εἰ μὴ ξενικαὶ ἐριννύες
ἐκώλυσαν, κατέστησα ἂν ᾗπερ καὶ διενοούμην, καὶ μετὰ
ταῦτα Σικελίαν ἂν τὴν ἄλλην, εἴπερ ἔργα ἐπὶ τῷ ἐγίγνετο,
κατῴκισα, τοὺς μὲν βαρβάρους ἣν νῦν ἔχουσιν ἀφελόμενος,
ὅσοι μὴ ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας διεπολέμησαν πρὸς
τὴν τυραννίδα, τοὺς δ' ἔμπροσθεν οἰκητὰς τῶν Ἑλληνικῶν
* τόπων εἰς τὰς ἀρχαίας καὶ πατρῴας οἰκήσεις κατοικίσας. B
ταὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ νῦν πᾶσι συμβουλεύω κοινῇ διανοη-
θῆναι καὶ πράττειν τε καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταύτας τὰς
πράξεις πάντας, τὸν μὴ ἐθέλοντα δὲ πολέμιον ἡγεῖσθαι
κοινῇ. ἔστι δὲ ταῦτα οὐκ ἀδύνατα· ἃ γὰρ ἐν δυοῖν τε
ὄντα ψυχαῖν τυγχάνει καὶ λογισαμένοις εὑρεῖν βέλτιστα
ἑτοίμως ἔχει, ταῦτα δὲ σχεδὸν ὁ κρίνων ἀδύνατα οὐκ εὖ
φρονεῖ. λέγω δὲ τὰς δύο τήν τε * Ἱππαρίνου τοῦ Διονυ- C
σίου υἱέος καὶ τὴν τοῦ ἐμοῦ υἱέος· τούτοιν γὰρ ξυνομο-
λογησάντοιν τοῖς γε ἄλλοις Συρακουσίοις οἶμαι πᾶσιν ὅσοι-
περ τῆς πόλεως κήδονται ξυνδοκεῖν. ἀλλὰ θεοῖς τε πᾶσι
τιμὰς μετ' εὐχῶν δόντες τοῖς τε ἄλλοις ὅσοις μετὰ θεῶν

tes sive utrumque, et quot illi concesserint. hi vero quum convenerint, primum leges ferant et eiusmodi rem publicam constituant in qua reges, ut decet, praefecti sint sacris reliquisque rebus quarum procuratio conveniat in viros olim de patria bene meritos. belli et pacis principes statuite legum custodes triginta quinque cum populo et senatu. iudicia alia aliorum sunto, mortis vero et exsili iudices sunto triginta illi quinque. ad hos electi iudices constituantur ex eorum semper numero qui anno ante magistratum gesserint, unus ex quoque magistratu, qui se optimum et iustissimum exhibuerit; hi per annum sequentem de morte et vinclis et exsilio civium iudicanto; regi vero huiusmodi iudiciorum ne liceat iudici esse, ut, quemadmodum sacerdos, a caede et vinclis et exsilio purus sit. De his ut vobis contingerent vivus ego cogitavi et nunc cogito. et tunc si vobiscum inimicis superior evasissem, quod quidem contigisset, nisi externae furiae impedissent, sane constituissem quomodo cogitaveram, et deinde reliquam Siciliam, si res ex animi sententia successissent, condidissem, barbaris ex ea quam nunc tenent parte expulsis, eis quidem qui non pro communi libertate adversus tyrannidem pugnassent, et prioribus habitatoribus Graecorum locorum in pristinas patriasque sedes restitutis. eadem vero haec nunc quoque omnibus vobis auctor sum ut communiter cogitetis et faciatis omnesque ad haec invitetis, eum vero qui noluerit communem iudicetis hostem. neque haec talia sunt quae fieri non possint; quae enim in duorum animis posita sunt et secum reputantibus facile optima reperiuntur; haec qui fieri non posse iudicat, is non recte sentit. dico autem duos Hipparinum Dionysi filium et meum filium. hi enim duo si consenserint, arbitror etiam reliquos Syracusios omnes, quibus res publica curae sit, consensuros esse. quare diis omnibus honores cum precibus tribuentes et reliquis omni-

πρέπει, πείθοντες καὶ προκαλούμενοι φίλους καὶ διαφόρους μαλακῶς τε καὶ πάντως, μὴ ἀποστῆτε πρὶν ἂν τὰ νῦν ὑφ' ἡμῶν λεχθέντα, οἷον ὀνείρατα θεῖα ἐπιστάντα ἐγρηγορόσιν, ἐναργῆ τε ἐξεργάσησθε * τελεσθέντα καὶ εὐτυχῆ. D

Θ.

Πλάτων Ἀρχύτᾳ Ταραντίνῳ εὖ πράττειν.

Ἀφίκοντο πρὸς ἡμᾶς οἱ περὶ Ἄρχιππον καὶ Φιλωνίδην, τήν τε ἐπιστολὴν φέροντες * ἣν σὺ αὐτοῖς ἔδωκας, καὶ E ἀπαγγέλλοντες τὰ παρὰ σοῦ. τὰ μὲν οὖν πρὸς τὴν πόλιν οὐ χαλεπῶς διεπράξαντο (καὶ γὰρ οὐδὲ παντελῶς ἦν ἐργώδη), τὰ δὲ παρὰ σοῦ διῆλθον ἡμῖν λέγοντες ὑποδυσφορεῖν σε ὅτι οὐ δύνασαι τῆς περὶ τὰ κοινὰ ἀσχολίας ἀπολυθῆναι. ὅτι μὲν οὖν ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν, ἄλλως τε καὶ εἴ τις * ἕλοιτο τοιαῦτα πράττειν οἷα 358 καὶ σύ, σχεδὸν παντὶ δῆλον· ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. πολλὰ δὲ καὶ τοῖς καιροῖς δίδοται τοῖς τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνουσι· καλούσης δὲ τῆς πατρίδος αὐτῆς πρὸς τὰ κοινὰ ἄτοπον ἴσως τὸ μὴ ὑπακούειν· ἅμα γὰρ ξυμβαίνει καὶ χώραν καταλιμπάνειν φαύλοις * ἀνθρώποις, οἳ οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου B πρὸς τὰ κοινὰ προσέρχονται. περὶ τούτων μὲν οὖν ἱκανῶς· Ἐχεκράτους δὲ καὶ νῦν ἐπιμέλειαν ἔχομεν καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἕξομεν καὶ διὰ σὲ καὶ διὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ Φρυνίωνα καὶ δι' αὐτὸν τὸν νεανίσκον.

bus, quibus cum diis par est eos tribui, persuadete et adhortamini amicos et adversarios leniter omnique modo, nec prius desistite quam, quae nunc a nobis dicta sunt, velut somnia divina vigilantibus oblata, evidentia effeceritis et ad exitum felicem adduxeritis.

EPISTOLA IX.

Plato Archytae Tarentino salutem.

Venerunt ad nos Archippus et Philonides, epistolam quam tu eis dedisti afferentes et cetera de te nuntiantes. quae igitur ad civitatem spectant, haud difficulter transegerunt (neque enim omnino erant laboriosa), quae vero ad te attinent, narrarunt nobis te aliquanto aegrius ferre, quod publicis te occupationibus exsolvere nequeas. atque iucundissimum quidem esse in vita res suas agere, praesertim si quis talia agenda susceperit, qualia tu, omnibus fere patet; verum hoc quoque te cogitare oportet, quemque nostrum non sibi solum natum esse, sed ortus nostri partem patriam vindicare, partem parentes, partem ceteros amicos. multa vero etiam temporibus dantur quae in vitam nostram incidunt; quum autem patria ipsa ad res civiles vocat, absurdum sine dubio est non obedire; simul enim contingit ut vilibus hominibus locus relinquatur, qui non ex optimi ratione ad rem publicam accedunt. sed de his quidem satis; Echecratem autem et nunc curamus et in posterum curabimus, tum tua, tum patris eius Phrynionis, tum ipsius adolescentis gratia.

I.

Πλάτων Ἀριστοδώρῳ εὖ πράττειν.

*Ἀκούω Δίωνος ἐν τοῖς μάλιστα * ἑταῖρον εἶναί τέ σε* C
*νῦν καὶ γεγονέναι διὰ παντός, τὸ σοφώτατον ἦθος τῶν εἰς φιλοσοφίαν παρεχόμενον· τὸ γὰρ βέβαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιές, τοῦτο ἐγώ φημι εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν, τὰς δὲ ἄλλας τε καὶ εἰς ἄλλα τεινούσας σοφίας τε καὶ δεινότητας κομψότητας οἶμαι προσαγορεύων ὀρθῶς ὀνομάζειν. ἀλλ' ἔῤῥωσό τε καὶ μένε ἐν τοῖς ἤθεσιν * οἷσπερ* D
καὶ νῦν μένεις.

EPISTOLA X.

Plato Aristodoro salutem.

Audio te unum ex intimis Dionis familiaribus et nunc esse et semper fuisse, quippe qui sapientissimos ad philosophiam mores adhibueris; firmum enim et fidum et sincerum, hoc ego dico esse veram philosophiam, ceteras vero et alia spectantes sapientias et praestantias elegantias si appellem, recte me nominare puto. iam vale et mane in moribus quibus etiam nunc manes.

πόλεις οὕτω κατεσκευάσθησαν, καὶ ἔπειτα εὖ ᾤκησαν, ὑπὸ ξυμβάσεων πραγμάτων μεγάλων καὶ κατὰ πόλεμον καὶ κατὰ τὰς ἄλλας πράξεις γενομένων, ὅταν ἐν τοιούτοις καιροῖς ἀνὴρ καλός τε καὶ ἀγαθὸς ἐγγένηται μεγάλην δύναμιν ἔχων. τὸ δ' ἔμπροσθεν αὐτὰ προθυμεῖσθαι μὲν χρὴ καὶ * ἀνάγκη, C διανοεῖσθαι μέντοι αὐτὰ οἷα λέγω, καὶ μὴ ἀνοηταίνειν οἰομένους τι ἑτοίμως διαπράξασθαι. *) Εὐτύχει.

ΙΒ.

Πλάτων Ἀρχύτᾳ Ταραντίνῳ εὖ πράττειν.

Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόνθ' ὑπομνήματα θαυμαστῶς ὡς ἄσμενοί τε ἐλάβομεν καὶ τοῦ γράψαντος * αὐτὰ ἠγάσθημεν D ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι ὁ ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν πάλαι προγόνων· λέγονται γὰρ δὴ οἱ ἄνδρες οὗτοι μύριοι **) εἶναι, οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοί, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ. τὰ δὲ παρ' ἐμοὶ ὑπομνήματα περὶ ὧν ἐπέστειλας, ἱκανῶς μὲν οὔπω ἔχει, ὡς δέ ποτε τυγχάνει ἔχοντα, ἀπέσταλκά σοι. περὶ δὲ τῆς φυλακῆς ἀμφότεροι συμφωνοῦμεν, ὥστ' * οὐδὲν δεῖ παρακελεύεσθαι. Ἔρ- E ρωσο. ***)

*) γρ. διαπράξασθαι δεῖ. **) ἴσ. Μυραῖοι.

***) γρ. παρακελεύεσθαι.

constitutae et deinde bene administratae sunt ut; magni casus quum incidissent tum in bello tum in aliis actionibus, in tali tempore vir honestus et bonus exstiterit magna praeditus potestate. antea vero hoc cuili vos oportet et necesse est, et ea cogitare quae dico, non insipienter arbitrari facile vos hoc perfecturos esse. Vale.

EPISTOLA XII.

Plato Archytae Tarentino salutem.

Commentarios a te missos dici non potest quanta cum voluptate acceperimus eorumque auctorem quanto opere admirati simus; et visus est nobis vir ille dignus maioribus illis pristinis; dicuntur enim viri hi innumerabiles fuisse, et fuerunt in Troianis illis qui Laomedontis tempore emigraverant, viri praestantes, ut narratio tradita declarat. commentarii vero mei, de quibus scripsisti, nondum absoluti sunt, tamen, utcumque se habent, misi tibi. de custodia ambo consentimus, ut nihil opus sit admonitione. Vale.

ΙΓ.

Πλάτων Διονυσίῳ τυράννῳ Συρακουσῶν εὖ πράττειν.

Ἀρχή σοι τῆς ἐπιστολῆς ἔστω καὶ ἅμα ξύμβολον ὅτι 360 παρ' ἐμοῦ ἐστί· τοὺς Λοκροὺς ποθ' ἑστιῶν νεανίσκους, πόῤῥω κατακείμενος ἀπ' ἐμοῦ, ἀνέστης παρ' ἐμὲ καὶ φιλοφρονούμενος εἶπες εὖ τι ῥῆμα ἔχον, ὡς ἐμοί τε ἐδόκει καὶ * τῷ παρακατακειμένῳ (ἦν δ' οὗτος τῶν καλῶν τις, ὃς B τότε εἶπεν Ἦ που πολλά, ὦ Διονύσιε, εἰς σοφίαν ὠφελεῖ ὑπὸ Πλάτωνος. σὺ δ' εἶπες Καὶ εἰς ἄλλα πολλά· ἐπεὶ καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς μεταπέμψεως, ὅτι μετεπεμψάμην αὐτόν, δι' αὐτὸ τοῦτο εὐθὺς ὠφελήθην. Τοῦτ' οὖν διασωστέον, ὅπως ἂν αὐξάνηται αἰεὶ ἡμῖν ἡ ἀπ' ἀλλήλων ὠφέλεια. καὶ ἐγὼ νῦν τοῦτ' αὐτὸ παρασκευάζων τῶν τε Πυθαγορείων πέμπω σοι καὶ τῶν διαιρέσεων,*) καὶ ἄνδρα, ὥςπερ * ἐδό- C κει ἡμῖν τότε, ᾧ γε σὺ καὶ Ἀρχύτης, εἴπερ ἥκει παρὰ σὲ Ἀρχύτης, χρῆσθαι δύναισθ' ἄν. ἔστι δὲ ὄνομα μὲν Ἑλίκων, τὸ δὲ γένος ἐκ Κυζίκου, μαθητὴς δὲ Εὐδόξου καὶ περὶ πάντα τὰ ἐκείνου πάνυ χαριέντως ἔχων· ἔτι δὲ καὶ τῶν Ἰσοκράτους **) μαθητῶν τῳ ξυγγέγονε καὶ Πολυξένῳ τῶν Βρύσωνός τινι ἑταίρων. ὃ δὲ σπάνιον ἐπὶ τούτοις, οὔτε ἄχαρίς ἐστιν ἐντυχεῖν οὔτε κακοήθει ἔοικεν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλαφρὸς καὶ εὐήθης δόξειεν ἂν εἶναι. δεδιὼς δὲ λέγω * ταῦτα, ὅτι ὑπὲρ ἀνθρώπου δόξαν ἀποφαίνομαι, οὐ φαύ- D λου ζώου, ἀλλ' εὐμεταβόλου, πλὴν πάνυ ὀλίγων τινῶν καὶ εἰς ὀλίγα· ἐπεὶ καὶ περὶ τούτου φοβούμενος καὶ ἀπιστῶν

*) Ἴσ. τ. διαιρέσεων ἔμπειρον. **) Ἴσ. Σωκράτους.

EPISTOLA XIII.

Plato Dionysio tyranno Syracusarum salutem.

Principium epistolae esto simulque tibi argumento a me esse scriptam: quum aliquando Locrenses adolescentes convivio excepisses et procul a me discumberes, surrexisti ad me, et postquam benigne me exceperas, verbum protulisti quoddam concinnum, ut mihi videbatur itemque ei qui propter me discumbebat (erat autem hic unus de pulchris), qui tunc dixit Magnam sane tibi, Dionysi, utilitatem ad philosophiam praebet Plato. tum tu respondisti Ad alia quoque multa: nam ex ipsa quoque vocatione, quod eum arcessivi, ex hoc ipso statim utilitatem cepi. Hoc igitur conservandum est, ut utilitas quam inter nos praebemus semper nobis augeatur: et ego nunc hoc ipsum tibi praebens Pythagoreorum aliquem ad te mitto et divisionum peritum, virum, ut nobis visus est tunc, quo tu et Archytas, si quidem venerit ad te Archytas, uti poteritis. nomen ei est Helico, oriundus a Cyzico, discipulus Eudoxi et in omnibus quae hic tradidit admodum scite versatus; etiam cum Isocratis *) discipulorum aliquo versatus est et cum Polyxeno uno de Brysonis familiaribus. quod vero rarum in his est, neque ingrata est eius consuetudo neque maligno similis est, sed levis potius et simplex videri potest.

*) fort. *Socratis.*

ἐσκόπουν αὐτός τε ἐντυγχάνων καὶ ἐπυνθανόμην τῶν πολι-
τῶν αὐτοῦ, καὶ οὐδεὶς οὐδὲν φλαῦρον ἔλεγε τὸν ἄνδρα. σκό-
πει δὲ καὶ αὐτὸς καὶ εὐλαβοῦ. μάλιστα μὲν οὖν, ἂν καὶ
ὁπωστιοῦν σχολάζῃς, μάνθανε παρ' αὐτοῦ καὶ τἆλλα φιλο-
σόφει· εἰ δὲ μή, ἐκδίδαξαί τινα, ἵνα κατὰ σχολὴν μανθά-
νων βελτίων γίγνῃ καὶ εὐδοξῇς, ὅπως τὸ δι' ἐμὲ ὠφελεῖσθαί
σε μὴ ἀνιῇ. *) καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ.

* Περὶ δὲ ὧν ἐπέστελλές μοι ἀποπέμπειν σοί, τὸν 361
μὲν Ἀπόλλω ἐπριάμην **) τε καὶ ἄγει σοι Λεπτίνης, νέου
καὶ ἀγαθοῦ δημιουργοῦ· ὄνομα δ' ἔστιν αὐτῷ Λεωχάρης·
ἕτερον δὲ παρ' αὐτῷ ἔργον ἦν πάνυ κομψόν, ὡς ἐδόκει·
ἐπριάμην οὖν αὐτὸ βουλόμενός σου τῇ γυναικὶ δοῦναι, ὅτι
μου ἐπεμελεῖτο καὶ ὑγιαίνοντος καὶ ἀσθενοῦντος ἀξίως ἐμοῦ
τε καὶ σοῦ· δὸς οὖν αὐτῇ, ἂν μή τί σοι ἄλλο δόξῃ. πέμ-
πω δὲ καὶ οἴνου γλυκέος δώδεκα σταμνία τοῖς παισὶ καὶ
* μέλιτος δύο· ἰσχάδων δὲ ὕστερον ἤλθομεν τῆς ἀποθέ- B
σεως, τὰ δὲ μύρτα ἀποτεθέντα κατεσάπη· ἀλλ' αὖθις
βέλτιον ἐπιμελησόμεθα. περὶ δὲ φυτῶν Λεπτίνης σοι
ἐρεῖ.

Ἀργύριον δ' εἰς ταῦτα ἕνεκά τε τούτων καὶ εἰσφορῶν
τινῶν εἰς τὴν πόλιν ἔλαβον παρὰ Λεπτίνου, λέγων ἅ μοι
ἐδόκει εὐσχημονέστατα ἡμῖν εἶναι καὶ ἀληθῆ λέγειν, ὅτι
ἡμέτερον εἴη ὃ εἰς τὴν ναῦν ἀναλώσαμεν τὴν Λευκαδίαν,
σχεδὸν ἑκκαίδεκα μναῖ. τοῦτ' οὖν ἔλαβον, καὶ * λαβὼν C
αὐτός τε ἐχρησάμην καὶ ὑμῖν ταῦτα ἀπέπεμψα. τὸ δὴ με-
τὰ τοῦτο περὶ χρημάτων ἄκουε ὡς σοι ἔχει, περί τε τὰ
σὰ τὰ Ἀθήνησι καὶ περὶ τὰ ἐμά. ἐγὼ τοῖς σοῖς χρήμα-
σιν, ὥσπερ τότε σοι ἔλεγον, χρήσομαι καθάπερ τοῖς τῶν
ἄλλων ἐπιτηδείων, χρῶμαι δὲ ὡς ἂν δύνωμαι ὀλιγίστοις,
ὅσα ἀναγκαῖα ἢ δίκαια ἢ εὐσχήμονα ἐμοί τε δοκεῖ καὶ παρ'
οὗ ἂν λαμβάνω. ἐμοὶ δὴ τοιοῦτον νῦν ξυμβέβηκεν. εἰσί
μοι ἀδελφιδῶν θυγατέρες τῶν ἀποθανουσῶν * τότε ὅτ' D
ἐγὼ οὐκ ἐστεφανούμην, σὺ δ' ἐκέλευες, τέτταρες, ἡ μὲν
νῦν ἐπίγαμος, ἡ δὲ ὀκταέτις, ἡ δὲ σμικρὸν πρὸς τρισὶν
ἔτεσιν, ἡ δὲ οὔπω ἐνιαυσία. ταύτας ἐκδοτέον ἐμοί ἐστι καὶ

*) γρ. ἀνείη. **) ἄλλ. ἐποιησάμην.

dico autem haec cum timore, propterea quod sententiam meam de homine pronuntio, non vili animali, sed facile mutabili, quum a perpaucis quibusdam et paucas ad res discesseris. etenim de hoc quoque timens ac diffidens quaesivi, quum eum convenissem, et e civibus eius percontatus sum, neque quisquam mali quid de viro retulit. specta vero ipse et cautionem adhibe. maxime autem, si tibi ullo modo otium erit, disce ab eo et ceterum philosophare; sin minus, instituendum aliquem cura, ut per otium discendo melior exsistas et famam colligas neque a me iuvari desinas.

De quibus scripsisti ut tibi mitterem, Apollinem quidem emi et affert tibi Leptines, iuvenis et boni artificis opus; nomen ei est Leochares; aliud vero apud ipsum opus erat admodum elegans, ut videbatur; emi igitur ut uxori tuae dono darem, siquidem me procuravit et prospera et minus commoda valetudine utentem pro mea et sua dignitate; do igitur illud, nisi quid tibi videtur secus. mitto etiam pueris vini dulcis duodecim amphoras et mellis duas; caricae iam reconditae erant quum venissemus, et myrti baccae reconditae putruerunt; sed posthac melius curabimus. de plantis Leptines tibi narrabit.

Pecuniam vero ad haec emenda et vectigalia civitati pendenda accepi a Leptine, dicens ei, id quod mihi videbatur maxime nobis decorum esse atque verum, nostrum esse quod in navem insumpsissemus Leucadiam, fere sedecim minas. has igitur accepi acceptisque usus sum et vobis haec misi. iam de pecuniis tuis quae Athenis sunt et de meis quomodo se res habeat audi. ego pecuniis tuis, quemadmodum tunc tibi dixi, utar sicut reliquorum familiarium, utor autem quam paucissimis possum, quae necessaria vel iusta vel decora et mihi videntur esse et ei a quo accipio. mihi igitur tale quid nunc usu venit. sororis filiae, quae mortuae sunt, quum ego non coronarer, licet tu

*ταῖς ἐμοῖς ἐπιτηδείοις, αἷς ἂν ἐγὼ ἐπιβιῶ, αἷς δ᾽ ἂν μὴ
χαιρόντων· καὶ ὧν ἂν γένωνται οἱ πατέρες αὐτῶν ἐμοῦ
πλουσιώτεροι, οὐκ ἐκδοτέον· τὰ δὲ νῦν ἐγὼ αὐτῶν εὐπο-
ρώτερος. καὶ τὰς μητέρας δὲ αὐτῶν ἐγὼ ἐξέδωκα καὶ μετ᾽
ἄλλων καὶ μετὰ Δίωνος. * ἡ μὲν οὖν *) Σπευσίππῳ γα- E
μεῖται, ἀδελφῆς οὖσα αὐτῷ θυγάτηρ· δεῖ δὴ ταύτῃ οὐδὲν
πλέον ἢ τριάκοντα μνῶν· μέτριαι γὰρ αὗται ἡμῖν προῖκες.
ἔτι δὲ ἐὰν ἡ μήτηρ τελευτήσῃ ἡ ἐμή, οὐδὲν αὖ πλείονος
ἢ δέκα μνῶν δέοι ἂν εἰς τὴν οἰκοδομίαν τοῦ τάφου. καὶ
περὶ ταῦτα τὰ μὲν ἐμὰ ἀναγκαῖα σχεδόν τι ἐν τῷ νῦν
ταῦτά ἐστιν· ἐὰν δέ τι ἄλλο γίγνηται ἴδιον ἢ δημόσιον
ἀνάλωμα διὰ τὴν παρὰ σὲ ἄφιξιν, ὥσπερ τότε ἔλεγον, δεῖ
ποιεῖν, ἐμὲ μὲν διαμάχεσθαι ὅπως ὡς ὀλίγιστον γένηται τὸ
ἀνάλωμα, ὃ δ᾽ ἂν μὴ δύνωμαι, * σὴν εἶναι τὴν δαπάνην. 362
Τὸ δὴ μετὰ ταῦτα λέγω περὶ τῶν σῶν αὖ χρημάτων τῶν
Ἀθήνησι τῆς ἀναλώσεως, ὅτι πρῶτον μὲν ἐάν τι δέῃ ἐμὲ
ἀναλίσκειν εἰς χορηγίαν ἤ τι τοιοῦτον, οὐκ ἔστι σοι ξένος
οὐδεὶς ὅστις δώσει, ὡς ᾠόμεθα· ἐπεὶ καὶ ἄν τι σοὶ αὐτῷ
διαφέρῃ **) μέγα, ὥστε ἀναλωθὲν μὲν ἤδη ὀνῆσαι, μὴ
ἀναλωθὲν δέ, ἀλλ᾽ ἐγχρονισθέν, ἕως ἄν τις παρὰ σοῦ ἔλ-
θῃ, βλάψαι, πρὸς ***) τῷ χαλεπῷ τὸ τοιοῦτόν σοί ἐστι
καὶ αἰσχρόν. ἐγὼ γὰρ δὴ ταῦτά γε ἐξήτασα, παρ᾽ * Ἀν- B
δρομήδη τὸν Αἰγινήτην πέμψας Ἔραστον, παρ᾽ οὗ ἐκέλευες
τοῦ ὑμετέρου †) ξένου, εἴ τι δεοίμην, λαμβάνειν, βουλό-
μενος καὶ ἄλλα μείζονα ἃ ἐπέστελλες πέμπειν· ὁ δὲ εἶπεν
εἰκότα καὶ ἀνθρώπινα, ὅτι καὶ πρότερον ἀναλώσας τῷ
πατρί σου μόλις κομίσαιτο, καὶ νῦν σμικρὰ μὲν δοίη ἄν,
πλείω δὲ οὔ. οὕτω δὴ παρὰ Λεπτίνου ἔλαβον· καὶ τοῦτό
γε ἄξιον ἐπαινέσαι Λεπτίνην, οὐχ ὅτι ἔδωκεν, ἀλλ᾽ ὅτι προ-
θύμως, καὶ τὰ ἄλλα περὶ σὲ καὶ λέγων καὶ πράττων, * ὅ C
τι οἷός τ᾽ ἦν ἐπιτήδειος, φανερὸς ἦν. χρὴ γὰρ δὴ καὶ τὰ
τοιαῦτα καὶ τἀναντία τούτων ἐμὲ ἀπαγγέλλειν, ὁποῖός τις
ἂν ἕκαστος ἐμοὶ φαίνηται περὶ σέ. τὸ δ᾽ οὖν περὶ τῶν
χρημάτων ἐγώ σοι παῤῥησιάσομαι· δίκαιον γάρ, καὶ ἅμα

---

*) ἴσ. ἡ μὲν οὖν. **) ἴσ. διαφέροι.
***) ἴσ. βλάψαι· καὶ πρός. †) γρ. ἡμετέρου.

iuberes, quattuor reliquerunt filias; prima est nubilis, altera octo annos habet, tertia paullo plus tres, et quarta nondum est annicula. hae igitur, si me vivo nubunt, et mihi et amicis meis dotandae sunt, sin minus, valeant; et quarum patres me divitiores sunt, non dotandae; nunc autem illis sum opulentior; et matribus earum ego dotes dedi et aliis et Dione me adiuvantibus. illa vero nubit Speusippo, sororis eius filia; et huic opus sunt non plus quam triginta minae; modicae enim hae nobis sunt dotes. praeterea si mater mea morietur, ad sepulchrum exstruendum decem tantum minis opus erit. et in haec quidem quae mihi necessario sunt impendenda in praesentia haec fere sunt; sin alius quis sumptus vel privatus vel publicus faciendus est propter eam quam ad te suscepi profectionem, quemadmodum tunc dixi, faciendus quidem est, mihi vero contendendum ut quam minimus fiat sumptus, vel, si hoc non potuero, tuae sint impensae. Sequitur ut de pecuniarum tuarum Athenis depositarum consumptione loquar. ac primum quidem si quid me oporteat insumere in chorum instruendum vel tale quid, non est tibi hospes ullus qui daturus sit, ut arbitramur; nam etiam multum tua intererit ex impensis iam factis utilitatem capere, quas contra si non facias, sed differas donec aliquis a te venerit, damno tibi erit, et non solum damno, verum etiam dedecori. et equidem hoc expertus sum, quum ad Andromedem Aeginetam misissem Erastum, a quo vestro hospite me iusseras, si quid opus esset, accipere, quum alia quoque maiora quae mandaveras vellem mittere. ille, quod aequum est nec ab humanitate alienum, respondit se, quae iam prius patris tui nomine impendisset, aegre recepisse et nunc pauca daturum esse, non plura. itaque a Leptine sumpsi, et in hoc laudandus est Leptines, non quod dedit, sed quod prompte, et in reliquis quoque de te dicens et faciens, quantum potest amicus, reper-

ἐμπείρως ἔχων τῶν παρὰ σοὶ λέγοιμ' ἄν. οἱ προςαγγέλλοντες ἑκάστοτέ σοι, ὅ τι ἂν οἴωνται ἀνάλωμα εἰςαγγέλλειν, οὐκ ἐθέλουσι προςαγγέλλειν, *) ὡς δὴ ἀπεχθησόμενοι. ἔθιζε οὖν αὐτοὺς καὶ ἀνάγκαζε φράζειν καὶ ταῦτα * καὶ D τὰ ἄλλα· σὲ γὰρ δεῖ εἰδέναι τε τὰ πάντα κατὰ δύναμιν καὶ κριτὴν εἶναι καὶ μὴ φεύγειν τὸ εἰδέναι· πάντων γὰρ ἄριστόν σοι ἔσται πρὸς τὴν ἀρχήν· τὰ γὰρ ἀναλώματα ὀρθῶς ἀναλισκόμενα καὶ ὀρθῶς ἀποδιδόμενα πρός τε τἆλλα καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν καὶ σὺ δὴ φῂς ἀγαθὸν εἶναι καὶ φήσεις. μὴ οὖν σε διαβαλλόντων πρὸς τοὺς ἀνθρώπους οἱ κήδεσθαί σου φάσκοντες· τοῦτο γὰρ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε καλὸν πρὸς δόξαν σοι δοκεῖ ξύμβολον * εἶναι. E

Τὰ μετὰ ταῦτα περὶ Δίωνος λέγοιμ' ἄν. τὰ μὲν οὖν ἄλλ' οὔπω ἔχω λέγειν, πρὶν ἂν παρὰ σοῦ ἔλθωσιν αἱ ἐπιστολαί, ὥςπερ ἔφης· περὶ μέντοι ἐκείνων ὧν οὐκ εἴας μεμνῆσθαι πρὸς αὐτόν, οὔτε ἐμνήσθην οὔτε διελέχθην, ἐξεπειρώμην δὲ εἴτε χαλεπῶς εἴτε ῥᾳδίως οἴσει γιγνομένων, καί μοι ἐδόκει οὐχ ἠρέμα ἂν ἄχθεσθαι εἰ γίγνοιτο. τὰ δὲ ἄλλα περὶ σὲ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ μέτριός μοι δοκεῖ εἶναι Δίων.

Κρατίνῳ τῷ Τιμοθέου μὲν * ἀδελφῷ, ἐμῷ δ' ἑταίρῳ, 363 θώρακα δωρησόμεθα ὁπλιτικὸν τῶν μάλα καλῶν τῶν πεζῶν, καὶ ταῖς Κέβητος θυγατράσι χιτώνια τρία ἑπταπήχη, μὴ τῶν πολυτελῶν τῶν Ἀμοργίνων, ἀλλὰ τῶν Σικελικῶν τῶν λινῶν. ἐπιεικῶς δὲ γιγνώσκεις τοὔνομα Κέβητος· γεγραμμένος γάρ ἐστιν ἐν τοῖς Σωκρατείοις λόγοις μετὰ Σιμμίου Σωκράτει διαλεγόμενος ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ, ἀνὴρ πᾶσιν ἡμῖν οἰκεῖός τε καὶ εὔνους.

Περὶ δὲ δὴ τοῦ ξυμβόλου τοῦ * περὶ τὰς ἐπιστολάς, B ὅσας τε ἂν ἐπιστέλλω σπουδῇ καὶ ὅσας ἂν μή, οἶμαι μὲν σε μεμνῆσθαι, ὅμως δ' ἐννόει καὶ πάνυ πρόςεχε τὸν νοῦν· πολλοὶ γὰρ οἱ κελεύοντες γράφειν, οὓς οὐ ῥᾴδιον φανερῶς

---

*) Ισ. λέγοιμ' ἄν, οἱ προςαγγέλλοντες — ἀνάλωμα, εἰςαγγέλλειν, οὐκ ἐθέλουσιν εἰςαγγέλλειν.

tus est. etenim haec quoque eorumque contraria me oportet nuntiare, qualis quisque mihi videatur erga te. de pecuniis igitur libere tibi exponam; par est enim; simulque eos qui apud te sunt cognoscens dicturus sum; quippe qui, promittentes semper quos sumptus putent faciendos tibi indicaturos esse, nolint tamen indicare, molestiam tibi se exhibituros esse arbitrantes. assuefacere igitur et cogere eos te oportet ut et haec et reliqua dicant; tu enim debes omnia scire quantum potes et iudex esse neque fugere scientiam; omnium enim optimum tibi erit ad imperium; sumptus enim recte facere et recte restituere quum ad reliqua tum ad ipsam opum possessionem tu quoque dicis bonum esse et dices. quocirca cave ne te calumnientur apud homines illi qui tui studiosos se esse profiteantur; hoc enim neque bono neque honesto ad famam tibi videtur adiumento esse.

Iam de Dione dicam. ac de reliquis quidem nondum exponere possum, priusquam a te venerint litterae, ut promisisti; de istis vero quorum non sivisti me mentionem facere apud ipsum, neque mentionem feci neque loquutus sum, exploravi autem, graviterne an facile laturus esset si hoc fieret, et visus mihi est non leviter indignaturus esse, si fieret. cetera autem et oratione et re Dio aequo erga te mihi videtur animo esse.

Cratino Timothei fratri et amico meo thoracem donabimus ex pulchro illo genere quo pedites gravis armaturae utuntur, et Cebetis filiabus tunicas tres septena cubita longas, non de pretiosis Amorginis, sed de Siculis linteis. satis vero tibi notum est Cebetis nomen; scriptus est enim in Socraticis sermonibus una cum Simmia colloquens cum Socrate in dialogo qui est de animo, vir omnibus nobis familiaris et benevolus.

Quod ad litterarum signum attinet earum quas scribo serio et earum quas non, arbitror quidem te meminisse, tamen cogita animumque attende; multi

*διωθεῖσθαι. τῆς μὲν γὰρ σπουδαίας ἐπιστολῆς θεὸς ἄρχει,
θεοὶ δὲ τῆς ἧττον.*

*Οἱ πρέσβεις καὶ ἐδέοντο ἐπιστέλλειν σοι καὶ εἰκός·
πάνυ γὰρ προθύμως σὲ πανταχοῦ καὶ ἐμὲ ἐγκωμιάζουσι,
καὶ οὐχ ἥκιστα Φίλαγρος, ὃς τότε τὴν χεῖρα ἠσθένει. καὶ
Φιλαίδης παρὰ * βασιλέως ἥκων τοῦ μεγάλου ἔλεγε περὶ C
σοῦ· εἰ δὲ μὴ πάνυ μακρᾶς ἐπιστολῆς ἦν, ἔγραψα ἂν ἃ
ἔλεγε, νῦν δὲ Λεπτίνου πυνθάνου.*

*Ἂν τὸν θώρακα ἢ ἄλλο τι ὧν ἐπιστέλλω πέμπῃς, ἂν
μὲν αὐτός τῳ βούλῃ, εἰ δὲ μή, Τηρίλλῳ δός· ἔστι δὲ τῶν
αἰεὶ πλεόντων, ἡμέτερος ἐπιτήδειος καὶ τὰ ἄλλα καὶ περὶ
φιλοσοφίαν χαρίεις. Τίσωνος δ' ἐστὶ κηδεστής, ὃς τότε
ὅθ' ἡμεῖς ἀπεπλέομεν ἐπολιανόμει.*

*Ἔῤῥωσο καὶ φιλοσόφει καὶ τοὺς ἄλλους προτρέπου
* τοὺς νεωτέρους, καὶ τοὺς συσφαιριστὰς ἀσπάζου ὑπὲρ D
ἐμοῦ, καὶ πρόσταττε τοῖς τε ἄλλοις καὶ Ἀριστοκρίτῳ, ἐάν
τις παρ' ἐμοῦ λόγος ἢ ἐπιστολὴ ἴῃ παρὰ σέ, ἐπιμελεῖσθαι
ὅπως ὡς τάχιστα σὺ αἴσθῃ, καὶ ὑπομιμνήσκειν σε ἵνα
ἐπιμελῇ τῶν ἐπισταλέντων. καὶ νῦν Λεπτίνῃ τῆς ἀποδό-
σεως τοῦ ἀργυρίου μὴ ἀμελήσῃς, ἀλλ' ὡς τάχιστα ἀπόδος,
ἵνα καὶ οἱ ἄλλοι πρὸς τοῦτον ὁρῶντες προθυμότεροι ὦσιν
ἡμῖν ὑπηρετεῖν.*

*Ἰατροκλῆς ὁ μετὰ Μυρωνίδου * τότε ἐλεύθερος ἀφε- E
θεὶς ὑπ' ἐμοῦ πλεῖ νῦν μετὰ τῶν πεμπομένων παρ' ἐμοῦ.
ἔμμισθον οὖν πού αὐτὸν κατάστησον ὡς ὄντα σοι εὔνουν·
καὶ ἄν τι βούλῃ, αὐτῷ χρῶ. καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἢ αὐτὴν
ἢ εἰ ὑπόμνημα αὐτῆς σώζεται, καὶ αὐτὸς ἴσθι.*

enim sunt qui me scribere iubeant, quos non facile possum aperte repellere. seriae igitur epistolae initium est deus, minus seriae dii.

Legati quoque me oraverunt ut tibi scriberem, et par est me obedire; admodum enim cupide te et me usquequaque laudibus ornant, in his non minimum Philager, qui tunc ex manu laborabat. etiam Philaedes a rege veniens magno loquutus est de te, et nisi valde longam res desideraret epistolam, scriberem quae dixit, nunc autem ex Leptine percontare.

Quum thoracem vel aliud quid eorum quae mando mittis, cuicumque ipse volueris, sin minus, Terillo trade; est enim in iis qui perpetuo navigant, noster familiaris, et quum ad reliquas res, tum ad philosophiam eleganter institutus. Tisonis vero est gener, qui tum quum nos navigabamus rem publicam administravit.

Vale et philosophare et reliquos adhortare iuniores, etiam socios tuos in pilae lusu meis verbis saluta, et manda tum reliquis tum Aristocrito ut, si quae a me verba vel litterae ad te venerint, operam dent ut quam primum ad te perferantur teque admoneant ut mandata cures. nunc Leptini ne negligas pecuniam reddere, sed quam primum redde, quo reliqui quoque in hunc intuentes proclivius nobis inserviant.

Iatrocles qui cum Myronide tunc liber dimissus est a me navigat nunc cum his qui a me mittuntur. dabis ei mercedem quippe benevolo in te, et si quid volueris, eo utere. haec vero epistola ipsane an exemplar eius servetur, ipse nosti.

Digitized by Google

ΤΙΜΑΙΩ ΤΩ ΛΟΚΡΩ
ΠΕΡΙ ΨΥΧΑΣ ΚΟΣΜΩ
ΚΑΙ ΦΥΣΙΟΣ.

TIMAEI LOCRENSIS
DE ANIMA MUNDI
ET NATURA.

Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα, δύο αἰτίας εἶμεν τῶν συμ- 93
πάντων, νόον μὲν τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων, ἀνάγκαν
δὲ τῶν βίᾳ καττὰς δυνάμεις τῶν σωμάτων· τουτέων δὲ
τὸν μὲν τᾶς τἀγαθῶ φύσιος εἶμεν θεόν τε ὀνυμαίνεσθαι
ἀρχάν τε τῶν ἀρίστων, τὰ δ' ἑπόμενά τε καὶ συναίτια
ὄντα εἰς ἀνάγκαν ἀνάγεσθαι. * τὰ δὲ ξύμπαντα ἰδέαν, B
ὕλαν, αἰσθητόν τε, οἷον ἔκγονον τουτέων· καὶ τὸ μὲν εἶ-
μεν ἀγέννατόν τε καὶ ἀκίνατον καὶ μένον τε καὶ τᾶς ταὐ-
τῶ φύσιος, νοατόν τε καὶ παράδειγμα τῶν γεννωμένων,
ὁκόσα ἐν μεταβολᾷ ἐντί· * τοιοῦτον γάρ τι τὰν ἰδέαν λέ- 94
γεσθαί τε καὶ νοῆσθαι. τὰν δ' ὕλαν ἐκμαγεῖον καὶ ματέρα
τιθάναν τε καὶ γεννατικὰν εἶμεν τᾶς τρίτας οὐσίας· δεξα-
μέναν γὰρ τὰ ὁμοιώματα ἐς ἑαυτὰν καὶ οἷον ἀναμαξαμέ-
ναν ἀποτελῆν τάδε τὰ γεννάματα. ταύταν δὲ τὰν ὕλαν
ἀΐδιον μὲν ἔφα, οὐ μὰν ἀκίνατον, ἀμόρφωτον δὲ καθ' αὑ-
τὰν καὶ ἀσχημάτιστον, δεχομέναν δὲ πᾶσαν μορφάν· τὰν
δὲ περὶ τὰ σώματα μεριστὰν εἶμεν καὶ τᾶς θατέρω φύσιος.
ποταγορεύοντι * δὲ τὰν ὕλαν τόπον καὶ χώραν. δύο ὦν B
αἵδε ἀρχαὶ ἐναντίαι, ἂν τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἄῤῥενός τε
καὶ πατρός, ἃ δ' ὕλα θήλεός τε καὶ ματέρος· τρίτα δὲ
εἶμεν τὰ ἐκ τούτων ἔκγονα. τρία δὲ ὄντα τρισὶ γνωρί-
ζεσθαι, τὰν μὲν ἰδέαν νόῳ κατ' ἐπιστάμαν, τὰν δ' ὕλαν
λογισμῷ νόθῳ τῷ μήπω κατ' εὐθυωρίαν νοῆσθαι, ἀλλὰ
κατ' ἀναλογίαν, τὰ δ' ἀπογεννάματα αἰσθήσει καὶ δόξᾳ.
πρὶν ὦν ὠρανὸν γενέσθαι λόγῳ ἤστην ἰδέα τε * καὶ ὕλα C
καὶ ὁ θεὸς δαμιουργὸς τῶ βελτίονος. ἐπεὶ δὲ τὸ πρεσβύ-
τερον κάῤῥον ἐστὶ τῶ νεωτέρω καὶ τὸ τεταγμένον πρὸ τῶ
ἀτάκτω, ἀγαθὸς ὢν ὁ θεὸς ὁρῶν τε τὰν ὕλαν δεχομέναν
τὰν ἰδέαν καὶ ἀλλοιουμέναν παντοίως μέν, ἀτάκτως δέ,

Timaeus Locrensis haec dixit, duas esse omnium rerum causas, mentem earum quae ratione fierent, necessitatem earum quae vi exsisterent ex corporum facultatibus; et harum quidem illam ad boni naturam pertinere et deum dici rerumque optimarum principium, ea vero quae sequerentur causasque se exhiberent adiuvantes, ad necessitatem referri. universa autem esse speciem et materiam sensibilem, tamquam fetum harum; et illam quidem ortum non habere et immobilem esse et manere et eiusdem esse naturae, sub intelligentiam cadentem, omnium quae gignerentur et in mutatione versarentur exemplum; talem enim quandam speciem et dici et intelligi. materiam vero effigiem et matrem et nutricem et genitricem esse tertiae naturae; suscipientem enim in se simulacra et quasi exprimentem perficere has generationes. hanc autem materiam sempiternam quidem dixit, neque tamen immobilem, et forma quidem ac figura per se carentem, recipientem vero omnem formam. in corporibus dividuam esse et alterius naturae. appellant autem materiam locum et sedem. duo igitur haec sunt principia contraria, quorum unum, species, est instar masculi et patris, alterum, materia, feminae et matris; tertia esse quae ex his gignerentur. tria vero haec tribus cognosci, speciem mente per scientiam, materiam, ratiocinatione adulterina, propterea quod non directe perciperetur, sed ex portione et collatione, generata vero sensu et opinione. ante igitur quam caelum exsisteret, ratione fuerunt species, materia et deus opifex melioris. quoniam vero antiquius praestantius est iu-

ἴδῃτ' *) εἰς τάξιν αὐτὰν ἄγεν καὶ ἐξ ἀορίστων μεταβολᾶν
ἐς ὡρισμέναν καταστᾶσαι, ἵν' ὁμόλογοι ταὶ διακρίσιες τῶν
σωμάτων γίγνοιντο καὶ μὴ κατ' αὐτόματον τροπὰς δέχοιν-
το. ἐποίησεν ὧν τόνδε τὸν κόσμον * ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας, D
ὅρον αὐτὸν κατασκευάξας τᾶς τῶ ὄντος φύσιος διὰ τὸ
τἄλλα πάντα ἐν αὐτῷ περιέχεν, ἕνα, μονογενῆ, τέλειον,
ἔμψυχόν τε καὶ λογικόν (κρέσσονα γὰρ τάδε ἀψύχω καὶ
ἀλόγω ἐστόν), σφαιροειδὲς σῶμα· τελειότερον γὰρ τῶν
ἄλλων σχημάτων ἦν τοῦτο. δηλόμενος ὧν ἄριστον γέννημα
ποιῆν, τοῦτον ἐποίη, θεὸν γεννατόν, οὔποκα φθαρησού-
μενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω θεῶ,
εἴποκα δήλετο αὐτὸν διαλύεν· * ἀλλ' οὐ γὰρ τἀγαθῶ ἐστιν E
ὁρμὰ **) ἐπὶ φθορὰν γεννάματος καλλίστω· διαμένει ἄρα
τοιόςδε ὢν ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος καὶ μακάριος. κρά-
τιστος δ' ἐστὶ γεννατῶν, ἐπεὶ ὑπὸ τῶ κρατίστω αἰτίω ἐγέ-
νετο, ἀφορῶντος οὐκ ἐς χειρόκματα παραδείγματα, ἀλλ'
ἐς τὰν ἰδέαν καὶ ἐς τὰν νοατὰν οὐσίαν, ποθ' ἅνπερ τὸ
γεννώμενον * ἀπακριβωθὲν κάλλιστόν τε καὶ ἀπαρεγχείρη- 95
τον γίγνεται. τέλειος δ' ἀεὶ κατὰ τὰ αἰσθητά ἐστιν, ὅτι
καὶ τὸ παράδειγμα τῆνο αὐτῶ περιέχον πάντα τὰ νοατὰ
ζῶα ἐν αὐτῷ οὐδὲν ἐκτὸς ἀπέλιπεν ἄλλο, ὅρος ὢν νοατῶν
παντελής, ὡς ὅδε ὁ κόσμος αἰσθητῶν. στερεὸς δὲ ὢν
ἁπτός τε καὶ ὁρατὸς γᾶς μεμόρακται πυρός τε καὶ τῶν
μεταξὺ ἀέρος καὶ ὕδατος· ἐκ παντελέων δὲ συνέστακε
σωμάτων, * τάπερ ὅλα ἐν αὐτῷ ἐντί, ὡς μή ποκα μέρος B
ἀπολειφθῆμεν ἐκτὸς αὐτῶ, ἵνα ᾖ αὐταρκέστατον τὸ τῶ
παντὸς σῶμα, ἀκήρατον τῶν ἐκτὸς κηρῶν (οὐ γάρ τι ἦν
δίχα τουτέων), ἀλλὰ καὶ τῶν ἐντός. τὰ γὰρ καττὰν ἀρί-
σταν ἀναλογίαν συντεθέντα ἐν ἰσοδυναμίᾳ οὔτε κρατεῖ ἀλ-
λάλων ἐκ μέρεος οὔτε κρατέεται, ὡς τὰ μὲν αὔξαν, τὰ δὲ
φθίσιν λαμβάνεν, μένει δ' ἐν ξυναρμογᾷ ἀδιαλύτῳ κατὰ
λόγον ἄριστον. τριῶν γὰρ * ὡντινωνῶν ὅρων ὅταν καὶ C
τὰ διαστάματα καττὸν αὐτὸν ἐστάθῃ λόγον ποτ' ἄλλαλα,
τότε δὴ τὸ μέσον ῥυσμῶ δίκαν ὁρῆμεθα ποττὸ πρᾶτον ὅ,
τίπερ τὸ τρίτον ποτ' αὐτό, κἂν πάλιν καὶ παραλλὰξ κατ'

*) γρ. ἰδεῖτ'. **) γρ. ὁρμᾶν.

niore et in ordinem adductum inordinato, deus quippe bonus quum materiam videret recipientem speciem et omnibus quidem modis, sed nullo ordine mutatam, instituit in ordinem eam adducere et ex infinitis mutationibus ad finitam redigere, ut consentientes distinctiones corporum fierent, non temere conversiones reciperent. fecit igitur hunc mundum ex universa materia, terminum ipsum constituens naturae rerum, quippe qui omnia reliqua complecteretur, unum, unigenam, perfectum, animatum et ratione praeditum (praestantiora sunt enim haec quam inanimum et rationis expers), globosum corpus; perfectior enim haec est reliquis figuris. quum igitur vellet optimum procreare, hunc fecit, deum creatum, numquam periturum ab alia causa praeterquam a deo qui eum composuerit, si quando eum dissoluturus esset; at enim non est boni opus pulcherrimum destruere; manet ergo hic incorruptus et interitus expers et beatus. praestantissimus est autem ex omnibus quae genita sunt, quia a praestantissimo auctore factus est, intuente non in exempla manu facta, sed in speciem et naturam sub intelligentiam cadentem, ad quam quicquid accurate exprimitur id pulcherrimum fit et eiusmodi quod in reprehensionem incurrere non possit. perfectus vero semper est cum rebus in sensus cadentibus collatus, quia eius exemplum quoque illud omnia animantia sub intelligentiam cadentia in se continens nihil extra reliquit aliud, estque eorum quae ratione intelliguntur terminus perfectus, sicut hic mundus rerum sensibilium. quum vero solidus sit et talis qui tangi cernique possit, terram sortitus est et ignem et quae inter haec interiecta sunt, aërem et aquam. e perfectis autem compositus est corporibus, quae tota in ipso sunt, nulla parte extra ipsum relicta, ut totum ex se aptum sit universi corpus, intactum non externa modo (nihil est enim sine hac), verum etiam interna pernicie. quae enim ex optima portione composita sunt in

ἐφαρμόσιν τόπων καὶ τάξιος. ταῦτα δ' ἀριθμήμεναι μὴ
μετ' ἰσοκρατίας ἀμάχανον παντί. εὖ δ' ἔχει καὶ καττὸ
σχῆμα καὶ καττὰν κίνασιν, καθ' ὃ μέν, σφαῖρα ὄν, ὡς
ὅμοιον αὐτὸ αὐτῷ παντᾷ εἶμεν καὶ πάντα τἆλλα ὁμογενέα
* σχήματα χωρῆν δύνασθαι, καθ' ἃν δέ, ἐγκύκλιον μετα- D
βολὰν ἀποδιδὸν δι' αἰῶνος. μώνα δὲ ἁ σφαῖρα ἐδύνατο
καὶ ἀρεμέωσα καὶ κινωμένα ἐν τᾷ αὐτᾷ συναρμόσεν χώρᾳ,
ὡς μὴ πόκα ἀπολείπειν μήτε λαμβάνεν ἄλλον τόπον, τῷ
ἐκ μέσου ἴσον εἶμεν παντᾷ. λειόταιον δ' ὂν ποτ' ἀκρίβειαν
καττὰν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν οὐ ποτιδέεται θνατῶν ὀργάνων,
ἃ διὰ τὰς χρείας *) τοῖς ἄλλοις ζῴοις ποτάρτηταί τε καὶ
διᾶκται. τὰν δὲ τῶ κόσμω ψυχὰν μεσόθεν * ἐξάψας ἐπά- E
γαγεν, ἔξω περικαλύψας **) αὐτὸν ὅλον αὐτᾷ, κρᾶμα αὐ-
τὰν κερασάμενος ἔκ τε τᾶς ἀμερίστω μορφᾶς καὶ τᾶς με-
ριστᾶς οὐσίας, ὡς ἓν κρᾶμα ἐκ δύο τουτέων εἶμεν· * ᾧ 96
ποτέμιξε δύο δυνάμεις ἀρχὰς κινασίων, τᾶς τε ταὐτῶ καὶ
τᾶς τῶ ἑτέρω, ἃ καὶ δύσμικτος ἐᾶσα οὐκ ἐκ τῶ ῥᾴστω
συνεκίρνατο. λόγοι δ' οἵδε πάντες ἐντὶ κατ' ἀριθμὼς ἁρ-
μονικὼς συγκεκραμένοι· ὡς λόγως κατὰ μοῖραν διαιρήκει
ποτ' ἐπιστάμαν, ὡς μὴ ἀγνοῆν ἐξ ὧν ἁ ψυχὰ καὶ δι' ὧν
συνεστάκει. ἂν οὐχ ὑστέραν τᾶς σωματικᾶς οὐσίας συνε-
τάξατο ὁ θεός, ὥσπερ λέγομες ἁμές (πρότερον γὰρ * τὸ τι- B
μιώτερον καὶ δυνάμει καὶ χρόνῳ), ἀλλὰ πρεσβυτέραν ἐποίη,
μίαν ἀφαιρέων τὰν πράταν μονάδων οὐσᾶν τεττόρων ποτὶ
ὀκτὼ δεκάσι καὶ τρισὶν ἑκατοντάσι. ταύτας δὲ τάν τε δι-
πλασίαν καὶ τριπλασίαν ῥᾶον ξυλλογίξασθαι ἐσταμένω τῶ
πράτω. δεῖ δ' εἶμεν πῶς πάντας σὺν τοῖς συμπληρώμασι
καὶ τοῖς ἐπογδόοις ὅρους ἓξ καὶ τριάκοντα, τὸν δὲ σύμ-
παντα ἀριθμὸν γενέσθαι μυριάδας ἕνδεκα καὶ τεττόρων
χιλιάδων ἑξακοσίων ϛε. καὶ δὲ διαιρέσιες * αὗται ἐντὶ C
μυριάδες ια δ χ ϛε. τὰν μὲν ὦν τῶ ὅλω ψυχὰν ταύτᾳ
πως διεῖλε. Θεὸν δὲ τὸν μὲν αἰώνιον νόος ὁρῇ μόνος, τὸν
πάντων ἀρχαγὸν καὶ γενέτορα τουτέων· τὸν δὲ γεννατὸν
ὄψει ὁρέομες, κόσμον τε τόνδε καὶ τὰ μέρεα αὐτῶ ὁκόσα
ὠράνια ἐντί, τάπερ αἰθέρια ὄντα διαιρετὰ δίχα, ὡς τὰ

*) γρ. χερείας. **) γρ. ἔξω, περικαλύψας.

aequali potestate, neque superant neque superantur inter se ex parte, ut alia incrementum, alii imminutionem capiant, sed manent in compage indissolubili ex ratione optima. trium enim, quicumque sunt, terminorum intervalla si ex eadem ratione inter se constituta sunt, medium quoque instar rhythmi videmus ad primum ita se habens ut tertium ad ipsum, itemque contra mutatis locis et ordine. haec autem numerare sine aequali potestate nemo potest; bene vero habet etiam figura et motu, illa quidem, quoniam, quum sphaera sit, sibi ipsa undique similis est et reliquas omnes eiusdem generis figuras capere potest, motu vero, quoniam sphaericam mutationem in perpetuum exhibet. sola vero sphaera potuit et quiescens et mota in eodem congruere loco, ut neque relinqueret umquam neque caperet alium locum, quia ex medio aequalis est undique. quum porro levissimum sit quam potest accuratissime externa superficie, nullis indiget mortalibus instrumentis, quae propter usum ceteris animantibus aptata et accommodata sunt. mundi vero animam e medio suspensam adiunxit, extrinsecus ipsum totum ea circumfundens, quam quidem temperavit et forma individua et natura dividua, ut una esset harum duarum compositio, cui duas admiscuit potentias, principia motuum, eiusdem et alterius; hic autem, quoniam aegre miscetur, non ita facile miscebatur. atque hae omnes rationes ad numeros harmonicos sunt temperatae, quas quidem rationes rite distinxit ad scientiam: ut cognoscatur, ex quibus anima et per quae constituta sit. hanc autem non post corpoream naturam composuit deus, quemadmodum nos dicimus (prius enim praestantius et potestate et tempore), sed antiquiorum fecit, unam auferens primam de unitatibus quattuor ad octo denarios et tres centenarios. huius duplum et triplum facile computantur, si primum consistit. oportet vero esse omnes numeros cum complementis et sesquioctavis sex

μὲν τᾶς ταὐτῶ φύσιος εἶμεν, τὰ δὲ τᾶς τῶ ἑτέρω. ὧν τὰ
μὲν ἔξωθεν ἄγει πάντα ἐν αὐτοῖς τὰ ἐντὸς * ἀπ᾽ ἀνατολᾶς D
ἐπὶ δύσιν τὰν καθ᾽ ἅπαν κίνασιν, τὰ δὲ τᾶς τῶ ἑτέρω ἐν-
τὸς ἀπὸ ἑσπέρας τὰ ποθ᾽ ἕω μὲν *) ἐπαναφερόμενά τε καὶ
καθ᾽ αὑτὰ κινεόμενα, συμπεριδινέεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς
τᾷ ταὐτῶ φορᾷ, κράτος ἐχοίσᾳ ἐν κόσμῳ κάῤῥον. ἁ δὲ
τῶ ἑτέρω φορὰ μεμερισμένα καθ᾽ ἁρμονικὼς λόγως ἐς
ἑπτὰ κύκλως συντέτακται. ἁ μὲν ὦν σελάνα ποτιγειοτάτα
ἐᾶσα ἔμμηνον τὰν περίοδον * ἀποδίδωτι, ὁ δ᾽ ἅλιος μετὰ E
ταύταν ἐνιαυσίῳ χρόνῳ τὸν αὐτῶ κύκλον ἐκτελεῖ. δύο δ᾽
ἰσόδρομοι ἀελίῳ ἐντί, Ἑρμᾶ τε καὶ Ἥρας, τὸν Ἀφροδί-
τας καὶ φωςφόρον τοὶ πολλοὶ καλέοντι. νομῆς γὰρ καὶ
πᾶς ὅμιλος οὐ σοφὸς τὰ περὶ τὰν ἱερὰν ἀστρονομίαν ἐντὶ
οὐδ᾽ ἐπιστάμων ἀνατολᾶν τᾶν ἑσπερίαν καὶ ἑῴαν· ὁ γὰρ
αὐτὸς πόκα μὲν ἕσπερος γίγνεται, ἑπόμενος τῷ ἀλίῳ το-
σοῦτον ὁκόσον μὴ ὑπὸ τᾶς αὐγᾶς αὐτῶ ἀφανισθῆμεν,
πόκα δὲ ἑῷος, αἴκα * προαγέηται τῶ ἀλίω καὶ προανατέλ- 97
λῃ ποτ᾽ ὄρθρον. φωςφόρος ὦν πολλάκις μὲν γίγνεται ὁ
τᾶς Ἀφροδίτας διὰ τὸ ὁμοδρομῆν ἀλίῳ, οὐκ αἰεὶ **) δέ,
ἀλλὰ πολλοὶ μὲν τῶν ἀπλανέων, πολλοὶ δὲ τῶν πλαζομέ-
νων· πᾶς δὲ ἐν μεγέθει ἀστὴρ ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα πρὸ
ἀλίου προγενόμενος ἁμέραν ἀγγέλλει. τοὶ δ᾽ ἄλλοι τρεῖς,
Ἄρεός τε καὶ Διὸς καὶ Κρόνου, ἔχοντι ἴδια * τάχεα καὶ B
ἐνιαυτὼς ἀνίσως, ἐκτελέοντι δὲ τὸν δρόμον περικατα-
λάμψις***) ποιεύμενοι φάσιάς τε καὶ κρύψιας καὶ ἐκλει ιας,
γεννῶντες ἀτρεκέας τε ἀνατολὰς καὶ δύσιας· ἔτι δὲ φα ας
φανερὰς ἑῴας ἢ ἑσπερίας ἐκτελέοντι ποτὶ τὸν ἅλιον, ὃς
ἁμέραν ἀποδίδωτι τὸν ἀπ᾽ ἀνατολᾶς ἐπὶ δύσιν αὐτῶ δρό-
μον, νύκτα δὲ τὰν ἀπὸ δύσιος ἐπ᾽ ἀνατολὰν κίνασιν κατ᾽
ἄλλο ποιέεται, ἀγόμενος ὑπὸ τᾶς ταὐτῶ φορᾶς, ἐνιαυτὸν
δὲ καιτὰν * αὐτῶ καθ᾽ ἑαυτὸν κίνασιν. ἐκ δὲ τουτέων τῶν C
κινασίων, δύο ἐασᾶν, τὰν ἕλικα ἐκτυλίσσει, ποθέρπων μὲν
κατὰ μίαν μοῖραν ἐν ἀμερησίῳ χρόνῳ, περιδινεύμενος δὲ
ὑπὸ τᾶς τῶν ἀπλανέων σφαίρας καθ᾽ ἑκάσταν περίοδον
ὄρφνας καὶ ἁμέρας. χρόνω δὲ τὰ μέρεα τάςδε τὰς περιό-

*) Ἴσ. ἑσπέρας· ποθ᾽ ἕω τὰ μέν.
) γρ. εἷς. *) γρ. περὶ καταλάψιας.

et triginta, et universum numerum centena et quatuordecim millia sexcenta nonaginta quinque. divisiones hae sunt centena quatuordecim millia sexcenta nonaginta quinque. universi igitur animam hunc fere in modum divisit. Ac deum quidem aeternum mens videt sola, omnium horum auctorem et parentem, genitum vero visu cernimus, mundum huncce eiusque partes quae caelestes sunt, quae sane aetheriae bifariam distribuuntur, ut aliae eiusdem naturae sint, aliae alterius. et harum quidem illae extrinsecus ducunt omnia in ipsis interna ab oriente ad occidentem per omnem motum, alterius vero quae naturae sunt, intus ab occidente ad orientem, ita ut revertantur et per se moveantur; circumvolvuntur autem fortuito cum eiusdem motu, qui potestatem habet in mundo praestantiorem. alterius vero motus harmonicis rationibus in septem circulos distributus et compositus est. luna quae proxima est terrae, menstruum cursum conficit, sol vero post hanc annuo spatio circulum suum absolvit. duae soli aequalem cursum conficiunt, stella Mercurii et Iunonis, quam Veneris et Luciferi plerique dicunt. pastores enim et quaevis hominum turba sacrae astrologiae ignari sunt, nec sciunt qui sint ortus hesperii et eoi. eadem enim stella modo hesperus est, quum subsequitur solem hactenus ut ab eius luce non occultetur, modo eous, quum antegreditur solem et prius oritur matutino. lucifer igitur saepius est Veneris stella, quia cum sole cursum conficit, neque tamen semper, sed multae inerrantium stellarum, multae vero etiam errantium; quaeque autem stella magna, quae super orbem finientem ante solem exoritur, diem nuntiat. reliquae tres, Martis et Iovis et Saturni, peculiares habent celeritates annosque inaequales, et cursum conficiunt ita ut adverso fulgore colluceant et appareant et delitescant et deficiant, veros procreantes et ortus et occasus; praeterea apparitiones manifestas matutinas vel vespertinas exhibent ad solem,

νίας ἔχον. καττοῦτο δὲ βαρύτατόν τε καὶ δυςκίνατον ἁ γᾶ, ἀμετάβλητόν τε σῶμα ἐς ἄλλα *) διὰ τὸ ἀκοινώνατον **) εἶμεν τῷ ἄλλῳ γένεος τῷ τριγώνω. μόνα γὰρ ἁ γᾶ ἴδιον στοιχεῖον ἔχει τὸ ἀμιτετράγωνον, τοῦτο δὲ στοιχεῖον τῶν ἄλλων σωμάτων ἐστί, πυρός, ἀέρος, ὕδατος· ἑξάκις γὰρ συντεθέντος τῶ ἀμιτριγώνω τρίγωνον ἐξ αὐτῶ ἰσόπλευρον * γίνεται, ἐξ ὧ ἁ πυραμὶς τέττορας βάσιας καὶ D τὰς ἴσας γωνίας ἔχοισα συντίθεται, εἶδος πυρὸς εὐκινατότατον καὶ λεπτομερέστατον· μετὰ δὲ τοῦτο ὀκτάεδρον, ὀκτὼ μὲν βάσιας, ἓξ δὲ γωνίας ἔχον, ἀέρος στοιχεῖον, τρίτον δὲ τὸ εἰκοσίεδρον βασίων μὲν εἴκοσι, γωνιῶν δὲ δώδεκα, ὕδατος στοιχεῖον πολυμερέστατον καὶ βαρύτατον. ταῦτα δ' ὦν ἀπὸ ταὐτῶ στοιχείω συγκείμενα εἰς ἄλλαλα τρέπεται. τὸ δὲ δωδεκάεδρον εἰκόνα τοῦ παντὸς * ἐστάσατο, ἔγγιστα σφαίρας ἐόν. πῦρ μὲν ὦν διὰ τὰν λεπτομερίαν διὰ πάντων ἥκει, ἀήρ τε διὰ τῶν ἄλλων ἔξω πυρός, E ὕδωρ δὲ διὰ τᾶς γᾶς. ἅπαντα δ' ὦν πλήρη ἐντί, οὐδὲν κενεὸν ἀπολείποντα· συνάγεται δὲ τᾷ περιφορᾷ τῶ παντός, καὶ ἠρεισμένα τρίβεται μὲν ἀμοιβαδόν, ἀδιάλειπτον δὲ ἀλλοίωσιν ποτὶ γενέσιας καὶ φθορὰς ἀποδίδωτι. τούτοις δὲ ποτιχρεόμενος ὁ θεὸς τόνδε τὸν κόσμον κατεσκεύαξεν, * ἁπτὸν μὲν διὰ τὰν γᾶν, ὁρατὸν δὲ διὰ τὸ πῦρ, ἅπερ 99 δύο ἄκρα. δι' ἀέρος δὲ καὶ ὕδατος συνεδήσατο δεσμῷ κρατίστῳ, ἀναλογίᾳ, ἃ καὶ αὐτὰν καὶ τὰ δι' αὐτᾶς κρατεόμενα συνέχεν δύναται. εἰ μὲν ὦν ἐπίπεδον εἴη τὸ συνδεόμενον, μία μεσότας ἱκανὰ ἐστιν, αἰ δέ κα στερεόν, δύο χρήσει. δυσὶ δὴ ***) μέσοις δύο ἄκρα ξυναρμόξατο, ὅκως εἴη ὡς πῦρ ποτ' ἀέρα, ἀὴρ ποτὶ ὕδωρ καὶ ὕδωρ ποτὶ * γᾶν, B καὶ κατ' ἐναλλαγάν, ὡς πῦρ ποτὶ ὕδωρ, ἀὴρ ποτὶ γᾶν, καὶ ἀνάπαλιν, ὡς γᾶ ποτὶ ὕδωρ, ὕδωρ ποτ' ἀέρα καὶ ἀὴρ ποτὶ πῦρ, καὶ κατ' ἐναλλαγάν, ὡς γᾶ ποτ' ἀέρα, ὕδωρ ποτὶ πῦρ. καὶ ἐπεὶ δυνάμει ἴσα ἐντὶ πάντα, τοὶ λόγοι αὐτῶν ἐν ἰσονομίᾳ ἐντί. εἷς μὲν ὦν ὅδε ὁ κόσμος δαιμονίῳ δεσμῷ τῷ ἀνὰ λόγον †) ἐστίν. ἕκαστον δὲ τῶν τετ-

*) ἄλλ. ἄλλο. **) γρ. ἀκοινώνευτον.
***) γρ. δυσὶν ὦν. †) γρ. τὸ ἀνάλογον.

hic igitur triangulus semitriangulus est eius trianguli qui crura aequalia habet, bifariam secti perpendiculo a vertice ad imum in duas aequales partes. rectos igitur angulos utrumque habet, sed in altero duo latera in recto sola sunt aequalia, in altero autem tria inaequalia. inaequale vero hoc nominator, et illud semiquadrangulum, principium constituendae terrae. nam quadrangulum ex hoc exsistit, ex quattuor semiquadrangulis compositum, e quadrangulo vero fit cubus, firmissimum et statarium undique corpus, sex latera et octo angulos habens. hac vero figura gravissima et aegre mobilis est terra, corpus quod in alia non mutatur, quia cum altero trianguli genere nihil ei est commune. sola enim terra proprium elementum habet semiquadrangulum, hoc autem elementum est reliquorum corporum, ignis, aëris, aquae; sexies enim si componitur semitriangulum, triangulum exsistit aequalia latera habens, ex quo pyramis componitur quattuor bases et aequales angulos habens, forma ignis maxime mobilis tenuissimisque partibus constans; deinde octaëdron, octo bases et sex angulos habens, aëris elementum, tertium icosiedron bases viginti, angulos vero duodecim habens, aquae elementum plurimis partibus constans et gravissimum. haec igitur ex eodem elemento constructa inter commutantur. dodecaëdron autem imaginem universi statuit, quippe quod proxime sphaerae accedat. ignis igitur propter partium tenuitatem per omnia penetrat, aër per cetera praeter ignem et aqua per terram. omnia igitur plena sunt nec vacui quicquam relinquunt. feruntur autem cum universi circuitu, et firmata teruntur quidem alternis, perpetuam vero mutationem ad ortus et interitus exhibent. atque his utens deus hunc mundum construxit, qui tangi potest propter terram et cerni propter ignem, quae duo sunt extrema. per aërem vero et aquam fortissimo eum colligavit vinculo, portione, quae et semet ipsam et quae

τόρων σωμάτων πολλὰ εἴδεα ἴσχει, πῦρ μὲν φλόγα καὶ φῶς
καὶ αὐγάν, διὰ τὰν ἀνισότητα τῶν * ἐν ἑκάστῳ αὐτῶν C
τριγώνων· κατταὐτά τε καὶ ἀὴρ τὸ μὲν καθαρὸν καὶ αὖον,
τὸ δὲ νοτερὸν καὶ ὁμιχλῶδες· ὕδωρ τε τὸ μὲν ῥυτόν, τὸ
δὲ πακτόν, ὁκόσον χιών τε καὶ πάχνα χάλαζά τε καὶ
κρύσταλλος. ὑγρὸν τε τὸ μὲν ῥυτόν, ὡς μέλι, ἔλαιον, τὸ
δὲ πακτόν, ὡς πίσσα, κηρός. πακτῶ δὲ εἴδεα τὸ μὲν χυ-
τὸν χρυσός, ἄργυρος, χαλκός, κασσίτερος, μόλυβδος, στα-
γών, τὸ δὲ θραυστὸν θεῖον, ἄσφαλτον, νίτρον, * ἅλες, D
στυπτηρία, λίθοι τοὶ ὁμογενέες.

Μετὰ δὲ τὰν τῶ κόσμω σύστασιν ζώων θνατῶν γέν-
νασιν ἐμαχανάσατο, ἵν' ᾖ τέλεος ποτὶ τὰν εἰκόνα παντελῶς
ἀπειργασμένος. τὰν μὲν ὦν ἀνθρωπίναν ψυχὰν ἐκ τῶν
αὐτῶν λόγων καὶ δυναμίων συγκερασάμενος καὶ μερίξας
διένειμε τᾷ φύσει τᾷ ἀλλοιωτικᾷ παραδούς· διαδεξαμένα
δ' αὐτὸν ἐν τῷ ἀπεργάζεν θνατά τε καὶ ἐφαμέρια ζῶα,
* ὧν τὰς ψυχὰς ἐπιῤῥύτως ἐνάγαγε τὰς μὲν ἀπὸ σελάνας, E
τὰς δ' ἀπὸ ἀλίω, τὰς δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν πλαζομένων
ἐν τᾷ τῶ ἑτέρω μοίρᾳ, ἔξω μιᾶς τᾶς ταὐτῶ δυνάμιος,
ἃν ἐν τῷ λογικῷ μέρει ἔμιξεν, εἰκόνα σοφίας τοῖς εὐμοι-
ρατοῦσι. τᾶς μὲν γὰρ ἀνθρωπίνας ψυχᾶς τὸ μὲν λογικὸν
ἐστι καὶ νοερόν, τὸ δ' ἄλογον καὶ ἄφρον· τῶ δὲ λογικῶ
τὸ μὲν κρέσσον ἐκ τᾶς ταὐτῶ φύσιος, τὸ δὲ χέρειον ἐκ τᾶς
τῶ ἑτέρω. ἑκάτερον δὲ περὶ τὰν κεφαλὰν ἵδρυται, *) ὡς
τἆλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς * καὶ τῶ σώματος ὑπηρετεῖν τού- 100
τῳ, καθάπερ ὑπάτῳ **) τῶ σκάνεος ἅπαντος. τῶ δ' ἀλό-
γω μέρεος τὸ μὲν θυμοειδὲς περὶ τὰν καρδίαν, τὸ δ' ἐπι-
θυματικὸν περὶ τὸ ἧπαρ. τοῦ δὲ σώματος ἀρχὰν μὲν καὶ
ῥίζαν μυελῶ εἶμεν ἐγκέφαλον, ἐν ᾧ ἁ ἁγεμονία· ἀπὸ δὲ
τούτω οἷον ἀπόχυμα ῥεῖν διὰ τῶν νωτίων σπονδύλων τὸ
λοιπόν, ἐξ ὧ εἰς σπέρμα καὶ γόνον μερίζεσθαι. * ὀστία B
δὲ μυελῶν περιφράγματα, τουτέων δὲ σκέπαν μὲν τὰν
σάρκα καὶ προκάλυμμα· συνδέσμοις δὲ ποττὰν κίνασιν τοῖς
νεύροις συνᾶψε τὰ ἄρθρα, τῶν δ' ἐντοσθίων ***) τὰ μὲν

*) γρ. ἵδρυται μένον. **) γρ. ὑπ' αὐτῶ.
***) Ια. τῶν ἐντοσθίων.

per ipsam comprehenduntur continere potest. et si planum est quod colligari oportet, unum medium satis est, sin autem solidum, duobus indigebit. duobus igitur mediis duo extrema connexuit, ut essent, quod ignis ad aërem, id aër ad aquam et aqua ad terram, et vicissim, quod ignis ad aquam, id aër ad terram, et rursus, quod terra ad aquam, id aqua ad aërem et aër ad ignem, et vicissim, quod terra ad aërem, id aqua ad ignem. et quia potentia aequalia sunt omnia, etiam rationes eorum aequales sunt. unus igitur hic mundus est per divinum vinculum, portionem. unumquodque vero quattuor horum corporum multas species habet, ignis flammam, lucem et splendorem, propter inaequalem triangulorum quae in quoque sunt rationem; similiter aër purum et siccum, humidum et nebulosum; aqua fluidum et compactum, velut nix, pruina, grando et glacies. humor autem partim fluidus est, ut mel et oleum, partim compactus, ut pix et cera. compacti species altera est fusa, aurum, argentum, aes, stannum, plumbum, ferrum purum, altera fragilis, sulphur, bitumen, nitrum, sal, alumen, lapides unius generis.

Post mundum vero constitutum animalium mortalium generationem molitus est, ut perfectus esset ad imaginem plane effectus. humanum igitur animum ex eisdem rationibus et potentiis temperatum et divisum distribuit et tradidit naturae mutabili, quae eius partes suscepit in fingendis mortalibus unumque diem viventibus animantibus, quorum animas infundendo quasi partim a luna, partim a sole, partim a reliquis quae in alterius sorte vagantur stellis deduxit, praeter unam eiusdem potentiam, quam in parte rationis compote temperavit, imaginem sapientiae secunda fortuna utentibus. humani enim animi altera pars est rationis et mentis compos, altera rationis expers et insipiens; et eius quae rationis est particeps melior pars eiusdem habet naturam, deterior vero alterius. utraque circa

τροφᾶς χάριν, τὰ δὲ σωτηρίας. Κινασίων δὲ τῶν ἀπὸ τῶν ἐκτὸς τὰς μὲν ἀναδιδομένας εἰς τὸν φρονέοντα τόπον αἰσθήσιας εἶμεν, τὰς δ' ὑπ' ἀντίλαψιν μὴ πιπτοίσας ἀναισθήτως, ἢ τῷ τὰ πάσχοντα * σώματα γαιοειδέστερα*) C εἶμεν, ἢ τῷ τὰς κινάσιας ἀμενηνοτέρας γίγνεσθαι. ὁκόσαι μὲν ὦν ἐξίσταντι τὰν φύσιν, ἀλγειναὶ ἐντί, ὁκόσαι δὲ ἀποκαθίσταντι ἐς αὐτάν, ἁδοναὶ ὀνυμαίνονται. τᾶν δ' αἰσθησίων τὰν μὲν ὄψιν ἁμὶν τὸν θεὸν ἀνάψαι εἰς θέαν τῶν ὠρανίων καὶ ἐπιστάμας ἀνάλαψιν, τὰν δ' ἀκουὰν λόγων καὶ μελῶν ἀντιλαπτικὰν ἔφυσεν, ἇς στερισκόμενος ἐκ γενέσιος ὁ ἄνθρωπος οὐδὲ λόγον ἔτι προέσθαι δυνάσειται· διὸ καὶ συγγενεστάταν τῷ * λόγῳ ταύταν αἴσθασιν φαντι εἶ- D μεν. ὁκόσα δὲ πάθεα τῶν σωμάτων ὀνυμαίνεται, ποτὶ τὰν ἁφὰν κληΐζεται, τὰ δὲ ῥοπᾷ ποτὶ τὰν χώραν. ἁ μὲν γὰρ ἁφὰ κρίνει τὰς ζωτικὰς δυνάμιας, θερμότατα, ψυχρότατα, ξηρότατα, ὑγρότατα, λειότατα, τραχύτατα, εἴκοντα, ἀντίτυπα, μαλακά, σκληρά· βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον ἁφὰ μὲν προκρίνει, λόγος δ' ὁρίζει τᾷ εἰς τὸ μέσον καὶ ἀπὸ τῶ μέσω νεύσει. κάτω δὲ καὶ μέσον ταὐτὸν φαντί· τὸ γὰρ * κέντρον τᾶς σφαίρας τοῦτό ἐστι τὸ κάτω, τὸ δ' ὑπὲρ E τούτω ἄχρι τᾶς περιφερείας ἄνω. τὸ μὲν ὦν θερμὸν λεπτομερές τε καὶ διαστατικὸν τῶν σωμάτων δοκεῖ εἶμεν, τὸ δὲ ψυχρὸν παχυμερέστερον καὶ συμπιλατικὸν πόρων ἐστί. Τὰ δὲ περὶ τὰν γεῦσιν ἔοικε τᾷ ἁφᾷ· συγκρίσει γὰρ καὶ διακρίσει, ἔτι δὲ τᾷ ἐς τὼς πόρως διαδύσει καὶ τοῖς σχημάτεσσιν ἢ στρυφνὰ ἢ λεῖα, ἀποτάκοντα μὲν καὶ ῥύπτοντα τὰν γλῶτταν στρυφνὰ φαίνεται, μετριάζοντα δὲ τᾷ ῥύψει ἁλμυρά, ἐκπυροῦντα δὲ καὶ διαιρέοντα **) τὰν σάρκα δριμέα, * τὰ 10 δ' ἐναντία λεῖά τε καὶ γλυκέα κεχύλωται. Ὀσμᾶς δὲ εἴδεα μὲν οὐ διώρισται· διὰ γὰρ στενῶν πόρων διαθεῖσθαι,***) στεῤῥοτέρων ὄντων ἢ ὡς συνάγεσθαι καὶ διίστασθαι, σάψεσι δὲ καὶ πέψεσι γᾶς τε καὶ γεοειδέων εὐώδεά τε καὶ δυςώδεα εἶμεν. Φωνὰ δ' ἐστὶ μὲν πλᾶξις ἐν ἀέρι διικνουμένα ποτὶ τὰν ψυχὰν δι' ὤτων, ὧν τοὶ πόροι διήκοντι ἄχρις

*) γρ. γεωδέστερα. **) γρ. διαῤῥέοντα.
***) γρ. διηθεῖται.

caput collocata est, ut reliquae animi et corporis partes huic serviant, tamquam supremo universi corporis. partis vero ratione carentis una forma, quae iracundiae est dedita, circa cor, altera, quae cupiditatibus succumbit, circa iecur sita est corporis autem principium et radix medullae est cerebrum, in quo principatus; ab hoc reliquum diffunditur per dorsi vertebras, ex quo in semen et geniturum distribuitur. ossa vero medullarum munimenta, horumque tegumentum et involucrum caro; per vincula autem motionis causa nervis annexuit articulos, et intestina partim alimenti, partim salutis causa indidit. Ex motibus vero qui ab externis proficiscuntur ii qui ad locum intelligentem ducuntur sensus sunt, qui vero sub intelligentiam non cadunt, non percipiuntur, vel quod corpora quae afficiuntur magis terrena, vel motus debiliores sunt. quicumque naturam excedunt, dolorem pariunt, qui vero ad eam restituuntur, voluptates dicuntur. ex sensibus visum nobis deus accendit ad rerum caelestium spectationem et scientiam comparandam, auditum ad sermones et concentus percipiendos generavit, quo homo natura privatus nec orationem iam poterit edere; quocirca etiam maxime cognatum orationi hunc sensum dicunt esse. quaecumque vero affectiones corporum nominantur, ratione tactus ita vocantur, nutu vero ratione loci. tactus enim iudicat vires vitales, calidum, frigidum, siccum, humidum, asperum, cedentia, renitentia, mollia, dura; grave vero et leve tactus quidem praeiudicat, ratio vero definit ex inclinatione in medium et a medio. deorsum autem et medium idem dicunt; nam centrum sphaerae est deorsum, et quod super hoc est usque ad lineam circumferentem, id sursum vocant. calidum tenuium est partium et vim habere videtur corporum separandorum, frigidum vero crassiorum est partium et meatus constringit. Gustus similis est tactui; nam concretione et discretione, praeterea ingressu in meatus et figuris vel

ἥπατος χωρέοντες. ἐν αὖ τούτοις πνεῦμα, οὗ ἁ κίνασις ἀκουά ἐστι. φωνᾶς * δὲ καὶ ἀκουᾶς ἁ μὲν ταχεῖα ὀξεῖα, B ἁ δὲ βραδεῖα βαρεῖα, *) μέσα δ' ἁ συμμετροτάτα· καὶ ἁ μὲν πολλὰ καὶ κεχυμένα μεγάλα, ἁ δὲ ὀλίγα καὶ συναγμένα μικρά, ἁ δὲ τεταγμένα ποτὶ λόγως μωσικὼς ἐμμελής, ἁ δὲ ἄτακτός τε καὶ ἄλογος **) ἐκμελής τε καὶ ἀνάρμοστος. Τέταρτόν τι ***) γένος αἰσθητῶν πολυειδέστατον καὶ ποικιλώτατον, ὁρατὰ δὲ λέγεται, ἐν ᾧ χρώματά τε παντοῖα καὶ κεχρωσμένα μυρία, πρᾶτα δὲ τέττορα, * λευκόν, μέλαν, λαμπρόν, φοινικοῦν· τἆλλα γὰρ ἐκ κιρναμένων C τούτων γεννᾶται. τὸ μὲν ὧν λευκὸν διακρίνει τὰν ὄψιν, τὸ δὲ μέλαν συγκρίνει, ὅκωςπερ τὸ θερμὸν διαχεῖ τὰ ἁφάν, τὸ δὲ ψυχρὸν συνάγειν δύναται, καὶ τὸ μὲν στρυφνὸν συνάγεν τὰν γεῦσιν, τὸ δὲ δριμὺ διαιρῆν πέφυκε. Τρέφεσθαι δὲ τὸ σκᾶνος τῶν ἐναερίων ζώων καὶ συνέχεσθαι τᾶς μὲν τροφᾶς διαδιδομένας διὰ τῶν φλεβῶν εἰς ὅλον τὸν ὄγκον κατ' ἐπιῤῥοάν, οἷον δι' * ὀχετῶν ἀγομένας, καὶ ἀρδομένας ὑπὸ τῶ πνεύματος, ὃ διαχεῖ αὐτὰν ἐπὶ τὰ πέρατα D φέρον. Ἁ δ' ἀνάπνοια γίνεται μηδενὸς μὲν κενεῶ ἐν τᾷ φύσει ἐόντος, ἐπιῤῥέοντος δὲ καὶ ἑλκομένω τῶ ἀέρος ἀντὶ τῶ ἀποῤῥέοντος διὰ τῶν ἀοράτων στομίων, δι' ὧν καὶ ἁ νοτὶς ἐπιφαίνεται, τινὸς δὲ καὶ ὑπὸ τᾶς φυσικᾶς θερμότατος ἀπαναλουμένω. ἀνάγκα ὧν ἀντικαταχθῆμεν τὸ ἴσον τῷ ἀναλωθέντι, εἰ δὲ μή, κενώσιας εἶμεν· ὅπερ ἀμάχανον· οὐδὲ γὰρ ἔτι εἴη * κα σύῤῥοον †) καὶ ἓν τὸ ζῶον, E διαιρωμένω τῶ σκάνεος ὑπὸ τῶ κενῶ. ἁ δ' ὁμοία ὀργανοποιία γίνεται καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων κατ' τὰν τᾶς ἀναπνοίας ἀναλογίαν· ἁ γὰρ σικύα καὶ τὸ ἤλεκτρον εἰκόνες ἀναπνοίας ἐντί. ῥεῖ γὰρ διὰ * τῶ σώματος ἔξω θύραζε τὰ 102 πνεύματα, ἀντεπειςάγεται δὲ διὰ τᾶς ἀναπνοίας τῷ τε στόματι καὶ ταῖς ῥισίν, εἶτα πάλιν οἷον εὔριπος ἀντεπιφέρεται εἰς τὸ σῶμα, τὸ δὲ ἀνατείνεται κατ' τὰς ἐκροάς. ἁ δὲ σικύα ἀπαναλωθέντος ὑπὸ τῶ πυρὸς τῶ ἀέρος ἐφέλκεται τὸ ὑγρόν, τὸ δ' ἤλεκτρον ἐκκριθέντος τῶ πνεύματος ἀνα-

---

*) γρ. ἁ δὲ βραδεῖα. **) γρ. ἄεργος. ***) ἄλλ. τε.
†) γρ. κασσύῤῥοον.

acerba sunt vel laevia quae ad gustum pertinent, macerantia et purgantia linguam acerba videntur, moderate eluentia salsa, exurentia et carnem diffindentia acria, contraria vero laevia et dulcia liquescunt. Odoris species non sunt distinctae; per angustos enim meatus percolantur, qui solidiores sunt quam ut contrahi et disiungi possint, et eo, quod terra resque terrenae putrescunt et coquuntur, vel iucundum vel iniucundum odorem contrahunt. Vox est ictus in aëre ad animum pertinens per aures, quarum meatus perveniunt usque ad iecur procedentes. in his est spiritus, cuius motus auditus. vox autem, ut auditus, velox est acuta, tarda gravis, media moderatissima; multa et diffusa est magna, exigua et contracta parva, ad rationes musicas composita concinna, ordine et ratione carens inconcinna et incondita. Quartum eorum genus quae sensibus percipiuntur plurimas habet species et varietate maxime abundat; complectitur ea quae cernuntur, in eoque colores sunt omnis generis et infinitae res coloratae; primi autem colores quattuor sunt, albus, niger, splendidus et puniceus; reliqui enim ex his permixtis generantur. albus visum disparat, niger coniungit, sicut calidum diffundit tactum, frigidum vero contrahere potest, et acerbum contrahere gustum solet, acre vero diffindere. Nutritur autem corpus animalium quae sunt in aëre et continetur eo quod alimentum distribuitur per venas in totam molem influens, quasi per canales ducatur, et a spiritu irrigatur, qui illud diffundit ad extrema ducens. Respiratio fit eo quod nihil quidem vacui in natura est, influit vero et attrahitur aër pro effluente per ora parva sub adspectum non cadentia, per quae etiam humor apparet, dum etiam aliquis a naturali calore consumitur. necesse est igitur pro consumpto aequale vicissim intromitti, sin minus, vacuitates esse; quod fieri nequit; neque enim iam foret confluens et unum animal, si a vacuo corpus divi-

λαμβάνει τὸ ὅμοιον σῶμα. Τροφὰ δὲ πᾶσα ἀπὸ ῥίζας
μὲν τᾶς καρδίας, παγᾶς δὲ τᾶς κοιλίας ἐπάγεται τῷ σώ-
ματι, * ὃ καὶ εἴ κα πλείω τᾶς ἀποῤῥεοίσας ἐπάρδοιτο, B
αὖξα λέγεται, εἴ κα δὲ μείω, φθίσις· ἁ δ' ἀκμὰ μεθό-
ριον τουτέων ἐστὶ καὶ ἐν ἰσότατι ἀποῤῥοᾶς καὶ ἐπιῤῥοᾶς
νοέεται. λυομένων δὲ τῶν ἁρμῶν τᾶς συστάσιος, αἴ κα
μηκέτι δίοδος ἢ πνεύματι ἢ τροφὰ μὴ διαδίδοται, θνάσκει
τὸ ζῶον. πολλαὶ δὲ κᾶρες ζωᾶς καὶ θανάτου αἰτίαι, ἓν
δ' ὧν γένος νόσος ὀνυμαίνεται. νόσων δ' ἀρχαὶ μὲν αἱ
τᾶν πράτων δυναμίων ἀσυμμετρίαι, αἴ κα πλεονάζοιεν ἢ
* ἐλλείποιεν ταὶ ἁπλαὶ δυνάμιες, θερμότας ἢ ψυχρότας ἢ C
ὑγρότας ἢ ξηρότας. μετὰ δὲ ταύτας αἱ τῶ αἵματος τρο-
παὶ καὶ ἀλλοιώσιες ἐκ διαφθορᾶς καὶ αἱ τᾶς σαρκὸς τακο-
μένας κακώσιες, αἱ κα ττὰς μεταβολὰς ἐπὶ τὸ ὀξὺ ἢ ἀλμυ-
ρὸν ἢ δριμὺ τροπαὶ αἵματος ἢ σαρκὸς τακεδόνες γένοιντο.
χολᾶς γὰρ ταὶ γενέσιες καὶ φλέγματος ἐνθένδε, χυμοὶ νο-
σώδεες καὶ ὑγρῶν σάψιες, ἀφαυραὶ *) μὲν αἱ μὴ ἐν βά-
θει, χαλεπαὶ δ' ὧν ἀρχαὶ γεννῶνται * ἐξ ὀστέων, ἀνιαραὶ D
δὲ ἐκ μυελοῦ ἐξαπτόμεναι. τελευταία δὲ νόσων ἐντὶ πνεῦμα,
χολά, φλέγμα αὐξόμενα καὶ ῥέοντα ἐς χώρας ἀλλοτρίας ἢ
τόπως ἐπικαιρίως. τόκα γὰρ ἀντικαταλαμβάνοντα τὰν τῶν
καῤῥόνων χώραν καὶ ἀπελάσαντα τὰ συγγενέα, ἱδρύεται
κακοῦντα τὰ σώματα καὶ ἐς αὐτὰ ταῦτα ἀναλύοντα. καὶ
σώματος μὲν πάθεα τάδε, καὶ ἐκ τῶνδε ψυχᾶς νόσοι ἐντὶ
πολλαί, ἄλλαι δ' ἄλλων δυναμίων ἐντί, αἰσθητικᾶς * μὲν E
δυσαισθησία, μναμονικᾶς δὲ λάθα, ὁρμητικᾶς δὲ ἀνορεξία
καὶ ἀπροπετία, **) παθητικᾶς δὲ ἄγρια πάθεά τε καὶ λύσ-
σαι οἰστρώδεες, λογικᾶς δὲ ἀμαθία καὶ ἐκφροσύνα. ἀρχαὶ
δὲ κακίας ἁδοναὶ καὶ λῦπαι ἐπιθυμίαι τε καὶ φόβοι, ἐξαμ-
μέναι μὲν ἐκ σώματος, ἀνακεκραμέναι δὲ τᾷ ψυχᾷ, καὶ
ἐξαγγελλόμεναι ὀνόμασι ποικίλοις· ἔρωτες γὰρ καὶ πόθοι
ἵμεροί τε ἔκλυτοι ὀργαί τε σύντονοι καὶ θυμοὶ * βαρεῖς 103
ἐπιθυμίαι τε ποικίλαι καὶ ἁδοναὶ ἄμετροι ἐντί. ἁπλῶς δὲ
ἀτόπως ἔχεν ποτὶ τὰ πάθεα καὶ ἄρχεσθαι πέρας ἀρετᾶς

*) γρ. ἀμαυραί. **) γρ. ἁ προπέτεια.

deretur. similis autem instrumentorum compositio etiam in rebus inanimis invenitur ex respirationis ratione; cucurbitula enim et succinum imagines sunt respirationis. etenim fluunt per corpus foras spiritus, et vicissim introducuntur per respirationem ore et naribus, deinde rursus velut euripus inferuntur in corpus, quod per ea quae influunt extenditur. cucurbitula autem consumpto ab igne aëre attrahit humorem et succinum excreto spiritu recipit simile corpus. Alimentum vero quodque a radice cordis et fonte ventriculi inducitur in corpus, et quum plus irrigatur quam defluxit, incrementum dicitur, quum minus, imminutio; vigor autem in confinio horum consistit, et defluentis atque influentis aequalitas intelligitur. solutis vero compositionis compagibus, quum iam non est transitus spiritui vel alimentum non distribuitur, animal moritur. multae sunt autem sortes vitae et mortis causae; unum genus morbus nominatur. morborum vero principia sunt primarum potentiarum intemperantiae, quum abundant aut deficiunt simplices vires, calidum vel frigidum, humidum vel siccum. post has sanguinis conversiones et mutationes ex corruptione natae et carnis liquescentis depravationes, quum per mutationes in acidum vel salsum vel acre conversiones sanguinis vel carnis putores exstiterunt. bilis enim et pituita hinc ortum habent, humores morbidi et humorum putores, exiles quidem si non sunt in profundo, graves vero, quum ex ossibus oriuntur, et dolores afferunt, quum ex medulla accenduntur. postremi sunt morbi spiritus, bilis et pituita auctae et in locos alienos vel partes vitales fluentes. tum enim meliore occupato loco et cognatis depulsis sedem collocant et, dum corpora depravant, in haec ipsa dissolvuntur. atque corporis quidem hae sunt affectiones, et ex his animi morbi exsistunt multi, alii vero aliarum sunt facultatum, sentiendi facultatis hebetudo, memoriae oblivio, cupi-

καὶ κακίας ἐστί· τὸ γὰρ πλεονάζειν ἐν ταύταις ἢ κάῤῥονα
αὐτᾶν εἶμεν εὖ ἢ κακῶς ἀμὲ διατίθητι. ποτὶ δὲ ταύτας
τὰς ὁρμὰς μεγάλα μὲν συνεργῆν δύνανται αἱ τῶν σωμά-
των κράσιες, ὀξεῖαι ἢ θερμαὶ ἢ ἄλλοτ' ἀλλοῖαι γιγνόμε-
ναι, ἔς τε μελαγχολίας καὶ λαγνείας λαβροτάτας ἄγοισαι
ἀμέ, καὶ ῥευματιζόμενά τινα μέρεα * δαξασμὼς ποιοῦντι B
καὶ μορφὰς φλεγμαινόντων σωμάτων μᾶλλον ἢ ὑγιαινόν-
των, δι' ὧν δυςθυμίαι καὶ λῆθαι παραφροσύναι τε καὶ
πτοῖαι ἀπεργάζονται· ἱκανὰ δὲ τὰ ἔθεα, ἐν οἷς ἂν ἐν-
τραφῶσι κατὰ πόλιν ἢ οἶκον, καὶ ἁ καθ' ἀμέραν δίαι-
τα, θρύπτοισαι τὰν ψυχὰν ἢ ῥωννῦσα ποτ' ἀλκάν. καὶ
γὰρ θυραυλίαι καὶ ἁπλαῖ τροφαὶ τά τε γυμνάσια καὶ τὰ
ἤθεα τῶν συνόντων τὰ μέγιστα δύνανται ποτὶ ἀρετὰν καὶ
ποτὶ κακίαν. καὶ ταῦτα μὲν * αἴτια ἐκ τῶν γενετόρων C
καὶ στοιχείων ἐπάγεται μᾶλλον ἢ ἐξ ἁμέων, ὅ τι μὴ
ἀργία ἐστίν, ἀφισταμένων ἁμῶν τῶν ποθακόντων ἔργων.
ποτὶ δὲ τὸ εὖ ἔχεν τὸ ζῶον δεῖ τὸ σῶμα ἔχεν τὰς ὑπ'
αὐτῷ ἀρετάς, ὑγείαν τε καὶ εὐαισθησίαν ἰσχύν τε καὶ
κάλλος. ἀρχαὶ δὲ κάλλους συμμετρία ποτί τ' αὐτῶ *) τὰ
μέρεα καὶ ποτὶ τὰν ψυχάν· ἁ γὰρ φύσις οἷον ὄργανον
ἁρμόξατο τὸ σκᾶνος, ὑπάκουόν τε εἶμεν καὶ ἐναρμόνιον
* ταῖς τῶν βίων ὑποθέσεσι. δεῖ δὲ καὶ τὰν ψυχὰν D
ῥυθμίζεσθαι ποτὶ τὰς ἀναλόγως ἀρετάς, ποτὶ μὲν σω-
φροσύναν οἷον ποτὶ ὑγίειαν τὸ σῶμα, ποτὶ δὲ φρόνασιν
οἷον ποτὶ εὐαισθησίαν, ποτὶ δὲ ἀνδρειότατα οἷον ποτὶ
ῥώμαν καὶ ἰσχύν, ποτὶ δὲ δικαιοσύναν οἷον ποτὶ κάλλος
τὸ σῶμα. τουτέων δὲ ἀρχαὶ μὲν ἐκ φύσιος, μέσα δὲ καὶ
πέρατα ἐξ ἐπιμελείας, σώματος μὲν διὰ γυμναστικᾶς καὶ
ἰατρικᾶς, ψυχᾶς δὲ διὰ παιδείας καὶ φιλοσοφίας· αὗται
γὰρ ταὶ δυνάμιες * τρέφοισαι καὶ τονοῖσαι καὶ τὰ σώματα E
καὶ τὰς ψυχὰς διὰ πόνων καὶ γυμνασίων καὶ διαίτας κα-
θαρότατος, ταὶ μὲν διὰ φαρμακειᾶν, ταὶ δὲ παιδευτικαὶ
τᾶν ψυχᾶν διὰ κολασίων καὶ ἐπιπλαξίων· ῥωννύουσι γὰρ

*) γρ. αὐτά.

ditatis vacuitas appetitionis nimiaeque festinationis, facultatis quae in perturbationes incidit feri affectu rabies quasi oestro percita, rationis vero inscitia et mentia. principia vitiositatis sunt voluptates et dol cupiditates et timores, qui accenduntur quidem corp sed cum animo commiscentur variisque nuncupa nominibus; amores enim et desideria et cupidines solutae et irae concitatae et excandescentiae grave cupiditates variae et voluptates immoderatae sunt. nino vero succumbere affectibus, ita ut in eorum p state sis, terminus est virtutis et pravitatis; his e diffluere aut superiorem esse bene aut male affectos reddit. ad has autem appetitiones multum adium afferre possunt corporum temperationes, quae ac vel calidae et alias aliae sunt, ad atram bilem et lib nes insanissimas nos ducentes, et fluxionibus tent partes aliquae morsus afferunt formasque corporum flammatorum magis quam sanorum, quibus et tristi et obliviones et amentiae et consternationes efficiunt multum etiam possunt consuetudines, in quibus edu fuerint homines publice vel privatim, et quotidiana vendi ratio frangens animum vel corroborans ad fo tudinem. etenim vita sub dio et simplicia aliment gymnasia et mores eorum quibus utimur vim habent ximam ad virtutem et vitiositatem. et hae quidem c sae a parentibus et elementis magis proficiscuntur q a nobis, nisi si per segnitiam de actionibus nobis co nientibus desistimus. ut vero animans bene se hab corpus suis virtutibus praeditum sit necesse est, s tate, sentiendi facultate, robore et pulchritudine. p cipium autem pulchritudinis est convenientia sing rum eius partium cum animo; natura enim velut strumentum composuit corpus, ut obediens esset at consentaneum vitae finibus propositis. oportet v etiam animum ad virtutes aequales compositum esse temperantiam, sicut corpus ad sanitatem, ad prudenti

διὰ προτροπᾶν ἐγείροισαι τὰν ὁρμὰν * καὶ ἐγκελευόμεναι 104
τὰ ποτίφορα ποττὰ ἔργα. ἀλειπτικὰ μὲν ὧν καὶ ἁ ταύτᾳ
συγγενεστάτα ἰατρικά, σώματα ταχθεῖσα θεραπεῦεν, ἐς
τὰν κρατίσταν ἁρμονίαν ἄγοισα τὰς δυνάμιας τό τε αἷμα
καθαρὸν καὶ τὸ πνεῦμα σύῤῥοον ἀπεργάζεται, ἵν', εἰ καί
τι νοσῶδες ὑπογένοιτο, κράτος αὐτῶ ἔχοιεν ἐῤῥωμέναι
ταὶ δυνάμιες αἵματος καὶ πνεύματος· μωσικὰ δὲ καὶ ἁ
ταύτας ἁγεμὼν φιλοσοφία, ἐπὶ τᾷ τᾶς ψυχᾶς ἐπανορ-
θώσει ταχθεῖσαι * ὑπὸ θεῶν τε καὶ νόμων, ἐθίζοντι καὶ B
πείθοντι, τὰ δὲ καὶ ποταναγκάζοντι, τὸ μὲν ἄλογον
τῷ λογισμῷ πείθεσθαι, τῶ δ' ἀλόγω θυμὸν μὲν πρᾶον
εἶμεν, ἐπιθυμίαν δὲ ἐν ἀρεμήσει, ὡς μὴ δίχα λόγω κι-
νέεσθαι, μηδὲ μὰν ἀτρεμίζειν τῶ νῶ ἐκκαλεομένω ἢ ποτὶ
ἔργα ἢ ποτὶ ἀπολαύσιας· οὗτος γάρ ἐστιν ὅρος σωφρο-
σύνας εὐπείθειά τε καὶ καρτερία· καὶ σύνεσις καὶ ἁ
πρεσβίστα φιλοσοφία, ἀποκαθαράμεναι ψευδέας δόξας,
ἐνέθηκαν * τὰν ἐπιστάμαν, ἀνακαλεσάμεναι τὸν νόον ἐκ C
μεγάλας τᾶς ἀγνοίας, χαλάσασαι ἐς ὄψιν τῶν θείων,
τοῖς ἐνδιατρίβεν σὺν αὐταρκίᾳ τε ποττἀνθρώπεια καὶ σὺν
εὐροίᾳ *) ἐπὶ τὸν σύμμετρον βίω χρόνον εὐδαιμόν ἐστιν.
ὅτῳ μὲν δὴ ὁ δαίμων μοίρας τᾶσδ' **) ἔλαχε, δι' ἀλα-
θεστάταν δόξαν ἄγεται ἐπὶ τὸν εὐδαιμονέστατον βίον.
εἰ δέ κά τις σκλαρὸς καὶ ἀπειθής, τῷ δ' ἑπέσθω κόλα-
σις ἅ τ' ἐκ τῶν νόμων καὶ ἁ ἐκ τῶν λόγων, σύντονα
ἐπάγοισα δείματά * τε ὑπουράνια ***) καὶ τὰ καθ' Ἅιδεω, D
ὅτι κολάσιες ἀπαραίτητοι ἀπόκεινται δυςδαίμοσι νερτέροις,
καὶ τἄλλα ὅσα ἐπαινέω τὸν Ἰωνικὸν ποιητὰν ἐκ παλαιᾶς
ποιεῦντα τὼς ἐναγέας· ὡς γὰρ τὰ σώματα νοσώδεσί
ποκα ὑγιάζομες, αἴ κα μὴ εἴκῃ τοῖς ὑγιεινοτάτοις, οὕτω
τὰς ψυχὰς ἀπείργομες ψευδέσι λόγοις, εἴ κα μὴ ἄγηται
ἀλαθέσι. λέγοιντο δ' ἂν ἀναγκαίως καὶ τιμωρίαι ξέναι,

---

*) γρ. συνεργίᾳ.

**) ἄλλ. τᾶς δ'.

***) γρ. ἐπουράνια.

sicut corpus ad sentiendi facultatem, ad fortitudinem, sicut ad robur et vigorem, et ad iustitiam, sicut ad pulchritudinem corpus. harum vero principia a natura ducuntur, media et extrema a cura, corporis quidem per gymnasticam et medicinam, animi vero per eruditionem et philosophiam; hae enim facultates alunt et roborant tam corpora quam animos laboribus et exercitationibus et victus puritate, partim per medicamenta, partim per institutiones animi, castigationes ac reprehensiones; corroborant enim cohortationibus impetum excitantes et ad actiones convenientes impellentes. unguendi vero ars eique maxime cognata medicina, ad corpora curanda constitutae, eo quod ad optimam convenientiam facultates adducunt, sanguinem purum et spiritum confluentem efficiunt, ut, etiamsi quid morbidi suboriatur, id corroboratae sanguinis spiritusque vires superare possint; musica vero eiusque dux philosophia, ad animum emendandum et erigendum constitutae a diis et legibus, assuefaciunt et persuadent, nonnumquam etiam cogunt animi partem ratione carentem, ut rationi obediat, iracundiam, ut mansueta sit, cupiditatem, ut quiescat, ne contra rationem moveantur, neque vero conquiescant, quum mens ad actiones vel ad oblectationes cohortetur; hic est enim finis temperantiae, obedientia et tolerantia; porro intelligentia et philosophia, qua nihil habemus antiquius, falsis opinionibus expulsis iniiciunt scientiam, revocantes mentem ex magna ignorantia et ita relaxantes, ut ad rerum divinarum spectationem sese erigat, in quibus quidem versari, ita ut contentus sis rebus humanis et secundo quasi flumine ad temperatum vitae genus ferare, felicitatis est. cuicumque igitur deus hanc attribuit sortem, is a verissima opinione ad felicissimam ducitur vitam. si vero quis durus fuerit nec obediverit, eum poena consequetur tum ex legibus tum ex sermonibus illis qui continuos pavores denuntiant sub caelo et apud inferos, sup-

*ὡς μετενδυομέναν τᾶν ψυχᾶν τῶν μὲν δειλῶν ἐς γυναικεῖα
σκάνεα ποθ' ὕβριν * ἐκδιδόμενα, τῶν δὲ μιαιφόνων ἐς
θηρίων σώματα ποτὶ κόλασιν, λάγνων δ' ἐς συῶν ἢ
κάπρων μορφάς, κούφων δὲ καὶ μετεώρων ἐς πτηνῶν
ἀεροπόρων, ἀργῶν δὲ καὶ ἀπράκτων ἀμαθῶν τε καὶ ἀνοή-
των ἐς τὰν τῶν ἐνύδρων ἰδέαν. ἅπαντα δὲ ταῦτα ἐν δευ-
τέρᾳ περιόδῳ ἁ Νέμεσις συνδιέκρινε * σὺν δαίμοσι πα-* 105
*λαμναίοις χθονίοις τε, τοῖς ἐπόπταις τῶν ἀνθρωπίνων,
οἷς ὁ πάντων ἀγεμὼν θεὸς ἐπέτρεψε διοίκησιν κόσμω συμ-
πεπληρωμένω ἐκ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων τῶν τε ἄλλων
ζώων, ὅσα δεδαμιούργαται ποτ' εἰκόνα τὰν ἀρίσταν εἴδεος
ἀγεννάτω καὶ αἰωνίω καὶ νοατῶ.* *)

---

*) γρ. ἀγενάτω καὶ αἰωνίω.

plicia inevitabilia proposita esse infelicibus inferis, et reliqua quae laudabiliter Ionicus poëta iam dudum dixit scelestis perpetienda esse; quemadmodum enim corpora nonnumquam rebus morbidis sanamus, si saluberrimis non cedunt, ita etiam animos coërcemus falsis sermonibus, si veris non ducitur. memorari etiam necessario poterunt supplicia nova, animos timidorum migrare in muliebria corpora, contumeliae causa eis data, homicidarum in beluarum corpora castigationis causa, libidinosorum in suum vel aprorum formas, levium et mutabilium in bestiarum volatilium species quae in aëre vagantur, ignavorum, otiosorum, imperitorum ac stolidorum in aquatilium formam. omnia autem haec in secundo circuitu Nemesis diiudicat cum daemonibus scelerum vindicibus infernis, rerum humanarum speculatoribus, quibus omnium rerum dux deus administrationem commisit mundi diis et hominibus reliquisque animantibus completi, quotquot ficta sunt ad imaginem praestantissimam speciei ortu carentis et sempiternae et intelligibilis.

Ο Ρ Ο Ι.

Ἀΐδιον τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν καὶ νῦν μὴ ἐφθαρμένον. *) 411

Θεὸς ζῶον ἀθάνατον, αὔταρκες πρὸς εὐδαιμονίαν; οὐσία ἀΐδιος, τῆς τἀγαθοῦ φύσεως αἰτία.

Γένεσις κίνησις εἰς οὐσίαν· μετάληψις οὐσίας· πόρευσις εἰς τὸ εἶναι.

Ἥλιος πῦρ οὐράνιον, ὃ μόνον ἀπ' ἠοῦς μέχρι δείλης τοῖς αὐτοῖς ἔστιν ὁραθῆναι· ἄστρον ἡμεροφανές· ζῶον * ἀΐδιον, ἔμψυχον, τὸ μέγιστον. **) B

Χρόνος ἡλίου κίνησις, μέτρον φορᾶς.

Ἡμέρα ἡλίου πορεία ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμάς· φῶς τοὐναντίον νυκτί.

Ἕως ἡμέρας ἀρχή· τὸ πρῶτον φῶς ἀπὸ τοῦ ἡλίου.

Μεσημβρία χρόνος ἐν ᾧ τῶν σωμάτων αἱ σκιαὶ ἐλαχίστου μήκους κοινωνοῦσιν.

Δείλη ἡμέρας τελευτή.

Νὺξ σκότος τοὐναντίον ἡμέρᾳ· ἡλίου στέρησις.

Τύχη φορὰ ἐξ ἀδήλου εἰς ἄδηλον, καὶ ἐκ τοῦ αὐτομάτου αἰτία δαιμονίας πράξεως.

Γῆρας φθίσις ἐμψύχου * ὑπὸ χρόνου γιγνομένη. C

Πνεῦμα κίνησις ἀέρος περὶ τὴν γῆν.

Ἀὴρ στοιχεῖον οὗ πᾶσαι αἱ κατὰ τόπον κινήσεις κατὰ φύσιν εἰσίν.

---

*) γρ. διεφθαρμένον.

**) γρ. ὁραθῆναι· ζῶον ἀΐδιον, ἔμψυχον· ἄστρον ἡμεροφανές, τὸ μέγιστον.

DEFINITIONES.

Sempiternum est quod per omne tempus et prius est neque nunc perit.

Deus animal immortale, nihilo egens ad beate vivendum, vis sempiterna, naturae boni causa.

Ortus motus ad id quod est; adeptio naturae; progressio ad id quod est.

Sol ignis caelestis, qui solus ab ortu ad occasum ab eisdem cerni potest; astrum per diem conspicuum; animal sempiternum, animatum, maximum.

Tempus solis motio, mensura cursus.

Dies solis iter ab ortu ad occasum; lux noctis contraria.

Aurora diei principium; prima lux a sole.

Meridies tempus quo corporum umbrae minimae sunt magnitudinis.

Vespera diei finis.

Nox tenebrae diei contrariae; solis privatio.

Fortuna motus ab incerto ad incertum, et fortuita causa felicis actionis.

Senectus defectio animati a tempore proficiscens.

Spiritus motio aëris circum terram.

Aër elementum cuius omnes qui in loco fiunt motus natura sunt.

Οὐρανὸς σῶμα περιέχον πάντα τὰ αἰσθητὰ πλὴν αὐτοῦ τοῦ ἀνωτάτω *) ἀέρος.

Ψυχὴ τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν· αἰτία κινήσεως ζωτικῆς ζώων.

Δύναμις τὸ καθ' αὑτὸ ποιητικόν.

Ὄψις ἕξις διακριτικὴ σωμάτων.

Ὀστοῦν μυελὸς ὑπὸ θερμοῦ παγείς.

Στοιχεῖον τὸ συνάγον καὶ διαλύον τὰ σύνθετα.

Ἀρετὴ διάθεσις ἡ βελτίστη· ἕξις θνητοῦ ζώου καθ'
* αὑτὴν ἐπαινετή· ἕξις καθ' ἣν τὸ ἔχον ἀγαθὸν λέγεται· D
κοινωνία νόμων δικαία· διάθεσις, καθ' ἣν τὸ διακείμενον
τελείως σπουδαῖον λέγεται· ἕξις ποιητικὴ εὐνομίας.

Φρόνησις δύναμις ποιητικὴ καθ' αὑτὴν τῆς ἀνθρώπου εὐδαιμονίας· ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν· διάθεσις καθ' ἣν κρίνομεν τί πρακτέον καὶ τί οὐ πρακτέον.

Δικαιοσύνη ὁμόνοια τῆς ψυχῆς πρὸς αὑτήν, καὶ εὐ-
ταξία * τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν πρὸς ἄλληλά τε καὶ περὶ E
ἄλληλα· ἕξις διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ· ἕξις
καθ' ἣν ὁ ἔχων προαιρετικός ἐστι τῶν φαινομένων αὐτῷ
δικαίων· ἕξις ἐν βίῳ νόμου ὑπήκοος· ἰσότης κοινωνική·
ἕξις ὑπηρετικὴ ὀρθῶν νόμων.

Σωφροσύνη μετριότης τῆς ψυχῆς περὶ τὰς ἐν αὐτῇ
κατὰ φύσιν γιγνομένας ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονάς· εὐαρ-
μοστία καὶ εὐταξία ψυχῆς πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἡδονὰς
καὶ λύπας· συμφωνία ψυχῆς πρὸς τὸ ἄρχειν καὶ ἄρ-
χεσθαι· αὐτοπραγία κατὰ φύσιν· εὐταξία ψυχῆς· λο-
γιστικὴ ὁμιλία ψυχῆς περὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν· ἕξις καθ'
* ἣν ὁ ἔχων αἱρετικός ἐστι καὶ εὐλαβητικὸς ὧν χρή. 412

Ἀνδρεία ἕξις ψυχῆς ἀκίνητος ὑπὸ φόβου· θάρσος πολεμικόν· ἐπιστήμη τῶν κατὰ πόλεμον πραγμάτων· ἐγκράτεια ψυχῆς πρὸς τὰ φοβερὰ καὶ δεινά· τόλμα ὑπηρετικὴ φρονήσεως· εὐθαρσία ἐπὶ θανάτου προσδοκίᾳ· ἕξις διαφυλακτικὴ λογισμῶν ὀρθῶν ἐν κινδύνοις· ῥώμη

*) γρ. ἀνωτάτου.

Caelum corpus omnia complectens quae sensibus percipiuntur praeter ipsum supremum aërem.

Animus id quod se ipsum movet; causa motus vitalis animalium.

Facultas id quod per se efficit.

Visus vis corporum discernendorum.

Os medulla calore compacta.

Elementum id quod coniungit et dissolvit composita.

Virtus affectio optima; habitus mortalis animalis per se laudabilis; habitus quem quod tenet id bonum dicitur; communitas legum iusta; affectio qua quod praeditum est perfecte probum dicitur; habitus concordiae efficiens.

Prudentia vis hominis felicitatis per se efficiens; scientia bonorum ac malorum; affectio qua iudicamus quid faciundum et quid non faciundum.

Iustitia consensio animi cum semet ipso, et bona animi partium inter se descriptio; habitus cuique suum pro dignitate distribuens; habitus quo qui praeditus est is eligit ea quae iusta ipsi videntur; habitus in vita legibus obtemperans; aequalitas communicans; habitus rectis legibus obediens.

Temperantia moderatio animi ratione earum quae natura in eo insunt cupiditatum et voluptatum; convenientia et bona animi constitutio ratione voluptatum ac dolorum naturalium; consensio animi in imperando et parendo; voluntaria et naturae conveniens actio; bona animi descriptio; sermo quasi animi rationi consentaneus de pulchris et turpibus; habitus quo qui praeditus est is eligit et cavet quae oportet.

Fortitudo habitus animi qui a timore non movetur; animus bellicus; scientia rerum bellicarum; continentia animi in rebus formidolosis et periculosis subeundis; audacia serviens prudentiae; fiducia in mortis exspectatione; habitus conservans rectas ratiocina-

πρὸς κίνδυνον ἀντίῤῥοπος· ῥώμη καρτερικὴ πρὸς ἀρετήν· ἠρεμία ψυχῆς περὶ τὰ δεινὰ καὶ θαρσαλέα κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον φαινόμενα· σωτηρία * δογμάτων ἀδήλων περὶ τὰ δεινά· ἐμπειρία πολέμου· ἕξις ἐμμενητικὴ νόμου. B

Ἐγκράτεια δύναμις ὑπομενητικὴ λύπης· ἀκολούθησις τῷ ὀρθῷ λογισμῷ· δύναμις ἀνυπέρβλητος τοῦ ὑποληφθέντος ὀρθῷ λογισμῷ.

Αὐτάρκεια τελειότης κτήσεως ἀγαθῶν· ἕξις καθ' ἣν οἱ ἔχοντες αὐτοὶ αὐτῶν ἄρχουσιν.

Ἐπιείκεια δικαίων καὶ συμφερόντων ἐλάττωσις· μετριότης ἐν συμβολαίοις· εὐταξία ψυχῆς λογιστικὴ πρὸς τὰ καλὰ καὶ αἰσχρά.

Καρτερία * ὑπομονὴ λύπης ἕνεκα τοῦ καλοῦ· ὑπο- C
μονὴ πόνων ἕνεκα τοῦ καλοῦ.

Θάρσος ἀπροσδοκία κακοῦ· ἀνεκπληξία διὰ κακοῦ παρουσίαν.

Ἀλυπία ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοί ἐσμεν εἰς λύπας.

Φιλοπονία ἕξις ἀποτελεστικὴ οὗ ἂν προέληται· καρτερία ἑκούσιος· ἕξις ἀδιάβλητος πρὸς πόνον.

Αἰδὼς τολμήσεως ὑποχώρησις ἑκουσία δικαίως καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον φανέν· καταλαβὴ ἑκουσία τοῦ βελτίστου· εὐλάβεια ὀρθοῦ ψόγου.

Ἐλευθερία ἡγεμονία * βίου· αὐτοκράτεια ἐπὶ παντί· D
ἐξουσία τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἐν βίῳ· ἀφειδία ἐν χρήσει καὶ ἐν κτήσει οὐσίας.

Ἐλευθεριότης ἕξις πρὸς τὸ χρηματίζεσθαι ὡς δεῖ· πρόσθεσις καὶ κτῆσις οὐσίας ὡς χρή.

Πραότης κατάστασις κινήσεως τῆς ὑπ' ὀργῆς· κρᾶσις ψυχῆς σύμμετρος.

Κοσμιότης ὕπειξις ἑκουσία πρὸς τὸ φανὲν βέλτιστον· εὐταξία περὶ κίνησιν σώματος.

Εὐδαιμονία ἀγαθὸν ἐκ πάντων ἀγαθῶν συγκείμενον·

tiones in periculis; robur periculo par; robur perseverans in virtute; tranquillitas animi ratione eorum quae ex recta ratione timenda et audenda videntur; conservatio sententiarum in rebus timendis quae incertae sunt; scientia belli; habitus leges observans.

Continentia facultas doloris sustinendi; obtemperatio rectae rationi; vis insuperabilis eius quod recta ratione comprehensum est.

Absolutio perfectio possessionis bonorum; habitus quo qui praediti sunt sibimet ipsis imperant.

Aequitas iustorum et utilium diminutio; moderatio in commerciis; recta dispositio animi rationalis ad pulchra et turpia.

Tolerantia perpessio doloris honesti causa; perpessio laborum honesti causa.

Confidentia vacuitas exspectationis mali; liberatio perturbationis ob mali praesentiam.

Doloris vacuitas habitus per quem non incidimus in dolores.

Industria habitus id perficiens quod quis sibi proposuerit; perseverantia voluntaria; habitus ad laborem reprehensionem non capiens.

Pudor audaciae discessus voluntarius qui iure fit et eius causa quod optimum videtur; comprehensio voluntaria optimi; vitatio rectae reprehensionis.

Libertas principatus vitae; plena in quaque re potestas; licentia vivendi ut velit; libera facultas in usu et possessione bonorum.

Liberalitas habitus ad lucrandum ut oportet, adiectio et possessio bonorum qualis decet.

Mansuetudo sedatis motus ab ira excitati; temperatio animi conveniens.

Modestia obsequium voluntarium in id quod optimum videtur; bona dispositio in corporis motu.

Felicitas bonum ex omnibus bonis compositum;

δύναμις αὐτάρκης πρὸς τὸ εὖ ζῆν· τελειότης κατ' ἀρετήν· * ὠφέλεια αὐτάρκης ζώου. E

Μεγαλοπρέπεια ἀξίωσις κατὰ λογισμὸν ὀρθὸν τὸν σεμνότατον.

Ἀγχίνοια εὐφυΐα ψυχῆς, καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστιν ἑκάστῳ τοῦ δέοντος· ὀξύτης νοῦ.

Χρηστότης ἤθους ἀπλαστία μετ' εὐλογιστίας· ἤθους σπουδαιότης.

Καλοκαγαθία ἕξις προαιρετικὴ τῶν βελτίστων.

Μεγαλοψυχία χρῆσις τοῖς ξυμβαίνουσιν ἀστεία· μεγαλοπρέπεια ψυχῆς μετὰ λόγου.

Φιλανθρωπία ἕξις εὐάγωγος ἤθους πρὸς ἀνθρώπου φιλίαν· ἕξις εὐεργετικὴ ἀνθρώπων· χάριτος σχέσις· μνήμη μετ' εὐεργεσίας.

Εὐσέβεια *) δικαιοσύνη περὶ θεούς· δύναμις θεραπευτικὴ θεῶν ἑκούσιος· περὶ θεῶν τιμῆς * ὑπόληψις ὀρθή· ἐπιστήμη τῆς περὶ θεῶν τιμῆς. 413

Ἀγαθὸν τὸ αὐτοῦ ἕνεκεν.

Ἀφοβία ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοί ἐσμεν εἰς φόβους.

Ἀπάθεια ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοί ἐσμεν εἰς πάθη.

Εἰρήνη ἡσυχία ἐπ' ἔχθρας πολεμικάς.

Ῥαθυμία ῥαστώνη ψυχῆς· ἀπάθεια τοῦ θυμοειδοῦς.

Δεινότης διάθεσις καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστι τοῦ ἰδίου τέλους.

Φιλία ὁμόνοια ὑπὲρ καλῶν καὶ δικαίων· προαίρεσις βίου τοῦ αὐτοῦ· ὁμοδοξία περὶ προαιρέσεως καὶ πράξεως· ὁμόνοια * περὶ βίου κοινωνίαν μετ' εὐνοίας· κοινωνία τοῦ B εὖ ποιῆσαι καὶ παθεῖν.

Εὐγένεια ἀρετὴ εὐγενοῦς ἤθους· εὐαγωγία ψυχῆς πρὸς λόγους καὶ πράξεις.

Αἵρεσις δοκιμασία ὀρθή.

Εὔνοια αἵρεσις· ἀνθρώπου **) πρὸς ἄνθρωπον ἀσπασμός.

---

*) γρ. ἀνθρώπων. Εὐσέβεια.

**) ἴσ. Εὔνοια ἀνθρώπου.

facultas bene vivendi tota ex se apta; perfectio in virtute; utilitas animalis ex se ipsa suspensa.

Magnificentia dignitas a ratione recta gravissima proficiscens.

Sagacitas bona animi indoles, quam qui habet is, quod cuique convenit, assequitur; acumen mentis.

Probitas morum sinceritas cum ratione recta coniuncta; morum integritas.

Honestas habitus optima eligens.

Magnanimitas usus scitus eorum quae accidunt; magnificentia animi cum ratione coniuncta.

Humanitas habitus morum ad amicitiam cum homine iungendam facilis ductu; habitus benevolus erga homines; gratiae conservatio; memoria cum beneficentia coniuncta.

Pietas iustitia erga deos; facultas sua sponte deorum colendorum; recta deorum cultus comprehensio; scientia deorum colendorum.

Bonum quod propter se expetitur.

Timoris vacuitas habitus per quem non incidimus in timores.

Affectuum vacuitas habitus per quem non incidimus in affectus.

Pax quies contentionum bellicarum.

Socordia remissio animi; quies iracundiae.

Sollertia affectio quam qui habet proprium assequitur finem.

Amicitia consensio de honestis et iustis; electio eiusdem vitae; concordia in rebus eligendis et gerendis; consensio de vitae communitate cum benevolentia coniuncta; communitas in beneficiis dandis et accipiendis.

Nobilitas virtus morum generosorum; animi inductio ad sermones et actiones.

Electio probatio recta.

Benevolentia [electio] mutuus hominum amor.

Οἰκειότης ταὐτοῦ γένους κοινωνία.

Ὁμόνοια κοινωνία τῶν ὄντων ἁπάντων· συμφωνία νοημάτων καὶ ὑπολημμάτων.

*Ἀγάπησις ἀπόδειξις *) παντελής.*

Πολιτικὴ ἐπιστήμη καλῶν καὶ συμφερόντων· ἐπιστήμη ποιητικὴ δικαιοσύνης ἐν πόλει.

*Ἑταιρεία * φιλία κατὰ συνήθειαν ἐν τοῖς καθ' ἡλι-* C
κίαν γεγενημένοις.

Εὐβουλία ἀρετὴ λογισμοῦ σύμφυτος.

Πίστις ὑπόληψις ὀρθὴ τοῦ οὕτως ἔχειν ὡς αὐτῷ φαίνεται· βεβαιότης ἤθους.

Ἀλήθεια ἕξις ἐν καταφάσει καὶ ἀποφάσει· ἐπιστήμη ἀληθῶν.

Βούλησις ἔφεσις μετὰ λόγου ὀρθοῦ· ὄρεξις εὔλογος· ὄρεξις μετὰ λόγου κατὰ φύσιν.

Συμβούλευσις παραίνεσις ἑτέρῳ πρὸ πράξεως, τίνα δεῖ τρόπον πράττειν.

*Εὐκαιρία χρόνου ἐπίτευξις, **) ἐν ᾧ χρὴ παθεῖν τι ἢ ποιῆσαι.*

*Εὐλάβεια φυλακὴ * κακοῦ· ἐπιμέλεια φυλακῆς.* D

Τάξις ἐργασίας ὁμοιότης τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων· συμμετρία κοινωνίας· αἰτία τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων· συμμετρία πρὸς τὸ μαθεῖν.

Πρόςεξις συντονία ψυχῆς πρὸς τὸ καταμαθεῖν.

Εὐφυΐα τάχος μαθήσεως· γέννησις φύσεως ἀγαθή· ἀρετὴ ἐν φύσει.

Εὐμάθεια εὐφυΐα ψυχῆς πρὸς τάχος μαθήσεως.

Δίκη ἀπόφασις κυρία περὶ ἀμφιςβητουμένου πράγματος.

*Νόμος ***) ἀμφιςβήτησις περὶ τοῦ ἀδικεῖν * ἢ μή.* E

Εὐνομία πειθαρχία νόμων σπουδαίων.

Εὐφροσύνη ἐπὶ τοῖς τοῦ σώφρονος ἔργοις χαρά.

Τιμὴ δόσις ἀγαθῶν ἐν ταῖς δι' ἀρετὴν πράξεσι διδο-

---

*) ἴσ. ἀπόδεξις. **) γρ. ἐπίταξις.

***) ἴσ. Δίκη ἀμφιςβήτησις — μή. Νόμος ἀπόφασις— πράγματος.

Familiaritas eiusdem generis communio.

Concordia communio rerum omnium; consensio sententiarum et opinionum.

Amor approbatio perfecta.

Ratio civilis scientia bonorum et utilium; scientia efficiens iustitiae in civitate.

Sodalitas amicitia inter aequales consuetudine conciliata.

Prudentia consiliaria virtus rationi innata.

Fides persuasio recta rem sic se habere, ut videatur; firmitas morum.

Veritas habitus in affirmatione et negatione; scientia eorum quae vera sunt.

Voluntas appetitio cum ratione recta; desiderium rationi consentaneum; desiderium naturale cum ratione coniunctum.

Consilium admonitio ante actionem alteri suadens quo pacto agere debeat.

Opportunitas temporis adeptio ad patiendum quid vel faciendum accommodati.

Cautio devitatio mali; cura custodiae.

Ordo aequalitas in omnibus quae inter se referuntur efficiendis; consensio communionis; causa eorum quae inter se referuntur omnium; consensio in discendo.

Attentio conatus quem animus habet ad perspiciendum aliquid.

Indoles bona celeritas ad discendum; bonitas naturâ nata; virtus naturalis,

Docilitas bona animi indoles ad celeriter discendum.

Iudicium controversia de rebus iustis vel iniustis.

Lex sententia rata de re controversa.

Concordia obtemperatio legibus bonis.

Laetitia gaudium quo nos afficiunt temperantis actiones.

Honor largitio bonorum quae virtutis actionibus

μένων· ἀξίωμα ἀπ' ἀρετῆς· σχῆμα σεμνότητος· τήρησις ἀξιώματος.

Προθυμία ἐμφανισμὸς προαιρέσεως πρακτικῆς.

Χάρις εὐεργεσία ἑκούσιος· ἀπόδοσις ἀγαθοῦ· ὑπουργία ἐν καιρῷ.

Ὁμόνοια ὁμοδοξία *) ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, ὡς δεῖ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι.

Πολιτεία κοινωνία πλήθους ἀνθρώπων αὐτάρκης πρὸς εὐδαιμονίαν· κοινωνία πλήθους ἔννομος.

* Πρόνοια παρασκευὴ πρὸς μέλλοντά τινα. 414

Βουλὴ σκέψις περὶ τῶν μελλόντων πῶς συμφέρει.

Νίκη δύναμις κρατητικὴ περὶ ἀγωνίαν.

Εὐπορία εὐκρίνεια κρατητικὴ τοῦ λογιζομένου.

Δωρεὰ ἀλλαγὴ χάριτος.

Καιρὸς χρόνου ἀκμὴ πρὸς τὸ συμφέρον· χρόνος ἀγαθοῦ τινὸς συνεργός.

Μνήμη διάθεσις ψυχῆς φυλακτικὴ τῆς ἐν αὐτῇ ὑπαρχούσης ἀληθείας.

Ἔννοια συντονία διανοίας.

Νόησις ἀρχὴ ἐπιστήμης.

Ἁγνεία εὐλάβεια τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς ἁμαρτημάτων·
* τῆς θεοῦ τιμῆς κατὰ φύσιν θεραπεία. B

Μαντεία ἐπιστήμη προδηλωτικὴ πράξεως ἄνευ ἀποδείξεως.

Μαντικὴ ἐπιστήμη θεωρητικὴ τοῦ ὄντος καὶ μέλλοντος ζώῳ θνητῷ.

Σοφία ἐπιστήμη ἀνυπόθετος· ἐπιστήμη τῶν ἀεὶ ὄντων· ἐπιστήμη θεωρητικὴ τῆς τῶν ὄντων αἰτίας.

Φιλοσοφία τῆς τῶν ὄντων ἀεὶ ἐπιστήμης ὄρεξις· ἕξις θεωρητικὴ **) τοῦ ἀληθοῦς, πῶς ἀληθές· ἐπιμέλεια ψυχῆς μετὰ λόγου ὀρθοῦ.

Ἐπιστήμη ὑπόληψις ψυχῆς ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου·
δύναμις * ὑποληπτική τινος ἢ τινῶν, ἀμετάπτωτος ὑπὸ C
λόγου· λόγος ἀληθὴς ἐπὶ διανοίᾳ ἀμετάπτωτος.

---

*) γρ. δόξα. **) γρ. ὄρεξις· θεωρητική.

tribuuntur; dignitas virtute comparata; gravitatis species; observatio dignitatis.

Alacritas declaratio voluntatis ad agendum promptae.

Gratia beneficentia voluntaria; boni retribuendi actio; ministerium opportunum.

Concordia consensio imperantium et imperio obedientium; quomodo imperare et imperio obedire conveniat.

Res publica communio multitudinis hominum cui nihil deest ad beate vivendum; communio multitudinis legitima.

Providentia praeparatio ad futura quaedam.

Consultatio quaestio de futuris quomodo expediant.

Victoria facultas superandi in certamine.

Cognitio prompta diiudicandi facultas id quod cogitatur assequens.

Donatio gratiae permutatio.

Occasio temporis momentum quod conducit; tempus bonum aliquod adiuvans.

Memoria affectio animi eam quae in eo inest veritatem conservans.

Consideratio contentio mentis.

Cogitatio principium scientiae.

Sanctimonia cautio eorum quae in deos peccantur; cultus deorum observantia naturalis.

Divinatio scientia rem prius indicans sine demonstratione.

Vaticinatio scientia perspiciens eius quod est et futurum est animali mortali.

Sapientia scientia quae non nititur sumptione; scientia eorum quae semper sunt; scientia rerum causam perscrutans.

Philosophia scientiae eorum quae semper sunt appetitio; habitus verum contemplans, quomodo sit verum; studium animi cum recta ratione coniunctum.

Δόξα ὑπόληψις μεταπειστὸς *) ὑπὸ λόγου· λογιστικὴ φορά· διάνοια ἐμπίπτουσα εἰς ψεῦδος καὶ ἀληθὲς ὑπὸ λόγου.

Αἴσθησις ψυχῆς φορά· νοῦ κίνησις· ψυχῆς διὰ σώματος εἰςάγγελσις εἰς ὥρας ἀνθρώπων, ἀφ' ἧς γίγνεται ψυχῆς ἄλογος δύναμις γνωριστικὴ διὰ σώματος.

Ἕξις διάθεσις ψυχῆς καθ' ἣν ποιοί τινες λεγόμεθα.

Φωνὴ ῥεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ * διανοίας. D

Λόγος φωνὴ ἐγγράμματος, φραστικὴ ἑκάστου τῶν ὄντων· διάλεκτος σύνθετος ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἄνευ μέλους.

Ὄνομα διάλεκτος ἀσύνθετος ἑρμηνευτικὴ τοῦ τε κατὰ τῆς οὐσίας κατηγορουμένου καὶ παντὸς τοῦ μὴ καθ' ἑαυτοῦ **) λεγομένου.

Διάλεκτος φωνὴ ἀνθρώπου ἐγγράμματος, καὶ σημεῖόν τι κοινὸν ἑρμηνευτικὸν ἄνευ μέλους.

Συλλαβὴ ἀνθρωπίνης φωνῆς ἄρθρον ἐγγράμματον.

Ὅρος λόγος ἐκ διαφορᾶς καὶ γένους συγκείμενος.

Τεκμήριον * ἀπόδειξις ἀφανοῦς. E

Ἀπόδειξις λόγος συλλογιστικὸς ἀληθής· λόγος ἐμφανιστικὸς διὰ προγινωσκομένων.

Στοιχεῖον φωνῆς φωνὴ ἀσύνθετος· αἰτία ταῖς ἄλλαις φωναῖς τοῦ φωνὰς εἶναι.

Ὠφέλιμον τὸ αἴτιον τοῦ εὖ πάσχειν· τὸ αἴτιον τοῦ ἀγαθοῦ.

Συμφέρον τὸ εἰς ἀγαθὸν φέρον.

Καλὸν τὸ ἀγαθόν.

Ἀγαθὸν τὸ αἴτιον σωτηρίας τοῖς οὖσι· τὸ αἴτιον παντὸς τοῦ πρὸς αὐτό· ἀφ' οὗ συμβαίνει ἃ χρὴ αἱρεῖσθαι.

Σῶφρον τὸ κόσμιον τῆς ψυχῆς.

Δίκαιον νόμου τάγμα ποιητικὸν δικαιοσύνης.

Ἑκούσιον τὸ αὐτοῦ προςαγωγόν· τὸ καθ' * αὑτὸ αἱ- 415
ρετὸν κατὰ διάνοιαν ἀποτελούμενον.

Ἐλεύθερον τὸ ἄρχον αὐτοῦ.

*) γρ. μετὰ πίστεως.
**) ἴσ. καθ' αὑτό.

Scientia perceptio animi quae a ratione refelli non potest; facultas alicuius vel aliquorum comprehendendorum ita ut a ratione refelli non possit; ratio vera in mente firma.

Opinio perceptio quam ratio potest mutare; mentis cogitantis ratio; cogitatio in falsum et verum per rationem incidens.

Sensus animi motio; mentis agitatio; animi per corpus nuntiatio ad opportunitates hominum, quae efficit ut animi vis rationis expers cognoscat per corpus.

Habitus affectio animi ex qua quales quidam dicimur.

Vox fluxus per os ex mente manans.

Oratio vox litteris consignata; singula quae sunt indicans; sermo e nominibus et verbis compositus sine cantu.

Nomen dictio non composita declarans id quod de natura rei pronuntiatur et omne quod non per se dicitur.

Sermo vox hominis litteris consignata, et signum quoddam commune exponens sine cantu.

Syllaba humanae vocis articulus litteris mandatus.

Definitio oratio e differentia et genere composita.

Indicium declaratio rei non patentis.

Demonstratio sermo verus conclusione nitens; oratio quae declarat aliquid per res ante cognitas.

Elementum vocis vox non composita; causa efficiens ut ceterae voces sint.

Utile id quod efficit ut commodo aliquo utamur; causa boni.

Conducens id quod ad bonum ducit.

Honestum bonum.

Bonum causa salutis rerum; causa eiusque quod ad semet ipsum refertur; id a quo proficiscuntur quae eligi oportet.

Temperantia animi moderatio.

Voluntarium quod se ipsum adducit; quod per se eligitur cogitatione perfectum.

Μέτριον τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως καὶ κατὰ τέχνην ἀρκοῦν.

Μέτρον τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως.

Ἆθλον ἀρετῆς γέρας τὸ ἑαυτοῦ ἕνεκα αἱρετόν.

Ἀθανασία οὐσία ἔμψυχος καὶ ἀΐδιος μονή.

Ὅσιον θεράπευμα θεοῦ ἀρεστὸν θεῷ.

Ἑορτὴ χρόνος ἱερὸς κατὰ νόμους.

Ἄνθρωπος ζῷον ἄπτερον, δίπουν, πλατυώνυχον· ὃ μόνον τῶν ὄντων ἐπιστήμης τῆς κατὰ λόγους δεκτικόν ἐστι.

* Θυσία θεῷ δόμα θύματος. B

Εὐχὴ αἴτησις ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἢ δοκούντων παρὰ θεοῖς.

Βασιλεὺς ἄρχων κατὰ νόμους ἀνυπεύθυνος· πολιτικῆς κατασκευῆς ἄρχων.

Ἀρχὴ ἐπιμέλεια τοῦ παντός.

Ἐξουσία ἐπιτροπὴ νόμου.

Νομοθέτης ποιητὴς νόμων καθ' οὓς δεῖ πολιτεύεσθαι.

Νόμος δόγμα πλήθους πολιτικὸν οὐκ εἴς τινα χρόνον ἀφωρισμένον.

Ὑπόθεσις ἀρχὴ ἀναπόδεικτος· συγκεφαλαίωσις λόγου.

Ψήφισμα δόγμα πολιτικὸν εἴς τινα χρόνον ἀφωρισμένον.

* Πολιτικὸς ἐπιστήμων πόλεως κατασκευῆς. C

Πόλις οἴκησις πλήθους ἀνθρώπων κοινοῖς δόγμασι χρωμένων· πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ νόμον τὸν αὐτὸν ὄντων.

Πόλεως ἀρετὴ κατάστασις ὀρθῆς πολιτείας.

Πολεμικὴ ἐμπειρία πολέμου.

Συμμαχία κοινωνία πολέμου.

Σωτηρία περιποίησις ἀβλαβής.

Τύραννος ἄρχων πόλεως κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν.

Σοφιστὴς νέων πλουσίων ἐνδόξων ἔμμισθος θηρευτής.

Πλοῦτος κτῆσις σύμμετρος πρὸς * εὐδαιμονίαν· περιουσία χρημάτων εἰς εὐδαιμονίαν συντεινόντων. D

Παρακαταθήκη δόμα μετὰ πίστεως.

Liberum quod sibi ipsum imperat.

Moderatum quod medium inter nimium et parum et ex arte satis est.

Modus medium inter nimium et parum.

Palma virtutis praemium propter se expetendum.

Immortalitas natura animata et sempiterna mansio.

Sanctitas dei cultus deo gratus.

Dies festus tempus ex legibus sacrum.

Homo animal pennis carens, bipes, ungues latos habens; quod solum ex his quae sunt scientiae per sermones compos est.

Sacrificium datio victimae quae deo offertur.

Precatio hominum petitio bonorum vel eorum quae bona videntur a diis impetrandorum.

Rex princeps ex legibus ratione reddenda non adstrictus; civilis constitutionis princeps.

Imperium procuratio totius.

Potestas tutela legis.

Legum lator conditor legum, ad quas res publica administranda.

Lex scitum multitudinis civile non ad tempus aliquod definitum.

Sumptio principium quod non potest demonstrari; orationis summa.

Decretum edictum civile ad tempus aliquod definitum.

Civilis sciens civiles constitutionis.

Urbs habitatio multitudinis hominum communibus decretis utentium; multitudo hominum sub eadem lege viventium.

Civitatis virtus constitutio rectae rei publicae.

Ars militaris scientia belli.

Societas bellica communitas belli.

Salus conservatio noxae expers.

Tyrannus dominator civitatis suam ipse sententiam sequens.

Sophistes iuvenum divitum nobilium mercenarius venator.

Κάθαρσις ἀπόκρισις χειρόνων ἀπὸ βελτιόνων.

Νικᾶν κρατεῖν διαφερόμενον.

Ἀγαθὸς ἄνθρωπος ὁ τοιοῦτος οἷος ἀνθρώπῳ τἀγαθὰ ἐπιτελεῖν.

Σώφρων ὁ μετρίας ἐπιθυμίας ἔχων.

Ἐγκρατὴς ὁ κρατῶν ἀντιτεινόντων τῶν τῆς ψυχῆς μορίων τῷ ὀρθῷ λογισμῷ.

Σπουδαῖος ὁ τελέως ἀγαθός· ὁ ἔχων τὴν αὑτοῦ
* ἀρετήν. E

Σύννοια διάνοια μετὰ λύπης ἄνευ λόγου.

Δυςμαθία βραδυτὴς ἐν μαθήσει.

Δεσποτεία ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος δικαία.

Ἀφιλοσοφία ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων μισολόγος ἐστί.

Φόβος ἔκπληξις ψυχῆς ἐπὶ κακοῦ προςδοκίᾳ.

Θυμὸς ὁρμὴ βίαιος ἄνευ λογισμοῦ· νοῦς τάξεως *) ψυχῆς ἀλογίστου.

Ἔκπληξις φόβος ἐπὶ προςδοκίᾳ κακοῦ.

Κολακεία ὁμιλία ἡ πρὸς ἡδονὴν ἄνευ τοῦ βελτίστου· ἕξις ὁμιλητικὴ πρὸς ἡδονὴν ὑπερβάλλουσα τὸ μέτριον.

Ὀργὴ παράκλησις τοῦ θυμικοῦ εἰς τὸ τιμωρεῖσθαι.

Ὕβρις ἀδικία πρὸς ἀτιμίαν φέρουσα.

* Ἀκρασία ἕξις βιαστικὴ παρὰ τὸν ὀρθὸν λογισμὸν 416
πρὸς τὰ δοκοῦντα ἡδέα εἶναι.

Ὄκνος φυγὴ πόνων ἀρχῆς.

Δειλία ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. **)

Διαβολὴ διάστασις φίλων λόγῳ.

Καιρὸς ἐν ᾧ ἕκαστον ἐπιτήδειον παθεῖν ἢ ποιῆσαι.

Ἀδικία ἕξις ὑπεροπτικὴ νόμων.

Ἔνδεια ἐλάττωσις τῶν ἀγαθῶν.

Αἰσχύνη φόβος ἐπὶ προςδοκίᾳ ἀδοξίας.

Ἀλαζονεία ἕξις προςποιητικὴ ἀγαθοῦ ἢ ἀγαθῶν τῶν μὴ ὑπαρχόντων.

Ἁμαρτία πρᾶξις παρὰ τὸν ὀρθὸν λογισμόν.

---

*) ἴσ. λογισμοῦ· ἀταξία.

**) ἴσ. πόνων. Ἀρχὴ πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. Δειλία ἕξις ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς.

Divitiae possessio moderata ad beate vivendum; abundantia opum ad felicitatem spectantium.

Depositum res cum fide tradita.

Purgatio secretio deteriorum a melioribus.

Vincere superare in contentione.

Bonus homo talis qui homini bona perficit.

Temperans qui moderatas habet cupiditates.

Continens qui animi partes rectae rationi repugnantes superat.

Honestus perfecte bonus; qui suam habet virtutem.

Sollicitudo tacita cum maerore cogitatio.

Indocilis habitus tarditas in discendo.

Dominatio imperium iustum a ratione reddenda liberum.

Philosophiae contemptio habitus quo qui affectus est is odium habet et rationum et orationum.

Timor consternatio animi propter malum impendens.

Iracundia impetus violentus sine ratione; perturbatio animi ratione carentis.

Consternatio metus mali appropinquantis.

Adulatio consuetudo cum aliquo ad voluptatem spectans sine ratione optimi; habitus eius qui utitur aliquo ad voluptatem praeter modum.

Ira cohortatio iracundae animi partis ad ulciscendum.

Contumelia iniustitia ad ignominiam ducens.

Intemperantia habitus cogens adversante recta ratione ad ea quae videntur iucunda esse.

Pigritia laborum fuga.

Principium prima eius quod est causa.

Ignavia affectio quae impetum reprimit.

Calumnia divortium amicorum per sermonem.

Occasio tempus quo aliquid convenit pati vel facere.

Iniustitia habitus leges contemnens.

Indigentia penuria bonorum.

Pudor metus ignominiae impendentis.

*Φθόνος λύπη ἐπὶ φίλων ἀγαθοῖς ἢ οὖσιν ἢ *) γεγενημένοις.*

Ἀναισχυντία ἕξις ψυχῆς ὑπομενητικὴ ἀδοξίας ἕνεκα κέρδους.

Θρασύτης ὑπερβολὴ θράσους πρὸς φόβους οὓς μὴ δεῖ.

Φιλοτιμία ἕξις ψυχῆς προετικὴ πάσης δαπάνης ἄνευ λογισμοῦ.

Κακοφυΐα κακία ἐν φύσει καὶ ἁμαρτία τοῦ κατὰ φύσιν· νόσος κατὰ φύσιν.

Ἐλπὶς προσδοκία ἀγαθοῦ.

Μανία ἕξις φθαρτικὴ ἀληθοῦς ὑπολήψεως.

Λαλιὰ ἀκρασία λόγου ἄλογος.

Ἐναντιότης τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος κατά τινα διαφορὰν πιπτόντων ἡ πλείστη διάστασις.

Ἀκούσιον τὸ παρὰ διάνοιαν ἀποτελούμενον.

Παιδεία δύναμις θεραπευτικὴ ψυχῆς.

Παίδευσις παιδείας παράδοσις.

Νομοθετικὴ ἐπιστήμη ποιητικὴ πόλεως εὐπαγοῦς.

Νουθέτησις λόγος ἐπιτιμητικὸς ἀπὸ γνώμης· λόγος ἁμαρτίας ἀποτροπῆς ἕνεκεν.

Βοήθεια κακοῦ κώλυσις ὄντος ἢ γινομένου.

Κόλασις ψυχῆς θεραπεία ἐπὶ ἁμαρτήματι γενομένῳ.

Δύναμις ὑπεροχὴ ἐν πράξει ἢ ἐν λόγῳ· ἕξις καθ' ἣν τὸ ἔχον δυνατόν ἐστιν· ἰσχὺς κατὰ φύσιν.

Σώζειν τὸ περιποιεῖν ἀβλαβῆ.

---

*) γρ. ἢ ποτὲ.

Vanitas habitus bonum vel bona quae non sunt sibi arrogantis.

Peccatum actio contra rectam rationem.

Invidia aegritudo suscepta propter amici bona sive sunt sive fuerunt.

Impudentia habitus animi infamiam sustinens lucri causa.

Temeritas nimia audacia ad timores ad quos non est opus.

Ambitio habitus animi omnem sumptum faciens adversante ratione.

Mala indoles pravitas nativa et peccatum naturale; morbus nativus.

Spes exspectatio boni.

Insania habitus veram perceptionem corrumpens.

Loquacitas incontinentia sermonis inconsiderata.

Contraria ratio eorum quae sub idem genus cum differentia aliqua cadunt maxima distantia.

Non voluntarium quod praeter sententiam perficitur.

Eruditio vis animum excolens.

Institutio eruditionis traditio.

Legum latio scientia civitatem efficiens bene compositam.

Admonitio sermo obiurgans ex animo; sermo qui peccati avertendi causa confertur.

Auxilium mali praesentis vel imminentis propulsatio.

Castigatio animi curatio in delicto quod committitur.

Potentia exsuperantia in agendo vel dicendo; habitus quem quod habet validum est; robur naturale.

Servare efficere noxae expertem.

Digitized by Google

FRIDERICI ASTI

ANNOTATIONES

IN

PLATONIS OPERA.

TOMUS PRIMUS.

LIPSIAE MDCCCXXIX.

LIBRARIA WEIDMANNIA

G. REIMER.

PLATONIS
QUAE EXSTANT
OPERA.

ACCEDUNT
PLATONIS QUAE FERUNTUR
SCRIPTA.

AD
OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM
RECENSUIT
IN LINGUAM LATINAM CONVERTIT
ANNOTATIONIBUS EXPLANAVIT INDICESQUE
RERUM AC VERBORUM ACCURATISSIMOS
ADIECIT

FRIDERICUS ASTIUS.

TOMUS DECIMUS
ANNOTATIONUM PARTEM PRIMAM CONTINENS.

LIPSIAE MDCCCXXIX.
LIBRARIA WEIDMANNIA
G. REIMER.

FRIDERICVS ASTIVS

LECTVRIS S.

Licet, quid spectaverim in his annotationibus scribendis, ex ipsis intelligatur, nonnulla tamen iuvat praemittere, quae, quid propositi habuerim et quo animo litteris eas mandaverim, aperiant atque illustrent. Ante omnia hoc egi, ut Platonem non ex interpretum vel veterum (velut Procli, Hermiae al.) vel recentiorum (ut Ficini al.) rationibus, sed ex ipsius ingenio divino, quoad eius ut assequerer mihi contigisset, interpretarer. Qua quidem in causa fieri non potuit, quin saepenumero adversus alios, tam veteres quam recentiores, interpretes eius patrocinium a me suscipiendum esset virorumque et ingenio et doctrina praecellentium adversarius exsisterem, non ut hos impugnarem, sed ut Platonem perperam acceptum vel inique iudicatum defenderem; neque enim homines respexi, sed ex veritate omnia aestimare studui. In scriptore autem tali, qualis Plato est, permulta inveniri quae sua quisque ratione intelligat atque iudicet, per se patet; quo-

circa haud mirabor, si varia, partim etiam iniqua, de his annotationibus iudicia in medium prolata videro, id est, si, quod scriptioni meae accidit in qua de Platonis vita et libris disputavi, idem his acciderit annotationibus. Rectius de his, ut spero, posteritas iudicaverit, si a partium studio praeiudicatisque opinionibus libera non auctoritatis, sed rationis veritatisque quaesiverit momenta.

In scripturae discrepantia indicanda hoc potissimum spectavi, ut, quae in Gaisfordi, Bekkeri, Stallbaumi aliorum libris dissipata leguntur, ea in unum colligerem, adiectis lectionibus librr. edd.: Ald. Bass. Steph. Lugdun. et Bipont., quos quidem recentiores non ea, qua oportebat, diligentia consuluisse passim demonstravi, velut ad Protagor. p. 103., uti recentiores, Heindorf. Beck. Bekker. et Stallbaum., vitiosum illud διδασκαλίαν, quod e libro Lugdun. in Bipont. manavit, tamquam exempli Stephaniani scripturam retinuerunt. De libro Bipontino cf. etiam quae p. 561. posui.

Scribebam Monachi die Juli 30. 1829.

INDEX LIBRORVM

TAM SCRIPTORVM QVAM LITTERARVM FORMIS EXPRESSORVM ALIORVMQVE QVIBVS VSI SVMVS PRAESIDIORVM.

I.

Codices

a) ab *Im. Bekkero* ad Protagoram collati:

(𝔄) *Clarkianus* s. *Bodleianus*, membranaceus, ff. 418., scriptus a. 896. Cf. *Catalogus s. notitia MSS., qui a cel. E. D. Clarke comparati in Bibliotheca Bodl. adservantur.* Oxon. 1812. 4. P. I. p. 68 sq. *Millin* Magas. encyclop. 1803. T. V. p. 367. *F. A. Wolf.* Annall. litter. I. p. XII.

Hunc solum Bekkerus non ipse exploravit, sed *Lectiones Platonicas* sequutus est, *quas e membranis Bodleianis eruit Thomas Gaisford.* Oxon. 1820. 8. „Totum" (ait *Bekkerus* Commentt. crit. T. I. p. X.) „viri diligentissimi libellum in mea commentaria ita recepi, ut, quae ad sententiam, ad syntaxin, ad flexionem quoquo modo pertinerent, transscriberem omnia, quae orthographica essent, ea fere speciminis loco semel atque iterum posita deinde omitterem."

(*Θ*) *Vaticanus* 226, Codicis Vaticani (*Δ*) 225 alterum volumen (*Πλάτωνος βιβλίον δεύτερον*), ff. 422, XX dialogos tenens.

(*Ξ*) *Venetus* 184, membran., f. max., foll. 494, quinquagenorum versuum. Continet post Alcinoum dialogos praeter Eryxiam omnes, epistolas, definitiones, Timaeum Locrensem, *Πλουτάρχου περὶ τῆς ἐν τῷ Τιμαίῳ ψυχογονίας. κτῆμα Βησσαρίωνος καρδηνάλεως τοῦ τῶν τούσκλων.*

(*Σ*) *Venetus* 189, bombyc., f. max., ff. 394, dialog. XXIV continens.

(B) *Parisinus* 1808 (ol. 2088), bomb., f. max., ff. 360, dial. XXXV tenens, saec. 13. Cf. *Catal. MSS. Bibl. reg. Paris.* T. II. p. 405. *Stallbaum.* Var. Lectt. T. XII. p. III.

(C) *Parisinus* 1809 (ol. 2087²), membr., f. max., ff. 316, dialog. XXXVII cont., saec. 15. Cf. *Catal.* T. II. p. 405.

(E) *Parisinus* 1811 (ol. 844 et 2089), chart., f. max., ff. 327, dialog. XXVII complectens.

(*Γ*) *Coislinianus* 155, bombyc., f. max., ff. 309, XXIX dialog. tenens, saeculi 14 vel 15. Cf. *Montfauc.* Catal. Biblioth. Coislin. p. 218.

(r) *Ambrosianus* 56, bomb., f. quadr., dialog. XIII continens.

(w) *Angelicus* C I. 9, membran., f. max., ff. 360, a tribus manibus scriptus, dial. XVIII tenens.

(y) *Barberinus* 371, membr., f. max., ff. 277.

(n) *Palatinus Vaticanus* 173, membr., f. quadr., ff. 163.

(r) *Vaticanus* 1029 a et b, membranacei, f. max., ff. bipart.

b) quos *Godofr. Stallbaumius* adhibuit:

Vindobonensis 54, a Bastio diligentissime excussus. Vid. *Bast.* Kritisch. Versuch über den Text des plat. Gastm. Praef. p. XIII. Cf. *Stallbaum* Var. Lectt. T. XII. p. V.

Florentini a. b. c. o. Cf. *Stallb.* I. I. p. VI sq.

Palatinus. Cf. *Stallb.* I. I. p. IX.

II.

Libri

litterarum formis expressi:

Marsilii Ficini interpretatio latina. Venet. 1491, fol., 1517, fol., Paris. 1518. fol. Ex recognitione *Sim. Grynaei* 1551. fol. etc.

Editio princeps, *Aldina*, Venet. 1513, fol.

Basileensis 1. Basil. ap. Io. Valderum, 1534, fol., cum Procli commentariis in Timaeum et Politiam.

Basileensis 2, a Marco Hoppero curata, Basil. 1556.

Platonis — opera quae ad nos exstant omnia, per *Ianum Cornarium* — latina lingua conscripta. Eiusdem (*J. Cornarii*) Eclogae decem, breviter et sententiarum et genuinae verborum lectionis locos selectos complectentes. Basil. 1561, fol. *I Cornarii Elogae* in Platonis dialogos omnes. Nam primum separatim editae cura *Ioh. Frid. Fischeri.* Lips. 1771, 8.

Platonis opera quae exstant omnia. Ex nova *Ioa. Serrani* interpretatione cett. Excudebat *Henricus Stephanus.* Paris. 1578, 3. Voll. fol.

Hoc exemplar Stephanianum expresserunt:

Editio Lugdunensis ap. Guil. Laemarium. 1590, fol., cum Ficini interpretatione.

Wecheliana, Francof. 1602, fol.

Bipontina cum Ficini interpretatione. Biponti ex typogr.

societatis 1781 — 87. Voll. II. 8. Quibus accesserunt *Dialogorum Platonis argumenta exposita et illustrata a Diet. Tiedemann.* Bip. 1786, 8.

Novam textus recensionem debemus *Immanueli Bekkero*, viro eruditissimo et de litteris graecis immortaliter merito: *Platonis dialogi* graece et latine. Ex recensione *Immanuelis Bekkeri.* Berolin. et Oxon. 1816 — 1818. Voll. 3. Partt. 7. Accesserunt Eiusdem in Platonem *Commentaria critica.* T. 2. Berol. 1823, 8. Scholia T. II. a p. 309 ad finem.

Platonis opera. Ex recensione Henr. Stephani passim emendata adiectis scholiis et nott. critt. Edidit *Chr. Dan. Beck.* Lips. sumt. et typis Car. Tauchnizii. Lips. 1813 — 1819. Tomi 8. 8. (Cl. Beckius tres priores tantum tomos edidit).

Platonis quae supersunt opera. Textum ad fidem codd. cum Florentt., Pariss., Vindobb. aliorumque recognovit *Godofredus Stallbaumius.* Lips. sumtib. I. A. G. Weigelii. 1821 — 25. Tomi 8. 8. Accesserunt *Variae Lectiones.* T. IX — XII. Lips. 1824 — 25.

Platonis dialogi tres Phaedo Sophistes Protagoras. Emendavit et annotatione instruxit *Lud. Fr. Heindorfius.* Berol. 1810, 8.

Platonis dialogos selectos recensuit et commentariis in usum scholarum instruxit *Godofredus Stallbaum.* Vol. II. Sect. II, continens Protagoram. Gothae et Erfordiae sumt. Guil. Hennings. 1828, 8. Bibliothecae graecae (curant. Fr. *Iacobs.* et V. Chr. Fr. *Rost*) B. Scriptt. orat. pedestris Vol. XII. Sect. II.

III.

Scholia.

Scholia in Platonem e praestantissimis Italic. bibliothecarum codicibus descripsit *Io. Phil. Siebenkees.* Edidit et praefatus est *Io. Ad. Goez.* Norimb. 1798, 8.

Scholia in Platonem — primum collegit *Dav. Ruhnkenius.* Ludg. Batav. 1800, 8. Cf. *Chardon — La Rochette* Notice des Scholies Grecques sur le Platon. Par. 1801 et in Mélanges de critique et de philologie. à Par. 1812, 8. T. II. p. 373 sq.

Scholia, quae in Ruhnkenii collectione desunt, exhibentur in: Catalog. sive Notitia manuscriptorum qui a Cel. E. D. Clarke comparati in Biblioth. Bodlei. adservantur. Oxon. 1812, 4. P. I. p. 70 — 93.

Scholia collata ad Codd. 𝔄 A B F Ξ in: Imman. Bekkeri Commentt. critt. T. II. p. 309 — 466.

IV.

Interpretationes recentiores:

Dialogues de Platon (auctore *Grou* . Amsterd. 1770, 8. T. I. p. 186—323.

Werke des Plato (auctore *Kleuker*). Lemgo. 1783, 8. P. III. p. 395 sq.

Platon's Werke von *F. Schleiermacher*. Berl. 1804, 8. T. I. P. I. p. 215 sq. Zweite verbess. Aufl. 1817.

Platon's Protagoras—von *Ioh. Casp. Götz*. Augsb. und Leipz. 1828, 8.

V.

Praeterea subsidio nobis fuerunt:

Timaei Sophistae Lexicon vocum Platonicarum. Edidit *Dav. Ruhnkenius.* Ed. II. Lugd. Batav. 1789, 8.

Phil. Guil. van Heusde. Specimen criticum in Platonem. Accedunt D. Wyttenbachii ep. ad auctorem, item collationes codd. Mss. Plat. Lugd. Bat. 1803, 8.

ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ.

Libri scripti (ut Clark. al.), litterarum formis expressi et *Diogen. Laert.* III, 59. addunt ἢ Σοφισταί. Ἐνδεικτικός. *Ficinus* quoque apposuit: *vel Sophistae*. Cuiusmodi additamenta a recentioribus esse profecta, iam *Proclus* significavit Comment. ad Plat. Polit. p. 350, 24. (ed. Plat. Bas. 1.): *καθάπερ ἄλλαι τῶν ἐπιγραφῶν προςθέσεις οὖσαι τῶν νεωτέρων τῆς ἐξουσίας ἀπολαυόντων*. Cf. *Wolf*. ad Plat. Conviv. p. XXXV., *Morgenstern*. de Plat. republ. Commentt. p. 29., nostra in libro: *Plat. Leben und Schriften* p. 459. not. xxx. et *Ioh. Iac. Tengström*. Diss. acad. super dialogo Platonis, qui Protagoras inscribitur (Aboae. 1824. 4.) p. 13.

Φαίνει] Libr. Bas. 1. et 2. *βαίνῃ*, ceteri *φαίνῃ*. „Sed recte *φαίνει Athenaeus* (V, 19. p. 345. Schweigh.) in edit. Ald. Ms. Ven. Plato in Ms. Clark. Sic et ἡγεῖ p. 217. B. ult. Ms. uterque.“ *Porson*. Advers. p. 66. Ceterum *φαίνεσθαι* in eo dicitur, qui se necopinato vel longo post tempore nobis offert, ut *Xenoph*. Mem. Socrat. II. 8, 1: *ἄλλον δέ ποτε ἀρχαῖον ἑταῖρον διὰ χρόνου ἰδὼν Πόθεν, ἔφη, Εὔθηρε, φαίνῃ;* Deinde simpliciter est *venire*, ut 309. B: *ἢ παρ' ἐκείνου φαίνει;* Utramque h. l. vim ita possis exprimere, ut vertas: *unde venis necopinato te nobis offerens?* — ἢ δῆλα δὴ ὅτι—] Cod. Clark. ἦ, quod suffragari videri possit virorum doctorum sententiae, qui ἦ, non ἢ, scribendum putaverint in his loquendi modis (ἢ δῆλα δὴ ὅτι, ἢ δῆλον ὅτι, al.) Vid. *Fischer*. ad Euthyph. p. 16. *Toup*. ad Long. III, 4. *F. A. Wolf*. ad Demosth. Leptin. p. 283. *Bast*. ad Long. p. 637. ed. Weisk. Sed ἢ (Latinorum *an*) recte habet interrogatione praegressa; est enim iterum interrogantis, h. e., priorem interrogationem corrigentis seque fere revocantis (quasi: *an nihil opus est interrogatione, propterea quod per se intelligitur, te ab Alcibiade sectando venire?* Similiter *Stephanus* Annott. T. III. p. 13: „*an potius de hoc non es interrogandus, quum ego coniectura possim assequi?* vel: *Quum rationi consentaneum sit, ut credam, te ea de causa venisse*, vel, *te illinc venire?* Accedit *Ciceronis* auctoritas, qui hunc locum ita vertit: *Quid tu? Unde tandem appares, o Socrate? an quidem non du-*

bium est quin ab Alcibiade? (ap. Priscian. p. 706. Putsch. T. II. p. 259. Krehl.) *Schweighaeuserum* ad Athenaeum T. III. p. 239. miramur particulam ἢ (ita enim pro ἦ scribi volt ad praecedentem part. πόθεν referre et hunc locum ita interpretari: *unde, Socrates, ades? unde, nisi videlicet a venatione?* Nec equidem *Stallbaumio*, viro eruditissimo, ad Phileb. p. 8. possum assentiri affirmanti, ἢ esse *vel potius quid dico, aut quid quaero*, et falso interrogandi signum poni post secundam enunciationem. Cf. *Schaefer.* App. ad Demosth. T. III. p. 154. sq. — Superest, ut indicemus, libros δηλαδὴ exhibere, quod quum δῆλα (int. ἐστίν) adiectivum sit (Cicero: *an quidem non dubium est quin* —) in δῆλα δή mutandum esse liquet. Cf. quae de hoc genere disputaverunt *H. Stephanus* l. l. p. 13. *Gottleber.* ad Menex. p. 15. et *Heindorfius* ad h. l.: „alterum (δηλαδή) recte ponitur, ubi particulae vim habet neque cum reliqua structura cohaeret.“ — κυνηγεσίου] *ab Alcibiadis pulchri venatione*, i. e., *captatione*. Lepide enim verba venandi (κυνηγέσιον, θηρᾶν, μεταθεῖν al.) in amantium appetitionibus ponuntur, vid. *Burmann.* ad Phaedr. III, 4. 4. *Dorvill.* ad Charit. p. 556. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. II. p. 452. *Villoison.* ad Long. Pastor. p. 184. *Wyttenbach.* Epist. crit. 51. (p. 268. ed. Schaef.). *Iacobs* ad Antholog. graec. T. I. P II. p. 325. Ceterum ante oculos obversatus est hic locus *Maximo Tyr.* Dissert. XXIV, 5. p. 291: ὁ ἀπὸ κυνηγεσίου τῆς Ἀλκιβιάδου ὥρας παραγινόμενος. *Cyrill. Alex.* adv. Iulian. VI. p. 187. B: Πόθεν, ὦ Σώκρατες; μῶν ἀπὸ κυνηγεσίου τῆς Ἀλκιβιάδου ὥρας; — ὥραν] *iuventutis florem, iuvenilem pulchritudinem*, ut Phaedr. 234. A. Menon. 76. B. *Xenoph.* Mem. IV, 1. 2. Cf. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 106. — πρώην] Clark. πρώιην, ut semper fere in hoc libro scriptum reperitur. — καλὸς μὲν ἐφαίνετο ἀνὴρ ἔτι] Cod. Coisl. ἐφαίνετ᾽, unde *Bekkerus* reposuit ἐφαίνεθ᾽ scripto ἁνήρ (ap. Athenaeum ὁ ἀνήρ), *Stallbaumius* ἐφαίνετο ἁνήρ, quod vereor, ut et sensus et linguae rationibus conveniat. Subiectum est enim ipse Alcibiades, qui dicitur καλὸς ἀνήρ, quod quidem fortius est simplici καλός (in patrio sermone est: *er kam mir als ein noch schöner Mann vor*, non: *der Mann kam mir schön vor*). Vocem videlicet ἀνήρ Graeci adiectivis, substantivis et participiis apponunt potioris significationis causa; indicat enim ἀνήρ studium, artem, quam quis exercet, ordinem vel conditionem, et quae alia sunt generis eiusdem. Sic Protag. 317. D: ἀνδρῶν σοφῶν. 341. A: ὅτι Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινός ἐστιν ἀνήρ, al. innumerab. Graecorum ἀνήρ in huiusmodi compositionibus, maxime pronomini nostro

einer vel *ein* convenit. Sic Protag. 312. C. ἀνδρὶ — σοφιστῇ (*einem Sophisten*). Polit. X. 620. B: αὐλητοῦ ἀνδρός. Similiter πολίτης ἀνήρ, ἀνὴρ ἀρχών, ἀνὴρ νεανίας, alia innumerab. Cf. *Lexic.* Xenophont. V. I. p. 238 sq. Etiam participiis adiungitur, velut Conviv. 179. A: ἐρῶν ἀνήρ (*ein Liebender*). Gorg. 484. A: ἐὰν δέ γε — φύσιν ἱκανὴν γένηται ἔχων ἀνήρ (nos: *wenn einer mit — geboren wird*). Phaedr. 239. C: ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα, ubi simpliciter est *ein Liebender* vel *ein mit Liebe Behafteter*, (ἔχειν enim in malis quoque poni constat), non sensu eminenti positum, quod *Heindorfius* p. 227. putabat. Adiectivis quoque hoc sensu adiicitur vox ἀνήρ. Quocirca videndum est, ne non recte in huiusmodi loquendi modis simplicem vocem ἀνήρ in ἁνήρ (alii scribunt ἀ'νήρ) vel ὁ ἀνήρ mutaverint viri docti. Sic Phaedr. 267. A: σοφὸς γὰρ ἀνήρ in Eveno dicitur (*est enim sapientium* s. *se sapientem vel philosophum profitetur* (nos: *denn er ist ein Weiser*); contra σοφὸς γὰρ ὁ ἀνήρ (sic enim *Heindorfius* scripsit) vel ἁνήρ (ut *Bekkerus* reposuit) essèt: *vir est enim sapiens (denn der Mann ist weise)*. Ita intelligitur, quantum differat inter ἀνὴρ σοφός et ὁ ἀνὴρ (ἐστὶ) σοφός. Sic etiam Polit. I. 331. E. cum libr. Ms. (ap. Bekker. T. II. p. 3.) pro eo quod editi habent ὁ ἀνήρ scribendum est: σοφὸς γὰρ καὶ θεῖος ἀνήρ: *est enim* (int. Simonides) *vir sapiens et divinus (ein weiser und göttlicher Mann* s. *er gehört zu den weisen und göttlichen Männern)*: in quo maiorem vim inesse quam in hoc: *vir est enim sapiens (denn der Mann ist weise und göttlich)* quis est quin videat? Pariter Lys. 204. A: Μὰ Δία — οὐ φαῦλός γε ἀνήρ, ἀλλ' ἱκανὸς σοφιστής. Theaet. 162. A: Ὦ Σώκρατες, φίλος ἀνήρ (non, quod *Heindorfius* scribi volebat, φίλος ὁ ἀνήρ: *vir est amicus*, sed: *est amicus* s. *est amicorum (er ist mein Freund, gehört zur Zahl meiner Freunde)*. Sophist. 236. C: ἀλλ' ὄντως θαυμαστὸς ἀνὴρ καὶ κατιδεῖν παγχάλεπος. Cf. nostra ad Phaedr. p. 365 sq. ed. 1810. Ad eandem fere cl. *Stallbaumius* nunc inclinat sententiam, vid. *Var. Lectt.* T. XI. p. 222. T. XII. p. 431.

ὥς γ' ἐν αὐτοῖς ἡμῖν εἰρῆσθαι] „ut quidem inter nos hoc dictum sit.“ *Stephanus.* Apud Athenaeum l. l. ὥς γ' ἐν ἡμῖν αὐτοῖς εἰρ. *Xenoph.* Conv. IV. 25.: ὡς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς εἰρῆσθαι. Praepositionem ἐν ita poni constat ut sit Latinorum *inter*, *apud* (v. *Matthiaeus* Gramm. graec. ed. II. p. 1139.), et αὐτοῖς pronomini apponitur, ut persona per se, reliquis omnibus exclusis, significetur; est nostrum: *für sich*, *für uns* etc., velut Parmen. 137. B. Legg. VIII, 836. B: αὐτοὶ γάρ ἐσμεν: *denn wir sind für uns* h. e. *soli enim* s. *sine ar-*

bitris sumus. Ita factum est, ut αὐτός pro μόνος poni censeretur. Vid. *Hermann.* in Beck. Act. Seminar. philol. V. 1. p. 47 sq. *Dücker.* ad Thucyd. V, 60. *Hemsterh.* ad Lucian. V. II. p. 278. Bip. Adde *Heusd.* Specim. crit. in Plat. p. 30.

πώγωνος — ὑποπιμπλάμενος] Πώγων est enim σύμβολον τοῦ ἄῤῥενος, ut *Musonius* dicit in Stobaei Sermon. VI. p. 83. v. 45. Hinc Theaetet. p. 168. E: οὐ πολλῶν τοι Θεαίτητος μεγάλους πώγωνας ἐχόντων ἄμεινον ἂν ἐπακολουθήσειε λόγῳ διερευνωμένῳ; *Xenoph.* Conviv. IV, 23. *Lucian.* Alexandr. 6. T. I. p. 522. Schmied.: ἤδη δὲ πώγωνος ὁ Ἀλέξανδρος πιμπλάμενος. Amor. 24. p. 622: ἀλλ' ἄχρι μὲν οὐδέπω κατὰ τὸν ἱερὸν Πλάτωνα πώγωνος ἐμπίπλατο.

εἶτα τί τοῦτο;] Athen. τί δὴ τοῦτο. Sed recte habet εἶτα (quod mirantis et leniter obiurgantis est; nostrum: *ach, ey!* V. *Küster.* ad Aristoph. Plut. 79. *Hemsterhus.* ad Lucian. Dial. mort. XVIII, *Valkenar.* ad Eurip. Phoeniss. p. 205. Diatrib. in Eurip. p. 158.) *Τί τοῦτο,* (intell. διαφέρει) *quid refert?* Sic Gorg. 448. B: Τί δὲ τοῦτο, ἐάν σοί γε ἱκανῶς; 479. E: ἀλλὰ τί τοῦτο; ΣΩ. Οὐδέν, ἀλλ' ἀποκρίνου. Charm. 164. E: Ἐλέγετο γάρ, ἔφη· ἀλλὰ τί τοῦτο; Οὐδέν, ἀλλὰ λέγε. Hipp. mai. 289. E: Τί οὖν τοῦτο; Plene infra 331. C: τί τοῦτο διαφέρει;

οὐ σὺ μέντοι] Athen. σὺ μέντοι; sed μέντοι, praegresso οὐ, ita poni solet interrogative. Est nostrum *doch wohl*, non: *doch nicht* (ut *Hermannus*, vir praestantissimus, ad Viger. p. 844. ed. III. accepit). Nam οὐκ est *nonne*; igitur affirmat, et hanc affirmationem auget part. μέντοι, ut Phaedr. 229. B. al. De partic. μέντοι interrogative usurpata vid. *Wyttenbach.* Philomath. T. II. p. 13. *Bornemann.* ad Xenoph. Apol. p. 34 sq. Sequens ἐπαινέτης εἶ *(adstipulator es)* est i. q. ἐπαινεῖς, non *laudas*, ut verterunt quidam, sed *assentiris, comprobas*; ἐπαινεῖν et ἐπαινέτης sunt enim verba fere iudicialia, quae in eo ponuntur, qui sententiam ab aliquo latam assensione comprobant. Phaedr. 257. E: οἵγε — οὕτως ἀγαπῶσι τοὺς ἐπαινέτας, ὥστε προςπαραγράφουσι πρώτους, οἳ ἂν ἑκασταχοῦ ἐπαινῶσιν αὐτούς. 258. A: ἐπιδεικνύμενος τοῖς ἐπαινέταις τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν. Leg. I. 633. A. 638. D. al. Significatur autem *Homeri* versus qui legitur Il. XXIV, 348. et Odyss. X. 278:

Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.

Quem adhibuerunt quoque *Athen.* V, 19. et *Aelian.* V. H. X, 18., ubi vid. interpp. Cod. Venet. τὴν τοῦ. Post v. Ἀλκιβιάδης Athen. inserit αὐτός. — Ceterum pro hoc: *cui barba suboriretur* nunc equidem scripserim: *cuius genae barba obducerentur.*

τὰ νῦν] Sic Clark. Libri editi *ταῦτ'* Mss. nonnulli (Venet. Angel. et Palat. Vatic.) *ταῦτα*. Deinde libri vett. *ἢ — φαίνῃ* (Bas. 1. 2. *βαίνῃ*). Verba autem, ut *Heindorfius* iam censuit, rectius sic distinguuntur: *Τί οὖν; τὰ νῦν ἢ παρ' ἐκείνου φαίνει;* Nam *τί οὖν* per se ponitur, *τὰ νῦν* vero (non sine causa in orationis initio positum) ad sequens *φαίνει* pertinet; nec in particula *ἤ* ita collocata offendere aliquid debemus. Sic enim Sophist. 248. E: *ὡς ἀληθῶς κίνησιν — ἢ ῥᾳδίως πεισθησόμεθα τῷ παντελῶς ὄντι μὴ παρεῖναι.* Polit. II, 396. B: *Τί δέ; ἵππους χρεμετίζοντας — καὶ πάντα αὖ τὰ τοιαῦτα ἢ μιμήσονται;* V. 469. C: *Τί δέ; σκυλεύειν — ἢ καλῶς ἔχει ἢ οὔ.* Vid. *Heindorf.* ad Sophist. p. 390. B

πρός σέ] Sic Ald. Bas. 1. 2., quos sequuti sunt *Heindorfius*, *Beckius*, *Bekkerus et Stallbaumius*. Stephanus scripsit, ut infra, *περί σε κἀκεῖνον*, *πρός σε* (sic infra *πρός με*, vid. ad pag. 60.), idque praetulerim, ubi nulla est personarum distinctio vel comparatio (v. ad Theophrast. p. 59.), vel pronomen non cum vi quadam positum est. Cf. *Reisig.* Coniect. in Aristoph. p. 56. *Bornemann.* ad Xenoph. Conviv. IV. p. 163. *Iacobs* ad Anthol. Palat. T. I. p. XXXII. et *Hermann.* ad Sophocl. Oedip. Tyr. v. 536. Cf. infra 335. A. ibique *Stallbaum.* p. 59.

εἶπε] Cod. Ambros. et Vindob. *ἔφη*. De re conf. infra 336. B sq. Mox *καὶ οὖν καὶ ἄρτι* Clark. librique Bekkeri praeter Coislin. et Paris., qui cum libris vett. (Ald. Bas. 1. 2. Steph., quos sequuti sunt *Heindorfius* et *Beckius*) alterum *καὶ* omittunt. In seqq. pro *ἔρχομαι* Clark. Vatic. al. *ἄρχομαι*. — *αὐτοῦ*] Clark. *αὑτοῦ*. *Stephanus* in margine haec ita in latinum convertit: *rem autem miram volo tibi commemorare; illo enim praesente ne advertebam quidem animum, quin etiam ipsius frequenter (mihi incidebat oblivio*, quod e Serrani interpretatione suppl.) — „Post *οὔτε* hic *τέ* infertur sic, ut in altero membro gradatio insit.“ *Stallbaumius*, qui citat infra p. 347. E. 361. E. Legg. I. 628. B. 631. A. II. 655. E. III. 694. D. 697. D. Conviv. 223. D. Apolog. 26. C. *Xenoph.* Cyrop. VI, 3, 2. Neque tamen in particula *τέ* haec vis inest, sed in ipsa orationis conformatione. Particula enim *τέ* per se copulat, iam si diversa connectuntur (*οὔτε — τέ*), alterum alteri opponatur necesse est; quocirca negatione praegressa *οὔτε* sequens *τέ* exprimere possis germ. *vielmehr.*

καλλίονι - ἄλλῳ] Alcibiades enim, ut *Corn Nep.* VII, C 1. ait, *natus in amplissima civitate summo genere, omnium aetatis suae multo formosissimus.* Dial. Alcib. I. 104. A: *οἴει γὰρ δὴ εἶναι πρῶτον μὲν κάλλιστός τε καὶ μέγιστος, καὶ*

τοῦτο μὲν δὴ παντὶ ἰδεῖν, ὅτι οὐ ψεύδει. Cf. *Xenoph.* Memor. I, 2. 24. *Plutarch.* vit Alcibiad. 192. A. *Athen.* XII. p. 484 sq. Schweigh. ibique interpp. *Dorvill.* ad Charit. p. 15. al. Ludit autem Socrates more suo celebratissimam Alcibiadis pulchritudinem dum amico reponit, se longe pulchriorem hominem invenisse, sapientem Protagoram; quibus quidem verbis se interiorem animi pulchritudinem, virtutem et sapientiam longe praestantiorem existimare *vana illa atque caduca corporis forma ac venustate* declarat.

Τί φής;] Libri omnes *φῄς* (Clark. *φῂς*, ut *εἴπῃς* al.); sed reducendam esse duximus libri Aldini scripturam, quae rationibus satis idoneis commendatur, quamquam in Etymol. M. 791, 50. *κατὰ παράδοσιν* traditur *φῄς* pro *φής* scribi. Vid. *Matthiaei* Gramm. graec. p. 410 ed. II. Ceterum corrigendum *φῄς*.

Ἀβδηρίτῃ] Clark. *ἀβδηρείτῃ*. Festive autem Abderites (nota est enim Abdera, vervecum patria) et Atheniensis, i. e., Protagoras obscuro loco natus et Alcibiades Cliniae nobilissimi filius, inter se opponuntur. — *οὕτω.*] Sic membranae. Ald. *οὕτως*. Bas. 1. 2. *οὗτος*; Steph. *οὕτως*. Ficinus: *adeo insigni forma praeditus.* Scripturam *οὕτως* veram existimo. Vid. ad p. 318. B. — *τὸ σοφώτερον*] Libri omnes *τὸ σοφώτατον*, Ficinus autem: *quid prohibet quo minus quod sapientius est, sit et pulchrius? Heindorfius:* „nunc quum *γνώμην* quandam haec referant, quis substituere compar. *σοφώτερον* dubitet in perpetua fere utriusque terminationis — *ότερος* et — *ότατος* permutatione?" Et ita vertit *Schleiermacherus.* Quos quidem sequutus *Bekkerus* scripsit *τὸ σοφώτερον*, quod, quum nullius libri Ms. auctoritate confirmetur, receptum a me nunc nollem. Etenim sententiae specie (propter neutra *τὸ σοφώτατον* et *κάλλιον*) viri docti in errorem inducti sunt, ut propter comp. *κάλλιον* scribendum esse censerent *σοφώτερον*. Verumtamen non sententia aliqua per se profertur (ita Plato, ni fallor, scripsisset: *πῶς οὐ μέλλει τὸ σοφώτατον κάλλιστον φαίνεσθαι*, non *κάλλιον*, quod refertur ad praegressum *καλλίων*), sed spectant verba *τὸ σοφώτατον* et *κάλλιον* ad praegressa, ubi hospes (Protagoras) dicitur Cliniae filio pulchrior Socrati visus esse; quocirca *τὸ σοφώτατον* spectat ad Protagoram et *κάλλιον* ad Alcibiadem (est igitur: *pulchrior quam formosus Alcibiades*, non, ut *Beckius* p. 391. cepit, *κάλλιον, quam omne aliud καλόν*). Adiectiva enim neutra etiam in hominibus ponuntur, v. infra p. 14. ad. v. *τὰ φίλτατα* annotat. Iam vero Protagoras incredibili quadem sapientiae gloria floruit, ut non solum *σοφώ-*

τατος (ut infr. cf. Theaet. 160. D. al.), sed etiam σοφία diceretur. (v. *Diog. Laert.* IX. 50. ib. *Menag.* Adde *Nov. Act. litter. Societ. Rheno-Traiect.* T. II. p. 76). Itaque ineptus esset comparativus σοφώτερον, qui tecte significaret, Protagoram (sapientissimum scilicet) sapientiorem esse Alcibiade; et Protagoram, qui quasi in sapientia consenuit, compararet cum Alcibiade, iuvene adhuc et fere inerudito; immo superlativus (ut in sequentt.) ponendus erat, ut absoluta quasi et incomparabilis hominis sapientia efferretur. Superlativum enim ita poni constat, ut rem simpliciter et absoluta quadam ratione indicet, velut τὸ βέλτιστον, nostr. *das schlechthin Gute*, τὸ ἥδιστον al. — Ceterum ante oculos fuit hic locus *Clementi Alex.* Strom. V. p. 595. C. T. II. p. 705. Paedag. II. 243. ed. Pott. *Augustin.* de civit. dei VIII. 7. Atque etiam fuerunt, qui Stoiorum illud adhiberent, solum sapientem esse pulchrum. Vid. *Cicero* de fin. III, 22. *Diog. Laert.* VII, 100. *Creuzer.* ad Plotin. de pulchrit. p. VIII.

P. 6. *Καὶ σοφωτάτῳ.* Bekkerus et Stallbaumius libris D
Mss. (Clark. Vind. Flor. a. b. c. o. al.) obtemperantes expunxerunt particulam καί, quae in libris editis omnibus et duobus Mss. Parisin. exstat. Rectius abest καί, quum sequatur μὲν οὖν, *immo* s. *immo vero*. (v. *Devar.* de gr. ling. partic. p. 211. Reusm.). Exemplorum quod satis sit congessit *Stallbaum.* ad Criton. 44. B. et Conviv. 201. C. — Quod sequitur ὤ est mirantis, vid. *Valkenar.* ad. Theocrit. Adoniaz. p. 403 sq. et interpp. ad. Aristaenet. p. 209. — τρίτην γε ἤδη ἡμέραν] Cf. *Athen.* V. 39. T. II. p. 339. Schweigh. Intelligendus est autem secundus Protagorae adventus Athenas (Olymp. 89, 3). Vide quae de temporis rationibus exposui in libro: *Plat. Leb. u. Schrift.* p. 77 sq. Adde *Heindorf.* ad *Protag.* p. 466. *Schneider.* ad *Xenoph.* Sympos. p. 134. *Schleiermach.* disput. T. I. P. I. p. 218 sq. ed. alt. *Tengström.* Diss. acad. supra dialogo Platonis, qui Protagoras inscribitur, p. 18 sq. et *Stallbaum.* Praef. p. 17 sq. Nec praetermittendus est *Macrob.* Saturn. I, 1. p. 202. ed. Bip. „Paralus vero et Xanthippus, quibus Pericles pater fuit, cum Protagora apud Platonem disserunt secundo adventu Athenis morante, quos multo ante infamis illa pestilentia Atheniensis absumserat. Annos ergo coeuntium mitti in digitos, exemplo Platonis nobis suffragante, non convenit.“ καὶ ἄρτι ἄρα] Flor. a. ἄρτι γε ἄρα. Flor. b. ἄρτι ἄρα. —

Πάνυ γε - ἀκούσας] Int. ἥκω. Aoristi εἰπών et ἀκού- 310
σας actionem per se spectatam (i. e. non ratione definiti vel certi alicuius temporis, sed in universum cogitatam) designant,

sicut aoristus poni solet, ubi non tempus hoc vel illud definitum significatur, sed actio per se et omnino, igitur tamquam vera, certa vel etiam necessaria effertur. In his igitur *εἰπών* et *ἀκούσας* nulla inest temporis definitio (non indicatur, utrum iam diu an modo hoc factum sit, sed simpliciter et omnino factum esse). Contra in praegressis cum *ἄρτι* coniunctum est partic. perfecti *συγγεγονώς*. Paullo aliter *Stallbaumius* ad h. l., qui mihi quidem non satis facit; neque enim, quod vir praestantissimus sumit, aoristi illi actionem cito transeuntem, neque *συγγεγονώς* actionem praeteritam quidem, sed durantem significant (cui adversatur iam partic. apposita *ἄρτι*). *Τί οὖν οὐ διηγήσω*-] „*Stephanus:* Fort. *Τί οὖν; οὐ διηγήσαιο ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν*". Quod ne graecum quidem esse, *Heindorfius* iam significavit. Etenim aoristus post part. *τί οὖν* ita ponitur ut aliquid nulla temporis ratione habita s. non finito aliquo tempore, ergo omnino ac prorsus faciendum esse indicet. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 955. quaeri censet, cur non factum sit aliquid, quod alter iam facere debuisset; in quo assentiri non possum viro eruditissimo; neque enim eius quod iam fieri debuisset notio inest in aoristo (verba videlicet *τί οὖν οὐ διηγήσω* non hoc sibi volunt: *cur non narravisti?*) sed aoristus, ut nomen iam indicat, actionem significat non temporis alicuius definiti terminis circumscriptam, sed absolutam et universalem, igitur tale quid, quod omnino, simpliciter et absoluta quadam ratione perficiendum est. Sic intelligo etiam aoristos, quos *Hermannus*, vir praestantissimus, ad Viger. p. 746 (Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 960) collegit, v. c. *ἐπῄνεσ' ἔργον*, Sophocl. Ai. 536, ut sit *omnino laudo, facere non possum quin laudem* (nulla definiti alicuius temporis ratione habita). Graeci vero urbani pro oratione quae dicitur imperativa et exhortativa solent interrogationem ponere (velut Conviv. init. *οὐ περιμενεῖς;* 175. B: *οὐκοῦν καλεῖς αὐτὸν καὶ μὴ ἀφήσεις;* Protag. 310. E: *ἀλλὰ τί οὐ βαδίζομεν παρ' αὐτόν;* ubi v. *Stallbaum.* p. 26. alia innumerabilia); quocirca verba: *τί οὖν οὐ διηγήσω* nihil aliud sonant, nisi quod patrio sermone usurpare solemus: *du musst uns erzählen* vel. *so erzähle uns doch.* Sic infra 317. D: *τί οὖν - οὐ καὶ Πρόδικον καὶ Ἱππίαν ἐκαλέσαμεν καὶ τοὺς μετ' αὐτῶν, ἵνα ἐπακούσωσιν ἡμῶν;* nos: *Wir* müssen auch den Prodikos - herbeirufen, cet.) Exempla huius loquendi rationis collegerunt *Heindorf.* ad Charm. p. 60. *Stallb.* ad Phileb. p. 173 sq. adde quos *Matth.* l. l. citavit auctores, *Poppon.* ad Xenoph. Cyrop. II, 1, 4. et *Elmsl.* ad Eurip. Heracl. 805. — In seqq. lib. Angel. Palat. Vatic. Flor. b. o. *καθεζόμενος.* Deinde *ἐνταυθί* pro *ἐνταυ-*

θοῖ habent Clark., Vatic., Venet., Vind., unus Paris. B. ἐνταυθί superscripto οῖ; quam quidem formam, non quia attica est (nam ἐνταυθοῖ quoque atticum est) sed quia demonstrationis vis (τὸ δεικτικόν, v. *Etymol. M.* p. 643, 21.) in ea eminet, libris praestantissimis auctoribus Platoni h. l. restituere equidem non dubitaverim. Vid. *Elmsl.* ad Aristoph. Acharn. 152. Quamquam non sum nescius, quid *Stallbaumius*, vir in primis doctus, ad Phileb. p. 23 iudicaverit. Sed vid. *Schaefer.* Apparat. ad Demosth. T. II. p. 731. — De verbb. καθέζεσθαι et καθίζεσθαι constructione vid. *Buttmann.* ad Demosth. Orat. in Mid. Ind. p. 175 sq. et *Bremi.* ad Aeschin. adv. Ctesiph. p. 355. ed. Goth. Post ἐνταυθί vero malim interpunctionem deleri, ut participia sine copula juncta sint. Cf. *Schaefer.* Appar. ad Demosth. T. II. p. 275. 549.

τὸν παῖδα τουτονί] „*unus de servis* ἀκολούθοις, qui assederat una." *Heind.* et *Stallb.* Contra *Beckius*: „παῖδα non unum de servis intelligo, cui non licuisset assidere." In seqq. Vind. καὶ μὴν ἡμεῖς σοί. — Ἱπποκράτης] Hippocrates filius dicitur Apollodori, non insani illius, ut videtur, qui in Convivio describitur (ubi μανικός neque est *tristis* vel *morosus*, neque *furiosus*, i. e., qui modo hoc modo illud agit, ut viri docti interpretantur in ed Goth., vid *Stallbaum.* ad Conviv. p. 22 sq. sed *insanus*, nostr. *Schwärmer.* s. *Enthusiast*; insanus videlicet Socratis solius laudator erat Apollodorus, acerbus vero quum reliquorum tum suimet ipsius contemptor; quocirca miratur amicus, quod Apollodorus, tristis ille hominum vituperator, μανικός *in universum* dictus fuerit, quam unum solum Socratem insanis fere ornet laudibus), sed alius nobis ignoti, v. *Schleiermach.* p. 404. et *Groen van Prinsterer.* Prosopogr. Platon. p. 226. — υἱός] Clark. et Vatic. υἱέος.

Ἱπποκράτης, ἔφην, οὗτος, μή τι] Libri editi omnes, tam veteres, quam recentiores, plene interpungunt post pron. οὗτος. *Ficinum* sequuti vertentem: *Hippocrates hic est, inquam, o Hippocrates, numquid novi?* Heindorfius: „*Hippocrates est hic.* (Hippocratis vocem agnosco)?" Quod quomodo praegressis conveniat, ubi Socrates se narrat Hippocratis vocem iam agnovisse, non video. Etiam *Schleiermacherus* ita convertit: *Das ist ja Hippocrates!* et Beckius similiter haec verba intellexit. *Stallbaumius* quoque Ficinum sequutus annotat: „non puto haec a Cornario recte explicata esse sic: *Hippocrates, heus tu, num quid* etc. Nam ita scriptum oportebat: Ἱπποκράτης οὗτος, ἔφην, μή τι νεώτερον κ. τ. λ." Quod cur necessarium sit, exputare non possum, quum ἔφη, ἔφην al. sic interponi constet, ut cohaerentia divel- B

lantur. Sic infra: *Πρωταγόρας, ἔφη, ἥκει, στὰς παρ' ἐμοί*, ubi cohaerent *Πρωταγ.* ἥκει et ἔφη στὰς παρ' ἐμοί. Recte vertit *Cornarius*, id quod *Ruhnken.* ad Tim. p. 279 iam iudicavit: *Hippocrate, inquam, num novi aliquid affers?* Etenim οὗτος non excitandi vi positum est, quod Heindorfius existimavit (ut sit i. q. *ὦ οὗτος heus tu*), sed simpliciter compellandi; quocirca nominativus et per se (v. *Fischer.* ad Weller. III. 1. p. 319 sq.) et pronomine οὗτος apposito vocativi qui dicitur partes sustinet. *Apollon. Dyscol.* p. 567. in Maittair. gr. ling. dialect. p. 567: *τὴν μὲν οὗτος καὶ ἐπὶ κλήσεως τάσσεσθαι, καθὸ πλησιάζει.* Exempla collegerunt *Ruhnken.* ad Tim. p. 279 sq. et *Heindorf.* ad h. l. p. 460., qui Ruhnkenium insimulat cum Cornario Serranoque excitandi potestate pronomen οὗτος accepisse: *Hippocrates, heus tu* cet. Ipsius vero Ruhnkenii haec sunt verba: „*quae melius cepit Cornarius, quam Ficinus et Serranus*“ (hic enim vertit: *Hic est, dixi, Hippocrates. nihilne novi).* Quem quidem Heindorfii repetens errorem *Beckius* annotavit: „οὗτος cum Corn. et Serr. Ruhnkenius reddit *heus tu*“ — Ceterum νεώτερον h. l. nec per euphemismum, qui vocatur, pro κακόν, quod *Valckenarius* ad Herodot. III. 62. T. V. P. II. p. 64. affirmaverat, nec, quod *Heindorfius* censebat, pro positivo νέον positum est; sed distingui oportet diversas vocis νέον significationes. *Νέον* est enim *novum, quod recens accidit, necdum nobis cognitum est*, idque Graeci gradu ponere solent comparationis, ita ut comparativus positivi videatur partes agere; comparatio videlicet intelligenda est (v. *Reiz.* de inclinat. accent. p. 54.), et omittitur, quia facile apud animum suppleri potest. Aliquanto autem insolentior hic comparativus nobis videtur esse, quia aliter rem et cogitamus et significamus. Etenim Graecus res inter se comparat et hanc exprimit comparationem comparativo, nos vero id significare solemus, quod e comparatione instituta colligitur et efficitur; quocirca positivo utimur. Sic Phaedon. 105. A. *οὐ γὰρ χεῖρον πολλάκις ἀκούειν*, proprie: *non est enim inutilius saepius audire*, int. *quam semel tantum audire*, ergo: *bonum et utile est saepius audire.* Graeci igitur comparationem mente informant eamque ob causam comparativo utuntur (*οὐ χεῖρον*), nos contra id quod efficeretur, si comparationem duarum rerum vel actionum institueremus, positivo significamus. Similiter *Xenoph.* Oecon. VII, 25. *ὅτι πρὸς τὸ φυλάττειν οὐ κάκιόν ἐστι φοβερὰν εἶναι τὴν ψυχήν: ad diligentiam custodiendi non inutilius esse animum habere timidum*, intell. *quam habere a metu vacuum*, ergo: *non inutile esse animum habere timidum.* Sic etiam explicanda sunt *οὐ*

γὰρ ἄμεινον ap. *Hesiod. ἔργ.* 748. *Herodot.* I, 187, III, 71, 82. al. Cf. *H. Stephan.* de Dial. p. 38. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIII, 3. nostra ad. Polit. p. 538. et *Matthiae.* Gramm. gr. p. 854. Saepenumero autem huiusmodi comparativos non solum positivo exprimere possumus, verum etiam ita ut comparatio tecte significetur, particula *tam* (*so*). Sic Polit. 438. E: *τοῦτο ἤδη στερεώτερον, ὦ ἑταῖρε, καὶ οὐκέτι ῥᾷον ἔχειν ὅ τί τις εἴπῃ*: *non iam facilius*, int. quam ante, i. e. *non iam tam facile* (quam ante), vel simpliciter: *non iam tam facile*, quia illud *quam ante* iam in particula *tam* latet eaque tecte significatur, ut facile cogitatione suppleatur. Nos. *dieses ist nicht mehr so leicht.* Polit. V. 463. D: *ἢ μήτε πρὸς θεῶν μήτε πρὸς ἀνθρώπων αὐτῷ ἄμεινον ἔσεσθαι*: *ἄμεινον*, *melius*, h. e. *tam bene*, int. quam cum iis agatur, si parentibus praestent quae lex praescripserit. Hac vero ratione etiam comparativum *νεώτερον* existimo intelligendum esse; tecta enim comparatio in eo inest eius quod opinari, exspectare vel coniectura assequi possumus cum eo, quod, quia insolitum et admirabile est, non exspectabamus. Iam quia natura nostra ita fert, ut nihil exspectemus nisi quod optemus, h. e. quod bonum sit, *νεώτερον* (hoc quod non exspectabamus) non solum, ut Latinorum *novum*, insolitum, inexspectatum, admirabile est, sed plerumque etiam mali vel adversi vim habet. Atque haec quidem vis latet etiam in his interrogationibus: *τί νεώτερον γέγονεν, ὅτι* (Euthyphr. init.): *quid tam novi* (h. e. *insoliti* et quidem *adversi*) *accidit, ut tu Lyceo relicto, ubi versari soles, nunc ibi commorere, ubi lites aguntur?* Nostro quoque loco est: *num quidnam novi*, h. e., *insoliti et adversi nobis affers:* Iccirco Hippocrates respondet: *Οὐδέν γ', εἰ μὴ ἀγαθά γε*, h. e. non malum, sed bonum nuntium vobis affero. Socrates videlicet, quum Hippocratem bene mane tanta festinatione in cubiculum irruentem vidisset, non mirari solum, quod tanto opere properaret, sed timere debuit, ne quid adversi amico accidisset; quocirca utitur particula *μή*, in qua verendi significatio inest. Deinde in verbis *Οὐδέν γ' ἀγαθά γε* prius *γέ* est respondentis, posterius exprimere possis germanice part. *gerade* vel, quia negatio praecedit, *vielmehr*. Vid. *Hermann.* ad Viger. p. 827. De *γέ* repetito v. *Stallbaum.* ad Phileb. p. 213 sq. — *εὖ ἂν λέγοις*] Vind. *λέγῃς*; deinde *ἔστι δέ τι.* Optativus h. l. non optandi vim habet, quam interpres germanicus expressit vertens: *das möge wahr seyn*, sed colligendi fere et concludendi, ita ut urbana accedat opinionis (*ni fallor, ut equidem sentio*) significatio, qua Attici pro affirmatione utuntur. Plena esset oratio quae dicitur hy-

pothetica: *si ita est, si isto modo res habet, bene dicis.* Vid. *Matthiae.* Gramm. gr. p. 979. — ἀφίκου] Aoristus non pro perfecto positus est (vid. *Gotthold.* in *Beckii.* Act. Semin. Reg. V. II. P. II. p. 422. *Matthiae.* Gr. gr. p. 960 sq.), sed res ipsa s. actio (τὸ tam multo mane venire) effertur tamquam mirabilis quaedam. — στὰς παρ' ἐμοί] „Junge στάς cum ἔφη: *mihi adstans dixit.*" *Stephanus. Ficinus* inepte reddidit: *Protagoras venit et prope me divertit*, et *Serranus: prope me commoratur*, isque etiam a Stephano monitus in falsa sua sententia perstitit. Vid. eius Annot. T. III. p. 7 ed. Steph. — πρώην, ἔφην ἐγώ.] *Heusd.* Spec. crit. p. 67. distingui iubebat: Πρώην, ἔφην, ἐγώ· σὺ δὲ ἄ. π. *ego iam pridem, tu vero modo audisti?* Sed primum, id quod *Heindorfius* iam reposuit, πρώην non est *iam pridem*, sed *nudius tertius* (supra 309. D. τρίτην γε ἤδη ἡμέραν), ut *Thucyd.* III, 113: ἀλλ' ἡμεῖς οὐδενὶ ἐμαχόμεθα χθές, ἀλλὰ πρώην ἐν τῇ ἀποχωρήσει. Gorg. 470. D: τὰ γὰρ ἐχθὲς καὶ πρώην γεγονότα ταῦτα. *Isocrat.* Archid. p. 118. Cor. (Latini: *heri et nudius tertius.* Vid. *Gataker.* ad *Antonin.* X. 7). Deinde δέ non est *vero*, sed in oratione directe interrogante ita solet poni, ut respondeat fere particulae Latinorum *autem* (de qua vid. *Görenz.* ad *Cicer.* Academ. II, 7. p. 48.), vernaculae *denn.* *Xenoph.* Mem. II. 1. 26: Καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀκούσας ταῦτα, Ὦ γύναι, ἔφη, ὄνομα δέ σοι τί ἐστιν; II, 9. 2.: Καὶ ὁ Σωκράτης, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Κρίτων, κύνας δὲ τρέφεις, ἵνα σοι τοὺς λύκους ἀπὸ τῶν προβάτων ἀπερύκωσιν; III. 9, 13: Τὸν δὲ ἀποκτείναντα - οἴει ἀζήμιον γίγνεσθαι, ἤ, ὡς ἔτυχε, ζημιοῦσθαι; Euthydem. 293. B: Ὦ μειράκιε, ἦν δ' ἐγώ, ἔστι δὲ ἐπὶ σοὶ τοῦτο; Cf. *Hermann.* ad Vig. p. 846. *Iacobs* ad Antholog. Palat. T. III. p. 355.

ἐπιψηλαφήσας] Flor. a. b. o. ἐπιψηλαφίσας. — τ. σκίμποδος] Etym. M. 154, 33. h. l. citat v. σκίμπους (*grabatus*, *lectulus*), de quo vid. praeter Lexicogr. gr. Schol. ad *Aristoph.* Nub. 255. p. 306. ed. Hermann. *Petav.* ad Synes. de regno p. 11 sq. interpp. ad Thom. Mag. p. 799. *Sturz.* de dial. Maced. p. 176. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 62. sq. — Ἑσπέρας κτλ.] Oratio perturbationis et festinationis plena egregie Hippocratem Protagoriae sapientiae avidissimum ante oculos ponit. Quod Hippocrates narrat ita cohaeret: heri quum Oenoe a Satyro persequendo (quod tibi narrare oblitus eram) revertissem et post coenam iam somno me dare vellem, frater mihi nuntiavit, Protagoram advenisse. — ἐξ Οἰνόης] Duo pagi Attici hoc nomine appellabantur ad Eleutheras unus, alter ad Marathonem. Vid. interpp. ad *Thucyd.* II, 18. *Wesseling*

ad *Diodor. Sic.* IV, 60. et *Marx.* ad *Ephor. Cum.* fragm. p. 120. — ὁ γάρ τοι παῖς με — ἀπέδρα] Haec adhibuit *Priscian.* XVIII. T. II. p. 179. et 169. ed. Krehl. notans: „Attici ἀπέδρα μέ et ἀπέδρα μου. Proxime Flor. o. μέλλων μοι. — διωξοίμην] Venet. Σ. Flor. c. διώξοιμι. Sed rectius habet medium. Sic. Theaet. 168. A. Sophist. 251. A. Clitoph. 407. A. al. — ὑπό τινος ἄλλου ἐπελαθόμην] Praepositionem ὑπό constat ita poni, ut causam indicet efficientem; est igitur *propter*, *per* s. *prae.* (v. *Matth.* Gr. gr. p. 1185); hinc ἐπιλανθάνεσθαι ὑπό τινος, ut Apolog. init. ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτῶν ὀλίγου ἐμαυτοῦ ἐπελαθόμην· *Aristoph.* Nub. 851: ἀλλ' ὅ τι μάθοιμ' ἑκάστοτε, ἐπελανθανόμην εὐθὺς ὑπὸ πλήθους τῶν ἐτῶν. al. — ἦλθον] Verba simplicia ἔρχεσθαι et ἰέναι poni solent pro compositis ἐπανέρχεσθαι et ἐπανιέναι. Legg. IX. 866. C: ἐὰν δ' ἔλθῃ παρανόμως. — ἐὰν δὲ ἄκων ἔλθῃ. Vid. *Markland.* ad *Lys.* p. 572. Reisk. — ἀδελφός] „Immo ὁ ἀδελφός s. ἀδελφός." *Heindorfius*, cui obtemperaverunt Beckius et Stallbaumius, adstipulantibus libr. Ms. Veneto Σ, Coislin. et Flor. o. Bekkerus scripsit ὠδελφός. Equidem hic quoque librorum et praestantissimorum et plurimorum auctoritatem sequutus retinui ἀδελφός, quod etiam rectius mihi videtur habere, quam ὁ ἀδελφός vel ὠδελφός; etenim hoc esset, ni fallor unus de fratribus (sive maior sive minor natu), vel frater iam nominatus, ἀδελφός contra est indefinite ac simpliciter frater (nos dicimus: *mein Bruder*). Ponunt videlicet Graeci, quantum equidem animadverti, nomina sine articulo 1) si simpliciter et generatim indicantur, ut θεός et θεοί (v. *Schaefer.* melett. crit. p. 4.), ut vocabula doctrinarum, artium (v. *Heindorf.* ad Sophist. 442.), virtutum, affectionum, ut alia innumerabilia; sic ἄνθρωποι sunt homines in universum, ut infra 317. B. Conviv. 189. C. Euthyphr. 8. D. E. Cf. *Bornem.* ad *Xenoph.* Conv. p. 79. etiam ἄνθρωπος, ut infra 355. A. (v. *Heindorf.* ad Gorg. p. 168.) Similiter καλόν, pulchrum per se, Phaedon 76. E. Hipp. mai. 293. D. E. 294. D. 395. C. E. ὑγιεινόν, νόμιμον, νόμος (Gorg. 504. C.), πόλις (Polit. V. 470. D.) al. 2) ubi res vel homo significatur singularis, qui, quum per se notus sit vel nulla indigeat definitione (velut, si quis fratrem simpliciter nominat, per se intelligimus, eum non alius fratrem, sed suum designare), nullam desiderat definitionem vel distinctionem, quam articulus solet indicare. Sic βασιλεύς sine articulo Persarum regem significat tamquam singularem et eximium quendam (v. *Schaefer.* melett. crit. p. 65. sq. idem et *Bremi* in Apparat. ad Demosth. I. p. 329. sq. *Matth.* Gramm. gr. p. 545.). — ἥκει]

advenisse, *adesse*. Sic enim poni solent quum alia praesentia (ut λέγω, οἴχομαι, εἶναι, ἡγεῖσθαι, de quibus in Lexico exponemus), tum maxime ἥκω. Conv. 212. E: νῦν δὲ ἥκω. 213. C: καὶ νῦν τί ἥκεις. Criton. 43. A: ἄρτι δὲ ἥκεις, ἢ πάλαι; Charm. 157. D: εἰς ὅσον ἡλικίας ἥκει. Gorg. 527. E: εἰς τοσοῦτον ἥκομεν ἀπαιδευσίας· Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 936. — καὶ ἔτι μὲν ἐνεχείρησα κτλ.] Particulam μέν sequitur ἔπειτα, ut in noto illo πρῶτον μὲν-ἔπειτα, v. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 133. *Werfer.* in Act. Philol. Monac. I, 2. p. 253. Particula ἔπειτα, quae proprie sonat *deinde*, *tum*, particula μέν praegressa est *autem*, et participio antecedente (quod solvere possis partic. *licet*, *quamvis*) verti potest *tamen*; sicut 343. D. 358. B. Gorg. 519. E: ὅτι ὑφ' ἑαυτοῦ ἀγαθὸς γεγονώς τε καὶ ὢν ἔπειτα πονηρός ἐστιν; Phaedon. 90. C: εἰ, ὄντος δή τινος ἀληθοῦς καὶ βεβαίου λόγου-ἔπειτα-μὴ ἑαυτόν τις αἰτιῷτο κτλ. Charm. 163. A: ὃς ὑποθέμενος σωφροσύνην εἶναι τὸ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, ἔπειτα οὐδέν φησι κωλύειν καὶ τοὺς τὰ τῶν ἄλλων πράττοντας σωφρονεῖν. Hipp. mai. 300. B: Καὶ πῶς ἂν εἴη τοῦτο-μηδετέρας πεπονθυίας τι τῶν ὄντων ὁτιοῦν, ἔπειτα τοῦτο τὸ πάθος, ὃ μηδετέρα πέπονθεν, ἀμφοτέρας πεπονθέναι; Ad nostri loci similitudinem accedit Polit. I. p. 336. B: Καὶ ὁ Θρασύμαχος πολλάκις μὲν καὶ διαλεγομένων ἡμῶν μεταξὺ ὥρμα ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου, ἔπειτα ὑπὸ τῶν παρακαθημένων διεκωλύετο βουλομένων διακοῦσαι τὸν λόγον Cf. quos *Stallbaum.* ad Phaedon. p. 70. citavit. — πόῤῥω-τῶν νυκτῶν εἶναι] Notum πόῤῥω cum genitivo rei, in qua quis processerit vel progressus sit, poni verbis adiunctis εἶναι, ἥκειν, ἐλαύνειν al. Cf. *Valckenar.* ad *Herod.* IX. 45. p. 713. *Matthiae.* Gramm. gr. p. 648. Ceterum miror, *Heindorfium*, quem *Stallbaumius* sequitur ad Phileb. p. 158, existimasse, vocem νύκτες *horas nocturnas* significare; immo est, ut *Latinorum noctes* (v. c. *dies noctesque*, i. q. *die noctuque*) ipsa nox, quae, quia pluribus continetur partibus (i. e., vox est quam Grammatici dicunt collectiva) recte plurali effertur numero. Sic Conviv. 217. D: διελεγόμην πόῤῥω τῶν νυκτῶν (*ad multam noctem*). Phileb. 50. D: ἢ μέσας ποιήσεις νύκτας (*mediam noctem*). Polit. X. 621. B: καὶ μέσας νύκτας γενέσθαι. *Xenoph.* Cyrop. IV, 5, 13: περὶ μέσας πως νύκτας. V, 3, 52: ἡνίκα δ' ἦν ἐν μέσῳ νυκτῶν al.

ἐκ τοῦ κόπου] *Post lassitudinem.* Praepositio ἐκ (ut D Latin. e) non modo iungitur ei, e quo alterum proficiscitur vel exsistit, sed etiam ei, quod alteri proxime antecedit, ut sit *statim post.* Phaedr. 251. A: ἰδόντα δὲ αὐτὸν οἷον ἐκ τῆς φρί-

χης μεταβολή τε καὶ ἱδρὼς—λαμβάνει. Parmen. 163. A: ἀπόλλυσθαι ἐκ τῆς προτέρας ἕξεως. al. Vid. *Valckenar.* ad *Herodot.* III, 82. p. 240. *Matth.* Gr. gr. p. 1133. — ἀνῆκεν] i. e. *me dimiserat tamquam vinctum vel constrictum.* „Nam somnus homines vinctos tenet." *Stallbaum.* qui laudat *N. Heins.* et *Burmann.* ad Ovid. Metamorph. XI, 238. — ἀναστὰς οὕτω] Participio particula οὕτως, ut assolet, subiicitur ita ut rem ex nostro sermonis usu iudicanti redundare videatur. Similiter infra 314. C. διαπερανάμενοι οὕτως εἰςίοιμεν. 326. D: ὑπογράψαντες γραμμὰς — οὕτω τὸ γραμματεῖον διδόασιν. Quod quidem loquendi genus satis multis illustravit exemplis *Stallbaumius* ad Phileb. p. 135. Adde quos citavit auctores *Matthiae.* Gr. gr. p. 1235. not. r.

τὴν ἀνδρείαν] Sic lib. Clark. (et haec constans fere est huius libri praestantissimi scriptura), Coisl. Vatic. duo Venet. tres Paris. ed. Bas. 1. Steph., contra ἀνδρίαν reperitur in lib. Ambros. Angel. Barber. Vatic. Flor. a. b. o. ed. Ald. Bas. 2. Heindorf. Beck. Becker. Stallb. in ed. Weig. Ac fuerunt qui hanc alteri praeferrent scripturam; me autem librorum et vetustissimorum et praestantissimorum auctoritas adduxit ut ἀνδρεία (ab Ionico ἀνδρηΐη ductum) tuerer, ad quam quidem accedit iudicium, quod *Schaeferus*, vir in his litteris facile princeps, fecit Meletem. crit. p. 41 sq. Adde eiusd. Apparat. ad. Demosthen. I. p. 539. et *Stallbaum.* ad. Gorg. p. 161. — Ceterum *Heindorf.* annotat: „audacius vehementiusque hominis ingenium, quod non facile deterreatur subitoque impetu incalescat." Similiter cepit *Stallbaumius.* Ἀνδρεία vero est, ni fallor, *firmitas, pertinacia*, eique tribuitur, qui in aliqua re persequenda fortiter (s. ita ut se deterreri non sinat) perseverat (Cf. ἀνδρείας definit. Polit. IV, 429. 430, B. al.), πτοίησις autem animi est impetus aestusque. Ceterum πτοίησιν libri omnes et scripti et editi habent (eodem ducit libri ṿ. ṛ. et Vind. scriptura ποίησιν) praeter Coisl., e quo Bekkerus recepit πτόησιν. Mallem alterum retentum.

P. 8. τοῦτο] int. διαφέρει. Latini: *quid tua id refert?* Plene Polit. I. 349. A: τί δέ σοι, ἔφη, τοῦτο διαφέρει, εἴτε μοι δοκεῖ εἴτε μή, ἀλλ' οὐ τὸν λόγον ἐλέγχεις; — ἀδικεῖ] „pro ἠδίκηκε, qui frequens est in hoc verbo usus, similiter ut φεύγειν usurpatur pro φυγεῖν." *Heindorfius.* Sic *Stallbaumius* quoque et *Schleiermacherus*, qui vertit: *thut dir Protagoras etwas zu Leide?* Equidem potius interpreter: *num iniustus s. iniquus in te est Protagoras?* Nos: *thut dir Protagoras Unrecht?* Ἀδικεῖν (i. q. ἄδικος εἶναι) praecipue si dicitur, qui alterum fraudat (nostrum *bevortheilen, beeintraechtigen*) vel

denegando vel praecipiendo ei quod suo iure vindicet. Hinc celebratum illud *Φίλων, ἀδικεῖς. Aristoph.* Nub. 25. Alcibiad. I. 110. B: ὡς ἀδικοῖ. al. Nimirum enim ἀδικεῖν proprie est, ut Gorg. 483. C. explicatur, τὸ πλέον τῶν ἄλλων ζητεῖν ἔχειν; igitur debita non persolvere, aliquem fraudare, privare, quocumque modo nocere, al. — μὰ Δί', ἔφην] Flor. a. b. o. δί' ἔφην. — διδῷς] Ald. Bas. 2. et Steph. δίδως (Clark. δίδωις), quod quidem vitium iam *Rudolphi* (v. Beckii Comment. Societ. philol. Lips. V. IV. P. I. p. 65) notaverat. Ceterum conferendus est *Aristophanis* locus Nub. 98: οὗτοι διδάσκουσ', ἀργύριον ἤν τις διδῷ, ubi v. *Spanhem*. T. II. p. 78. Beck. — ἐκεῖνον] More illatum post pron. αὐτῷ propter verba διδῷς et πείθῃς diversos postulantia casus. Phaedon. 111. A.: τὰς δὲ ὥρας αὐτοῖς κρᾶσιν ἔχειν τοιαύτην, ὥστε ἐκείνους ἀνόσους εἶναι, ubi *Heindorf*. p. 236. commode laud. Euthyphr. 14. D: αἰτεῖν τε φὴς αὐτοὺς καὶ διδόναι ἐκείνοις. *Xenoph*. Mem. IV. 1. 1: τοὺς εἰωθότας τε αὐτῷ συνεῖναι καὶ ἀποδεχομένους ἐκεῖνον. Cf. *Schneider*. ad *Xenoph*. Cyrop. V, 2. 28. Ceterum πείθῃς (Ald. Bas. 1. 2. πείθεις) ἐκεῖνον est: *persuadeas ei*, int. *ut te sapientem reddat*; quibus Socrates ludit Sophistas, qui non solum se sapientes profiterentur, verum etiam aliis, quicunque essent, se iniicere posse sapientiam gloriose praedicarent. — ὦ Ζεῦ καὶ θεοί] Sic *Aristoph*. Plut. 1. ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, ubi v. *Bergl*. et *Spanh*. T. I. p. 13. Beck. *Demosth*. in Leptin. 34: πρὸς Διὸς καὶ θεῶν. Plene contra, quos citavit *Heindorfius*, *Xenoph*. Cyrop. II, 2. 10: ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί· *Demosth*. pro Phorm. extr. νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς θεοὺς ἅπαντας. Adde *Plat*. Conviv. 190. C: ὁ οὖν Ζεὺς καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ ἐβουλεύοντο ὅ τι χρὴ ποιεῖν. Cf. *Schaefer*. ad Lamb. Bos. Ellips. gr. p. 848. Similiter Latini *ceteri* omittunt, v. *Gronov*. et *Drakenb*. ad *Liv*. III, 25. Ceterum de partic. εἰ γὰρ (*utinam*) sequente optativo vid. *Abresch*. ad *Aeschyl*. T. I. p. 97. adde quos *Matthiaeus* citavit auctores Gramm. gr. p. 975. Sic Epinom. 980. B: εἰ γάρ σοι τοῦτο τέλος εἴη τῶν νόμων. *Xenoph*. Cyrop. VI, 1, 38: εἰ γὰρ γένοιτο — ὅτι ἐγώ σοι ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην αὖ χρήσιμος. — ἐν τούτῳ εἴη] *utinam in hoc niteretur s. situm esset, in hoc res verteretur*. Infra p. 354 E: ἐν τούτῳ εἰσὶ πᾶσαι αἱ ἀποδείξεις. 356. D: εἰ οὖν ἐν τούτῳ ἡμῖν ἦν τὸ εὖ πράττειν· ib. E. 357. A. Vide *Matth*. Gramm. gr. p. 1140. sq. *Heindorfius* et *Stallbaumius* vertunt: „*utinam in hoc positum sit*.“ (nos: *in hoc res vertatur*), sed rectius coniunctivus imperfecti h. l. ponitur (ut *Stephanus*: *utinam in hoc situm esset*), quia Hippocrates optat, quod fieri posse vel futurum

esse fere desperat. Ceterum libri plures Bekkeri et Flor. a. b. c. o. ἴοι pro εἴη habent, cuiusmodi errores praestat praeterire.

ὡς — ἐπιλίποιμι οὐδέν.] *Stephanus* vertit: *etenim neque mearum neque amicorum facultatum quicquam reliqui facerem. Heindorfius* annotavit: „Sensus hic potius est: nulla in re neque ex meis neque ex amicorum facultatibus deficiam s. deero.“ Et sic etiam *Stallbaumius*. Sed ἐπιλείπειν, *relinquere*, in homine positum (nam de re, ut constat, est *deficere*, non modo est *aliquid praeterire* s. *praetermittere* (ut Phileb. 26. B: καὶ ἄλλα γε δὴ μυρία ἐπιλείπω λέγων. 52. D: μηδὲν — ἐπιλείπειν ἐλέγχων ἡδονῆς τε καὶ ἐπιστήμης εἰ κτλ.), sed etiam *reliquum facere*; quocirca οὐδὲν ἐπιλείπειν dicitur qui, ut Latini dicunt, nihil reliqui facit, h. e., qui omnia impendit et absumit (sic *Cicer*. Verr. III. 115.). Quocirca h. l. verto: *nam nihil de meis amicorumque bonis reliqui facerem* (i. e. omnia impenderem, si fieri posse putarem, ut sapientem me efficeret). Particula ὡς est, ut locis sexcentis, *nam* s. *etenim* v. *Schaefer*. ad Long. p. 428. Ceterum lib. Coisl. pro ὡς habet καί, quas particulas ob similitudinem compendiorum quae dicuntur tachygraphicorum frequenter inter se permutatas esse constat, vid. *Schaefer*. melett. crit. p. 73. not. — αὐτὰ ταῦτα] *ob eam ipsam causam*. Solent enim pronomina τοῦτο et ταῦτα absolute sic poni, ut sint i. q. διὰ τοῦτο, ταῦτα. Vid. nostra ad Legg. p. 214. adde *Matth*. Gr. gr. p. 873. In seqq. Ald. Bas. 1. et 2. recte παρά σε, quod *Stephanus* mutavit in παρὰ σέ. — οὐδ' ἀκήκοα οὐδέν] int. αὐτοῦ, quod praesertim post pron. relativum, in structura mutata omitti solet, velut 313. B: ὃν οὔτε γιγνώσκεις, ὡς φῄς, οὔτε διείλεξαι οὐδεπώποτε. Laudavit praeterea *Heindorfius Lysiae* Orat. XXII. p. 726: οἷς ὑμεῖς χαριεῖσθε καὶ προθυμοτέρους ποιήσετε (int. αὐτούς). — ἦ] Sic libri et plurimi et optimi (de Clarkiano libro annotat *Gaisford*. Lectt. Platon. p. 142: „nescio an primo scr. ἦν. Rasurae certe sunt vestigia — emendatio videtur facta a p. m.“). Accedit ed. Ald.; duo tantum libri ap. Bekkerum, Parisin. et Vatic. ἦν habent. Flor. a. c. o. ἦ in marg. ἀντὶ τοῦ ἤμην. Flor. b. et Bas. 2. ἦν. Sic etiam Coislin. et Venet. a correctoris manu. De attica hac primae personae forma vid. *Fischer*. ad Weller. Gr. gr. T. II. p. 499. interpp. ad *Aristophanis* Plut. 77. T. I. p. 49. Beck. *Hermann*. ad Oed. R. Praef. p. VII. sqq., qui ἦ pro aoristo, ἦν pro imperfecto usurpatum esse suspicatur p. XIX. Adde quos *Matthiaeus* Gr. gr. p. 412. not 5. citavit auctores. — τὸ πρῶτον] Bas. 2. το πρώτερον. Lib. Clark., tres Paris., unus An-

gelic., Barber., Palat., Flor. a. c. o. Vindob. et a correctoris manu Coislin. et Venet. habent τὸ πρότερον, quod sine dubio praestat et iure Stallbaumius recepit; etenim causa non videtur fuisse, cur Plato Protagorae adventum tam definite ab Hippocrate indicari fecerit. — πάντες τὸν ἄνδρα] Coislin. τὸν ἄνδρα πάντες. — τί οὐ βαδίζομεν] interrogatio pro exhortatione posita (vid. ad p. 310. A.), ut Gorg. 468. D: τί οὐκ ἀποκρίνει; Cratyl. 420. B. Lys. 211. D. al. innum. Flor. c. βαδίζωμεν. — ἵν' ἔνδον] Sic Coisl. et Bekk. Reliqui libri et scripti et editi omnes ἵνα ἔνδον. —

παρὰ Καλλίᾳ τῷ Ἱππονίκου] De *Callia*, Hipponici filio, insanissimo illo sophistarum amatore eorumque gloriae adiutore, quum tam diligenter exposuerint *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIV, 16. *Gronov.* Observatt. IV, 7. *Hemsterhus.* ad *Lucian.* Tim. 24. *Heindorf.* ad h. l. *Boeckh.* Staatshaush. d. Athen. T. II. p. 16 sq. et qui recens Prosopographiam Platonicam condidit, *G. Groen van Prinsterer* p. 130 sq., non est quod verbum faciamus. — ὦ 'γαθέ] Sic, Heindorfio etiam suasore, scripserunt Bekker. Beck. et Stallb. Libri editt. ἀγαθέ, Vatic. r. et corr. Coisl. ὠγαθέ, — πρῴ] Ald. Bas. 1. 2. Steph. πρωΐ, Paris. unus πρωὶ; Heindorfius (ex attica ratione, ut tradit *Beckius*) scripsit πρῴ, quod *Buttmannus* praecipue commendavit ad Criton. p. 79. ed. IV. Lexilog. I. 49. Cum Bekkero dedi πρῴ, de quo vid. *Brunck.* ad *Aristoph.* Lysistrat. 612. *Stallbaum.* ad Phileb. p. 74. et *Matth.* Gramm. gr. p. 118. — ἐξαναστῶμεν εἰς τὴν αὐλήν] Verba surgendi ἀνίστασθαι, ἀναστῆναι vel ἐξανίστασθαι et ἐξαναστῆναι, si praepositio εἰς accedit, praegnanti qui dicitur sensu ponuntur: *surgere ad abeundum* vel *pergendum aliquo* et simpliciter *aliquo proficisci* s. *pergere*. Phaedon. 116. A: ταῦτ' εἰπὼν ἐκεῖνος — ἀνίστατο εἰς οἴκημά τι ὡς λουσόμενος. Theag. 129. B: ἐμὲ δὲ δεῖ ποι ἐξαναστῆναι. Cf. *Thiersch.* Gramm. gr. p. 587. ed. III et *Matth.* Gramm. gr. p. 1143. — εἶτα ἴωμεν] Clark. ἴομεν. Proxime τὰ πολλά. — ὥστε θάῤῥει καταληψόμεθα] Sic malim interpungi, quam cum Heindorfio et Stallbaumio scribi ὥςτε, θάῤῥει; adiungitur enim ex grata sermonis familiaris negligentia verbum καταληψόμεθα sine coniunctione: ut θάῤῥει adverbii fere vice fungatur; nos: *zuversichtlich.* — ὡς τὸ εἰκός] *sine dubio* s. *controversia*, ut Polit. III. 407. D: καὶ ἔκγονα αὐτῶν, ὡς τὸ εἰκός, ἕτερα τοιαῦτα φυτεύειν. V. 453. A: ἆρ' οὐχ οὕτως ἂν κάλλιστά τις ἀρχόμενος, ὡς τὸ εἰκός, καὶ κάλλιστα τελευτήσειεν; Conviv. 200. A: Οὐκ ἔχων, ὡς τὸ εἰκός γε, φάναι. al. innumerab. De articulo τό (ὡς τὸ εἰκός, τὸ δίκαιον, τὸ ὀρθὸν al.) vid.

nostra ad Legg. p. 31. — *περιῆμεν*] Clark. Vatic. Paris. Angel. Palat. Flor. a. o. *περιήϊμεν*. De forma *ἤϊα*, plur. *ἤϊμεν*, v. *Elmsl*.. ap. *Matth*. Gramm. gr. p. 417. coll. *Buttmann*. Gramm. ampl. I. p. 454. sq. Libri editi Heindorf. et Beck. *περιῄειμεν*. Bekkerus, quem Stallbaumius sequutus est, restituit *περιῆμεν*, de quo vid Etym. M. p. 420., ubi inter alia: *Ἀττικῇ ἐκτάσει ἦα — καὶ πληθυντικῶς ἦμεν*. Cf. *Fischer*. ad Weller. II. p. 508. *Matth*. l. l. —

τῆς ῥώμης] *roboris*, i. e., *firmitatis et constantiae* B (ut supra *ἀνδρείαν*). Ceterum in verbo *ἀποπειρώμενος*, ut in illis *ἐγρήγορας ἢ καθεύδεις*; Cf. *Hom*. II. II. 23.) haud scio an iocosa insit Homeri imitatio Il. II. 73: *Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι, ἣ θέμις ἐστὶν κτλ*. In sequentt. Coisl. *αὐτὸν διεσκόπουν*. — *ἔφην ἐγώ*] Sic Clark. Coislin. Vatic. Venet. Ξ Vindob. et Bas. 2., unde receperunt Bekker. et Stallb. Reliqui libri (etiam Heind. et Beck.) *ἔφην*, *ὦ Ἱππ*. — *ἀφιξόμενος*] Vatic. *ἀφικόμενος*. In seqq. Venet. Σ. et Ambros. *τί*. — *ὥςπερ ἂν εἰ*] In his particulis, quarum frequentissimus est usus, part. *ἂν* praeposita est ita, ut totam quae sequitur enuntiationem afficiat (*ἂν* enim conditionem indicat quae sumitur, igitur etiam id quod fieri posse cogitatur; nostr. *etwa*), simulque referatur ad conclusionem (apodosin), h. l. ad verba *τί ἂν ἀπεκρίνω*; quod quidem in aliarum quoque particularum fit structura, velut Gorg. 465. C: *καὶ γὰρ ἂν εἰ μὴ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι ἐπεστάτει, ἀλλ' αὐτὸ αὑτῷ-τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν*. Cf. *Matth*. Gr. gr. p. 1014 sq. 1202. not. t. Praeterea animadvertendum est, particulas *ὥσπερ ἂν εἰ* indicativum sequi et in conclusione aoristum, si mera significetur conditio, h. e., si quid ponatur tantummodo, etiamsi non fieri cogitetur, optativum autem, si quid significetur, quod facile fieri posse cogitetur, ut infra D: *εἰ οὖν τις — ἔροιτο — τί ἂν αὐτῷ ἀποκριναίμεθα*; quod non est: si quis — *quaereret*, — quid *responderemus*, sed: si quis — *quaerat* — quid *respondeamus*? Haud plane satisfaciunt, quae *Matthiaeus*, vir eruditissimus, Gramm. gr. p. 966 de indicativi et optativi differentia exposuit. In huiusmodi vero enuntiationis conclusione poni solet aoristus, ut h. l. *τί ἂν ἀπεκρίνω*, non, quod *Matthiaeus* sumit p. 967., ut aliquid significetur, quod semel vel cito fiat, sed hic quoque aoristus rem absolutam nec temporis definiti alicuius terminis circumscriptam indicat, h. e. aliquid eiusmodi, quod omnino fieri atque etiam fieri debere cogitetur (v. quae supra posui). Verba igitur: *τί ἂν ἀπεκρίνω* sic verti poterunt: *quid te respondere oporteat*? Sic Gorg. 447. D: *ὥσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανεν ὢν ὑποδημάτων δημιουργός, ἀπεκρίνατο ἂν δήπου*

σοι σκυτοτόμος, ubi aoristus non quod semel fieri cogitetur significat, sed quod omnino, igitur etiam necessario et certo fit; quocirca aoristus etiam simpliciter asseverandi, indicendi et fere imperandi significationem habet, ut in notis illis *εἶπον*, *ἐπῄνεσα* al. (vid. *Hermann.* ad Viger. p. 746. *Matth.* p. 960. cf. supra. ad 310. A.). Sic etiam accipiendum est illud Phaedon. 59. E: *οἱ ἕνδεκα — παραγγέλλουσιν ὅπως ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ τελευτήσῃ*; neque enim h. l. aoristus, quod *Heindorfius* p. 15. putaverat, rem indicat, quae uno quasi ictu peragitur (quod h. l. sane quam ridiculum foret, quamquam *Heindorfio* assentitur et *Stallbaum.* Plat. dial. solut. V. I. Sect. 2. p. 29. Mirum quam nugatus est ipse *F. A. Wolfius*, optimum scilicet Heindorfium dilaceraturus, in libello: *zu Platons Phaedon.* p. 20.), sed eius quod omnino et necessario futurum s. eventurum est significationem habet, ita ut actio ipsa tamquam certa et fere necessaria emineat. Iccirco latine illa sic convertimus: *denuntiant — ipsi hodie moriendum esse.* Etiam Conviv. 217. E: *τό τ' ἐντεῦθεν οὐκ ἄν μου ἠκούσατε* non est, ut *Stallbaum.* Dial. select. I. 3. p. 147. interpretatur, *id non sic statim a me audiretis*, sed: *omnino non a me audiretis* (nostr: *das würdet ihr gewiss s. sicher nicht von mir hören*). — *Κῷον*] Clark. *Κῶιον*. Annotat *Bekkerus*: „et scribendum *Κῷον*." Iure assentitur Stallbaumius. Ceterum *Hippocrates Cous* nobilissimus est ille medicinae parens, qui genus suum ab Aesculapio dicitur repetisse, (unde etiam Phaedr. 270. C: *Ἱπποκράτει τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν*). Cf. v. *Prinster.* Prosopogr. Plat. p. 193 sq. In seqq. pro *σαυτοῦ* lib. Coislin. *σεαυτοῦ*, quod Bekkerus recepit.

ὡς τίνι ὄντι] „*tamquam quali? ecquid resp.* Id est: C *Qualem esse existimans Hippocratem ei mercedem tributurus es!*" *Stephanus.* — *ὅτι ὡς ἰατρῷ*] Venet. Σ. et Flor. b. omittunt *ὅτι*. — *Πολύκλειτον*] *Polycletus* (*Polyclitus* v. *Goerenz.* ad Cic. de finib. bon. et mal. II, 34.) Argivus (non Sicyonius, de quo *Plin.* XXXIV, 8. T. II. p. 650. Harduin.) nobilissimus statuarius. Vid. *Xenoph.* Mem. I, 4. 3. *Plin.* H. N. XXXIV, 8. p. 649. Cf. *Davis.* ad *Cic.* Tusc. I. 2. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIV, 8. Eius filii infra p. 328. commemorantur. — *Phidias*, celeberrimus statuarius, qui Periclis tempore Athenis vixit (v. *Plin.* H. N. XXXIV, 8. T. II. p. 648. ibique *Harduin.*). Menon. 91. D: *οἶδα γὰρ ἄνδρα ἕνα Πρωταγόραν πλείω χρήματα κτησάμενον ἀπὸ ταύτης τῆς σοφίας ἢ Φειδίαν γε, ὃς οὕτω περιφανῶς καλὰ ἔργα εἰργάζετο, καὶ ἄλλους δέκα τῶν ἀνδριαντοποιῶν.* Seqq. respexit Lex. in Bekker. Anecd. gr. I. p. 335.

P. 10. ὥς τίνι ὄντι] *Stephanus* in marg. „*tamquam qualibus*, Polycl. et Phidiae, *pecuniam dependere in animo haberes.*“ Singularem τίνι excipiunt nomina Πολυκλείτῳ et Φειδίᾳ, vid. quae infra notavi p. 311. D. De part. εἰ bis posita (ita ut altera enuntiatio quae dicitur conditionalis alterius sit conditio) vid *Stallbaum.* ad Euthyphr. p. 69. — ὥς τίς δὲ γενησόμενος] Palat. Vatic. et Flor. o. τί, vitiose. Bas. 2. ὁ γενησ. In seqq. Vatic. δηλονότι, ut Ald. Bas. 1. 2. Steph., quod notasse semel satis est. — Εἶεν κτλ.] Particula εἶεν (quam ductam esse putant ob antiquo εἶε pro εἴη. Vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 412), quamvis frequentissime apud Platonem, Aristophanem alios legatur, nondum tamen satis mihi videtur perspecta atque explicata esse. Etenim plerumque confertur cum Latinorum *esto* (v. *Lambin.* ad Horat. Ep. I, 16. 56. p. 270. D. ed. Francof.), et pro „concedendi et ad alia transeundi formula“ (v. *Ruhnken.* ad Tim. p. 94.) habetur. Probandi et comprobandi ei vim tribuunt *Heindorf.* ad Phaedon. p. 260. *Stallbaum.* ad eund. dial. p. 207. ad Euthyph. p. 88. et Menon. p. 32. Ac sane εἶεν (ab εἴη ductum) per se nihil aliud esse potest nisi *es sey*, *es mag* s. *es kann seyn*; ex usu vero sermonis, qui perspicitur e locis inter se collatis, non concedendi vel probandi vim habet, sed vel dubitationem et obiectionem vel exhortationem designat: ut vernaculis part. *so*, *also* vel *nun* exprimere id possimus, lat: *iam* (ut: *iam dic mihi* al.). Etenim si per se ponitur, non est concedentis vel probantis, sed potius mirantis ac dubitantis. Sic Conviv. 206. E: *Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη*, ubi verba quae sequuntur πάνυ μὲν οὖν declarant, partic. εἶεν admirationem ac fere dubitationem significare; εἶεν, i. q. εἴη, germanicum est: *es mag seyn*, quod est dubitantis, sed vividius et ironice fere ponimus *so! ey!* (quod a graeco εἶεν possit ductum videri) vel *das waere!* Similiter Polit. I. 350. E: *ἐγὼ δέ σοι ὥσπερ ταῖς γραυσὶ ταῖς μύθους λεγούσαις, εἶεν ἐρῶ, καὶ κατανεύσομαι καὶ ἀνανεύσομαι*, ubi εἶεν est nostrum *so!* sic pronunciatum, ut admirationem cum dubitatione coniunctam exprimat. Saepenumero verti potest *quid?* (quod itidem est mirantis) *wie?* Sic Phaedr. 234. D: *Εἶεν, οὕτω δὴ δοκεῖ παίζειν;* Exhortandi vim habet (ut nostrum *so*. Grammatici explicant imper. ἄγε) ap. *Aeschyl.* Choeph. 717. *Aristoph.* Nub. 177. al. Quodsi εἶεν in orationis cohaerentia ponitur, ad praegressa ita refertur, non ut ea comprobet, sed potius ut eis aliquid reponat vel obiiciat, certe dubitationem exprimat, velut Polit. X. 597. E: *Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, τὸν τοῦ τρίτου ἄρα γεννήματος ἀπὸ τῆς φύσεως μιμητὴν καλεῖς;* Igitur non concedendi vel probandi,

sed potius excitandi vim habet, dubitandi fere vel obiiciendi, nonnunquam etiam nesciendi notione adiuncta (ut Phaedon. 117. A: εἶεν, ἔφη, ὦ βέλτιστε — τί χρὴ ποιεῖν; Cf. *Hermann.* ad Viger. p. 750.) Exprimere possis: *Wie nun? so sage mir nun* (int. *quum nesciam*) vel simpliciter: *nun.* Ac verissime iam *Hermannus* ad *Sophocl.* Ai. 101. (cf. ad Eurip. Suppl. 795. Praef. ad h. fab. p. X.) maiorem post v. εἶεν interpunctionem tolli iussit. Sic h. l. libri editi dant εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. παρὰ δὲ δὴ κτλ. *Heindorfius* scripsit: εἶεν, ἦν δ' ἐγὼ παρὰ δὲ δὴ κτλ.

ἐκείνῳ] Bas. 2. ἐκεῖνο. Proxime Vat. et Vindob. πείθομεν. — εἰ δὲ μή] int. ἐξικνεῖται. Sequitur προςαναλίσκοντες, ac si praecesserit τὰ ἡμέτερα χρήματα ἀναλίσκοντες. Miror *Beckium* ad προςαναλίσκοντες repetitum velle ἕτοιμοι ἐσόμεθα τελεῖν. Neque post πείθωμεν αὐτόν supplendum est εὖ ἂν ἔχοι, sed propter εἰ δὲ μή, statim post particulam μέν illatum, omissum est τὰ ἡμέτερα τελοῦντες vel ταῦτα ἀναλίσκοντες. Quod quidem egregie iam perspexit *Heindorfius.* — Εἰπέ μοι] More attico singularem verbi excipiunt duo nomina, quod praecipue in verbis dicendi fieri solet (v. *Priscian.* XVIII. p. 1078). Phaedr. 268. C: εἴποι ἂν (Erycinachus vel Arumenus). Menon. 81. A: λέγει δὲ καὶ Πίνδαρος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ποιητῶν. Apolog. 30. C: ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν βλάψει οὔτε Μέλιτος οὔτε Ἄνυτος· οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιντο. Euthyd. 283. B: εἰπέ μοι — ὦ Σώκρατές τε καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι. *Demosth.* Cherson. p. 108: εἰπέ μοι, τί χρήσεσθε καὶ τί δεῖ ποιεῖν; Vid. *Elmsl.* ad *Aristoph.* Acharn. p. 741. *Schaefer.* Appar. Demosth. I. p. 223. *Bremi* annot. p. 331. De Latinis conf. *Ruddimann.* Institt. Grammat. T. II. p. 9 Lips. Contra pluralis ponitur pro singulari Polit. I. 336. C: Τίς — ὑμᾶς πάλαι φλυαρία ἔχει, ὦ Σώκρατες; καὶ τί εὐηθίζεσθε πρὸς ἀλλήλους ὑποκατακλινόμενοι ὑμῖν αὐτοῖς; Theaet. 178. B: ὥς φατε, ὦ Πρωταγόρα. al. Vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 615. 971. D

τί ὄνομα — ἀκούομεν?] Clark. Venet. tres Paris. E duo Angelic. Barberin. Palat. Vatic. Flor. a. b. c. o. Vindob. Ald. Bas. 1 et 2. habent ἠκούομεν. Ceterum rectius cum *Heindorfio*, quem iure *Beckius* sequutus est, ita interpungitur: τί ὄνομα — ἀκούομεν; ὥςπερ περὶ Φειδίου — ποιητήν, τί τοιοῦτον περὶ Πρωταγόρου ἀκούομεν; Vox enim ἄλλο refertur non ad sequentia, sed ad praegressa ἰατρός et ἀγαλματοποιός. (*Stallbaumius:* „num itidem tale nomen Protagorae tribuitur, quale Phidiae atque Homero"). Τί τοιοῦτον cohaeret cum ὥςπερ περὶ Φειδίου ἀγαλματοποιὸν καὶ περὶ Ὁμήρου

ποιητήν, et verba ὥσπερ περὶ Φειδίου — ποιητὴν explicationis causa adiuncta sunt, more autem omissa est explicandi particula (*videlicet*). — ἀγαλματοποιόν] int. τὸ ὄνομα; more enim graeco voci ὄνομα, si est nominativus, apponitur nominativus (ut Cratyl. 402. D: ἐκ δὲ τούτων ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων ἡ Τηθὺς τὸ ὄνομα ξύγκειται), sin accusativus, quartus casus, ut Cratyl. 384. C: ὅτι δὲ οὔ φησί σοι Ἑρμογένη ὄνομα εἶναι. Vid. *Heindorf.* ad Theaet. p. 307. et *Matth.* Gramm. gr. p. 610. — τί τοιοῦτον] Palat. Vat. τί οὖν τοιοῦτον. — εἶναι] *Stephanus* annot. „hoc εἶναι videtur abundare: alioqui fuerit ὀνομάζουσι pro λέγουσι.“ Sed addi sic solet εἶναι verbis dicendi et nominandi; vid. quos *Matth.* Gramm. gr. p. 768. laudavit auctores. Ceterum verb. εἶναι abest a libro Ambrosiano. Proxime Flor. o. τοι, ὦ Σώκρατες, ὀνομάζουσι γε — εἶναι. — ἄρα] Libri editt. ἄρα (Coisl. ἄρ') et in seqq. ἀρχόμεθα, quod e v. ἄρ' ἐρχόμεθα natum esse liquet, idque iure, ni fallor, restituit *Bekkerus*. Flor. o. et Vind. ἄρα ἐρχόμεθα. De trito illo ἔρχεσθαι cum partic. futuri coniuncto (Latin. *aggredi*, i. q. *instituere*, *velle*. Sic 313. A. al.) v. *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. p. 382 sq. — ὥς τίς γενησόμενος] Sic Clark. reliquique quos contulit *Bekkerus* libri (accedunt Flor. a. b. c. o. Vind. et Bas. 2., in quo scribitur ὥς τις); solus lib. Paris. E. cum Ald. Bas. 1. Steph. ὥς τί γενησόμενος exhibet; sed τίς et res ipsa et praegressa efflagitant. Praeterea ἔρχει etiam Clark. — Post interrogat. αὐτὸς δὲ δὴ ὥς τίς γενησόμενος ἔρχει παρὰ τὸν Πρωτ. more omissa sunt verba τί ἂν φαίης, velut Cratyl. 392. C: εἴ τις ἔροιτό σε, πότερον οἴει ὀρθότερον καλεῖν τὰ ὀνόματα τοὺς φρονιμωτέρους ἢ τοὺς ἀφρονεστέρους; (int. τί ἂν φαίης;) ΕΡΜ. Δῆλον δὴ ὅτι τοὺς φρονιμωτέρους φαίην ἄν. Phaedr. 268. B: Εἰ οὖν εἴποι ὅτι Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀξιῶ τὸν ταῦτα παρ' ἐμοῦ μαθόντα αὐτὸν οἷόν τ' εἶναι ποιεῖν ἃ ἐρωτᾷς; (int. τί εἴποιεν vel εἴποι ἄν;) ΦΑΙ. Εἴποι ἄν κτλ. Cf. Conv. 199. E. 204. D.

ὑπέφαινέ τι ἡμέρας] Utrumque et ὑποφαίνει per se 312
(ut Latin. *illucescit*, *illuxit* al.) et ὑποφαίνει ἡμέρα in die dici *illucescente* bene annotavit et exemplis (*Xenoph.* Anab. IV, 3. 7. IV, 2. 7. Cyrop. IV, 5. 14.) illustravit *Heindorfius*. Cf. *Wyttenbach.* ad *Eunap.* p. 109. Ceterum citavit h. l. *Demetrius* de elocut. p. 218. Schneid. — εἰ μέν τι — ἔοικεν] *Stephanus*: „For. τοῦτο ἔοικεν: si haec res similis est superioribus, et de hac, ut de illis, dicendum est.“ Sed pro subiecto, quod dicitur, habendum est pronomen tertiae personae, quod in verbo latet (nostr. *es*). Sic 330. B: εἴπερ —

ἔοικεν. Phaedon. 99. E: ἴσως μὲν οὖν ᾧ εἰκάζω τρόπον τινὰ οὐκ ἔοικεν. Polit. II. 381. C: καὶ οὕτως ἔχοντος. V. 458. A: οἷα δρῶσι γενομένου. Hoc autem pronomen quum tertiae verbi personae iam subiectum sit (v. c. ἔχει est: *es verhält sich*, ut Polit. V. 474. B: ὅτι ἔχει ἣ σὺ λέγεις. Euthyphr. 4. A: ἦ που — ἀγνοεῖται ὑπὸ τῶν πολλῶν ὅπῃ ποτὲ ὀρθῶς ἔχει. al. innumerab. Similiter δείξει, ἐδήλωσε, al. v. *Matth.* Gr. gr. p. 590. 592.) non est, cur cum *Heindorfio* ad h. l. p. 470. et ad Theaet. p. 379. (quem audiverunt *Beckius* p. 393. et *Stallbaum.* p. 29. Cf. *Matthiae* Gramm. gr. p. 1110 sq.) pronomen demonstrativum τοῦτο vel τὸ πρᾶγμα omissum esse existimemus. Ceterum libri et scripti (praeter Flor. a. b. c. o.) et editi ἔοικεν habent, quod, licet consonans sequatur, retinuerim; vid. *Buttmann.* Gramm. gr. ampl. I. p. 93. et *Frotscher.* ad Xenoph. Hier. p. 11 sq. — εἰς τοὺς Ἕλληνας] Praepositio εἰς (propr. *ad*, *apud*, *coram*, nostr. *vor*, *bei*, ut Gorg. 526. B. al.) saepenumero ita ponitur, ut ex nostri sermonis usu simplicis dativi vice fungatur, ut h. l. *Graecis te sophisten exhibere.* Sic 349. A: ἀναφανδὸν σεαυτὸν ὑποκηρυξάμενος εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας. Conviv. 179. B: τούτου δὲ καὶ — Ἄλκηστις ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται εἰς τοὺς Ἕλληνας. Cf. *Matth.* Gr. gr. p. 1143. — σαυτόν] Sic Vatic. corr. Coisl. duoque Veneti. Reliqui libri et scripti et editi (etiam Heind. Beck. et Stallbaum.) αὑτόν (Flor. b. αὐτόν). Ego autem, etsi multa afferuntur exempla ubi αὑτόν pro ἐμαυτόν et σαυτόν positum est (v. *Ruhnk.* ad Tim. p. 92. *Boissonad.* ad *Eunap.* p. 342. adde quos *Matthiaeus* Gr. gr. p. 920 citavit.), praeferendum tamen duxi cum Bekkero σαυτόν et hoc et aliis locis, v. c. Rival. 136. D: ποτέρῳ ἂν μᾶλλον ἐπιτρέποις σαυτόν τε καὶ τὰ σεαυτοῦ (ubi vulgo scribitur αὑτόν τε καὶ τὰ σεαυτοῦ). Alcib. II. 143. C: πρὸς τὴν σαυτοῦ (scribitur ἑαυτοῦ) μητέρα. al. Proxime Flor. b. εἴγε. — ἀλλ' ἄρα] Flor. b. Ald. Bas. 1. 2. ἀλλ' ἆρα. Recte Stephanus scripsit ἀλλ' ἄρα; nam ἆρα interrogativo nihil hic loci est. *Stephanus* annotat. „F. ἀλλ' ὅρα. alioqui hoc subaud.“ At, si quisquam, sanus est locus. Sequens μή c. indicativo verbi, (quamquam Coisl. duo Veneti. duo Paris. Ambros. Angel. Barber. Palat. Vatic. r. Flor. a. c. o. et Vind. ὑπολαμβάνῃς exhibent), ita poni constat, ut proprie sit dubitanter interrogantis (Latin. *num*, *numquid: ob etwa)*, deinde etiam extra interrogationem dubitandi ac verendi fere significationem habeat; quocirca verbum verendi animo suppleri oportet. Saepenumero autem hac dubitandi, suspicandi et verendi formula Attici urbani etiam in asseveratione utuntur, ut h. l.: *at vereor, ne non existimes* h. e., *at fortasse non existi-*

mas hanc vim habet: *sed, opinor, non existimas;* nos; *du hältst aber wohl nicht dafür*, cet. Auctores qui de his particulis exposuerunt citavit *Matthiaeus* Gr. gr. p. 1220. Proxime Flor. b. τὴν τοῦ Πρωταγόρου ἐπιστήμην ἔσεσθαι. Ceterum sine causa Beckius et Stallb. post v. παιδοτρίβου interrogationis signum posuerunt.

οἵαπερ ἡ παρὰ τοῦ γρ.] Clark. et Vatic. Θ. οἷα περὶ τοῦ γρ. — γραμματιστοῦ — παιδοτρίβου] His enim apud Graecos institutio puerilis continebatur artibus, grammatica, musica et gymnastica, quae etiam verbis γράμματα, κιθαρίζειν et παλαίειν significari solent, ut Alcib. I. 106. E. Theag. 122. E. *Xenoph.* de republ. Laced. II, 1. *Isocrat.* Paneg. II. p. 195 sq. *Aristotel.* Polit. VIII. 3. Clitoph. 407. B. *Dio Chrysost.* XIII. 223. C. al. Cf. *Spanhem.* ad *Aristoph.* Nub. 958. 967. T. II. p. 324 et 329 sq. ed. Lips. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. III, 21. VII, 15. Adde *Goess.* Erziehungswiss. n. d. Grunds. d. Griech. u. Röm. T. I. p. 125 sq. — ἐπὶ τέχνῃ] *artis caussa*, h. e., *ut has artes factitares.* Sic 315. A: ἐπὶ τέχνῃ ἐμάνθανεν, ὡς σοφιστὴς ἐσόμενος. Ponitur enim praep. ἐπί in consilio s. proposito, vid. *Matth.* Gr. gr. p. 1165 sq. — ἰδιώτην καὶ τὸν ἐλεύθερον] *privatum cumque liberalem* (non eum, qui artem ad mercedem et quaestum abducit). Ἰδιώτης, privatus, est is qui privatim artem aliquam discit, non ut eam publice factitet, sed ut se erudiat, contra δημιουργός, artifex, dicitur qui publice artem aliquam factitat. Sic Ion. 531. C: καὶ ἰδιωτῶν καὶ δημιουργῶν. Cf. *Ruhnken.* ad *Longin.* p. 258. B

P. 12. παρασχεῖν θεραπεῦσαι] Coisl. rc. θεραπεῦσαι παρασχεῖν. In seq. Flor. b. ὅτι εἰδέ ποτε. Mox Bekkerus scripsit ἔστι; ego vero, quia orationis pondus quod dicitur in verbis ὅ τι δέ ποτε situm est, ita ut ἐστί non emineat, ἐστί, quod in omnibus reperitur libris, retinui. — πράγματι] Πρᾶγμα, ut Latin. *res*, apponitur adiectivis ita, ut pronominis indefiniti partes agat. Sic p. 355. C: ἢ γελοῖον λέγετε πρᾶγμα. Gorg. 517. C: Πρᾶγμα οὖν γελοῖον (*ridiculum* vel *ridiculi quid*) ποιοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ ἐν τοῖς λόγοις. 519. B: ἀνόητον πρᾶγμα, *insipiens quid.* D. τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα. Conviv. 202. A: ἄλογον — πρᾶγμα. Polit. VII. 531. C: Δαιμόνιον γάρ, ἔφη, πρᾶγμα λέγεις. al. Etiam in hominibus πρᾶγμα ponitur, ut Gorg. 520. B: μέμφεσθαι τούτῳ τῷ πράγματι (i. e. populo), ὃ αὐτοὶ παιδεύουσιν, ὡς πονηρόν ἐστιν εἰς σφᾶς. Criton. 53. D: καὶ οὐκ οἴει ἄσχημον φανεῖσθαι τὸ τοῦ Σωκράτους πρᾶγμα; Cf. *Fischer.* ad Weller. T. III. 1. p. 312 sq. — σοφῶν] Clark. a pr. m. Paris. Am- C

bros. Barb. σοφιστῶν. — τοὔνομα] nomen σοφιστής, quasi τῶν σοφῶν ἵστωρ (Cratyl. 406. B. 407. C.), i. q., ἐπιστήμων. Ceterum τὰ σοφὰ sunt h. l. quae disciplina et eruditione et artificio continentur. — περὶ τεκτόνων] Praepos. περὶ abest a Venet. Σ.

τῶν τί σοφῶν — ἐπιστήμονες] Accusativus τί D
regitur a seq. ἐπιστήμονες; adiectiva enim peritiam et facultatem indicantia et cum praep. περί et cum simplici accusativo componuntur, ut σοφός, ἐπιστήμων, ἀγαθός, δυνατός al. Vid. *Matth.* Gr. gr. p. 748. Sic Theaet. 145. E: ἦ οὐχ ἅπερ ἐπιστήμονες, ταῦτα καὶ σοφοί; Theag. 125. B: τῶν τί σοφῶν συνουσίᾳ φῂς σοφοὺς εἶναι τοὺς τυράννους; ib. C: τῶν τί σοφῶν. Alcib. I, 118. C: ἤδη τινὰ εἶδες σοφὸν ὁτιοῦν ἀδυνατοῦντα ποιῆσαι ἄλλον σοφόν, ἅπερ αὐτός; Deinde pronomen τί more inter articulum et nomen cum articulo cohaerens interiectum est; v. Theag. l. l. Conviv. 206. A: τῶν τίνα τρόπον διωκόντων — ἡ σπουδὴ — ἔρως ἂν καλοῖτο; Plura dabit *Matth.* Gr. gr. p. 918. *Stephanus* vertit in marg.: *quo pertineant haec* σοφά, *quorum pictores sunt periti, vel circa quam rem versentur ea* σοφά. Rectius; *cuiusnam sapientiae* vel *peritiae generis scientes sunt pictores?* Etenim verba Τῶν τί σοφῶν — ἐπιστήμονες directam efficiunt quaestionem. Libri omnes: εἴ τις ἔροιτο ἡμᾶς τῶν τί σοφῶν ἐπιστήμονες, εἴποιμεν ἂν που αὐτῷ κτλ. Similiter in seqq. responsione scripsimus ὅτι Τῶν — εἰκόνων. — τῶν τί σοφῶν ἐστί] repet. e praegr. ἐπιστήμων, quod *Heusdius*, vir praestantissimus, Spec. crit. in Plat. p. 68. excidisse putabat. — ἀποκριναίμεθα] Pro eo quod libri habent ἀποκρινοίμεθα cum Bekkero et Stallbaumio aoristum reposuimus, vid. quae supra de hoc genere disputavi. Verba autem quae sequuntur, ut opinio fert mea, depravata sunt; etenim intolerabilis fere est redundantia huius orationis a simplicitate et venustate, qua hic Platonis sermo inter omnes excellit, remotissimae. Quod quidem probe sentiens cl. *Heusdius* l. l. ita orationi consultum volebat, ut scriberetur: τί ἂν εἴποιμεν; Εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι, ὦ Σώκρατες, ἐπιστάτην τοῦ ποιῆσαι δεινὸν λέγειν. Sed primum ita relinqueretur absolute positum illud οἵας ἐργασίας ἐπιστάτης; deinde τί ἂν εἴποιμεν contra Platonis morem esset, quippe qui talia potius omittere soleat (vid. supra ad p. 11.), idque h. l. propter praegressum τί ἂν ἀποκριναίμεθα, quod idem significat, sane quam molestum foret. *Heindorfius* vero sermonem a redundantia illa ita liberari posse existimabat, ut verba τί ἂν ἀποκρινοίμεθα (ἀποκριναίμεθα) αὐτῷ omitterentur aut deinceps legeretur ποίας ἐργασίας ἐπιστάτην ἂν εἴποιμεν

αὐτὸν εἶναι; quod quidem posterius multa habet quibus commendetur. Quamquam nec hac ratione ad sanitatem perductum iri orationem persuasum habeo. Etenim *Ficinus* primum verba: *τί ἂν ἀποκριναίμεθα αὐτῷ*, et *ποίας — ἐπιστάτης* connexuit (etiam libri Ald. Bas. 1. et 2. post *αὐτῷ* non interpungunt), vertit enim: *qualem eius sapientiam esse responderemus, quod eius officium?* Unde patet quoque, Ficinum *τί* ad praegressa *τῶν τί σῶφων* (int. *ἐπιστήμων*) retulisse. Deinde sequens *τί ἂν* (lib. Venet. *Σ.* corr. *ἐστιν*) *εἴποιμεν* Ficinus aut praetermisit aut non invenit in libris suis; vertit enim: *quod eius officium? Hipp. Sapientiam profecto, qua homines ad dicendum facundi redduntur.* Quocirca vide ne hoc modo restitui possit locus: *τί ἂν ἀποκριναίμεθα αὐτῷ, ποίας ἐργασίας ἐπιστάτην αὐτὸν εἶναι; Εἴποιμεν ἄν, ὦ Σώκρατες, ἐπιστάτην* (int. *αὐτὸν εἶναι*) *τοῦ ποιῆσαι κτλ.* Altera interrogatio, *ποίας ἐργασίας ἐπιστάτην*, sine copula, ut solet, priori adiuncta esset explicationis causa: *quid ei respondeamus: nempe: cuiusnam operis vel confectionis magistrum eum esse?* Quamquam sunt fortasse quibus magis probetur quod cl. *Stallbaumius* reposuit: *τί ἂν ἀποκριναίμεθα αὐτῷ; ποίας ἐργασίας ἐπιστάτης; Τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι, ὦ Σώκρατες, ἢ ἐπιστάτην κτλ.* Etsi displicet *ποίας — ἐπιστάτης* post v. *τί ἂν ἀποκριναίμεθα αὐτῷ*; praeterea animosior Hippocratis alias timidi fere atque anxii responsio *Τί ἂν εἴποιμεν, — ἢ —* videri posset, nisi leniretur quodammodo sequentibus: *Ἴσως ἂν — ἀληθῆ λέγοιμεν.* Quocirca utraque coniuncta ratione scribi quoque possit: *τί ἂν ἀποκριναίμεθα αὐτῷ; ποίας ἐργασίας ἐπιστάτην αὐτὸν εἶναι; Τί ἂν εἴποιμεν, ὦ Σώκρατες, ἢ ἐπιστάτην* cet. De pron. *τί* (int. *ἄλλο*, ut *Xenoph.* Oecon. III, 3: *τί οὖν τούτων ἐστὶν αἴτιον, ἢ ὅτι* cet.) sequente *ἢ* non est quod exponam. Ceterum confirmari videtur haec scriptura cod. Vatic. et Vind., qui part. *ἢ* interponunt. *Stallbaumius* in Plat. dial. select. V. II. Sect. II. p. 31. „fortasse hac ratione vel vulgata scriptura defendi poterit, modo ne haec: *τί ἂν αὐτὸν — εἶναι* Socrati tribuantur. Quid enim? recte no poterit sic scribi: *Τί ἂν εἴποιμεν αὐτὸν εἶναι, ὦ Σώκρατες; ἐπιστάτην τοῦ π. δ. λέγειν!* sc. *εἴποιμεν ἂν αὐτόν.*" Quod mihi quidem non probatur. — *τοῦ ποιῆσαι*] Clark. Vatic. tres Paris. Ambros. Barber. Palat. Vat. Flor. a. b. o. habent *τοῦ τὸ*, Angel. *τοῦτο*, Vatic. *ποιῆσαι αὐτὸν δεινόν*. In seq. Clark. et Vatic. *μέντοι γε ἱκανῶς γε.* — *ἡ ἀπόκρισις*] Clark. *ἀποκρίσεως*. Vatic. *ἢ ἀποκρίσεως*; Flor. o. *γὰρ ἡ ἀπόκρισις*, omisso *ἔτι*.

δήπου] Clark. et Vatic. *δ' εἶπον.* — *περὶ οὗπερ — καὶ ἐπίσταται*] Clark. et Vatic. *περὶ οὗπερ καὶ ἐπίσταται*, omissis quae interiecta sunt verbis *ἐπιστήμονα, περὶ κιθαρίσεως — περὶ οὗπερ*; librarii videlicet oculus a. v. *ἐπιστήμονα* aberravit ad v. *ἐπίσταται*. In verb. *περὶ κιθαρίσεως* lib. Venet. Σ., qui in numero est praestantissimorum, omittit praepositionem *περί*, ut more *κιθαρίσεως* explicationis causa (*ἐπεξήγησιν* vocant Grammatici) ad verba *περὶ οὗπερ* referatur. — *ἢ δῆλον ὅτι*] Particulam *ἤ*, quae ab libris omnibus tam scriptis quam typis expressis abest, *Heindorfius* primus e Platonici sermonis ratione interposuit, quem iure sequuti sunt *Beckius*, *Bekkerus* et *Stallbaumius*. Proxime Flor. o. *αὐτὸς ἐπιστήμων*, om. *τε*. — *τὸν μαθητὴν ποιεῖ*] int. *ἐπιστήμονα*. Proxime *ἐγώ* abest ab Ald. et Bas. 1. E

ἐπιτρέπειν σε ἔδει τῳ] Venet. Σ. *σοι*, Clark. *ἔδει το*. Flor. a. c. o. *ἔδει τῷ*. In seqq. aoristus *περιεσκέψω* sequitur imperfectum eumque excipit imperfectum *παρεκάλεις*, ita ut aoristus actionem ipsam tamquam absolutam et certam efferat (nostrum: *gewiss würdest du* —). Vid ad 311. B. *Stallbaumius* ad Euthyphr. p. 81. sq. sumit aoristo indicari, „actionem aliquam, si aliud quid nunc fieret, statim et uno veluti ictu atque momento fore absolutam.“ Idem ad Conviv. p. 98: aoristus autem significat rem ita esse comparatam, ut e vestigio possit perfici et absolvi.“ Similiter *Buttmannus* ad Menon. p. 10. ed. IV. „aoristum actionem indicare intra temporis momentum absolutam.“ Immo aoristus his quoque locis actionem non tempore aliquo definito circumscriptam, sed absolutam, h. e., per se certam designat, eiusque vim vernacula part. *gewiss* s. *sicher* exprimere possumus. — In sqq. Clark. et Vatic. Θ. *παρακαλεῖς*. — *τὴν ψυχήν*] explicationis causa, ut solet, adiunctum est. Sic infra 330. C: *τοῦτο τὸ πρᾶγμα ὃ ὠνομάσατε ἄρτι, ἡ δικαιοσύνη*. 339. A: *περὶ τοῦ αὐτοῦ — περὶ ἀρετῆς*. 351. A. 354. C. 357. E. 359. B. Phaedon. 97. A. Polit. IX. 583. E: *ὃ μεταξὺ ἄρα νῦν δὴ ἀμφοτέρων ἔφαμεν εἶναι, τὴν ἡσυχίαν, τοῦτό ποτε ἀμφότερα ἔσται*. Cf. *Heindorf.* ad Gorg. p. 121. 185. *Matthiae* Gramm. gr. p. 822. 880. — *ἐν ᾧ πάντ' ἐστὶ τὰ σά*] *e quo* (non: *a quo*, ut vulgo scribunt) *omnia tua pendent* s. *in quo posita est omnium rerum tuarum fortuna aut secunda aut adversa*. *Stephanus* vertit: *in qua situm est ut tua omnia in felici aut infelici sint statu*. Sic infr. 356. C: *εἰ οὖν ἐν τούτῳ ἡμῖν ἦν τὸ εὖ πράττειν ἐν τῷ κτλ.* *Eurip.* quem *Heindorfius* laudavit, Iphig. Taur. 1056: *ὦ φίλταται γυναῖκες — καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν ἢ καλῶς ἔχειν ἢ μηδὲν εἶναι καὶ στερηθῆναι πατρός*. Quam-

quam hanc praepositionis ἐν vim satis illustrarunt, quos *Matthiaeus* Gramm. gr. 1141. citavit, viri docti. *Heindorfius* praeterea annotat: „Potuit h. l. sic quoque scribi: ἐν ᾧ πάντ' ἐστὶ τὰ σὰ πότερον εὖ ἢ κακῶς πράξεις," quod repugnat graeci sermonis rationi; etenim πράττειν cum adverbiis εὖ et κακῶς coniunctum non est *agere* vel *facere aliquid*, *rem gerere*, sed intransitive, quod Grammatici dicunt, ponitur, ut sit v. c. εὖ πράττω Latinorum *bene s. praeclare mecum agitur*. Hinc Alcibiad. I. 134. A: κακῶς δὲ πράττων οὐκ ἄθλιος; Igitur esse non posset: πότερον — πράξεις, (*utrum rem bene an male gesturus sis*), sed πράξει (*utrum res tuae secundae an adversae futurae sint*). Accedit quod τὰ σά, ut solet pronomen possessivum (τὸ ἐμόν, τὸ σόν al.), ita positum est ut ipsum hominem resque ad eum pertinentes significet. Sic Polit. V. 463. E: ἑνός τινος ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττοντος, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν τὸ ῥῆμα τὸ ὅτι τὸ ἐμὸν εὖ πράττει, ἢ ὅτι τὸ ἐμὸν κακῶς. — περὶ δὲ τούτου] Particula δέ, praegressa oratione cum pronomine relativo, pronomini adiungi solet demonstrativo ita ut orationem antecedentem quasi redintegret. Etenim part. δέ vim habet orationis partium nectendarum; quocirca iteratur in oratione sequente, quae cum praegressa cohaeret, unamque efficit. Nam si pronomen relativum praeponitur, ea orationis pars quae ad pronomen pertinet sic effertur, ut per se videatur constituta esse, non cum altera cohaerere; haec igitur ut cohaerentia significetur vel restituatur, pronomen demonstrativum ponitur cum iterata particula δέ, ita ut alterum δέ totam praegressam orationem redintegret. Ex naturali enim verborum structura pronomen demonstrativum praecedere debet, idque explicatur eo orationis membro quod pronomen relativum exorditur; quocirca unam efficiunt orationem; ab hac vero structura Graeci si discedunt et pronomen relativum praeponunt, illam ita restituunt ut post pron. demonstrativum particulam δέ iterent, velut loco *Isocratis* Panegyr. c. 47: ἃ δὲ αἰσχύνην φέρει ἡμῖν — ταῦτα δὲ κατὰ χώραν μένει naturalis verborum structura haec erat: ταῦτα δὲ ἃ αἰσχύνην φέρει (i. q. τὰ δὲ αἰσχύνην φέροντα) — κατὰ χώραν μένει; quae quidem structura quum pronomine relativo cum verbis ad hoc pertinentibus praeposito mutata esset, restituenda quodammodo erat iterata post pronomen relativum particula δέ. Sic infra 325. B: ἐφ' ὧν δὲ ἥ τε ζημία θάνατος — ταῦτα δ' ἄρα οὐ διδάσκονται οὐδ' ἐπιμελοῦνται πᾶσαν ἐπιμέλειαν. Quod quidem in minoribus etiam enuntiationibus fieri solet. Sic Lachet. 194. D: ὅτι ταῦτα ἀγαθὸς ἕκαστος ἡμῶν, ἅπερ σοφός, ἃ δὲ ἀμαθής, ταῦτα δὲ κακός, ubi posterior oratio

esse debebat: *ταῦτα δὲ κακός, ἃ ἀμαθής.* Eodem modo particulâ *δέ* iteratâ consequutio (s. orationis structura) restituitur, si *τὸ* vel *τὰ δέ* praecedit et verba ad hoc pertinentia uberiorem efficiunt expositionem, ut per se videantur posita esse. Phaedon. 78. C: *τὰ δὲ ἄλλοτ' ἄλλως καὶ μηδέποτε κατὰ ταὐτά, ταῦτα δὲ εἶναι τὰ ξύνθετα.* 81. B: *τὸ δὲ τοῖς ὄμμασι σκοτῶδες καὶ ἀειδές, νοητὸν δὲ καὶ φιλοσοφίᾳ αἱρετόν, τοῦτο δὲ εἰθισμένη μισεῖν* cet. Sic equidem hoc loquendi genus explicandum puto. Exemplorum vero quum satis magnam viri docti (*Heindorf.* ad h. l. p. 475. *Matth.* Gr. gr. p. 1263. adde quae *Werfer.* Act. Philol. Mon. I, 1. p. 88 sq. *Buttmann.* Excurs. XII. ad Demosth. Orat. in Mid. p. 147. sq. *Ullricus* ad quatt. Plat. dialog. in germanicum conversos p. 200. de hoc genere disputaverunt congesserint copiam, plura nihil attinet afferre.

P. 14. *τούτῳ ξένῳ*] Sic scribendum cum libris omnibus tam scriptis quam editis. *Heindorfius* corrigebat *τούτῳ τῷ ξένῳ*, quod me poenitet cum Beckio recepisse. Etenim pron. *τούτῳ* cum praegressis *τῷ ἀφικομένῳ* cohaeret, ut sit i. q. *τούτῳ τῷ ἀφικομένῳ ξένῳ.* In praegressis pro *εἴτε καὶ οὔ* unus lib. Vatic. dat *μή*, in libro autem Vatic. Θ lacuna est. — *ὄρθριος*] Clark. Vatic. Θ. Venet. Σ. tres Paris. Ambros. Angel. Barberin. et a prima manu Coislin. Flor. a. c. *ὄρθριον.* De huiusmodi adiectiv. v. *Matth.* Gramm. gr. p. 834. — *συνεστέον*] Paris. Ambros. Barber. *συνετέον* Angel. *συνιστέον.* Ceterum de huius quod dicitur verbalis formandi ratione vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 419. — *διείληξαι*] Clark. *διήλεξαι.* Venet. Ξ *οὐ διείλεξαι.* De structura *ὃν — γιγνώσκεις — οὔτε διείλεξαι* (int. *αὐτῷ*) supra exposuimus. B

τὸν δὲ σοφιστὴν — φαίνει ἀγνοῶν.] Flor. a. b. c. o. *ποτ' ἐστί.* Malim nunc ita legi: *τὸν δὲ σοφιστὴν ὅ τί ποτέ ἐστι φαίνει ἀγνοῶν.* Etenim reiicienda est putida illa quae recentiore tempore dominari coepit interpungendi ratio, quippe quae verba cohaerentia unamque efficientia notionem perversa quadam perspicuitatis opinione distrahat. Accedit quod haec interpungendi ratio ipsi graecae linguae ingenio adversatur, quod orationem non logica vel analytica (perspicuitatis gratia sic loqui cogimur), sed poëtica et synthetica ratione conformat. — In seqq. *ἐπιτρέπειν* interrogandi signum, quod libri omnes habent, retinendum. — *ἐξ ὧν*] i. e. *ἐκ τούτων ἃ σὺ λέγεις: ex istis* (i. q. ut ex istis colligi vel perspici potest) *quae tu dicis.* Graecorum *ἐκ* est enim ut Latinor. *e, secundum, prout.* Vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1134. Protag. 358. E: *ἀδύνατον ἐκ τῶν ὡμολογημένων.* 360. E. Gorg. 460. C. 477. C. 480. A. 504. B. al. sexcenta. Attici autem demon- C

strativum et relativum, quae dicuntur, in unum contrahunt, ut ἐξ ὧν (Phaedr. 258 C. Conv. 204. C: ἐξ ὧν σὺ λέγεις Gorg. 448. D: ἐξ ὧν εἴρηκεν. Phaedon. 61. C: ἐξ ὧν ἐγὼ ᾔσθημαι. Theaet. 171. B: ἐξ ὧν γέγραφε. al.) ἐν οἷς (Polit. VI. 503. E. VII. 533. D. al.) περὶ ὧν (Protag. 318. A. 319. C. Polit. VIII. 545. C. al.) εἰς ἅ (Polit. VIII. 522. B.) sexcenta alia. — ἔμπορός τις ἢ κάπηλος] Eodem describitur modo sophistes in sermone qui indicem inde invenit p. 231. D: τὸ πρῶτον εὑρέθη νέων καὶ πλουσίων ἔμμισθος θηρευτής — τό γε δεύτερον ἔμπορός τις περὶ τὰ τῆς ψυχῆς μαθήματα — τρίτον δὲ ἆρα οὐ περὶ ταὐτὰ ταῦτα κάπηλος ἀνεφάνη; — καὶ τέταρτόν γε αὐτοπώλης περὶ τὰ μαθήματα ἡμῖν (fort. addend. ἦν). Diversi autem sunt ἔμποροι, *mercator*, et κάπηλος, *propola*; ἔμποροι enim (propr. *peregrinatores*) sunt πλανῆται ἐπὶ τὰς πόλεις (Polit. II. 371. D.), καπήλους vero dicit Plat. l. l. τοὺς πρὸς ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν διακονοῦντας, ἱδρυμένους ἐν ἀγορᾷ. *Cicero* de Offic. I, 42.: *qui mercantur a mercatoribus quod statim vendant.* Conf. Sophist. 233. D: τῆς μεταβλητικῆς οὐχ ἡ μὲν κατὰ πόλιν ἀλλαγή, σχεδὸν αὐτῆς ἥμισυ μέρος ὄν, καπηλικὴ προςαγορεύεται; — τὸ δέ γε ἐξ ἄλλης εἰς ἄλλην πόλιν διαλλαττόμενον (scribitur διαλλαττομένων) ὠνῇ καὶ πράσει ἐμπορική; Politic. 260. C. Legg. VIII. 849. D. al. Cf. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 141. *Perizon.* ad Aelian. V. H. XI. 9. *Valckenar.* Opusc. phil. T. II. p. 321. *Heindorf.* ad *Horat.* Satyr. p. 4. sq. *Boissonad.* ad Aristaenet. p. 740. — φαίνεται] Sic Ald. Bas. 1. 2. Sed scribendum est Φαίνεται — τοιοῦτός τις· τρέφεται δὲ — ψυχὴ τίνι; ut in libr. Stephan. *Ficinus* quoque vertit: *Hip. Talis mihi sane videtur; verum quibus alitur animus?* In libris recentioribus (Heindorf. Beck. Bekker. Stallbaum., quos equidem temere audivi) legitur φαίνεται — τοιοῦτός τις. Τρέφεται δὲ ψυχή κτλ., ut verba φαίνεται — τοιοῦτός τις inepte Socratis orationi annexa sint et Hippocrates abrupte reponat: Τρέφεται δέ. In errorem videlicet se induci passi sunt viri doctissimi ab interprete germanico, *Schleiermachero*, qui Hippocratem putasset dicere non potuisse φαίνεται γάρ ἔμοιγε, sed φαίνεται καὶ ἐμοί, unde, qui proxime hunc sequutus est, *Heindorfius* annotat: cui rationi — tum vocula γάρ obstat, quam ita potius usurpasset Plato: Πάνυ μὲν οὖν· φαίνεται γὰρ καὶ ἔμοιγε τοιοῦτός τις. „Et huic obtemperavit *Stallbaumius* Var. Lectt. T. X. p. 38. et Plat. dial. select. V. II. Sect. II. p. 32. Particula igitur γάρ non intellecta has effecit turbas quum hoc tum sexcentis aliis locis. Etenim inveteravit opinio, particulam γάρ esse *enim*, *nam*, et rationem

reddere sententiae antecedentis eiusque vel expressae vel apud animum supplendae. Rem autem aliter se habere docebunt quae breviter disputabo. *Γάρ* particula est quae per se s. in enuntiationibus simplicibus *affirmat*, in orationis vero cohaerentia s. in plurium enuntiationum copulatione *confirmat*; quocirca plane respondet germanico *ja*, quod simpliciter positum affirmat, in orationis vero cohaerentia confirmat et comprobat; nisi quod nostrum *ja* illa vi positum orationem exorditur, hac aliis vocibus subiicitur, graecum vero *γάρ* semper subiicitur, ita ut etiam tertio et quarto loco ponatur. (v. c. Parmen. 137. A. Cf. *Schaefer.* melett. crit. p. 76. *Boissonad.* ad Aristaenet. p. 696.). Simpliciter affirmat *γάρ* v. c. Phaedr. 229. A. *ΦΑΙ. Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι; ΣΩΚ. Λέγεται γάρ*, ubi est nostrum: *Ja*, so sagt man. Et sic semper in resposionibus. Theaet. 187. A: *Ὀρθῶς γὰρ οἴει* 187. E: *Φαμὲν γὰρ δή.* 193. D: *Ἔοικε γὰρ — θαυμασίως ᾧ λέγεις τὸ τῆς δόξης πάθος.* 207. B: *Ἐῤῥήθη γάρ* (*Ja*, so wurde gesagt.). Sophist. 220. E: *Λέγεται γὰρ οὖν.* Parmen. 140. A: *Πλείω γάρ.* 141. C: *Ἔστι γάρ.* 159. B: *Λέγωμεν γάρ.* Polit. V. 468. C: *Εἴπομεν γάρ, ἔφη.* VI. 508. D: *Ἔοικε γάρ.* VII. 531. C: *δαιμόνιον γάρ, ἔφη, πρᾶγμα λέγεις* (du sagst *ja* —). Sed totus mihi exscribendus Plato esset, omnia si vellem exempla afferre. Eandem vero affirmandi vim habet particula *γάρ* in notissimis illis *γὰρ οὖν, οὐ γάρ* (*ja nicht*, i. e., *keineswegs*), *οὐ γὰρ οὖν, οὐ γάρ που* (v. c. *δοκοῦσι*, nos: *sie scheinen ja nicht* —) al. Etenim in his quoque *γάρ* affirmat, h. e., confirmat alterius negationem; quocirca si alter negavit aliquid, negatio *οὐ* particulae *γάρ* adiungitur, ut negatio alterius confirmetur, itemque in oratione interrogante fortis cuiusdam affirmationis vim habet, nostroque respondet interroganti *denn, wohl* (non causali illi, quod dicitur, *denn*; quae quidem opinio *Matthiaeum* Gramm. gr. p. 1241 adduxit ut existimaret, supplendam esse sententiam, cuius causam indicaret part. *γάρ*. Sic etiam *Herrmannus* ad Viger. n. 300. p. 829. „intelligitur semper *nescio*, *dic mihi*, vel simile quid.“ Sed nihil equidem existimo intelligendum esse). Sic Polit. I. 341. A: *οἴει γάρ μ' ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τοῖς λόγοις κακουργοῦντά σε ἐρέσθαι, ὡς ἠρόμην*; nos: *glaubst du denn* —? C: *Οἴει γὰρ ἄν με — οὕτω μανῆναι κτλ.* Phileb. 13. B: *οἴει γάρ τινα συγχωρήσεσθαι κτλ.* Hinc *πῶς γὰρ οὔ* (*warum denn nicht*): *ἦ γάρ* (*doch wohl, nicht wahr*) al. Saepenumero etiam interrogatione non praecedente *γάρ* affirmandi vi ponitur, ita ut verti possit *wohl*, praesertim *ἀλλά* sequente, ut Polit. VII. 523. B: *Ἔστι γάρ*,

ἔφη, ἀλλὰ ταῦτά γε — οὔπω δοκεῖ εἰρῆσθαι. X, 603. D: Ὀρθῶς γάρ, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλ' ὃ τότε ἀπελίπομεν, νῦν μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι διεξελθεῖν. al. Etiam in orationis novae exordio sic ponitur, ut non praegressi alicuius explicationem contineat, sed rem de qua agitur in universum illustrari indicet. Conviv. 306. B: ἔστι γὰρ (nehmlich) τοῦτο τόκος. ib. C: κυοῦσι γὰρ — πάντες ἄνθρωποι. — ib. ἡ γὰρ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσία τόκος ἐστίν, quod admirabiliter interpretatur *Stallbaumius* p. 115.: „nam ut primum dicam (sic!) de viri mulierisque coitu, is nihil aliud est nisi τόκος." At vero γάρ nihil aliud est nisi *enim, videlicet (nehmlich)*. Protag. 317. C. 319. A. al. Vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1243. et *Stallbaum.* ad Protag. p. 134. Part. γάρ in universum etiam ponitur, ubi praecedentia vel sequentia comprobanda, explicanda et illustranda sunt; quocirca γάρ verti potest *ja, wohl, freilich, nehmlich, denn* (non causam indicans illud, sed explicans). Iam si res illustranda sequitur, orationis pars ea qua explicatio continetur pro interposita (parenthesi) habenda est, velut loco *Herodoti* notissimo I, 124: ὦ παῖ Καμβύσεω (σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέωσι· οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐς τοσοῦτον τύχης ἀπίκευ) σὺ νῦν Ἀστυάγεα τὸν σεωϋτοῦ φονέα τίσαι, ubi oratio interposita in germanicum converti potest: *auf dich sehen ja die Götter, sonst wärest du ja nie* cet. *Hermannus*, vir summus, ad Viger. not. 301. p. 829. per orationis contractionem particulae sensum explicandum esse ponit: *te enim alloquor, quem respiciunt dii.* Et permulti exstant huiusmodi loci ap. Herodotum et Thucydidem, ubi explicans γάρ *(ja, nehmlich)*, non causam indicans (ut interpp. censent *Valckenar.* ad *Herodot.* VIII, 137. T. VI. p. 211. sq. et *Schweighaeus.* ad I, 24. T. V. p. 25. sq. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1242 sq. al.) rem antecedit explicandam. Velut *Herodot.* I, 126: ἐνταῦθα ὁ Κῦρος (ἦν γάρ τις χῶρος τῆς Περσικῆς ἀκανθώδης —) πάντα τοῦτόν σφι τὸν χῶρον προεῖπε ἐξημερῶσαι ἐν ἡμέρῃ. Cf. quos citavit Thucydidis locos cl. *Poppo* Observ. critt. in Thucyd. p. 174. quibus adde III, 107. IV, 130. VIII, 30. 100. Sic etiam Protag. 335. A: Καὶ ἐγὼ (ἔγνων γὰρ ὅτι οὐκ κτλ. *ich wusste ja, s. ich wusste nehmlich*). Gorg. 449. C: Φέρε δή (ῥητορικῆς γὰρ φῂς ἐπιστήμων τέχνης εἶναι: nos: *du sagst ja* cet.) Partic. γάρ hac affirmandi et explicandi vi praedita pluribus etiam verbis subiicitur, praesertim part. νῦν δέ, ὅμως δέ al. Sic infra p. 347. A: νῦν δὲ σφόδρα γὰρ — δοκεῖς ἀληθῆ λέγειν *(so aber scheinst du ja —)* Lach. 200. E: νῦν δ' ὁμοίως γὰρ πάντες ἐν ἀπορίᾳ ἐγενόμεθα. Parmen. 137. A: ὅμως δὲ δεῖ γὰρ χαρίζεσθαι. Euthyphr. 11. C: νῦν δὲ σαὶ γὰρ

αἱ ὑποθέσεις εἰσίν (*nun aber sind es ja deine Annahmen*). *Stallbaumius* p. 72. hunc locum ita scripsit: νῦν δέ — σαὶ γάρ αἱ ὑπ. εἰσίν orationem sumens eleganti, ut dicit, aposiopesi interruptam. Vid. idem vir doctissimus ad Apolog. p. 84. Quamquam oratio sic confirmari poterat, tamen Graeci attractionis amantes particulas ita nectunt, ut una e duabus exsistat enuntiatio (eadem est ratio partic. ἀλλὰ γάρ, de quibus vid. quae ad Phaedrum p. 126. exponentur). Ego vero simplicissimum verissimum habeo. Etiam Conviv. 180. C. sic scribimus: νῦν δὲ οὐ γάρ ἐστιν εἷς: *nun aber ist er ja nicht einer*; quem quidem graeci et germanici sermonis concentum erunt fortasse qui mirentur. His jam expositis, ut eo revocetur unde huc declinavit oratio, ecquis est, qui in Hippocratis responsione verbis his expressa φαίνεται γάρ (*ja, freilich*) ἔμοιγε τοιοῦτός τις aliquid possit offendere? Hic quoque part. γάρ est affirmativa, et quum part. δέ (i. q. ἀλλά locis supra laudatis) sequatur, verti potest *wohl*, — δέ *aber*. Hippocrates autem qui supra dixisset, se omnia et sua et amicorum bona impensurum esse, si Protagoras ipsum efficere vellet sapientem, Socrati interroganti an sophistes mercator aliquis vel propola esset mercium, quibus animus aleretur, qui poterat non assentiri, id est, eius interrogationem affirmare? — τρέφεται δέ, ὦ Σώκρατες, ψυχὴ τίνι] Sic libri praestantissimi pro eo quod cum uno Paris. E. libri editi (praeter Bekker. et Stallbaum.) habent τρέφεται δὲ ψυχή, ὦ Σώκρατες, τίνι; Ceterum cf. *Clemens. Alex.* Strom. V. p. 579. D. p. 686. T. II. Venet. — μαθήμασι] Clark. (μάθησιν δή που) et Vatic. Θ. μάθησιν, unus Vatic. r. μαθήσει. — ἐξαπατήσῃ] Sic omnes libri tam scripti quam editi (etiam recentiores Heind. Beck. et Stallbaum.) praeter Bekkerum, qui ex *Dawesii* lege (v. Miss. crit. p. 227. 459. Cf. *Matthiae*. Gramm. gr. p. 1000), quae particulas ὅπως μή et οὐ — μή cum coniunctivo aoristi primi vel activi vel medii iungi vetat, ἐξαπατήσει scripsit. Hanc vero legem etsi plurimi viri docti (quos laudat *Matth.* p. 1000 not. k.) acceperunt, tamen iustis de causis impugnarunt alii, in eis *Hermannus* et *Schaeferus*, quos Germania nostra humanitatis feracissima in primis numerat philologis, et ille quidem in Ephemm. litt. Lips. 1805. p. 609. 1807. p. 1771. et ad Sophocl. Ai. 557. („mihi canon iste, ut idonea ratione carens, numquam visus est verus esse"), *Schaeferus* autem in Apparat. ad Demosth. I. p. 251. 277 sq. 618. 832. Quibus annumerandi sunt *Heindorf.* ad h. l. p. 476. *Poppo* Observatt. crit. in Thucyd. p. 155. (edit. T. I. p. 136 sq. et ad Xenoph. Cyrop. III, 1. 27. *Held.* in Act. Philolog. Monac.

II, 2. p. 159 sq. H. *Harless.* in Miscell. max. part. critic. I, 3. p. 583 sq. et *Bremi* Observatt. in Demosth. adiect. libr. de Oratt. Olynthiar. ord. scrips. Rauchenstein. 1821. p. 74 sq. Equidem existimem coniunctivum aoristi primi activi et medii, si expellendus sit, non hanc ob causam exterminandum esse, quod cum particulis *ὅπως, ὅπως μή* al. iungi non possit (nam quum hae particulae cum coniunctivo aoristi primi passivi et aoristi secundi iungantur, quidni etiam aoristo primo activi et medii annectantur?) sed quia aoristus primus per se reiici oporteat, velut Gorg. 513. A: *ὅπως μὴ - πεισώμεθα* (quod recentiores recte in *πεισόμεθα* mutaverunt), Polit. IV. 421. E: *ὅπως μή ποτε αὐτοὺς λήσῃ* (scribendum *λήσει*), itemque Alcib. II. init. al. Cf. quae ea qua solet et eruditione et iudicandi sollertia de hoc genere toto disputavit cl. *Lobeckius* Parerg. c. V. de aoristis primis verborum authypotactorum ad Phrynich. p. 713 sq. Iam ut ad nostrum redeam aoristum, *ἐξαπατήσῃ*, usitatissimus ille est etiam in Platonis libris (sic *ἐξαπατήσαιμι* Cratyl. 413. D. *ἐξαπατήσειε* 397. B. *ἐξαπατῆσαι* Polit. I. 331. A. *ἐξαπατήσας* Protag. 361. D. Phaedon. 91. C. *ἐξαπατήσαντε* Phaedr. 243. A. *ἐξαπατήσαντες* Conviv. 181 D. al. Quocirca causa nulla est cur *ἐξαπατήσῃ* reiiciamus; immo vero aoristus, qui omnino, igitur etiam certo aliquid fieri significat, longe gravior reperitur futuro (*ἐξαπατήσει*), quod tantum aliquid futurum esse indicat. Ceterum *ὅπως μή* est *vide*, s. *cura*, *cave*, *ne*. V. *Matth.* Gr. gr. p. 1266.

κάπηλος] Paris. B. *ὁ κάπηλος*. Deinde Clark. *οὗτοί ποι*. Vind. *οὗτοι ποίων*. Qui sequuntur genitivi *ὧν — ἀγωγίμων* pendent e pron. *ὅτι*. — *τύχῃ*] Ald. B. 1. *τύχη*. Vatic. r. et Vindob. *τέχνῃ*. Idem Vatic. in seqq. *ἰατρικός*. — *οὕτω δὲ καί*] Sic libri omnes praeter unum Paris., qui cum Steph. Heindorf. et Beck. *οὕτω δὴ καί* scribit. Sed sermonis usus postulat *οὕτω δέ* (quod nectendi vim habet) *καί*; vid. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 73. *Bornemann.* ad Xenoph. Conv. p. 82. — *περιάγοντες κατὰ τὰς πόλεις*] Tim. 19. E: *τὸ δὲ τῶν σοφιστῶν γένος — ἅτε πλανητὸν ὂν κατὰ πόλεις οἰκήσεις τε ἰδίας οὐδαμῇ διῳκηκός*. Cf. Sophist. 224. A. B. D. Ceterum imitatus est h. l. *Lucian.* Hermot. §. 59: *καὶ φιλόσοφοι ἀποδίδονται τὰ μαθήματα, ὥσπερ οἱ κάπηλοι, κερασάμενοί γε οἱ πολλοὶ καὶ δολώσαντες καὶ κακομετροῦντες*. Vid. ib. *Reitz.* T. IV. p. 406. Bip. Conferendi praeterea sunt *Maxim. Tyr.* XVII. p. 174. et *Iamblich.* vit. Pythag. c. 34. p. 478 sq. Kiessl. Ita factum est ut *καπηλεύειν* eximie fere in sophistis diceretur, velut *Themist.* Orat. XXIII. 299. C. *Liban.* Epist. 18. p. 7. ed. Wolf. Vide supra ad p. 14. — D

τῷ ἀεὶ ἐπιθυμοῦντι] *cuivis qui appetit.* Cf. *Valcken.* ad Herodot. II, 98. T. VI. p. 321 sq. Theocrit. Adon. p. 273. *Toup.* ad Long. p. 487. Weisk. *Monk.* et *Wüstemann* ad Eurip. Alcest. p. 118.

ὡς δ' αὔτως] i. q. ὡςαύτως δέ. Sic Phaedr. 240. E. E
275. E. Phaedon. 102. E. 106. A. Politic. 310. D. Legg. V. 728. E. ubi v. nostra p. 238. VII. 809. E. IX. 879. D. X. 910. Alcib. I. 111. C. al. — ἐπιστήμων] Propter illa ἐὰν μή τις τύχῃ γυμναστικὸς — ὢν et ἐὰν μή τις τύχῃ — αὖ ἰατρικὸς ὢν *Heindorfius* post v. ἐπιστήμων opinatur ὢν excidisse. *Beckius* annotat: „offendere tamen poterat nimis frequenter repetita syllaba ων.“ Et constat verbum τυγχάνειν etiam sine participio usurpari, v. *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 266. *Heindorf.* ad Gorg. p. 190. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 277 sq. *Matth.* Gramm. gr. p. 1086. — περὶ τοῖς φιλτάτοις κυβεύῃς] περὶ τοῖς φιλτάτοις κυβεύειν, *carissima quaeque maxime in aleam dare s. in periculum discrimenque vocare*, praecipue in parentibus, uxore et liberis dicitur. Legg. I. 650. A: ἐπιτρέποντα αὑτοῦ θυγατέρας τε καὶ υἱεῖς καὶ γυναῖκας (fortasse γυναῖκα), οὕτως ἐν τοῖς φιλτάτοις κινδυνεύσαντα. Cf. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 874. Τὰ φίλτατα autem non solum dicuntur quae maxime diligimus vel quos pio amplectimur amore („neutra enim de hominibus usurpantur, nihil ut subaudiendum sit,“ *Schäfer.* Apparat. ad Demosth. II. p. 558.), velut Phaedr. 239. E: τῶν φιλτάτων — κτημάτων ὀρφανὸν πρὸ παντὸς εὔξαιτ' ἂν εἶναι τὸν ἐρώμενον. *Aeschin.* contra Ctesiph. T. III. p. 470. Reisk. ὁ τὰ φίλτατα καὶ οἰκειότατα σώματα μὴ στέργων. Cf. *Schäfer.* Appar. ad Demosth. II. p. 290., verum etiam quod plurimi facimus (Cyrop. IV. 3. 2.), praestantissimum; et h. l. animus intelligitur, praestantissima nostri pars. Gorg. 513. A: σὺν τοῖς φιλτάτοις ἡ αἵρεσις ἡμῖν ἔστι ταύτης τῆς δυνάμεως τῆς ἐν τῇ πόλει, ubi τὰ φίλτατα intelliguntur virtus et honestas. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 819. De v. κυβεύειν vid. Schol. Aristid. ad Orat. Plat. II. p. 235. *Salmas.* ad Vopisc. Procul. p. 736 sq.

P. 16. ποτά] Cod. Vatic. Θ. πότα. Deinde idem liber 314
dat παρὰ τοῦ pro eo quod in libris reliquis exstat παρά του; etiam *Heindorfius* sic emendavit. In seqq. pro παρακαλέσαντα Paris. E. Ald. et Basil. 1. παρακελεύσαντα. — καὶ ποτέον] Clark. Vatic. Θ. Coislin. et Vatican. r. ἢ ποτέον (*Ficinus*: *bibendumve sit*), quod iure *Bekkerus* et *Stallbaumius* receperunt. — ὁπόσον] Sic Clark. ceterique libri scripti cum Bas. 2.; vulgo (etiam Heindorf. et Beck.) ὁπόσα.

καταθέντα τὴν τιμήν] Acerbe dictum in sophistas, B

qui pecuniae avidissimi institutionis mercedem statim a discipulis exigerent. Nota sunt *Aristoph.* Nub. 246: μισθὸν δ' ὅντιν' ἂν Πράττῃ μ', ὀμοῦμαί σοι καταθήσειν τοὺς θεούς. Cf. infr. 328. C. — ἡμεῖς] Vatic. unus ὑμεῖς. — νέοι] Hunc positivum comparativi partes agere et omissam esse ante ὥςτε particulam ἤ *Wyttenbach.* Animadv. in Iulian. Orat. I. p. 216 sq. ed. Schäf. existimabat; sed positivus Graecorum et Latinorum ea vi ponitur, ut exprimi possit voce vernacula *zu*, ut notissimum illud *Xenoph.* Mem. Socr. III, 13. 3: ὕδωρ — ψυχρὸν ὥςτε λούσασθαι, Latinorum: *aqua frigida — ad lavandum*, germ. *zu kalt zum Waschen.* Sic *Cicero* de amicit. 17. §. 63: *Imbecilla* est enim natura *ad* contemnendam potentiam. Parad. 6. 3: non modo *ad* sumtum ille est fructus, sed etiam *ad* fenus *exiguus.* Offic. I, 25: mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et *parum.* Cf. *Ramshorn.* Gramm. lat. p. 666. Etenim veteres nonnunquam absolutum pro relativo et hypothetico quod dicitur ponunt (ut h. l. νέοι non est *iuvenes per se s. in universum;* sed *ratione habita huius rei iudicandae. Heindorfius*, cui *Stallbaumius* assentitur, sic accipit haec verba: „nobis nonnisi iuvenilis quaedam facultas suppetit ad tantam rem diiudicandam,“ ut haec τοῦ διελέσθαι δύναμις non praecise negetur, sed lenius idem significetur. At vero et linguae et sensus ratio (quidni enim Socrates ironicus praecise neget) illud efflagitat. Sic Polit. 274. B: περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων θηρίων πολλὰ ἂν καὶ μακρὰ διεξελθεῖν γίγνοιτο — περὶ δὲ ἀνθρώπων βραχύτερα καὶ μᾶλλον προςήκοντα. Polit. V. 460. A: καὶ μήτε μεγάλη ἡμῖν ἡ πόλις κατὰ τὸ δυνατὸν μήτε σμικρὰ γίγνηται. Apolog. 37. A: ὀλίγον γὰρ χρόνον ἀλλήλοις διειλέγμεθα. Menexen. 239. B: ὅ τε χρόνος βραχὺς ἀξίως διηγήσασθαι. Charmid. 172. D: ὅτι — ῥᾳδίως ὡμολογήσαμεν. Latini eadem ratione *longum est* dicere, respondere al. Vid. *Matth.* Gramm. gr. 842. et *Nitzsch.* ad Ion. p. 62. Igitur est: *nos enim iuvenes sumus ad tantam rem iudicandam*, i. q., *iuniores s. adolescentiores sumus* (non, ut Beckius vertit: *nimis sumus adolescentes) quam ut tantam rem iudicare possimus.* — τοσοῦτο] Sic libri scripti omnes excepto uno Angelico qui c. libris editis (praeter Bekker. et Stallbaum.) habet τοσοῦτον, quod, ut τοιοῦτον, licet apud Platonem quoque longe frequentissimum sit (vid. *Matth.* Gr. gr. p. 283., ubi laudantur, qui praeter ceteros conferendi sunt, *Schäfer.* ad Dion. Hal. de compos. verb. p. 392. et *Elmsl.* ad Soph. Oed. T. 734.), tamen librorum obtemperandum est auctoritati. Invenitur vero etiam alterum, velut Alcibiad. I. 120. D: Οὐκοῦν ἓν μὲν

τοῦτο τοσοῦτο κακὸν ἔχει ἡ οἴησις αὕτη. — ἔπειτ' ἀκούσ.] Sic e Coisl. cum Bekkero scripsi pro ἔπειτα ἀκούσ. — ἄλλοις] Scribendum esse suspicor τοῖς ἄλλοις, *ceteris* (int. qui ibi sunt, sophistis); quocirca sequitur: καὶ γὰρ οὐ μόνος Πρωταγόρας αὐτόθι ἐστίν, ἀλλὰ καὶ κτλ. Vind. ἀνακοινωσόμεθα. — Ἱππίας ο Ἠλεῖος] De *Hippia Eleo*, vanissimo illo homine, satis superque dixit cl. *Groen van Prinsterer*. Prosopogr. Plat. p. 91 sq. Ceterum *Athenaeus* (V. p. 340. T. II. cf. *Casaub.* p. 240. T. III.) more suo hoc a Platone peccari facit, quod Hippiam Eleum praesentem eo tempore induxerit in urbe, quo propter bellum Peloponnesiacum tum quum maxime flagrans Athenis versari non potuerit; a qua quidem vituperatione Platonem vindicare conatus est *Vincent. Contaren.* Var. Lectt. c. 13. p. 74 sq. Ego autem vereor ne iniquitatis sit, Platonem invitum, quippe philosophum eundemque poëtam (mimicum), *non historicum*, veritatis quae dicitur historicae necessitate adstringere. Vid. litt. nostr. *Plat. Leb. u. Schrift.* p. 77 sq.

οἶμαι δὲ — τὸν Κεῖον] repet. αὐτόθι εἶναι. Rectius C
vero haec verba pro interpositione habentur, ut cohaereant ἀλλὰ καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος — καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ σοφοί. — De *Prodico* quoque, notissimo illo sophista, satis diligenter exposuit *Groen v. Prinster.* p. 87 sq. Oriundus erat a Ceo s. Cea, insula maris Aegei, v. *Menag.* ad Diog. Laert. IX. 50.; quapropter dicitur Κεῖος, rectius Κῖος, latine *Cius.* Etenim Clark. et Vatic. Θ scribunt h. l. Κίον, Coisl. Venet. Ξ et Vatic. r. Κῖον, unde in libris saepius reperitur Χῖος, Chius. v. *Potter.* ad Clement. Alex. Paedag. II, 10. T. I. p. 236. interpp. ad Cic. de nat. deor. I, 42. p. 190. ed. Creuz. *Fischer.* ad Apolog. p. 78. *Spalding.* ad Quintil. Inst. Orat. III, 1. p. 422. qui, quod unum solum verum est, cum Aldo scripsit *Cius.* Sic *Pythagor i us*, *Aristotel i us*, *Arat i us* al. Vide cl. *Niebuhr.* ad Cicer. de re publ. p. 624. ed. Mos. Etiam Polit. X. 600. C. reperitur Πρόδικος ὁ Κῖος in omnibus libris tam scriptis quam editis, solis exceptis Paris. A. et editt. Bas. 1. et 2. *Aristophan.* Ran. 997: οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κῖος. ubi vid. interpp. in Comment. V. III. p. 246. Beck. Eodemque modo infra 315. D. Clark. Κιος (sic) pro Κεῖος habet. — δόξαν ἡμῖν ταῦτα] Sic *Xenoph.* Anab. IV. 1. 13: δόξαν δὲ ταῦτα ἐκήρυξαν οὕτω ποιεῖν. *Lucian.* Ver. Hist. I, 7: δόξαν δέ μοι καὶ ὅθεν ἄρχεται ὁ ποταμὸς καταμαθεῖν. ib. 11: δόξαν δὲ ἡμῖν καὶ ἔτι πορρωτέρω προελθεῖν. Harmonid. §. 4: σοί γε δόξαν. Amor. 11: καὶ δόξαν ἡμῖν Κνίδῳ προςορμίσαι. Pro δόξαν etiam δόξαντα ponitur, velut *Xenoph.* Hellen. III, 2. 19: δόξαντα δὲ ταῦτα καὶ παραθέντα, τὰ μὲν στρατεύ-

ματα ἀπῆλθε κτλ. Cf. de his participiis absolute positis quae collegit cl. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1111 sq., ubi nostrum quoque locum attigit vir praestantissimus. Pluralis vero pronominis *ταῦτα* saepenumero sic cum singulari componitur, ut in notissimo illo *ταῦτα ἀδύνατον*, vid. *Fischer.* ad Phaedon. p. 231. *Heindorf.* ad Parmenid. p. 280. *Iacobs* ad Achill. Tat. p. 537. — *ἐν τῷ προθύρῳ*] *in vestibulo*, quod erat ante *μέσαυλον θύραν* et cellam *θυρωροῦ*. Vid. *Schneider.* Epimetr. ad Xenoph. Mem. Socrat. p. 291. *Vitruv.* VI. 7. 5. In seqq. Clark. *ἐσίοιμεν ἑστάντες*. *Ἐςίοιμεν* e codd. suis reposuerunt Bekker. et Stallb. (in ed. Goth. dedit hic *εἰςίοιμεν*) Soli Paris. E. et Vatic. r. cum libris edd. scribunt *εἰσίοιμεν* (vel *εἰςίοιμεν*). Deinde Coisl. *ἕως ἂν συνωμολογήσωμεν*. — *δοκεῖ μὲν οὖν*] *opinor, ni fallor*, h. e., *si bene memini*. Infra 315. E: *ἔδοξα ἀκοῦσαι*. Theaet. 142. C: *δοκεῖ γάρ μοι ὀλίγον πρὸ τοῦ θανάτου ἐντυχεῖν αὐτῷ μειρακίῳ ὄντι*, ubi *Heindorfius* laud. Conviv. 173. B: *παραγεγόνει δ' ἐν τῇ ξυνουσίᾳ Σωκράτους ἐραστὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ*. Euthyd. 273. A: *καὶ ἄλλοι μαθηταὶ ἅμα πολλοί, ἐμοὶ δοκεῖ*. Similiter Latini *videri* usurpant, velut *Cicero* de nat. Deor. I, 21: *Saepe enim de L. Crasso — videor audisse quum te — anteferret*, ubi *videor* est nostrum *ich meine*, h. e., *ich erinnere mich* s. *wenn ich mich recht erinnere;* igitur i. q. *memini*. Ceterum verba *δοκεῖ μὲν οὖν* absolute, ut assolent, praemissa sunt. Vid. *Matth.* Gr. gr. p. 1294. *Schaefer.* Appar. ad Demosth. I. p. 667. Et rectius post *οὖν* interpunctio abest. — *εὐνοῦχός τις*] *Heindorfius.* „Eunuchus hic fuit ianitor, ut in ditissima Calliae domo Persarumque luxum imitante. Cf. *Terent.* Eun. I, 2. 88.“ De ianitoribus s. pueris ab ianua vid. *Pignor.* de Serv. p. 214 sq.

γοῦν] Angel. *οὖν*. — *ἐκρούσαμεν*] *Κρούειν*, *ianuam* s. *fores pulsare*, introituri dicebantur, v. *Pierson.* ad Moer. p. 211. *Bach.* ad Xenoph. Conviv. I, 11. p. 118. Sic supra 310. B: *τὴν θύραν τῇ βακτηρίᾳ πάνυ σφόδρα ἔκρουε*, et infra D: *καὶ ἡμεῖς πάλιν ἐκρούομεν*. Conv. 212. C: *καὶ ἐξαίφνης τὴν αὔλειον θύραν κρουομένην πολὺν ψόφον παρασχεῖν*. *Xenoph.* Conv. I, 11: *κρούσας τὴν θύραν*. Quamquam *Phrynichus:* „*κροῦσαι τὴν θύραν, ἴσως μέν που παραβεβίασται ἡ χρῆσις· ἄμεινον δὲ τὸ κόπτειν τὴν θύραν*, ubi v. eruditiss. *Lobeck.* p. 177. — *Ἔα*] Indignationis est index particula *ἔα*, Latin. *hem! vah!* Vid. *Valckenar.* ad Eurip. Hippol. 905. — *αὐτῷ*] Ianitor, quippe servus, dicit dominum significans, v. *Casaub.* ad Theophr. p. 34. ed. *Fisch.* *Matth.* Gramm. gr. p. 867. Latini eodem modo pron. *ipse* D

usurpant, vid. quos Stallbaumius citavit *Burrmann.* ad Virgil. Georg. IV, 82. *Westerhov.* ad Terent. Andr. II. 2, 23. *Döring.* ad Catull. p. 8. — ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν] Sic Clark. et Vatic. Θ, unde receperunt Bekk. et Stallb. Vulgo ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν. De articulo masc. cum femin. dual. iuncto vid. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 570. ibique laud. — πάνυ προθύμως, ὡς οἷός τ' ἦν] Nos: *mit aller möglichen Schnelligkeit. Schleiermacherus: und somit schlug er die Thüre ohne Umstände mit beiden Händen recht tüchtig wieder zu. Stallbaumius:* „Satis magno cum animi impetu." Προθύμως vero h. l. nihil aliud potest esse nisi *impigre* s. *strenue.* Deinde ὡς οἷός τ' ἦν e libris plurimis et praestantissimis (solus Paris. E. cum edd. facit) cum Bekk. et Stallbaum. recepimus pro ὡς οἷόν τ' ἦν. — ἐπήραξε] unus Vatic. ἐπήῤῥαξε; vid. de diversis huius verbi formis *Valckenar.* ad Herodot. IX. 69. *Irmisch.* ad Herodian. Excurs. T. I. p. 838 sq. *Baehr.* ad Plutarch. Philopoem. p. 69. et *Schäfer.* Apparat. ad Demosth. IV. p. 127. sq. — ἐγκεκλεισμένης] Clark. et Vatic. Θ ἐγκεκλειμένης, ut ap. *Herodot.* II. 121, 2: — καὶ τοῦ οἰκήματος κεκλειμένου. Bekkerus scripsit ἐγκεκλῃμένης, ut ap. *Demosth.* Orat. Olynth II. p. 22. Reisk. κεκλῃμένων et *Reiskius* contra Aristog. p. 803. 29. correxit κατακεκλῃμένης. *Etymol. Magn.* p. 325, 54. Sturz. ἰστέον δὲ ὅτι οἱ Ἴωνες τὸ κλήω διὰ τοῦ η γράφουσι καὶ διὰ τοῦ ἰῶτα. Vid. *Elmslei.* ad Eurip. Hercul. fur. 729. *Buttmann.* Gramm. ampl. T. II. p. 169. *Schäfer.* Apparat. ad Demosth. I. p. 255. in Thesaur. H. Steph. Lond. c. 5033. C. *Matth.* Gramm. gr. p. 333. et Addenda p. 524. — ἔφη] abest a Coisl.

γάρ τοι] Clark. et ceteri libri (etiam Flor. a. b. c. o. E et Vind.) praeter duos Paris. Ambros. Barber. editosque γάρ τι exhibent, idque Beckerus et Stallbaumius (in ed. Weigel.) receperunt; magis tamen mihi h. l. probatur γάρ τοι, *etenim, enimvero*, ut quavis fere legitur pagina. Assentitur nunc *Stallbaumius*, recte annotans verborum ordinem hunc esse: ἤλθομεν γάρ τοι δεόμενοι ἰδεῖν Πρωταγόραν.

P. 18. ἄνθρωπος] Sic libri et scripti et editi omnes, praeter Venet. Σ. et Coisl. (a recentiori manu), qui ὁ ἄνθρωπος habent. Beckerus et Stallbaumius ἅνθρωπος dederunt. Sed, ni fallor, rectius abest articulus, quum per se pateat voce ἄνθρωπον significari τὸν θυρωρόν: ut nihil opus sit articuli definitione. Atque haud scio an Graeci voces ἀνήρ et ἄνθρωπος sine articulo tum quoque usurpaverint, quum hominem certum vel iam nominatum significare voluerint, sed ita ut vel contemptionem vel reprehensionem aliquam simul indi-

carent. Sic Phaedon. 98. B: ἐπειδὴ προϊὼν καὶ ἀναγιγνώσκων ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν νῷ οὐδὲν προςχρώμενον, ubi vocem ἄνδρα et progressa et apposita προϊὼν καὶ ἀναγιγνώσκων non indefinite positam esse (quod cum Wyttenbachio *Stallbaumius* sumit) sed Anaxagoram designare declarant; quocirca est nostrum *ihn*, non sine aliqua reprehensione positum. (Plura alia collegit *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 258.) Contra ap *Sophocl.* Ai. 1121. 1129. ἄνδρα est *einen*, itidem cum contemptione aliqua et vituperatione positum. Confer. Latinorum *vir*, ut *Horat.* Carm. III, 1, 9. Est ut *viro vir* latius ordinet Arbusta sulcis. Sic nos usurpamus *man* (Graec. ἀνήρ, Latin. *vir*), ubi de homine certo loquimur, sed ita ut contemptionem vel vituperationem aliquam significemus. Simpliciter *man* vel *einer* vox ἀνήρ est ap. *Homer.* Il. V. 770. al. — Quod sequitur ποτέ est, ut Latin. aliquando, *tandem aliquando.* Theaet. 160. E: μόγις ποτὲ ἐγεννήσαμεν. Legg. VII. 798. A: μόγις ποτὲ κατέστη. VIII. 832. D: μνησθῆναί ποτε περὶ ἁπάντων τῶν ἀγώνων τῶν γυμνικῶν. Plura alia collegerunt *Heindorf.* p. 480. et *Stallbaum.* p. 36. — προστόῳ] Libri longe plurimi et praestantissimi (in editis etiam Ald. et Bas. 1.) exhibent προστώῳ, quod recte *Bekkerus* et *Stallbaumius* receperunt, vid. quae disputavit eruditissimus *Lobeckius* ad Phrynich. p. 495. Ceterum πρόστωον s. πρόστοον locus dicebatur atrio proximus, quadratus vel oblongus, qui porticum circumquaque habebat et ambulationi serviebat, *porticus* vel *peristylum* s. *peristylium*, vid. *Vitruv.* V, 2. VI, 7. 10. — ἐκ μὲν τοῦ ἐπὶ θάτερα-ἐκ δὲ τοῦ ἐπὶ θάτερα] *ex hac-ex illa parte*, *hinc-illinc.* Cf. *Hutchins.* ad Xenoph. Anabas. V, 4, 13. Similiter Euthyd. 297. C: ἐκ τοῦ ἐπ' ἀρίστερα λέγων καὶ δάκνων. Sic solet ἐκ τοῦ adverbium amplificare, velut ἐκ τοῦ παραυτίκα, ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον, al. Cf. *Viger.* de gr. dict. idiotism. IX. p. 598. Herm. *Matth.* Gramm. gr. p. 1134. — Πάραλος] *Paralus* et, qui paullo post memoratur, *Xanthippus* fuerunt Periclis filii, quos ex Hipponici secundi uxore, Calliae matre, susceperat, vid. Alcib. I. 118. D. E. ubi vid. *Gottleb.* Menon. 94. B. *Plutarch.* vit. Pericl. 165. C. D. 171. E. al. —

Χαρμίδης] *Charmides* est nobilissimus ille Glauconis filius, qui celebratur in dialogo Charm. 154. A. sq. ubi v. *Heindorf.* p. 58. Adde *Wyttenbach.* ad Select. Princ. Histor. p. 411. et *Groen v. Prinsterer* Prosop. Plat. p. 213 sq. — ὁ ἕτερος] Clark. cum reliquis libris tam scriptis quam editis (Ald. Bas. 1. et 2.) praeter unum Vaticanum et Venet. Σ. (a recentiori manu) exhibent ὁ ἑταῖρος: quae quidem voces sae- 315

pissime inter se permutantur. Vid. *Schäfer.* in H. Stephan. Thesaur. Lond. c. 3873. B. 3884. A. Ficinus: *alter Periclis filius.* Ceterum pro τοῦ, quod libri editi cum Paris. E. et Ambros. habent, cum Bekkero et Stallbaumio e Clark. librisque reliquis reposui τῶν. Mox Clark. et Vatic. Θ pro μαθητῶν scribunt μαθημάτων. — De *Philippide*, Philomeli filio, et *Antimoero* a Mende, Thraciae urbe (v. *Pompon. Mel.* II, 2. *Berkel.* ad Steph. Byz. p. 550.) oriundo nihil habemus cogniti. Ceterum cf. *Themist.* Orat. XXIX. p. 347. D. — εὐδοκιμεῖ- μανθάνει] Ald. Bas. 2. Steph. εὐδοκίμει, etiam Ficinus: *qui insignior habebatur.* Bene *Heindorfius:* „Praesente opus, quum colloquio sophistarum digressus Socrates statim haec eodem illo die amicis narret.“ Illud vero εὐδοκίμει *Stephanum* adduxit ut in seqq. μανθάνει librorum omnium auctoritate confirmatum (solus Ficinus vertit: *discebat)* mutaret in ἐμάνθανεν. — τούτων δὲ οἵ] Dele οἵ. Etenim οἵ abest ab Ald. Bas. 1. 2. librisque scriptis fere omnibus praeter Paris. B. Ambros. r. Flor. b. o. Interposuit, nescio unde, Stephanus et retinuerunt Bekker. et Stallbaumius. Ficinum sequutus, qui vertit: *a tergo praeterea sequebantur alii auscultantes Protagoram, quorum plurimi peregrini esse videbantur*, scribi malebat *Heindorfius;* τούτων δὲ ὄπισθεν ἠκολούθουν — ὧν τὸ μὲν πολὺ ξένοι ἐφαίνοντο; idque recepit *Beckius*, quod nollem fecisset vir alias consideratissimus. Etenim causa nulla est cur discedamus a scriptura librorum et plurimorum et praestantissimorum firmata auctoritate. Verba sic distinguenda: ἐσόμενος· τούτων δὲ ὄπισθεν ἠκολούθουν ἐπακούοντες τῶν λεγομένων· τὸ μὲν πολὺ ξένοι ἐφαίνοντο, οὓς ἄγει — κεκηλημένοι· ἦσαν δέ τινες κτλ. Enuntiata sunt concisa, quae simplicem Socratis narrationem mirum quam decent. Τὸ πολὺ non est *plurimi*, sed *magna ex parte* s. *ex maxima parte*, ut Polit. III. 415. A: ἅτε οὖν ξυγγενεῖς ὄντες πάντες τὸ μὲν πολὺ ὁμοίους ἂν ὑμῖν αὐτοῖς γεννῷτε. VII. 540. B: τὸ μὲν πολὺ πρὸς φιλοσοφίαν διατρίβοντες. X. 613. D: οὐχ οὕτω καὶ περὶ τῶν δικαίων τὸ πολὺ ξυμβαίνει πρὸς τὸ τέλος — φέρονται; al. Deinde verba τὸ μὲν πολὺ ξένοι ἐφαίνοντο, ut partic. μέν iam demonstrat, cum sequentibus ἦσαν δέ τινες καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐν τῷ χορῷ cohaerent. — οὓς ἄγει κτλ.] Conferendi sunt simillimi loci iique sine dubio ad nostri similitudinem conformati Apolog. 19. E. Theag. 128. A. et *Themist.* Orat. XXIX. p. 347. C. Ceterum pro ἄγει Coisl. ἄγοι, pro ἐξ ἑκάστων Clark. ἐξακόστων (sic), Vatic. Θ ἐξ ἀκοστῶν. — τῶν πόλεων] Sic Clark. Coisl. et Vatic., quod Bekkerus et Stallbaumius receperunt; a reliquis omnibus

libris abest articulus, qui rem magis definit (nos graeco convenienter dicimus: *aus allen den Städten die er durchzieht*). Articulus videlicet si cum v. ἕκαστος iungitur, vim eius auget propterea quod eam magis definit, ut non sit *quisque*, sed *unusquisque*, et in plural. *ad unum omnes* s. *omnes sine ulla exceptione*. Exempla collegerunt *Heindorf.* ad Cratyl. p. 137 et *Stallbaumius* ad Phileb. p. 93. — κηλῶν] Ald. et Bas. 1. καλῶν, Clark. κήλων, reliqui omnes κηλῶν, ut seq. κεκηλημένοι p. 328 D. κεκηλημένος et alia permulta in Platonis scriptis. Κηλεῖν videlicet et poëtae (praecipue *Orpheus*, v. *Eurip.* Iphig. Aul. 1215. Alcest. 360. *Apollon. Rhod.* I. 515. al.) et musici et oratores dicuntur qui, tamquam illecebris et incantamentis quibusdam, ita cantu vel voce blanda deliniunt (Latinum est *blandiri* et *blandus*, v. *Lambin.* ad Horat. Carm. I, 12. 7. T. I. p. 36.). Cf. *Valckenar.* ad Eurip. Hippol. 303. et *Iacobs* Additam. animadv. in Athen. p. 264.

τοῦτον τὸν χορόν] Clark. τοῦτον χορόν. Ceterum advertendum est dissolutum (ἀσύνδετον), i. e., oratio sine particula vel copulante vel explicante (v. c. *atque hunc quidem chorum*) s. ἀσυνδέτως, quod Grammatici dicunt, formata. Sic infra 317. D: Ἐδόκει χρῆναι (ubi plura affert *Heindorfius* p. 492. sq.) 325. C: ἐκ παίδων σμικρῶν ἀρξάμενοι — καὶ διδάσκουσι καὶ νουθετοῦσιν. 329. B: τὴν ἀρετὴν φῄς διδακτὸν εἶναι. 343. A: τούτων ἦν καὶ Θαλῆς — οὗτοι πάντες cet. 348. A: τοὺς τοιούτους μοι δοκεῖ κτλ. 338. E: Ἐδόκει πᾶσιν οὕτω ποιητέον εἶναι. Conv. 208. B: ταύτῃ τῇ μηχανῇ — θνητὸν ἀθανασίας μετέχει. 214. A: τοῦτον ἐμπλησάμενον πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐκπιεῖν κτλ. Legg. IX. 880. E: οὗτοι τοὺς μέλλοντας λόγους ῥηθήσεσθαι πεποιηκότες ἂν εἶεν κτλ. Etiam Latini hoc sequuntur, vid. *Ochsn.* ad Cicer. Eclog. p. 112. — In seq. Vaticanus r. et Vindob. habent ἔγωγε μάλιστα; deinde Clark. πρόσθεν. — ὡς] est *quod tam*, vid. ad p. 60. Deinde Paris. B. a prima manu τοῦ Πρωταγόρου; paullo post e Vatic. Θ. *Bekkerus* recepit ὄπισθε. Vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 284 sq. — τὸν δὲ μέτ' εἰςενόησα] Sic Vatic. littera r. a Bekkero signatus; libri reliqui omnes μετεισενόησα, quod in vitio est. Praeterea autem scribendum est anastrophe quae dicitur admissa Τὸν δὲ μέτ' εἰςενόησα, quod iam suaserunt viri summi *H. Stephanus* (in marg. „Rectius Τὸν δὲ μέτ' εἰςενόησα") et *Hermannus* Dissert. de pronom. αὐτός in Act. Semin. reg. cur. Beck. V. I. p. 43. Sequutus est *Stallbaum.* in Plat. dial. select. V. II. Sect. II. p. 38. Ceterum haec sumpta sunt ex *Homeri* Νεκυίᾳ, h. e., Odyss. XI, 600, quod *Aristides* jam significavit Orat. Plat. II. p. 291. T. II: φαίνε-

ται δ' αὖ τοὺς σοφιστὰς κατὰ τοὺς ἐν Ἅιδου κολαζομένους τιθεὶς καὶ καταλέγων Καὶ μὴν Τάνταλον εἰςεῖδον καὶ τὸν δὲ μέτ' εἰςενόησα (sic enim scribendum pro: καὶ τόνδε μετεισενόησα), τοῖς ἐκ νεκυίας αὐτοὺς κόσμοις τιμῶν, Πρόδικον μὲν ὡς Τάνταλον ὄντα, Ἵππιαν δὲ ὡς τὸ εἴδωλον τοῦ Ἡρακλέους κτλ. Cf. eiusd. Orat. Plat. III. p. 329. — ἔφη Ὅμηρος] „magis autem mihi placeret hic φαίη ἂν Ὅμηρος." *Stephanus.* Vir autem doctus, qui editioni Bipont. praefuit, verba ἔφη Ὅμηρος tamquam e margine illata expelli malebat, eandemque tenebat sententiam *Schleiermacherus* in annot. p. 395. ed. I. Sed recte *Heindorfius* similium admonuit locorum Theaet. 170. D: Νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, μάλα μυρίοι δῆτα, φησὶν Ὅμηρος, οἵ γέ μοι τὰ ἐξ ἀνθρώπων πράγματα παρέχουσι. Menon. 76. D: ἐκ τούτων δὴ σύνες ὅ τι λέγω, ἔφη Πίνδαρος. Leg. I. 630. B: φράζει Τύρταιος. Ceterum interpres Gallicus *Grouius* (Dialogues de Platon. Amsterd. 1770. 8.) T. I. p. 203: „Platon, comme le remarque fort bien M. Dacier, donne ici finement à entendre que les Sophistes ne sont que des ombres, des phantômes de Sages, comme ceux qu' Ulysse vit aux Enfers n' étoient que des ombres d' hommes. Gallo morem gessit germanicus interpres I. C. *Götz* (Platons Protag. Augsb. u. Leipz. 1828.) p. 81. Hoc est autem ludum excedere. — καταντικρὺ] Vind. et Flor. a. b. c. o. κατ' ἀντικρύ. Clark. καταντικρὺ προστῴῳ (Vind. προστώῳ. Vid. supra.) et Coisl. particip. καθήμενον post. v. προστῴῳ ponit. — ἐν θρόνῳ] ut convenit scilicet de rebus excelsis et sublimibus disputanti. Θρόνος est enim *sedes excelsa* s. *pulpitum*, v. *Cresoll.* Theatr. Rhet. III. 12. in Gronov. Thes. T. X. p. 114. Et opposita fere inter se sunt θρόνῳ et quod sequitur βάθρων, quae sunt subsellia vel scamna vulgaria (etiam in scholis usitata, vid. infra 325. E. *Demosth.* pro coron. p. 313: τὰ βάθρα σπογγίζων καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορῶν.). — Ἐρυξίμαχος] *Eryximachus*, Acumeni filius, medicus ille in libris Platonis frequentissimus; vid. *Groen* v. *Prinster.* Prosop. Plat. p. 194 sq. Ceterum recte Clark. Vatic. Θ. et Venet Σ. cum libris Bas. 1. 2. exhibent Ἀκουμενοῦ, reliqui cum Ald. et Steph. Ἀκουμένου, vid *Bast.* ad Conviv. p. 94. sq. — De *Phaedro* Myrrhinusio, Pythoclis filio, cf. quae collegit *Groen* v. *Prinster.* Prosop. Plat. p. 216 sq. — *Andro*, Androtionis filius, memoratur etiam Gorg. 487. C. Vid. *Prinster.* Prosop. Plat. p. 135. Ceterum pro Ἀνδροτίωνος Clark. Vatic. Θ. Vatic. r. et Vind. habent Ἀριστίωνος, Venet. Ξ. Paris. B. C. E. Angel. Barber. et Palatin. ἀνδρωτίωνος. — πολῖταί τε] Venet. Σ. γε, Paris. E. et Flor. b.

omittunt τε. In seqq. τε post. v. φύσεως abest a lib. Ambros. r. et Venet. Ξ. a prima manu. Deinde art. τῶν ante v. μετεώρων excidit in lib. Paris. C. et edit. Stephan. Ceterum rerum caelestium (τὰ μετέωρα sunt enim τὰ ἐπουράνια, v. Apolog. 18. B. 19. B. 23. D. al.) et astrologiae se scientissimum esse profitebatur homo vanissimus. Hinc Hipp. mai. 285. B: ἐπαινοῦσι δέ δή σε, πρὸς θεῶν, ὦ Ἱππία, καὶ χαίρουσιν ἀκούοντες ποῖα; ἢ δῆλον δὴ ὅτι ἐκεῖνα ἃ σὺ κάλλιστα ἐπίστασαι, τὰ περὶ τὰ ἄστρα τε καὶ τὰ οὐράνια πάθη; Hipp. min. 367. E: ἔτι τοίνυν καὶ τὸν τρίτον ἐπισκεψώμεθα, τὸν ἀστρονόμον, ἧς αὖ σὺ τέχνης ἔτι μᾶλλον ἐπιστήμων οἴει εἶναι ἢ τῶν ἔμπροσθεν (τῆς λογιστικῆς καὶ γεωμετρίας). Atque haud scio an hanc potissimum ob causam Plato Hippiam rerum caelestium scientiam iactantem comparaverit cum Hercule Homerico, cuius umbra apud inferos dicitur versari, αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι τέρπεσθαι ἐν θαλίῃς. — *διέκρινε*] Venet. Σ. διέκρινέ τε a correctoris manu. Mox Cod. Clark. διεξῄει, Angel. et Palat. Vatic. ἐξῄει. — *καὶ μὲν δὴ κτλ.*] *Homer.* Odyss. XI, 581: *Καὶ μὴν Τάνταλον εἰςεῖδον.* Cum *Tantalo*, cuius divitiae proverbii locum obtinuerunt (*τὰ Ταντάλου χρήματα* et *Ταντάλου τάλαντα*, vid *Fischer.* ad Euthyph. p. 41 et Anacreont. p. 383.) iocose comparatur Prodicus, quippe pecuniae avidissimus, cuius πεντηκοντάδραχμος ἐπίδειξις inprimis celebrata est, v. Cratyl. 384. B. *Aristotel.* Rhet. III, 14. *Philostrat.* vit. Sophist. I, 12. Schol. Aristoph. Nub. 360. al. Nisi malueris statuere, Platonem Prodicum vagari solitum, ut discipulos quaereret et pecuniam faceret, cum Tantalo comparare fluctuante et librato. *Eurip.* Orest. 5: *Τάνταλος, κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον, Ἀέρι ποτᾶται.* Cratyl. 395. D: ἡ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τοῦ λίθου ταλαντεία θαυμαστὴ ὡς ξύμφωνος τῷ ὀνόματι. Ludunt enim veteres in vocc. *Τάνταλος, τάλαντον* (libra et id quod libratur s. fluctuat) *ταλαντοῦσθαι, ταλαντίζεσθαι* et *ταντalίζεσθαι*, vid. *Fischer.* ad Anacreont. p. 383. Ceterum cum Bekkero et Stallbaumio e cod. Venet. Σ. Palat. Vatic. Flor. a. b. c. o. et Vindob. recepi εἰςεῖδον pro eo quod in libris editis exstat, ἐςεῖδον. Clark. (ap. Gaisf. p. 143.) εἰσΐδον, Coisl. Vatic. Θ. et Venet. Ξ. εἴςιδον, reliqui libri partim εἴσειδον (et hoc εἰσ-pro εἰς erunt qui praeferant, v. *Matth.* Gr. gr. p. 25.), partim ἐσεῖδον habent. — *ἐπεδήμει*] „a colloquio modo digressus Socrates qui potest h. l. dicere ἐπεδήμει, *commoratur in urbe*, Prodico illo ipso tempore adhuc, opinor, Athenis commorante? Non enim ἐπιδημεῖν simpliciter significat *adesse*, uti reddidit Ficinus, neque, si adveniendi significatu accipias

hoc loco, non debebat scribi ἐπιδεδήμηκε, ut Ion. init. *Πόθεν τὰ νῦν ἡμῖν ἐπιδεδήμηκας;* — Ergo rescribendum ἐπιδημεῖ, cui concinit in seqq. illud πεποίηκεν." *Heindorfius.* Omnes autem libri tuentur ἐπεδήμει, idque, ni fallor, recte habet; est enim *aderat.* Etenim ἐπιδημεῖν, proprie *in urbe esse* et *commorari*, et ἀποδημεῖν, *peregre esse*, in universum ponuntur ita ut significent *adesse* et *abesse* (germ. *daseyn* et *abwesend seyn*), urbis vel domicilii significatione, quia per se intelligitur, suppressa, velut *Xenoph.* Cyrop. VII. 5. 69: εἴτ' ἐπιδημῶν αὐτὸς τυγχάνοι εἴτε καὶ ἀποδημῶν. Theaet. 173. E: ἀλλὰ τῷ ὄντι τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ, ἡ δὲ διάνοια — πανταχῇ φέρεται. Leg. VI. 766. C: οἱ προσήκοντες καὶ ἐπιδημοῦντες — ἄλλον καθιστάντων. al. Iam si sumimus moris fuisse Prodici, ut vagaretur omniaque oppida et oppidula peragraret (vid. quae supra de Prodico cum Tantalo collato posuimus) Plato consulto ἐπεδήμει dicere potuit, ut significaret Prodicum tum forte affuisse, neque vero inde colligi, eum nunc adhuc adesse. Quamquam vereor ne hoc sit in scirpo nodum quaerere. Imperfectum enim ita pro praesente ponitur, ut non solum rem indicet iam ante et nunc adhuc durantem (v. *Bremi* ad Epist. Socrat. p. 322 sq. ed. Orell.), sed in universum ita, ut praegressa, ante exposita vel modo significata respiciat. Sic ἦν (Phaedr. 230. A. Cf. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 54 sq. *Schäfer.* Apparat. ad Demost. T. V. p. 393.), ἔδει, ἐχρῆν al. Similiter infra 323. B: ἡγοῦντο. 332. A: ἔπραττον. Phileb. 22. B: εἶχε. Etiam ἐγίγνετο. Cratyl. 418. C. Cf. 420. A. Charm. 157. D. 158. B. Menon. 88. D et sexcenta alia. Ita hoc quoque loco verbis ἐπεδήμει γὰρ ἄρα, ut sequentibus ἦν δὲ ἐν οἰκήματί τινι, respiciuntur et explicantur fere praegressa *Καὶ μὲν δὴ καὶ Τάνταλόν γε εἰςεῖδον* et superiora illa 314. B: *οἶμαι δὲ καὶ Πρόδικον τὸν Κεῖον.* Cf. *Engelhardt.* ad Plat. Lach. p. 29. — Ceterum Clark. et Vatic. Θ. γαρ ρα; praeterea Clark. cum uno Vatic. et Vind. particulam *καί* interponit, quam Venetus quoque Σ. a correctoris manu habet; eamque restituendam esse arbitror. De particulis γὰρ ἄρα, quae non concludendi, sed affirmandi et explicandi vim habent (germ. *nehmlich*), plura laudavit *Heindorfius* exempla, ut Conv. 205. B. Polit. IV. 438. A. Legg. III. 698. D.

οἰκήματι τινι] *Οἴκημα* non solum est conclave vel D cubiculum (Vid. *Polluc.* IX, 5. T. II. p. 1009. ubi locus hic memoriter citatur), sed Atticis rem nomine lenire solitis etiam carcer et lupanar dicitur. Vid. *Meurs.* ad Helladii Chrestom. T. X. Antiqq. graec. p. 979. *Iungermann.* ad Polluc. I. 1. p.

1008. *Kuster.* ad Suid. T. II. p. 663. *Spencer.* ad Origen. contra Cels. 1, 64. T. I. p. 379. Paris. *Hemsterhus.* in Misc. Observv. V. VI. T. II. p. 346. *Valcken.* ad Ammon. p. 176. et ad Herodot. II, 121. T. V. p. 349 sq. *Orelli* ad Nicol. Damasc. p. 31 sq. et Epist. Socrat. p. 211. Et consulto videtur hanc ambiguam vocem Plato posuisse ut Prodici conclave non solum gurgustium describeret, sed etiam hominem mollem et voluptarium (vid. *Philostr.* vit. Soph. XII. p. 496; *χρημάτων τε γὰρ ἥττων ἐτύγχανε καὶ ἡδοναῖς ἐδεδώκει.* Schol. Aristoph. Nub. 360. Schol. gr. T. I. p. 222: *ἐπὶ κιναιδίᾳ δὲ διεβάλλετο.* Cf. *Iac. Geel.* Histor. crit. Sophistarum in Nov. act. litterar. Societ. Rheno — Traject. P. II. p. 126.) luderet tamquam in cella (int. meretricia) degentem. — *ὡς ταμιείῳ*] Venet Σ. a prima manu *ταμείῳ.* Partic. *ὡς* delendam esse censebat *Dobraeus* ad Aristoph. Plutum 314. Comment. in Aristoph. V. VII. P. I. p. 94. Omisit etiam *Casaub.* ad Athen. T. IV. p. 237. Schweigh. Recte autem *Schaeferus* Appar. ad Demosth. I. p. 288. „Sed codices a Bekkero collati servant, neque causam possum comminisci, cur deleri oporteat.“ Cf. *Wyttenb.* ad Eunap. p. 85. Ceterum graecae voci *οἴκημα* plane respondet Latinorum *cella*, quae non solum in cella penaria et meretricia ponitur, sed etiam vile abiectumque conclave significat, quin etiam iocose in carcere dicitur. — *ἔτι κατέκειτο ἐγκεκαλυμμένος κτλ.*] Quibus verbis homo mollis et delicatus describitur; in lectulo enim pellibus strato cubare mollium erat, v. *Casaub.* ad Sueton. II, 78. Quamquam cl. *Geelius* in Nov. Act. litter. P. II. p. 126. et p. 128. haec magis in eam partem accipienda esse arbitrabatur, ut Prodici valetudo significaretur delicatioris curae indigens. *Plutarchus* enim in libro qui est: an seni sit gerenda respubl. T. II. p. 791. E: *ὥσπερ οὖν ὁ Πρόδικον τὸν σοφιστὴν ἢ Φιλήταν τὸν ποιητὴν ἀξιῶν πολιτεύεσθαι νέους μέν, ἰσχνοὺς δὲ καὶ νοσώδεις καὶ τὰ πολλὰ κλινοπετεῖς δι' ἀῤῥωστίαν ὄντας, ἀβέλτερός ἐστι κτλ.* Ut hoc verum sit, quod convinci non potest, tamen irrisio manifesta est, ut in notissimo illo *Aristoph.* Nub. 10: *ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος.* Ceterum Clark. scribit *κωιδίοις — στρωμμασιν* (sic). *Κώδια* sunt pelles ovillae s. vellera, vid. interpp. ad Aristoph. Plut. 166. — *καὶ μάλα*] Delenda interpunctio post *στρώμασι*; cohaerent enim *στρώμασι καὶ μ. πολλοῖς*, quum *καί* ante voc. *μάλα*, ut ante *πολύ, πάνυ, σφόδρα* al., intendendi vim habeat. Theaet. 142. D: *τούς τε λόγους διηγήσατο καὶ μάλα ἀξίους ἀκοῆς.* Politic. 284. C: *καὶ μάλα δίκαιον.* Polit. VIII. 563. E. 565. C.

Quamquam quavis fere pagina sic occurrit. Vid *Bornemann.* ad Xenoph. Conv. p. 134.

P. 20. *Παυσανίας — ὁ ἐκ Κεραμέων*] *Pausanias* e Ceramico (v. *Meurs.* Ceramic. gem. c. 3. *Perizon.* ad Aelian. V. H. II, 21.), Agathonis poëtae amator, v. *Xenoph.* Conv. VIII. 32, Plat. Conviv. 193. C. *Aelian.* V. H. II, 21. *Groen. v. Prinster.* Prosop. gr. Plat. p. 206. sq. — *νέον τι ἔτι*] Sic Clark. reliquique libri praeter Paris. E. et libros typis expressos, a quibus pron. *τι* abest. Receperunt Bekker. et Stallbaum. Seq. *ἔτι* omittit Angel. *ω.* Deinde part. *μὲν* post *ὡς* abest a Coisl. *Φύσις* est ingenium, indoles, v. *Valckenar.* Diatr. in Euripid. p. 76. B.

καλός] Clark. Vatic. *Θ.* et Vind. *καλῶς*, Coisl. et Vatic. E
r. *καλόν*, quod *Stephanus* reponi iubebat; sed *καλός* refertur ad vocis *μειράκιον* sensum, non ad formam grammaticam, velut Phaedr. 239. A: *οὔτε δὴ κρείττω οὔτε ἰσούμενον ἑκὼν ἐραστὴς παιδικὰ ἀνέξεται, ἥττω δὲ καὶ ὑποδεέστερον ἀεὶ ἀπεργάσεται.* Cf. ib. 240. A: Alcib. II. 141. E: *ὅτε Ἀρχέλαον — τὰ παιδικὰ — ἀπέκτεινε τὸν ἐραστήν, ὡς τύραννός τε καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ ἐσόμενος.* al. innumerab. Vid. *Coraës* ad Heliodor. p. 205. *Bast.* Ep. crit. p. 282. *Matth.* Gramm. gr. p. 808 sq. — *ἔδοξα ἀκοῦσαι*] Vid. ad. p. 314. C. — Ceterum *Agatho*, mollis ille et effeminatus, qui in poësi quoque venustatem affectavit (v. *Aristoph.* Thesmoph. 52. 58. sq. *Plutarch.* Conviv. disput. III, 1. p. 645. D. *Groen v. Prinster.* Prosopogr. Plat. p. 166 sq.), eximie quasi *καλὸς* nuncupatur, ut Conviv. 174. A: *ἵνα καλὸς παρὰ καλὸν ἴω.* Cf. *Plutarch.* l. l. *Athen.* Deipnos. V. p. 215. al. — *τοῦτο τ' ἦν*] Clark. Vatic. *Θ.* et Angel. *ω.* *τοῦτ' ἦν.* Paris. E. *ἦν* habet superscripto *οὖν*, quod Heindorfii videri possit coniecturam confirmare scribi iubentis *τοῦτό τ' οὖν τὸ μειράκιον*, quod Schleiermachero quoque locum pro vitioso habenti et olim corrigenti *τυγχάνει ὂν τουτὶ τὸ μειράκιον* nunc probatur. Mihi vero sanissima videtur scriptura esse optimusque eius sensus: *et hic quidem adolescentulus aderat s. praesens erat et Adimantus uterque et alii conspiciebantur.* Etenim *ἦν* est i. q. *παρῆν*, ut Phaedon. 59. B: *Οὗτός τε δὴ ὁ Ἀπολλόδωρος τῶν ἐπιχωρίων παρῆν — ἦν δὲ καὶ Κτήσιππος ὁ Παιανιεὺς καὶ Μενέξενος καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἐπιχωρίων* (ubi *Heindorfius* sine causa se difficilem praebet; atque hoc quidem loco *ἦν* eo magis pro *παρῆν* poni et poterat et fortasse etiam debebat, quod *παρῆν* iam praecesserat.). Polit. X. 615. D: *ἦσαν δὲ καὶ ἰδιῶταί τινες τῶν μεγάλα ἡμαρτηκότων*, ubi, quum praecesserit: *conspeximus illum aliosque plurimos tyrannos*, *ἦσαν*

esse non potest: *inter eos — etiam privati quidam homines erant*, ut *Stallbaumius* ad Protag. p. 41. verba intellexit, sed *aderant etiam* (i. q., conspeximus etiam) *privati homines ex eorum numero, qui* cet. Sic etiam *Sophocl.* Antig. 1095: οἵ τ᾽ ὄντες οἵ τ᾽ ἀπόντες. Epist. Socrat. 1: τῷ ἀεὶ ὄντι (i. q. παρόντι) τε καὶ μή. Idem sine dubio significare voluit *Bekkerus* in Comment. crit. p. 54. confer. Polit. l. l. et Demosth. adv. Timoth. p. 1203, 12. Reisk. — τῷ Ἀδειμάντῳ] *Adimantus* Cepidis filius nobis ignotus est, alter vero, Leucolophidae filius, a *Xenophonte* Hist. graec. I, 4, 21 (cf. etiam I, 7, 1. II, 1. 32) Atheniensium dux memoratur. Schol. Aristoph. Ran. 1561 (Schol. graec. V. l. p. 408. ed. Guil. Dindorf.): εἴη ἂν οὗτος ὁ τοῦ Δευκολόφου (scribitur Λευκολοφίου), οὗ καὶ Πλάτων μέμνηται ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ· ἦν γὰρ τῶν περὶ τοὺς καίρους τούτους στρατηγούντων· ἡγεῖτο δὲ τοῦ μέρους τοῦ ναυτικοῦ. — Ἄλλως. Στρατηγὸς ἦν τοῦ ναυτικοῦ· καὶ Εὔπολις μέμνηται ἐν Πόλεσιν οὕτως περὶ τοῦ Ἀδειμάντου·

Οὐκ ἀργαλέον δῆτ᾽ ἐστὶ πάσχειν τοῦτ᾽ ἐμὲ
Τὸν Δευκολόφου παῖδα.

Cf. interpp. ad Aristoph. Ran. T. III. p. 345. Beck. et de illa nominis diversitate v. *Hemsterhus.* ad Lucian. Tim. T. I. p. 414. *Brunck.* ad Aristoph. Ran. 1513. — Vind. ὅτε κηπῖδος. — περὶ δὲ ὧν] Vatic. r. ὧν δέ; deinde Angel. ω. ἐγώ. In seqq. Clark. πασ σοφος superscripto ς sup. prior. σ. Vatic. Θ. πάσσοφος, unde scribendum esse πάσσοφος iam Bekkerus iudicavit. Cf. *Buttmann.* Gramm. ampl. T. II. p. 353. — In seqq. Vatic. r. et Vind. habent ὁ ἀνήρ, quod Stallb. recepit (in Plat. Dial. select. T. II. Sect. II. p. 41. scripsit ἀνήρ.); reliqui omnes libri ἀνήρ, quod more suo Bekkerus mutavit in ἁνήρ. *Heindorfius* annotat: „Subaudito certe articulo intelligendum hoc ἀνήρ"; immo vero πάσσοφος et θεῖος tamquam praedicata, quae dicuntur, cum subiecto ἀνήρ iungimus; vid. supra disputat. ad p. 309. A.

διὰ τὴν βαρύτητα τῆς φωνῆς] *Philostratus* Vit. 316
Sophist. I. p. 496. sine dubio ad nostrum locum illa finxit de Prodico: καίτοι δυσήκοον καὶ βαρὺ φθεγγόμενος, ut bene iam notavit cl. *Geel.* in Hist. crit. Sophist. p. 127. *Diogen. Laert.* IX, 50: καὶ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ φησὶ βαρύφωνον εἶναι τὸν Πρόδικον, quae librario deberi *Menagius* et *Geelius* l. l. iudicarunt. — In seqq. Angel. ω. γενόμενος, Palat. Vatic. εἰσεληλύθαμεν, Paris. E. εἰσῆλθον; partic. τε post. v. Ἀλκιβιάδης a Clark. et Vatic. Θ. abest. — Κριτίας] *Critias*, Callaeschri filius, qui Socrate et Sophistis multum usus erat,

in Thessalia, quo fugerat, depravatus *τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ πάντων πλεονεκτίστατός τε καὶ βιαιότατος* exstitit, ut tradit *Xenoph.* Memor. I. 2. 12. Cf. Hist. graec. II. 3, 36. II, 4. 19. et *Groen van Prinst.* Prosop. Plat. p. 137 sq. Ceterum libri plures (Venet. Σ, tres Paris. Ambros. Angel. Barb. Palat. Vatic.) *καλαίσχρον* scribunt. — σμικρὰ ἄττα] Vulg. *μικρὰ ἄττα*, Flor. b. Vindob. *σμικρὰ ἄττα*, Flor. a. c. o. *σμικράττα* Clark. Ambros. Angel. Barb. Palat. Vat. *σμικρ' ἄττα*, unde *σμίκρ' ἄττα* recte *Stallbaumius* scripsit; idem *Bekkerus* suaserat. Ceterum *σμίκρ' ἄττα διατρίψαντες* est, ut recte *Heindorfius* accepit, *paullulum adhuc morati* (non statim ad Protagoram accedentes). Similiter Latini, ut *Virgil.* Aen. III. 610: *haud multa moratus.* Etenim διατρίβειν non solum est commorari, versari aliquo loco (praecipue sermonis conferendi s. disputandi causa, ut in Socrate poni solet), sed etiam morari, cunctari, exspectare, h. e., non statim aliquid facere. Sic Theaet. 143. A: *καὶ μέντοι ἀεὶ μέλλων κελεύσειν ἐπιδεῖξαι διατέτριφα δεῦρο* (cunctatus sum *adhuc*, non, ut *Buttmann.* et *Heindorfius* vertunt, *hucusque.*)

προςῆμεν] Clark. *πρόσημεν.* — πρός σέ τοι] Sic recte libri editi omnes cum Paris. E et Vatic. r.; reliqui, in eis etiam Clark., *πρὸς σέ τι*, quod e recentiori Graecorum pronuntiatione fluxit; quocirca miror Bekkerum id recepisse (quod quidem putide expressit Schleiermacherus: *zu dir kommen wir um etwas).* Particula *τοί* iungi solet pronominibus ita ut efferantur (quocirca nobis acuenda sunt, ut h. l. *zu dir kommen wir.*) De quo quidem genere satis exposuerunt *Heindorfius* ad h. l. p. 486. *Stallbaum.* p. 42. et *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1280. — In seqq. unus Vatic. r. habet *καὶ ὁ Ἱπποκράτης.* — οὗ ἕνεκα] Coisl. a rec. Venet. Ξ. duo Paris. Barb. Palat. Flor. a. b. c. o. *εἵνεκα.* — ὅδε] Coisl. a rec. *ἔφην ὅδε.* — ἡλικιώταις] unus Vatic. *συνηλικιώταις.*

μάλιστα γενέσθαι] „Fort. *μάλιστα ἂν γενέσθαι.*“ *Stephanus* Sic 327. B: *οἴει ἄν τι—μᾶλλον—ἀγαθοὺς αὐλητὰς —γενέσθαι.* 348. D: *ἡγούμενός σε βέλτιστ' ἂν ἐπισκέψασθαι.* 353. B: *ᾗ οἶμαι ἂν ἔγωγε κάλλιστα φανερὸν γενέσθαι.* Cf. Phaedr. 227. B. Gorg. 448. A. al. innumerab. Tamen recte tuetur *Heindorfius* vulgatam scripturam; etenim particula *ἂν* interponi solet, ubi vel oratio est hypothetica quae dicitur, vel significatur aliquid quod fieri posse cogitatur al., contra aoristus per se positus, quia indicat id quod omnino fit vel fieri debet (v. supra disputata), id quod certo fieri vel speramus vel putamus significat, ut p. 317. C. Exempla collegerunt *Heindorf.* ad. h. l. p. 487. ad Phaedon. p. 48. *Poppo* Observatt. crit. in

Thucyd. p. 149. sq. *Stallbaum*. ad Phileb. p. 158. *Bremi* Observatt. in Demosth. Philipp. p. 83. sq. et in Apparat. ad Demosth. I. p. 204. *Lobeck*. ad Phrynich. p. 751. sq. Alii (ut *Matth*. Gramm. gr. 950 sq. *Hermann*. ad Sophocl. Ai. 1061.) infinitivum aoristi censent actionis absolutae vel rei cito transeuntis significationem habere; quod quidem minime quadrat in Platonis locum Phaed. 67. B. (ut ex innumerabilibus hunc unum eligamus): *οὐκοῦν εἰ ταῦτ' ἀληθῆ, ὦ ἑταῖρε, πολλὴ ἐλπὶς ἀφικομένῳ, οἷ ἐγὼ πορεύομαι, ἐκεῖ ἱκανῶς, εἴπερ που ἄλλοθι, κτήσασθαι τοῦτο οὗ ἕνεκα ἡ πολλὴ πραγματεία ἡμῖν — γέγονεν*, ubi *κτήσασθαι* nihil aliud esse potest, nisi: *certo me consequuturum esse*. Etenim aoristus, quia temporis circumscriptionem non novit, actionem ipsam effert tamquam certam vel absolutam; tempus enim deprimitur, actio ipsa extollitur. — *μόνος — πρὸς μόνους*] Venet. Ξ. *καὶ πρὸς μόνους*. Ceterum hanc verborum iungendorum rationem multis illustravit exemplis cl. *Heusd.* Specim. crit. p. 129. sq. De *μόνος*, verbum *οἴει* hoc attraxit, quia subiectum vocis *μόνος* ipsa est secunda verbi persona. Vid. *Heindorfius* p. 488. inter alia citans *Lysiae* Orat. XXV. p. 774: *εἰ δὲ οἴεσθε χρῆναι, οὓς ἐκεῖνοι παρέλιπον, ἀδικοῦντες ὑμεῖς ἀπολέσαι, οὐδεὶς τῶν πολιτῶν ἀπολειφθήσεται*. *Xenophont*. Anab. I, 1. 8: *ἠξίου, ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ, δοθῆναί οἱ ταύτας τὰς πόλεις μᾶλλον ἢ κτλ.* Hier. 2. §. 8: *αὐτοί τε γοῦν ὡπλισμένοι οἴονται, ἀνάγκην εἶναι διάγειν*. ib. *Frotscher*. p. 29. Cf. *Lobeck*. ad Phrynich. p. 755. De hoc attractionis quae dicitur genere exposuerunt *Schaefer*. in Thes. Steph. Lond. c. 3150. B. in Apparat. ad Demosth. II. p. 648. et *Stallbaum*. ad Criton. 50. E. Adde *Matth*. Gramm. gr. p. 1053. — *προμηθεῖ*] Sic Clark. et Coisl. (a prima manu) pro eo quod in libris editis exstat *προμηθῇ*. Recte illud Platoni restituerunt Bekker. et Stallbaum. — *εἰς πόλεις μεγάλας*] Vid. supra 315. A. ibique annotat. — *καὶ ἰόντα*] Ita Clark. Vatic. Θ. Venet. Ξ. Vatic. r. et *γρ*. in Paris. C. Bekker. In Coisl. Paris. C. Ambros. r. et Barber. reperitur *κατιόντα* (quod in Vind. superscriptum est); libri edd. (etiam Stallb.) *καὶ κατιόντα*; pro vero habeo *κατιόντα* sine part. *καί*, quae sine dubio remansit e verborum *κατιόντα* et *καὶ ἰόντα* confusione; ita nata est scriptura libr. reliquorum (etiam editt.) *καὶ κατιόντα*. In seqq. Flor. b. *τοὺς βελτίους*.

P. 22. *τὸν ταῦτα πράττοντα*] En sophistes garriens! Verbis *τὸν ταῦτα ποιοῦντα* frigide repetit superiora *ξένον ἄνδρα κατιόντα εἰς πόλεις μεγάλας καὶ πείθοντα* cet., de eo autem reticet quod invidiam facere debebat (hinc sequitur D

τὸ ἐπαχθές, quod *Götzius* male vertit: *fürchtend das Anmassende, das sie hat.* Recte Schleiermacherus: *aus Furcht vor dem Gehässigen)*; hoc est autem id quod Apolog. 19. E. legimus: τούτους πείθουσι τῶν ἑαυτῶν συνουσίας ἀπολιπόντας σφίσι ξυνεῖναι χρήματα διδόντας καὶ χάριν προςειδέναι. — πρόσχημα ποιεῖσθαι] Cf. cum hoc loco *Clemens. Alex.* Strom. V. p. 238. Sylb. In seqq. sophistes orationis vanitatem adhibet ut artem suam extollat; poëtas enim, vates, musicos, praestantissimos quosque dicit sophistas fuisse, aliarum vero artium nomina sophisticae invidiosae praetendisse. — Part. καί ante v. προκαλύπτεσθαι abest in Vatic. Θ. Proxime Vind. ποιήσειν pro ποίησιν. — τελετάς] Τέλεται vel τέλη (v. *Valckenar*, ad Eurip. Hippol. p. 163 sq.) Latinorum sunt *initia*. Polit. II. 364. E: ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς, μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει. Praecipuus vero horum initiorum auctor perhibetur *Orpheus* fuisse. *Aristoph.* Ran. 1064: Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε. Cf. *Diod. Sic.* I, 23. p. 27. ib. Wessel. al. Vox igitur τελετάς praecipue ad Orpheum spectat, χρησμῳδίας vero (*Philostr.* Heroic. 19. p. 693. Olear. χρησμοὺς ἐν ᾠδαῖς) ad Musaeum, de quo v. *Passow.* in Mus. p. 21. 26 sq. Ceterum τοὺς ἀμφί τε Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον sunt Orpheus et Musaeus eorumque discipuli s. qui eos sequuti sunt. Vid. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1159 sq. — Ἴκκος] Coisl. Paris. B. C. Barber. al. scribunt ἰκκός, Venet. Σ. ἰακός. Ceterum *Iccus Tarentinus* nobilis est ille athleta (floruit circa Olymp. LXXVII.), qui, ut certaminum victor discederet, a rebus venereis abstinuisse perhibetur. Legg. VIII. 839. E. ubi v. nostra p. 411.

Ἡρόδικος] *Herodicus Selybrianus* palaestrae magister fuit, qui, quum aegrotare coepisset, gymnasticam cum medicina copulavit, non ut se sanaret, sed morbo nutriendo enecaret. Polit. III. 406. A. *Aristot.* Rhet. I, 5, 29. ib. Victor. p. 96. *Gesner.* ad Lucian. de conscr. hist. §. 35. al. Megaris, ut videtur, natus vel oriundus Selybriam se contulit, Thraciae urbem ad Propontidem sitam (vid. *Strab.* VII. p. 437, Sieb.). — Ceterum ex Ald. et Bas. 1. cum Heindorfio et Stallbaumio revocavimus scripturam Σηλυβριανός (sic etiam Ficinus: *Selybriano)*, quae etiam in Paris. E. et Vatic. r. reperitur; reliqui libri, quos Bekkerus sequutus est, habent Σηλυμβριανός, Venet. Σ. Flor. c. σηλυβρινός, Angelic. ω. Vatic. Flor. a. b. c. σηλυμβρινός. Cf. interpp. ad Xenoph. Anab. VII, E

2. 27. *Reisk.* ad Demosth. Orat. p. Coron. p. 251, 8 et 16. Appar. ad Demosth. II. p. 120. 122. *Wesseling.* ad Diod. Sic. XIII, 65. et Herodot. VI. 33. T. VI. P. I. p. 157. Schweigh. — In praegressis miror Heindorfium et Beckium ex Aldo et Bas. revocasse *οὐδενὸς ἧττον* pro *οὐδενὸς ἥττων* (*nulli cedens*), quod libri reliqui omnes habent, illud enim *οὐδενὸς ἧττον* (tamquam adverbium) locum habere non potest nisi adiectivum vel participium adiunctum est, ut Phaedr. 237. B: *ὅς οὐδενὸς ἧττον ἐρῶν ἐπεπείκει τὸν παῖδα ὡς οὐκ ἐρῴη*, al. Vox enim *οὐδενός* non est neutrum, (*nihilo*), quod cl. *Heinrichius* in libello Demonstr. et Restit. loci corrupti e Plat. Protagora p. 3 sq. contendit, sed masculinum; quod et ex se intelligitur (vid. v. c. de virtut. 377. C: *μηδὲν βελτίω αὐτὸν ποιῆσαι τῶν γειτόνων μηδενός.* D: *ἄνδρα δὲ οὐδενὸς βελτίω ἐποίησε.* E: *ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων* al.) et ex eo quoque efficitur, quod etiam femininum ponitur, si ad nomen refertur femininum, ut *Xenoph.* Mem. I, 5. 6; *δουλεύειν δουλείαν οὐδεμιᾶς ἧττον αἰσχράν.* — *Ἀγαθοκλῆς*] *Agathocles* musicus ille est cuius discipulus fuit Damo, Periclis praeceptor, vid. Lachet. 180. D. *Plutarch.* vit. Pericl. 153. E. — *Pythoclides* Cius, musicus et Pythagorius (ut Schol. tradit Comment. T. II. p. 387. Bekk.), Agathoclis et Periclis (ante Damonem) praeceptor fuit. Alcib. I. 118. C: *λέγεταί γέ τοι ὁ Περικλῆς οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου σοφὸς γεγονέναι, ἀλλὰ πολλοῖς καὶ σοφοῖς συγγεγονέναι· καὶ γὰρ Πυθοκλείδῃ καὶ Ἀναξαγόρᾳ καὶ νῦν ἔτι τηλικοῦτος ὢν Δάμωνι ξύνεστιν αὐτοῦ τούτου ἕνεκα.* Ceterum ante oculos habuit hunc locum *Plutarchus* vit. Pericl. 153. E. quum de Damone scriberet: *ὁ δὲ Δάμων ἔοικεν, ἄκρος ὢν σοφιστής, καταδύεσθαι μὲν εἰς τὸ τῆς μουσικῆς ὄνομα, πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐπικρυπτόμενος τὴν δεινότητα· — οὐ μὴν ἔλαθεν ὁ Δάμων τῇ λύρᾳ παρακαλύμματι χρώμενος* (ubi propter verba illa quibus supra Plato usus est *πρόσχημα ποιεῖσθαι* et *προκαλύπτεσθαι* equidem nolim cum cl. *Groen van Prinster.* Prosop. Plat. p. 186. scribi *προκαλύμματι*; immo defenditur Plutarchium *παρακαλύμματι* loco Platonico qui paullo post legitur: *φοβηθέντες τὸν φθόνον ταῖς τέχναις ταύταις παραπετάσμασιν* (i. q. *παρακαλύμμασιν*, integumentis, involucris) *ἐχρήσαντο.* Ceterum hic quoque Clark. scribit *Κίος* pro *Κεῖος*, Bas. 2 *Κῖος* (Bas. 1. *Χεῖος*). — *παραπετάσμασιν*] Cf. *Themist.* Orat. XXIII. p. 290. A. *Plutarch.* supra laud. *Wyttenbach.* ad Plut. V. VI. P. 1. p. 255. De re ipsa, vid. *Cresoll.* Theatr. rhetor. I. 1. in Gronov. Thes. gr. antiq. T. X. p. 19.

κατὰ τοῦτο εἶναι] Verbum *εἶναι*, quod redundare 317

visum est *Budaeo* Comment. L. gr. p. 223. et *Hemsterhusio* ad Lucian. lud. Voc. extr. Bip. T. I. p. 321, defendere conabatur *Heindorfius* Herodoti loco V, 3: *νόμοισι δὲ οὗτοι παραπλησίοισι πάντες χρέωνται κατὰ πάντα εἶναι*, ipse tamen significat dubiam esse huius loci scripturam. Sermonis vero attici ratio postulare mihi videtur *τὸ κατὰ τοῦτο εἶναι*: *hac in re*; sic τὸ κατὰ τοῦτον εἶναι, τὸ ἐπὶ σφᾶς εἶναι, τὸ ἐπ' ἐκείνοις εἶναι, τὸ νῦν εἶναι, alia sexcenta, quae collecta habes in *Reiz.* not. ad Viger. p. 752 ed. Hermann. III. Cf. interpp. ad Gregor. Corinth. p. 73 sq. Schäf. *Matthiae* Gramm. gr. p. 572. 1071. Etenim antiqui Graecorum eiusque simplicissimi sermonis vestigia mihi videntur in hoc verbi usu remansisse (quod praeclare iam *Lobeckius* ad Phrynich. p. 275. iudicavit), ut poneretur, si quid restringendum, limitandum vel, quod posteriores dicunt, si quid relative et conditionaliter exhibendum esset. Verbum εἶναι ex antiqui sermonis simplicitate id fere est quod: *si* s. *quatenus est*, ut ἑκὼν εἶναι in oratione negativa, v. c. Phaedr. 252. A: ὅθεν δὴ ἑκοῦσα εἶναι οὐκ ἀπολείπεται: quocirca animus, *quatenus* s. *quamdiu liber est*, (vel *si liberum est*) eum non deserit, h. e. quocirca eum non deserit nisi invitus. Sic etiam τὸ νῦν, τὸ τήμερον εἶναι, *si quod nunc, hodie est, spectatur.* (nos dicimus *für jetzt, für heute*) al. Sic etiam τὸ κατὰ τοῦτο εἶναι est: *si hoc spectatur*, et plena esset Protagorae oratio haec: *his omnibus etiamsi cetera assentior, tamen hoc unum non possum assentiri:* — *οὔτι*] Nos: *mit nichten.* Vatic. r. et Coisl. a correct. manu οὔ τοι; quae frequentissima est confusio. — *πράττειν*] „non enim latent, opinor, eos homines qui possunt in civitatibus efficere ea, propter quae haec praetexuntur sc. φθόνους καὶ ἄλλας δυςμενείας καὶ ἐπιβουλάς §. 20. Ni forte praestet πράττειν h. l. accipere pro τὰ πράγματα πράττειν, *principes esse in re publica* (ut positum *Demosth.* de Coron. p. 240: αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν, τῶν μὲν ἐν τῷ *πολιτεύεσθαι* καὶ *πράττειν* δωροδοκούντων καὶ διαφθειρομένων ἐπὶ χρήμασι, τῶν δὲ ἰδιωτῶν καὶ πολλῶν τὰ μὲν οὐ προορωμένων etc.), ita igitur haec intelligere: *neque enim latent eos qui in civitatibus res gerere possunt, quorum hominum causa huiusmodi quaeruntur velamenta.*" *Heindorf.* Posteriorem interpretationem et sermo et res requirunt; quocirca iure eam sequutus est *Stallbaumius.* Etenim πράττειν appositis τὰ τῆς πόλεως (ut infra p. 319. A: ὅπως τὰ τῆς πόλεως δυνατώτατος ἂν εἴη καὶ πράττειν καὶ λέγειν. Cf. Alcib. I. 119. B. 120. B. Lach. 180. E.) vel τὰ τῆς πόλεως πράγματα (ut Gorg. 515. A. 525. D: τὰ τῶν πόλεων πραξάντων) est *rem publicam gerere* vel *admini-*

strare, i. q. πολιτεύεσθαι (Gorg. 500. C. al.), et absolute quoque πράττειν ponitur in eo qui potestatem habet alicuius rei perficiendae s. peragendae. Quocirca saepius cum λέγειν connectitur (ut nostrum *reden* u. *handeln* s. *wirken*), velut *Xenoph*. Memor. I, 2. 15: ἱκανωτάτω λέγειν τε καὶ πράττειν. IV. 2. 1: πάντων διοίσειν τῷ δύνασθαι λέγειν τε καὶ πράττειν §. 4: τινὰς εἶναι λέγειν τε καὶ πράττειν ἱκανούς. al. Rem autem ipsam quoque posui hanc postulare interpretationem, propterea quod verba ὧνπερ ἕνεκα non alio possunt referri nisi ad τοὺς δυναμένους ἐν ταῖς πόλεσι πράττειν; hos enim latere student sophistae involucra illa adhibentes, imperitam multitudinem nihil curant. — In seqq. verba ὡς ἔπος εἰπεῖν referuntur ad οὐδέν: *ut ita dicam*, *nihil*, h. e. *paene nihil*, vid. allata a cl. *Matth.* Gramm. gr. p. 1069. *Schleiermacherum*, summo virum ingenio, adhuc vertere: *dass ich es kurz heraus sage* et in hoc perseverare errore, est quod mirere. — διαγγέλλωσι] Angel. ω. Vind. διαγγέλωσιν. Mox ὑμνεῖν solita vi decantandi vel in ore habendi positum est, ut infra 343. B. Polit. VIII. 549. E. al. Vid. *Musgrav.* ad Eurip. Androm. 620. *Ruhnken.* ad Tim. 263. — τὸ οὖν ἀποδιδράσκοντα] Clark. librique omnes scripti, praeter Venet. Ξ, quocum libri typis expressi faciunt, τόν habent; sed recte et more Graeco positum est τὸ — μὴ δύνασθαι ἀποδρᾶναι, ἀλλὰ καταφανῆ εἶναι, ita ut haec verba cum sequentibus non videantur cohaerere, sed orationis absolutae speciem habeant. Quod quidem non propterea fit, quod loquens constructionis initium negligit et orationis cursum flectit (quod *Heindorfius* ad Theaet. p. 288. sumebat), sed huius orationis tamquam absolutae efferendae causa. Similiter nos eam orationis partem, in qua maior vis inest, absolute conformamus, infinitivum ex alio nullo orationis membro pendentem ponentes, ut h. l. vertere possumus: *davonzulaufen* (propr. *davon laufen zu wollen*) *und nicht davonlaufen zu können*, *sondern entdeckt zu werden*, *dieses ist* cett. Ceterum verba ἀποδιδράσκοντα et μὴ δύνασθαι] ἀποδρᾶν ἂν repugnantiae cuiusdam speciem gerunt; sed ponuntur ita verba in praesenti et imperfecto, ut, quod in horum temporum notione iam inest, actum inchoatum, non ad effectum adductum, indicent, h. e., ut significent aliquem quid facere velle vel voluisse (ut Phaedr. 230. A: ἐφ' ὅπερ ἦγες ἡμᾶς), quod quidem dicendi genus satis illustrarunt *Valckenar.* ad Euripid. Phoeniss. 1407. *Wesseling.* ad Diod. Sic. XIII, 3. *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 177. *Reisig.* ad Soph. Oed. Colon. p. 312. *Hermannus* ad Sophocl. Ai. p. 138. *Schäfer.* ad Eurip. Phoen. 79. ed. Pors. ed. III. et Appar. ad Demosth. I. p. 337. — In

seqq. plura in medium profert Bekkerus e libris suis, quae, quum nihil sint nisi menda scripturae, supersedemus describere.

ὁμολογῶ τε] Vindob. ὁμολογῶντε. Proxime καὶ ἄλλα B πρός τ. — σὺν θεῷ εἰπεῖν] „quod ita dico, ut in eo opem divinam agnoscam, vel, in quo quidem a deo me iuvari negare nolim.“ *Stephanus* ad Theaet. p. 151. B. De Legg. IX. 858. B. Latini *iuvante deo*. Cf. interpp. ad Aristoph. Plut. 114. *Fischer*. ad Weller. V. I. p. 68.

σοφιστής] Paris. C. Ambros. et Barb. σοφιστήν. Mox C Clark. ἤδη εἰ μή, cum erroris nota in marg. Cum Bekkero et Stallbaumio scripsimus πολλά γε ἤδη ἔτη libri Coislin. auctoritate pro eo quod in libris reliquis omnibus comparet, πολλά γε ἔτη ἤδη. De part. ἤδη post πολλά illata vid. *Heindorf*. ad Theaet. p. 312. Ceterum εἶναι et γίγνεσθαι ἔν τινι (Latinor. *esse*, v. c. *in studio*, v. *Görenz*. ad Acad. II, 26. 83.) est *versari in aliqua re, factitare artem*, ut infra 319. C: περὶ μὲν οὖν ὧν οἴονται ἐν τέχνῃ εἶναι. Phaedon. 59. A: ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ ἡμῶν ὄντων. Phileb. 62. B: Γελοίαν διάθεσιν ἡμῶν — ἐν ταῖς θείαις οὖσαν μόνον ἐπιστήμαις λέγομεν. Polit. VI. 499. B. Charm. 171. B. Menon. 91. E. Epist. VII. 340. D. Eryx. 405. E. Cf. *Markland*. ad Max. Tyr. XXI, 2. *Abresch*. Dilucc. Thucyd. Auct. p. 403. al. Sic h. l. εἰμι ἐν τῇ τέχνῃ est *factito* s. *exerceo artem* (quaestus adiuncta notione). De re, Menon. 91. E: οἶμαι γὰρ αὐτὸν (τὸν Πρωταγόραν) ἀποθανεῖν ἐγγὺς ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα, τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα. Cf. cl. *Geel*. in Nov. Act. litt. Soc. Rheno — Traj. P. II, p. 78 sq. — καὶ γὰρ καὶ τὰ ξύμπαντα] „Al. καὶ γὰρ καὶ ἔτη πολλά μοι ἐστίν. Sed potest retineri haec lectio: ut repetatur ἔτη ex praeced. et dicat se iam multos annos in arte illa esse versatum; totius enim vitae esse multos.“ *Stephanus*. Respexit videlicet vir summus, id quod admirationem habet, Serranum qui vertit: *multos enim iam annos vixi*. — οὐδενὸς ὅτου οὐ] „ante οὐδ.: videtur deesse καί.“ *Stephanus*. Sed oratio haec abrupta, quae est sese iactantis aliosque quasi provocantis, egregie quadrat in sophisten. Ceterum in his οὐδενὸς ὅτου οὐ pron. οὐδενός, ut solet, sequentis relativi casu positum est, ita ut οὐδεὶς ὅςτις οὐ in unum (*nemo non*) quasi coalescat. Est enim proprie: οὐδείς ἐστιν ὅτου οὐ, ut ap. *Xenoph*. Hist. gr. VII, 5. 26: οὐδεὶς ἦν ὅςτις οὐκ ᾤετο. Sic infra p. 323. B: ὡς ἀναγκαῖον οὐδένα ὄντιν᾽ οὐχὶ ἀμωςγέπως μετέχειν αὐτῆς. Gorg. 491. E: οὐδείς ὅςτις οὐκ ἂν γνοίη ὅτι οὐ τοῦτο λέγω. Phaedon. 110. E: ἐκεῖ δὲ οὐδὲν ὅ τι οὐ τοιοῦτον εἶναι, καὶ ἔτι τούτων κάλλιον. 117. D: Ἀπολλόδωρος δὲ — οὐδένα ὄντινα οὐ κατέκλασε τῶν παρόντων.

Theaet. 170. A: *καὶ φαμὲν οὐδένα ὅντινα οὐ τὰ μὲν αὐτὸν ἡγεῖσθαι τῶν ἄλλων σοφώτερον, τὰ δὲ ἄλλους ἑαυτοῦ.* 178. B: *Πάντων μέτρον ἄνθρωπός ἐστιν — λευκῶν — οὐδένος ὅτου οὐ τῶν τοιούτων*: alia sexcenta. Exposuerunt de hoc dicendi genere *Dorvill.* ad Charit. p. 642. *Markl.* ad Lys. Orat. XIX. p. 649. et *Hermann.* ad Viger. p. 709. Quod adiectum est *πάντων* Heindorfius similibus illustravit exemplis Demosthenis in Lept. 4: *οὐ γάρ ἐστιν ἐφ᾽ ὅτῳ τοῦτο οὐ πεπόνθατε τῶν πάντων.* 14: *καίτοι τῶν ἁπασῶν ἡςτινοςοῦν πολιτείας τὸ κομίζεσθαι — χάριν ἂν ἀφέλῃς κτλ.* Pro *ὑμῶν* (Ficinus: *utriusque vestrum)* Paris. E. Ald. Bas. 1 et 2. *ἡμῶν.* — Deinde *Stephanus* in marg. „In proxime seq. legitur etiam *ὥςτε ἁπαξαπλῶς πολύ μοι ἥδ.*“ Etiam hoc scripturae monstrum vir cetera praestantissimus finxit e Serrani interpretatione: *Itaque (ut rem universim complectar) mihi longe fuerit iucundissimum.* cet. — *εἴ τι βούλεσθε*] Clark. Vatic. Θ. et Vind. *εἴτ᾽ ἐβούλεσθε.* In seqq. *Heindorfius* malebat *περὶ τούτου ἁπάντων* vel *περὶ τούτων ἐναντίον ἁπάντων τῶν ἔνδον ὄντων.* Neutro opus est, quum *τούτων*, ut solet, positum sit pro *τούτου* (quod quidem refertur ad praegressum *εἴ τι βούλεσθε*), et *ἁπάντων* ipsa pronuntiatione coniungi oporteat cum sequentt. *ἐναντίον τῶν ἔνδον ὄντων.*

P. 24. *καλλωπίσασθαι*] De his aoristis post v. *βούλεσθαι* vide quae ad p. 21. exposuimus. Ceterum v. *ἐνδείξασθαι* ostentationem indicat, *καλλωπίσασθαι* vero (*se iactare, superbire*, ut Phaedr. 252. A. Theaet. 195. D. Polit. III. 405. B. X. 605. D. Leg. VI. 762. E. Critia 52. C. al.) non sine aliqua petulantia positum est in Protagora grandi natu, cuius *ἐρασταί* festive dicuntur, quos sapientiae amor ad ipsum allexerat. *Καλλωπίζεσθαι* videlicet proprie dicitur is qui se decorum ac pulchrum exhibet, ut alterius sibi gratiam vel amorem conciliet. Etenim ex se intelligitur, Platonem nec voluisse nec potuisse huiusmodi Protagorae imaginem adumbrare, sed iuveniliter lusisse se simulantem hoc velle significare; in qua quidem faceta specie Platonica cernitur simulatio et dissimulatio (ironia).

Τί οὖν — οὐ — ἐκαλέσαμεν] vid. ad p. 310. A. — D *ἐπακούσωσιν ἡμῶν;*] Coisl. a pr. *ὑμῶν*, quod in vitio est. Mox pro *μὲν οὖν* Vatic. Θ. *γε μέν.* Et in seqq. Clark. Vatic. Θ. Vind. *καθιζόμενοι* pro *καθεζόμενοι*, quod receperunt Bekker. et Stallbaum. In praegressis *ὁ Καλλίας* praepositum est verbo *ἔφη* orationis variandae causa, quum praecedat *ἔφη ὁ Πρωταγόρας. Stallbaumius* „quia cum vi quadam refertur ad praegressum istud *ἔφη ὁ Πρωταγόρας.*“ Vis inesse tantum

possèt, si Callias opponeretur Protagorae; sed oppositioni nihil hic loci est. Exemplorum copiam reperies in *Popponis* et *Frotscheri* annot. ad Xenoph. Cyrop. I, 6. 19. et *Bornemann.* ad eiusd. Conviv. p. 93., qui recte impugnat Heindorfium ad Cic. de nat. deor. I, 7. p. 16. — Ἐδόκει χρῆναι] Vid. ad p. 18. — καὶ αὐτοί τε] *Heindorfius*: „haec ni gravius mendum invasit, in vitio certe est istud τε, cui in seqq. subiici καὶ οἱ παῖδες vel tale aliquid debebat. Hoc igitur eiecto, quum ad κατεσκευάζομεν facile mente repetatur συνέδριον, nihil ego ad loci integritatem requiro.“ *Beckius*: „Reddendum est: *et ipsi quoque* (sc. praeter servos).“ Quod vereor ut cuiquam probetur. *Matthiaeus* ad Eurip. Phoeniss. 1314. p. 380. et Gramm. gr. p. 1278 sq. particulam τε cum seqq. cohaerere existimat: ut Plato pro: καὶ αὐτοί τε ἀντιλαβόμενοι — κατεσκευάζομεν παρὰ τὸν Ἱππίαν, καὶ ἐν τούτῳ Καλλίας τε καὶ Ἀλκιβιάδης ἡκέτην, structura mutata posuerit: καὶ αὐτοί τε — παρὰ τὸν Ἱππίαν· ἐκεῖ γὰρ προϋπῆρχε τὰ βάθρα. ἐν δὲ τούτῳ κτλ. Assentitur *Stallbaumius*. Sed quae sit, si sensum spectas, praegressorum καὶ αὐτοί τε ἀντιλαβόμενοι — κατεσκευάζομεν cum seqq. ἐν δὲ τούτῳ Καλλίας τε καὶ Ἀλκιβιάδης ἡκέτην coniunctio, ipse viderit vir praestantissimus. Etenim verba καὶ αὐτοί τε non possunt nisi cum proxime seqq. ἀντιλαβόμενοι — κατεσκευάζομεν cohaerere; est enim: *et ipsi quidem* (int. prae aviditate audiendi servorum ministerium non exspectantes) *subsellia lectosque apprehendentes*; hac vero ratione, ut *Heindorfius* perspectum habuit, part. τέ redundaret vel potius nihil haberet quo referretur. Quocirca suspicamur pro τέ scribendum esse γέ, quo pronomen αὐτοί efferretur vel acueretur; quae quidem vocis praegressae extollendae et acuendae vis inest in particula γέ, praesertim partic. καί praecedente. Sic supra 309. C: Καὶ πολύ γε. 322. D: καὶ νόμον γε δὶς παρ' ἐμοῦ. 330. A: καὶ μέγιστόν γε ἡ σοφία τῶν μορίων. 345. C: καὶ καλόν γε τὸν αὐτὸν τοῦτον. ib. καὶ τὰ ἐπιόντα γε τοῦ ᾄσματος ἔτι μᾶλλον δηλοῖ. 349. E: καὶ ἴτας γε. 350. B: καὶ λίαν γε θαῤῥοῦντας, ib. καὶ νῦν γε. Phaedon. 58. D: παρῆσάν τινες, καὶ πολλοί γε. Polit. VI. 449. D: καὶ ἔσται καὶ γενήσεταί γε. al. Vide quae de hac part. γέ vi egregie disputata leguntur in Ephem. litter. Lips. 1824. Nr. 153. p. 1218 sq. et a *Matthiaeo* Gramm. gr. p. 1206 sq. Cf. etiam *Bornemann.* ad Xenoph. Conv. p. 48. Solus liber Coisl. omittit part. τέ post pron. αὐτοί. Post v. κλινῶν dele comma quod dicitur. — κατεσκευάζομεν] *Stephanus*: „fort. ἀνεσκευάζομεν, videlicet τὰ βάθρα καὶ τὰς κλίνας.“ Hic quoque Serranum suum respexit vertentem: *ea etiam scamna atque se-*

dilia quae erant in Hippiae cubiculo (sic!), *eo asportata aptabamus.*" At vero sedilia dici non possunt ad Hippiam transferri (nam ibi iam erant), sed constitui tantum consessus illius instruendi causa. Verbum igitur κατεσκευάζομεν non ad sedilia refertur (ut *Schleiermacherus* quoque locum expressit vertens: *und machten Bänke und Polster da zurecht, wo Hippias sass.* Sic etiam *Grouius, Kleukerus* et *Götzius*), sed ad συνέδριον. Etenim solent Graeci verbum, si ad nomen praegressum refertur, absolute ponere, ubi nos pronomen quod dicitur personale (*ihn, sie, es*) addimus; quocirca Grammatici pronomen αὐτός (h. l. αὐτό, int. τὸ συνέδριον) omissum esse statuunt. Praep. παρά est *ad* s. *iuxta*, v. *Wesseling.* ad Herodot. IX, 15. *Fischer.* ad Weller. III, 2. p. 268. Clark. et Vatic. Θ. scribunt τῶι Ἱππίαι.

ἡ κ έ τ η ν] Paris. E. ἥκετον Angel. ω. ἱκέτην. In seqq. E *Heindorfius* malebat ἄγοντε — ἀναστήσαντε pro ἀναστήσαντες, recte notans alius generis esse νὼ καταβάντες Phaedr. 278. B. ἄμφω βλέψαντες Euthyd. 273. D. al. (vid. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 814). Miror autem virum doctissimum non advertisse, Ficinum haec verba ἀναστήσαντες ἐκ τῆς κλίνης plane ignorare, quippe qui verterit: *Prodicumque et adstipulatores eius secum duxerunt.* Ac sane nescio quid non solum ridiculi in his verbis inest, verum etiam putidi, siquidem lectorem illa admonent: ὁ μὲν οὖν Πρόδικος ἔτι κατέκειτο ἐγκεκαλυμμένος ἐν κωδίοις τισὶ καὶ στρώμασι καὶ μάλα πολλοῖς. Quocirca si libri addicerent, pro insitivis haberi possent. Sed ut innumerabilia alia in Platone, sic hoc ex suo quisque sensu iudicabit. Ceterum delenda interpunctio post Πρόδικον. — Ἐ π ε ί] Sic Clark. Vatic. Θ. Coisl. Venet. Ξ. Paris. C. Angel. ω. Barb. Palat. et Vatic. Flor. a. c. o. Vind., unde cum Bekkero et Stallbaumio recepimus. Reliqui libri ἐπειδή. In seqq. Venet. Ξ. et Bas. 2. (non Clark., ut Stallbaumius Var. Lectt. p. 42. tradit) συνεσκευαζόμεθα pro συνεκαθεζόμεθα. *Stephanus* affert lectionem συνεσκευάσμεθα, annotans: „atque ita de sedilibus in alium coenaculi locum translatis iocose usurparetur verbum quod de iis dicitur qui collectis vasis alio commigrant; et credibile esset dictum itidem fuisse in praeced. ἀνεσκευάζομεν, videlicet τὰ βάθρα et τὰς κλίνας. Alioqui utrobique quae hic est lectio ferri potest." Recte reposuit *Heindorfius* συσκευάζεσθαι non dici nisi de *discessuris.* — In seqq. ante v. Πρωταγόρας e libris suis artic. ὁ interposuit *Bekkerus,* quem iure sequutus est Stallbaumius, quum Flor. a. b. c. o. Vind. eundem praestent. E libris scriptis solus Paris. E. cum editt. articulum ignorat. — ὀ λ ί γ ῳ π ρ ό τ ε ρ ο ν] Sic libri editi cum Paris. E;

reliqui (etiam Flor. a. c. o. Vind.) ὀλίγον πρότερον (ut 330. E.), quod Bekker. et Stallbaum. reposuerunt. Vatic. r. πρότερον ὀλίγον. — ἐστὶν ἀρχή] ἀρχή ἐστιν scribunt libri et plurimi et optimi, quibus recte obtemperaverunt Bekkerus et Stallbaumius (nam in talibus una sola valet librorum auctoritas).

περὶ ὧν ἀφικόμην] Duplex est vis in praepos. περὶ 318
semel posita; oratio enim plena haec est: περὶ τούτων περὶ ὧν ἀφικόμην, *de his de quibus veni*, h. e., *quod ad haec attinet quorum causa veni*; nam Latinorum quoque praepositio *de*, ut constat, hanc duplicem vim habet. V. exempla apud *Fischer.* ad Weller. III, 1. p. 214. — In seqq. Clark. (ἐπιθυμίαιων) pluresque alii libri ἐν ἐπιθυμίᾳ ὧν, contra editi cum Venet. Σ. Paris. B. E. Angel. ω. Barb. et Palat. Vat. ϛ. ὧν ἐν ἐπιθυμίᾳ. — ταὐτὰ ταῦτα] Coisl. ταῦτα ταυτά. Part. quae sequitur καί abest in Palat. Vatic. ϛ. Proxime Vind. αἰεί.

τοῦτο μὲν οὐδὲν θαυμαστὸν λέγεις] i. q. οὐδὲν B
θαυμαστόν ἐστι τοῦτο ὃ λέγεις. Vid. infra ad p. 72. Sic etiam in quaestione, ut *Sophocl.* Electr. 341: τίνας τούςδ' ὁρῶ ξένους; Cf. *Sturz.* Lex. Xenoph. IV. p. 306. a. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 882. Proxime τηλικοῦτος ὤν est *tam grandis natu*; vid. p. 317. C. Deinde Clark. et Vind. οὕτως σοφός, quod, ni fallor, praeferendum; vid. *Fratscher.* ad Xenoph. Hieron. p. 9. *Schäfer.* in Apparat. ad Demosth. T. I. p. 207. Cf. infra 320. C. Est h. l. οὕτως, *so sehr s. über alle Beschreibung.* — ὃ μὴ τ. ἐπιστ.] Pron. ὃ pro ἃ cum Bekkero et Stallbaumio e Clark. Vatic. Θ. Coisl. Venet. Ξ. Vatic. et Bas. 2. restituimus. Ceterum libri omnes praeter Vat. Θ., in quo τυγχάνης scriptum exstat, τυγχάνεις habent; Bekkerus in τυγχάνοις mutavit, quod sequuti sumus librorum arbitrati auctoritate niti, et Stallbaumius quoque in Plat. Dialog. Select. recepit. Sed vereor ut rectum sit, libris non adstipulantibus τυγχάνεις mutare, quum non solum indicativus et optativus tam crebro inter se excipiant (ut p. 312. C: θαυμάζοιμ' ἂν εἰ οἶσθα. 336. C. θαυμάζοιμ' ἂν εἴ τῳ ἀνθρώπων παραχωρεῖ. 349. C: οὐ γὰρ ἂν θαυμάζοιμι εἰ τότε ἔλεγες. al. Vid. *Heindorf.* ad Sophist. 439. ad Protag. p. 557. 573. ad Theaet. p. 380 ad Gorg. p. 20. *Matthiae* Misc. philos. V. II. P. I. p. 53 sq. Gramm. gr. p. 963. 964. 1016. 1031. ibique auctores laudatt.), verum etiam indicativus, optativo vel praegresso vel sequente, recte ponatur in ea orationis parte, qua praegressa explicantur resque indicatur non ex alterius cogitatione vel e sumptione aliqua suspensa, sed in se consistens, velut Gorg. 464. D: ὥςτε, εἰ δέοι ἐν παισὶ διαγωνίζεσθαι ὀψο-

ποιόν τε καὶ ἰατρὸν ἢ ἐν ἀνδράσιν οὕτως ἀνοήτοις, ὥςπερ οἱ παῖδες, πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρηστῶν σιτίων καὶ πονηρῶν, ὁ ἰατρὸς ἢ ὁ ὀψοποιός, λιμῷ ἂν ἀποθανεῖν τὸν ἰατρόν, ubi verbis *πότερος ἐπαΐει* res ipsa (h. l. ciborum utilium et inutilium cognitio) s. per se significatur, quod perspicies si posueris scriptum esse: *εἰ δέοι διαγωνίζεσθαι — περὶ τούτου, πότερος ἐπαΐει.* cet. Phaedon. 62. C: *εἴ τι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτιννύοι μὴ σημήναντός σοι ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι*, ubi sententia *ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι* (quasi scriptum sit: *μὴ σημήναντός σοι τοῦτο ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι*) non ad praegressam sumptionem: *εἴ τι ἑαυτὸ ἀποκτιννύοι* refertur, sed per se exhibetur. Sic nostro loco *ὃ μὴ τυγχάνοις ἐπιστάμενος* cohaeret cum praegressis *εἴ τίς σε διδάξειεν*; hoc vero quum sumatur tantum rei exemplo illustrandae causa, illud quoque *ὃ μὴ τυγχάνοις ἐπιστάμενος* ponatur tantummodo necesse est; quocirca poneretur tantum fieri posse, ut Protagoras aliquid nesciret; quod ineptum est, siquidem fieri non potuit quin Protagoras innumerabilium rerum (v. c. artium quae dicuntur illiberalium) ignarus esset, quod quidem iam praegressa *εἴ τίς σε διδάξειεν* (nam nisi qui ignarus est discit nemo) significant; contra si *ὃ μὴ τυγχάνεις ἐπιστάμενος* scribimus, Socrates non ponit tantum esse aliquid quod Protagoras nesciat, sed affirmat esse aliquid quod nesciat; ergo Protagoram non omnia scire (quod contra veritatem repugnaret). Etiam Ficinus *τυγχάνεις* in libris suis invenit, quum verterit: *si quae nescis ab aliquo disceres.* Nec vero optativus defendi poterit Socratica urbanitate (v. *Matth.* Gramm. gr. p. 978. §. 515. et *Stallbaum.* ad h. l. p. 49); tota enim haec Socratis oratio totusque hic Platonis sermo tanto opere ab urbanitate (i. e. clementia illa, quam, ut quisque est veri amantissimus, ita maxime spernit) abhorret, ut severissime sophistarum vanitatem impugnet. Quocirca Socrates infr. 319. A: *οὐ γάρ τι ἄλλο πρός γε σὲ εἰρήσεται, ἢ ὅπερ νοῶ.* Itaque facere non possum cum Stallbaumio qui in Varr. Lectt. p. 42. scribit: „quod (*τυγχάνοις*) sane vulgatae praestat", et in ed. Goth. hoc recepit. Ceterum hic quoque falsa interpunctio post v. *διδάξειεν* delenda. — *ἀλλὰ μὴ οὕτως*] Oratio est supplenda verbo dicendi, quod quidem omissum (quia facile et per se intelligitur) permultas huiusmodi dictiones peperit, vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1307. Sic infra 331. C: *μή μοι, ἦν δ' ἐγώ.* Menon. 74. D: *ἀλλὰ μή μοι οὕτως, ἀλλ' ἐπειδὴ κτλ.* *Aristoph.* Nub. 85: *μή μοί γε τοῦτον μηδαμῶς τὸν Ἵππιον*, alia quae laudata invenies ap. *Heindorf.* p. 494. *Stallbaum.* p. 49. Cf. *L. Bos.* Ellips. gr. p. 636. ibique *Schaefer.* Eiusd. Appar. ad Demosth. I.

p. 343. — αὐτίκα μάλα] Sic Vatic. Θ. Venet. Ξ. Vatic. r. et Bas. 2. (non Clark. s. Bodl., ut Stallbaum. tradit), unde iam Heindorfius restituit; in reliquis libris μάλα deest. *Xenoph.* Oecon. XV, 7: ἀλλ' εἴ μοι αὐτίκα μάλα δόξειε γεωργεῖν, ὅμοιος ἄν μοι δοκῶ εἶναι τῷ περιιόντι ἰατρῷ. Agesil. V, 5: οὐδ' εἰ μέλλοιμί γε αὐτίκα μάλα κάλλιστος — ἀνθρώπων ἔσεσθαι. Gorg. 469. D: ἐὰν γὰρ ἄρα ἐμοὶ δόξῃ τινὰ — τῶν ἀνθρώπων — αὐτίκα μάλα δεῖν τεθνάναι. Cratyl. 384. B: οὐδὲν ἄν ἐκώλυέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. Euthyd. 283. A: ὡς αὐτίκα μάλα ἀκουσόμενοι θαυμασίους τινὰς λόγους. al. Ceterum αὐτίκα μάλα refertur ad v. ἐπιθυμήσειε. In seqq. νεωστὶ ἐπιδημοῦντος e libris longe plurimis optimisque cum Bekkero et Stallbaum. scripsimus; libri editi reliqui cum Paris. E. ἐπιδ. νεωστί exhibent. — Ζευξίππου] *Zeuxippus* Heracleotes, quem pictorem fuisse sequentia declarant, nusquam alibi commemoratur, nisi si, quod *Bachius* (ad Xenoph. Conv. p. 151.) arbitrabatur, eundem significaverit *Xenophon* Conv. IV, 63: ἔναγχος δέ δήπου καὶ πρὸς ἐμὲ ἐπαινῶν τὸν Ἡρακλεώτην ξένον — συνέστησάς μοι αὐτόν, ubi v. *Schneid.* p. 135. 194. et *Bornem.* p. 154. In seqq. Clark. Ald. Bas. 1 et 2. recte scribunt παρά σέ, quod Stephanus more suo in παρά σε mutavit.

ταὐτὰ ταῦτα] Venet. Σ. ταῦτ' αὐτ', Vatic. r. Vind. αὐτὰ ταῦτα, Angel. ω. ταυτά. Flor. c. αὐτά ταῦτά. — ἐπιδώσειν] Clark. ἐπίδοσιν superscripto ς; Vatic. Θ. ἐπιδόσῃς. C

P. 26. Ζεύξιππος] Articulum addunt Clark. Vatic. Θ. Coisl. Venet. Ξ. Vind., quos recte sequuti sunt Bekker. et Stallbaum. — Ὀρθαγόρᾳ] *Orthagoras* Thebanus tibicen idem fortasse est, qui Epaminondae in musica magister commemoratur. Vid. *Athen.* V. 184. E. „Nomen cum turpi ambiguitate positum reperitur apud Aristoph. Eccless. 945. Dindorf.“ *Stallbaum.* — συγγιγνόμενος] unus Paris. συγγενόμενος. Flor. a. b. c. συγγινόμενος. — οὕτω δὲ καὶ] Libri omnes (etiam Bekker. et Stallb.) οὕτω δὴ καί; solus *Heindorfius*, quem *Beckius* sequutus est, οὕτω δὲ καί, quod constans sermonis graeci usus postulat, reposuit; etenim praegressis ὥσπερ, οἷον aliis particulis οὕτω sequitur adiuncta particula δέ, quae orationis copulandae et continuandae vim habet (vid. ad p. 13.). Multis hoc exemplis post *Schäferum* Melett. crit. p. 59. illustravit. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 72 sq. Quamquam refragatur *Stallbaumius.* In seqq. Venet. Σ. Flor. c. τῷ νεανίσκῳ εἰπέ; deinde Vatic. Θ. τούτων pro τούτου.

ᾗ ἂν αὐτῷ ἡμέρᾳ] Pronomen αὐτῷ cum Bekkero et Stallbaumio e libris scriptis recepimus; in solo Paris. E., ut in D

editt., deest. In seqq. Clark. Coisl. Paris. B. C. Ambros. r. Florentini et Vindob. ἐπιδώσοι. Proxime pro περὶ τοῦ Paris. B. C. E. Ambros. Ang. Barb. Palat. Flor. a. b. c. τούτου. Vind. καὶ περί τόν. — ἐρωτᾷς] Clark. et reliqui, praeter Paris. E. et editt., καλῶς ἐρωτᾷς, ἔφη, quod Bekker. et Stallb. receperunt; unus Vatic. r. Σώκρατες, ἐρωτᾷς. — λωβῶνται τοὺς νέους κτλ.] Similiter Callicles Gorg. 484. C: φιλοσοφία γάρ τοί ἐστιν, ὦ Σώκρατες, χάριεν, ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ, ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων — ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστίν, ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα. His igitur artibus, quas institutionis causa puero tractandas esse Protagoras volt significare, suam, quasi virilem, opponit, rerum videlicet domesticarum et civilium cognitionem, quam εὐβουλίαν vocat, se doctorem scilicet commendaturus Atheniensibus ex famosa illa δυςβουλίᾳ (v. *Wolf*. ad Demosth. Leptin. p. 219. In Schaefer. Appar. ad Demosth. III. p. 73.) laborantibus.

πάλιν αὖ] Sic Clark. et libri reliqui omnes praeter Paris. E. E., in quo, ut in editt. exempl. praeter Bas. 2., αὖ deest. Πάλιν αὖ apud Platonem quoque frequenter ἐκ παραλλήλου, quod Grammatici dicunt, ponuntur, velut Sophist. 225. E. Polit. 261. A. Conv. 190. D. Polit. VI. 507. B. 511. B. Alcibiad. I. 116. C. Hipparch. 231. C. 232. A. al. — εἰς τὰς τέχνας] Libri scripti omnes εἰς τέχνας, quod recte Bekk. et Stallbaum. restituerunt; Paris. E. et editt. εἰς τὰς τέχνας. Clark. εἴς τε τ. In seqq. unus Coisl. ἀφικόμενος δὲ παρ' ἐμέ. — περί τε τῶν οἰκείων] A Clark. Vatic. Θ. et Vatic. r. partic. τέ abest. Mox Vatic. et Vind. διοικῇ. Flor. b. διοικοίη.

Ἆρ', ἔφην ἐγώ, ἕπ.] Sic Bas. 2., quod recte Heindorfius recepit pro ἄρ', quod Clark. Flor. a. b. c. o. Vind. Ald. Bas. 1 et Steph. habent. Interrogationis vero notam idem posuit post λόγῳ, quod sequuti sunt Beck. Bekk. et Stallb. Sed ἆρα etiam extra interrogationem ponitur sensu affirmandi (*sane, vero*, nostrum *wohl*, quod similiter interrogative positum est dubitantis ac fere negantis, extra interrogationem vero affirmantis). Sic Gorg. 450. C: Ἆρ' οὖν μανθάνω οἵαν αὐτὴν βούλει καλεῖν· τάχα δὲ εἴσομαι σαφέστερον. Sophist. 216. A: Ἆρα τοίνυν — οὕτω καί, καθάπερ εἶπε Σωκράτης, πᾶσι κεχαρισμένος ἔσει. Phileb. 65. E: Ἆρ' οὖν φρόνησιν μὲν καὶ νοῦν — οὐδεὶς πώποτε — αἰσχρὸν οὔτε εἶδεν οὐδὲ ἐπενόησεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς. Leg. II. 657. C. III. 680. A. 686. C. X. 894. A. Cf. *Hermann*. ad Sophocl. Antig. 628. ed. Erfurdt. 31

min. — *εἴπερ κέκτησαι*] Absunt haec verba ab Ambros. r. Mox *πρός γε σέ* e Clark. reliquisque libris recte Bekk. et Stallb. receperunt; solus Venet. Σ. cum libr. editt. *πρὸς σέ* (Steph. *πρός σε*) habet. Praeterea pro vulg. *ἄλλο τι* (quod in Flor. b. quoque reperitur) e membranis dedi cum Bekk. et Stallb. *τι ἄλλο*. — *οὐκ ᾤμην διδακτὸν εἶναι*] Versatur videlicet hic Platonis dialogus in notissima illa quaestione de virtute utrum doceri possit nec ne, (vid. *Lambin* ad Horat. T. II. p. 291. A. B. *Valckenar.* ad Eurip. Hippol. p. 174. *Weisk.* ad Xenoph. Conv. p. 102. *Fülleborn.* Symbol. ad histor. philos. P. X. p. 143 sq. *Texius* de music. ex Plat. p. 136.), quae praecipue a Socraticis agitabatur, siquidem sophistae se virtutis doctores esse profitebantur, ideoque doctrina eam comparari affirmare debebant. Atque in hoc sermone id ipsum agit Plato, ut non solum declaret, virtutem non posse doceri (h. e., falsam et vanam esse illam sophistarum professionem), verum etiam Protagoram ostendat, virtutis scilicet doctorem, ne scire quidem quid sit virtus, id est, eum profiteri se hoc docere, quod ipse nesciat.

— *ὅπως ἂν ἀπιστῶ*] Sine dubio part. *ἄν*, quae e seq. *απ.* nasci potuit, delenda est; nam, ut recte Heindorfius iam annotavit, cui Stallbaumius assentitur, aut *ὅπως ἂν ἀπιστοίην* (*quomodo fidem habere non possim*) aut *ὅπως ἀπιστῶ* (*quomodo fidem non habeam*) scribendum fuit. Etenim *ὅπως* cum coniunctivo est; *quomodo (debeam)*, cum coniunctivo et particula *ἄν* est vel *quomodocumque* (ut Gorg. 454. C: *ἀλλὰ σὺ τὰ σαυτοῦ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν, ὅπως ἂν βούλῃ, περαίνῃς*. 481. D: *ὅπως ἂν φῇ ἔχειν*. Leg. II. 672. E: *τὰ δ' ἡμίσεα, ὅπως ἂν ἔτι δοκῇ, περανοῦμεν ἢ καὶ ἐάσομεν*. VIII. 844. E: *ὅπως ἂν ἐθέλῃ καὶ ὁπόταν βούληται δρεπέσθω*. al.) vel *ut* (Protag. 326. A. Phaedr. 239. B. Gorg. 481. A. 504. D. Phaedon. 59. E. ubi v. Heindorf.), et cum optativo particulâ *ἄν* adiunctâ est vel *quomodo — (possim)* velut p. 318. E. (v. *Heindorf.* ad h. l. 497. et ad Gorg. p. 25. *Hermann.* ad Sophocl. Ai. 1200. p. 148 sq.) vel *ut*, de quo ad Phaedr. p. 230. B. exponemus. — *ἡγοῦμαι αὐτό*] Libri et plurimi et praestantissimi *αὐτὸ ἡγοῦμαι*; Paris. E. cum libris editt. (praeter Bekker. et Stallbaum.) *ἡγοῦμαι αὐτό*. — *οὐ διδακτόν*] Unam quasi notionem efficit, quae nobis una voce *unlehrbar* exprimitur; contra part. *μηδέ*, ut bene iam Heindorfius annotavit, ad totum hoc quod sequitur pertinet *ὑπ' ἀνθρώπων παρασκευαστὸν ἀνθρώποις*, quo praegressum *οὐ διδακτόν* non solum magis generatim explicatur, verum etiam exaggeratur quodammodo. — *οἱ ἄλλοι Ἕλληνες*] int.

φασί. Quod sequitur σοφοὺς εἶναι τοὺς Ἀθηναίους, id simulate et per iocum dixit Plato, quippe qui Polit. VI. 492. B. populum affirmaverit maximum iuventutis esse corruptorem (τοὺς πολλοὺς μεγίστους εἶναι σοφιστάς), praesertim in concione, in iudicio, in theatro al. considentem. — μεταπεμπομένους] *Heindorfius* passive positum accipi volt, quod quidem, licet activum μεταπέμπειν apud *Thucydidem* reperiatur (VII. 8: ἢ σφᾶς μεταπέμψωσιν. 15: τούτους μεταπέμπειν. Cf. interpp. ad Thom. Mag. p. 610.) et apud Lysiam (p. 137: εἰ μεταπεμφθέντες ἤλθομεν ἢ οὐδενὸς καλέσαντος. p. 537: μετεπέμφθη δ' ὑπὸ Ἀρχεβιάδου), tamen haud scio an a sermone Platonico abhorreat. Quidni μεταπεμπομένους, ut ubique apud Platonem, sic hoc quoque loco intelligamus ut sit *arcessentes?* Subiectum quod dicitur est pronomen infinitum (nostrum *man* vel *einer*, indefinite et collective positum, vel in plur. *welche)*, quod formam habet numeri singularis, notionem autem pluralis. Similiter Graeci tam singulari quam plurali verbi numero personam quae dicitur infinitam exprimunt. Sic Theaet. 191. B: καὶ ἴσως πῃ ἡμῖν συγχωρήσεται, ἴσως δὲ ἀντιτενεῖ. (Ficinus: *ac fortasse quispiam nobis assentietur;* nostrum est *man.)* 193. D: ὅτι γιγνώσκων τὸν ἕτερον καὶ αἰσθανόμενος — οὐδέποτε οἰήσεται εἶναι αὐτὸν ἕτερόν τινα ὃν (sic scribend. pro ὤν) γιγνώσκει τε καὶ αἰσθάνεται καὶ τὴν γνῶσιν αὖ καὶ ἐκείνου ἔχει κατὰ τὴν αἴσθησιν. 202. E: οἷς χρώμενος εἶπε πάντα ταῦτα. Cratyl. 412. A: ὅταν δὲ ξυνιέναι λέγῃ (*wenn man — sagt*). 432. B: ὃ εἰκάζει (*was man nachbildet*). Conv. 187. E: οἷς ἂν προςφέρῃ, ὅπως ἂν τὴν μὲν ἡδονὴν αὐτοῦ καρπώσηται. 201. A: οὗ ἐνδεὴς ἐστι καὶ μὴ ἔχει. Menon. 79. B: ὅ τι ἂν πράττῃ. Similiter explicandus est locus *Sophocl.* Oed. R. 314: ἀφ' ὧν ἔχοι τε καὶ δύναιτο. Cf. *Herodot.* I, 132. II, 47. 70. IV, 22. *Xenoph.* Anab. III, 4. 36. Conv. V. 2. ib. *Bornem.* p. 158. Pariter infinitivus et participium ponuntur ita ut personam infinitam pro subiecto, quod dicitur, haberi oporteat, velut Conviv. 186. D: ὥςτε ἀντὶ τοῦ ἑτέρου ἔρωτος τὸν ἕτερον κτήσασθαι (*dass man — erhält*). Theaet. 206. D: ἐκτυπούμενον. Sophist. 231. C: ὡς ἀληθῆ λέγοντα, 244. C: μηδὲν θέμενον. Polit. 266. E: κατιδόντα. Cratyl. 389. C: ἐξευρόντα 430. E: προςελθόντα — εἰπεῖν. Conviv. 217. E: εἰς ἔπαινον ἐλθόντα. al. innumerab. Etiam plurali numero Graeci exprimunt id quod nos collectivo illo *man* indicamus. Sic Sophist. 231. B: οὐ γὰρ περὶ σμικρῶν ὅρων τὴν ἀμφισβήτησιν οἴομαι γενήσεσθαι τότε ὁπόταν ἱκανῶς φυλάττωσιν. (ubi *Heindorfius* p. 323. corrigi volebat φυλαχθῶσι.) Cratyl. 387. C: ὀνομάζοντες γάρ

που λέγουσι τοὺς λόγους. 406. A: ἐπωνόμασαν. Phileb. 48. A: ὅταν ἅμα χαίροντες κλάωσι. Conviv. 221. B: σχεδὸν γάρ τι τῶν οὕτω διακειμένων ἐν τῷ πολέμῳ οὐδὲ ἅπτονται, ἀλλὰ τοὺς προτροπάδην φεύγοντας διώκουσιν. Polit. IV. 428. B: οὐ γάρ που ἀμαθίᾳ γε, ἀλλ' ἐπιστήμῃ εὖ βουλεύονται. al. Cf. *Herodot.* II, 106: τῇ τε ἐκ τῆς Ἐφεσίης ἐς Φώκαιαν ἔρχονται (*man geht*). *Thucyd.* VII, 69: ὅπερ πάσχουσιν ἐν τοῖς μεγάλοις ἀγῶσι. Sic etiam participii pluralis ponitur, ut Phaedon. 63. D: φησὶ γὰρ θερμαίνεσθαι μᾶλλον διαλεγομένους (*wenn man rede s. durch das Sprechen*). Politic. 273. E: ἱκανὸν ἐκ τοῦ πρόσθεν ἁπτομένοις τοῦ λόγου. Cratyl. 438. B: καὶ εὑρεῖν ἀδύνατον εἶναι ἄλλως, ἢ τὰ ὀνόματα μαθόντας ἢ αὐτοὺς ἐξευρόντας οἷά ἐστιν, Conv. 198. D: ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων τὰ κάλλιστα ἐκλεγομένους ὡς εὐπρεπέστατα τιθέναι. Polit. X. 604. C: ἀλλὰ μὴ προσπταίσαντας, καθάπερ παῖδας, ἐχομένους τοῦ πληγέντος ἐν τῷ βοᾶν διατρίβειν, Menon. 90. D: πολλὴ ἄνοιά ἐστι βουλομένους αὐλητήν τινα ποιῆσαι - μὴ ἐθέλειν πέμπειν, sequente singulari participii ζητοῦντα. al. Existimant Grammatici singularem verbi apud animum supplendum esse pronomine τις et pluralem (v. c. φασί, λέγουσι al.) nomine ἄνθρωποι, vid. *Duker.* ad Thucyd. VII, 69. *Fisch.* ad Weller. III, 1. 347. *Herrmann.* ad. Viger. p. 730. not. 111. *Heindorf.* ad Gorg. p. 34. *Iacobs* Addit. animadv. in Athen. p. 59. *Matth.* Gramm. gr. 590. Sed vid. mea ad Polit. p. 430. Legg. p. 40. (Add. *Welcker.* ad Theogn. p. 95.), in quibus cur *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 557. diversa me miscuisse arguerit non intelligo. Etenim huc spectat disputatio illa ut ostendat, pronomen τίς (quod in huiusmodi dictionibus deesse putaverunt viri doctissimi, velut magnus *Stephanus* ad Xenoph. Conv. V, 2: „deesse videtur part. τίς, quae cum προσενεγκάτω iungatur") tantum abesse ut sit omissum, ut ne intellecto quidem opus sit, propterea quod in ipso verbo (sive sit modus qui dicitur finitus, sive infinitivus sive participium) involutum lateat, huius enim tertia persona vel definita est (si verbum ad nomen vel personam aliquam vel praegressam vel sequentem refertur), vel infinita (si nihil praecedit vel sequitur quo spectet verbum); haec autem persona, quam dicimus, infinita, quia *infinita* est, non singularem et certum indicat hominem (quippe qui definitus esset), sed hominem in universum; persona igitur haec est ea quam nos voce *einer* vel *man* exprimimus (eodem enim redit, sive v. c. Plat. Leg. III. 688. B. verb. νοῦν μὴ κεκτημένον vertis: *für einen der keinen Verstand hat*, sive, participio soluto, *wenn man keinen Verstand hat*). Et quemadmodum ineptum foret ad verbum ἔχει, quia

Latini dicunt *res se habet*, πρᾶγμα intelligere, quum potius pro subiecto haberi oporteat pronomen neutrius generis (nostr. *es*), sic etiam, ubi de hominibus agitur, graecum λέγει vel λέγουσι, absolute et indefinite positum, nullo indiget complemento. Superest ut annotem, in hoc quoque genere sermonem cum graeco convenire, quippe qui a primariis dicendi magistris, velut a Cicerone, ad graecum fuerit conformatus. Sic *Cicero* ipse de amicit. 16: ita amare oportere, ut si aliquando *esset* osurus. 17: et iudicare difficile est sane, nisi *expertum*. c. 17: quam etiam si neglecta amicitia consequuti sunt, obscuratum iri arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. Tusc. Disput. I, 38: Quare licet etiam mortalem esse animum *iudicantem* aeterna moliri, non gloriae cupiditate, quam sensurus *non sit*, sed virtutis. IV, 8: obtrectatio autem est — aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo quod ipse *concupiverit*. c. 11: haec autem opinatio est iudicatio *se scire quod nesciat*. Academ. III, 42: honeste autem vivere fruentem rebus iis, quas primas homini natura conciliet. De finib. bonor. et mal. II, 7: Unum nescio, quomodo possit, si luxuriosus sit, finitas cupiditates habere. III, 9: vivere — adhibentem — seligentem cet. III, 21: alienum esse ab iustitia, ad quam nati esse videamur, detrahere quid de aliquo, quod sibi assumat. De orat. I, 8: neque vero mihi quicquam — praestabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum coetus — voluntates impellere quo *velit*, unde autem *velit*, deducere. (ubi, quod Ernestius praeferebat *velis*, recte repudiavit *Ochsnerus*, vir eruditissimus, in Eclog. Cic. p. 142. Cf. *Beier*. ad Offic. T. I. p. 256. T. II. p. 76.) Offic. I, 9: nam aut amicitias aut laborem aut sumptus suscipere nolunt. II, 38: maxime admirantur eum qui pecunia non movetur. De divinat. I, 29: ut aut cum matre corpus miscere videatur, ubi *Hottingerus* „vulgo *videamur*, quod natum a correctoribus qui haud scirent, saepius tertiam personam sing. poni infinite cum ellipsi τοῦ *aliquis*.“ Immo hoc infinitum (*einer*, *man*) in ipsa tertia verbi persona, sive singulare illud est sive plurale, latet. De eodem disputaverunt genere *Wopkens*. Lectt. Tull. p. 2. et *Heusinger*. Praefat. ad Cic. de Offic. p. XLVI.

P. 28. ὅσα ἡγοῦνται] Clark. οὕτως ο ἡγοῦνται, erroris nota in marg. apposita; etiam Vatic. Θ. habet ὅ.

μαθητά] Cum. Ald. et Bas. 1. plurimi et praestantissimi libri (in his Clark. Vatic. Θ. Venet Σ. Flor. a. c. al.) pro μαθητά vitiose scribunt μαθήματα. Vatic. t. εἶναι καὶ διδακτά. — μὴ οἴονται] Sic libri scripti et Bas. 2. In Ald. Bas. 1. et Steph. οἴωνται, quod in vitio est. — καταθορυβη- C

θεὶς] *fremitu et clamore suppressus et ad silentium coactus:* vid. *Pollux* VIII, 154. Ceterum θορυβεῖν, ut Latinorum *acclamare,* ponitur tam in iis qui fremitu et clamore significant sibi aliquid displicere (vid. *Wesseling.* ad Diod. Sic. I, 72. T. I. p. 84.), quam in iis qui ita aliquid accipiunt ut gaudio exsultent (v. *Iacobs* ad Anthol. gr. T. I. P. II. p. 52. — οἱ τοξόται] *sagittarii* (ex arcubus, quos gestabant, sic nominati) erant ministri publici, Athenis etiam Scythae dicti (vid. *Pollux.* p. 408 sq. et Schol. ad Aristoph. Acharn. p. 54.), quorum erat immodestos foro pellere et in universum, si quem populus removeri iussisset, abstrahere, idque est ἕλκειν et ἀφέλκειν, ut *Aristoph.* Equitt. 665: κᾆθ' εἷλκον αὐτὸν οἱ Πρυτάνεις γ' οἱ τοξόται. Eccles. 258: ἢν σε τοξόται ἕλκωσιν. *Xenoph.* Mem. III. 6. 1: Γλαύκωνα — οὐδεὶς ἠδύνατο παῦσαι ἑλκόμενόν τε ἀπὸ τοῦ βήματος καὶ καταγέλαστον ὄντα. — ἐξαίρωνται] Cod. Clark. ἐξερῶνται puncto super alter. ε posito, Coisl. ἐξαίρονται. Bekkerus scripsit ἐξάρωνται (nota sunt quae Atticis usurpantur ἠράμην ἄρασθαι al.), quod etiam propter aoristos praegressos ἀποστῇ et ἀφελκύσωσι sine dubio Platoni restituendum. Ceterum αἴρειν (ap. *Aristoph.* Eccl. 260: ἡμεῖς δέ γ', ἢν αἴρωσ' ἐὰν κελεύσομεν) et ἐξαίρεσθαι est *tollere, auferre* (nostrum *aufheben* graeco plane respondet). Prytanes, qui senatui praesidebant, potestatem habebant concionum regundarum, v. *Pollux* VIII, 9. 95 sq. *Sigon.* de rep. Athen. II, 4. *Perizon.* ad Aelian. V. H. IX, 39. al. — περὶ μὲν οὖν ὧν κτλ.] Neminem de omnibus interpretibus haec verba recte cepisse miror. Etenim res intelligunt ad artem pertinentes (sic latini interpretes, germanici, ut Klenker. Schleierm. Götz, et gallicus Grouius); at vero ad ipsos artifices s. artis peritos haec verba spectant, quae sic resolvi oportet: περὶ μὲν οὖν τούτων οὓς οἴονται ἐν τέχνῃ εἶναι οὕτω διαπράττονται: *cum his igitur quos artem exercere arbitrantur* (ergo: quos artis peritos vel artifices existimant), *ita agunt,* i. e. *his solis, si de arte quapiam deliberatur, verba facere in concione permittunt.* Εἶναι videlicet ἐν τέχνῃ non est *arte contineri, ad artem spectare* (ut Schleiermacherus reddidit: *in allem, wovon sie glauben, dass es auf Kunst beruhe*), sed *in arte versari, artem exercere* (vid. ad p. 317. C.); quocirca non in rebus ad artem pertinentibus poni potest, sed in hominibus tantum artem factitantibus. Verbum autem διαπράττεσθαι simpliciter est *agere* (germ. *verfahren*), ut Polit. III. 411. E: βίᾳ δὲ καὶ ἀγριότητι ὥςπερ θηρίον πρὸς πάντα διαπράττεται. Coisl. ἐν τῇ τέχνῃ habet.

περὶ τῆς πόλεως διοικήσεως] Clark. et Vatic. Θ. D

τῶν τῆς. Colsl. τῆς τῆς. In seqq. αὐτοῖς deest in Paris. E. ἀγεννῆς] Unus Palat. Vatic. r. habet ἀγενής; sed Platonis libri praestantissimi ἀγεννής scribunt, sive de genere sive de indole agitur; contra ἀγενές apud Platonem est *quod ortum non habet*, ut Tim. p. 27. C: εἰ γέγονεν ἢ καὶ ἀγενές ἐστιν. Cf. quae disputarunt de hac re *Buttmann.* ad Alcib. I. p. 120. et *Stallbaum.* ad Phileb. p. 133; qui semet ipsum correxit ad Euthyphr. p. 9. et ad h. l. p. 52. — μαθών — ἐπιχειρεῖ] Pluralem τούτοις excipit singularis, quasi praecesserit τούτων οὐδενί; qua quidem re liberum graeci sermonis ingenium cernitur, quippe qui se non ad grammaticam formam, sed ad sensum et notionem accommodet. Sat multa in re nota exempla congesserunt *Heindorf.* ad h. l. p. 499. et ad Gorg. p. 105. Cf. praeterea *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 587. 890. — μὴ τοίνυν ὅτι] Notae sunt dictiones οὐχ ὅτι, οὐχ ὅπως et μὴ ὅτι, quas, ut plures alias, dicendi consuetudo reservavit ex plenis dictionibus *non dico*, *ne dicam*. Cf. *Hermann.* ad Viger. p. 804. sq. *Schäfer.* ad L. Bos. Ellips. p. 775. sq. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1271 sq. — οὕτως ἔχει] *Sic statuit et iudicat.* Vid. ad p. 352. A. Clark. ἔχει, superscripto ς. Vindob. ἔχοι. — ἀλλ' ἰδίᾳ] ἀλλά est (praegresso *non modo* —) *sed*, et ἀλλὰ καί (*non modo* s. *nedum* —) *sed etiam*. Neque enim in eorum possum sententiam discedere, qui putant οὐχ ὅτι et μὴ ὅτι — ἀλλά vel ἀλλὰ καί ubique esse *non solum* — *sed etiam*, et ubi simplex ἀλλά positum sit, omissum esse καί, ut *Heindorfius* ad h. l. p. 500. statuit, qua quidem interpretatione multorum vis sensusque locorum periret. Etenim si ἀλλά simplex sequitur, fortius est hoc quam ἀλλὰ καί; est enim *sed potius*, *immo potius*, *atque adeo* (*nicht sowohl*, *als vielmehr*, *nein gerade*, ut h. l.); similiter Latinorum *sed* (ubi itidem *etiam* omissum esse putant, vid *Görenz.* ad Leg. III, 7. p. 237.) fortius est, quam *sed etiam*, vid. viri eruditissimi not. in Eclog. Cicer. ed. II. p. 312 sq. et *Ramshorn.* Gramm. lat. p. 536. Sic Apolog. 40. D: οἶμαι ἂν μὴ ὅτι ἰδιώτην τινά, ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν αὐτὸν ταύτας πρὸς τὰς ἄλλας ἡμέρας καὶ νύκτας, ubi, si ἀλλά verteres *sed etiam* (particulam videlicet καί omissam esse existimans), totius loci sensus tolleretur; tunc enim esset: *non solum privatum hominem*, *sed etiam ipsum regem magnum admodum paucas illas reperturum esse* (componeretur videlicet privatus homo cum rege magno); immo est: *non modo privatum hominem*, *sed ipsum regem magnum*, h. e., *ipsum regem magnum*, *nedum privatum hominem*. Quocirca μὴ ὅτι, si sequuntur particulae ἀλλὰ καί, est *nedum* s.

non modo — sed etiam (ut Con[illegible]. E: *καὶ μὴ ὅτι κατὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχήν*; ib. in seqq. *μὴ ὅτι αἱ μὲν γίγνονται, αἱ δὲ ἀπόλλυνται ἡμῖν — ἀλλὰ καὶ μία ἑκάστη τῶν ἐπιστημῶν ταὐτὸν πάσχει* al.); simplex vero *ἀλλά* si subiicitur, ea orationis pars quam orditur part. *ἀλλά* potiorem vim habet, ut h. l.: *non modo civitatis commune ita sentit, sed adeo sapientissimi optimique viri*, i. q. *ipsi sapientissimi optimique viri, nedum commune, ita statuunt.* Itaque particulae *μὴ ὅτι — ἀλλά* eandem vim habent quam simplex *μὴ ὅτι*, si subiicitur, velut Phaedr. 240. D: *ἃ καὶ λόγῳ ἐστὶν ἀκούειν οὐκ ἐπιτερπές, μὴ ὅτι δὴ ἔργῳ.* Gorg. 512. B: *τὸν μηχανοποιόν, ὅς, οὔτε στρατηγοῦ, μὴ ὅτι κυβερνήτου, οὔτε ἄλλου οὐδενὸς ἐλάττω ἐνίοτε δύναται σώζειν.* al. Cf. *Lehmann.* ad Lucian. Dialog. Mort. XII, 1. Ceterum e Coisl. cum Bekkero et Stallbaumio pro vulg. *ἀλλὰ ἰδίᾳ* dedi *ἀλλ' ἰδίᾳ*.

Περικλῆς] Vituperatur Plato a *Schneidero* ad Xenoph. E Conv. p. 218., quod Periclem vivum commemoraverit, quippe Olymp. 87. anno 4. iam mortuum; vid. quae disputavi in libro quem inscripsi *Plat. Leb. u. Schrift.* p. 75. et 77. Adde *Stallbaum.* Praef. ad Protag. p. 17 sq. Ceterum eundem locum et eisdem paene verbis explicavit Menonis auctor p. 94. B. Cf. dialog. qui inscribitur de virtute p. 377. D. — *ἃ — εἴχετο*] *quae ad magistros pertinuerunt*, h. e. *in quibus non potuerunt nisi a magistris institui atque erudiri.* Sic. 324. D. Menon. 93. D. 94. A. al. *Ἔχεσθαι* enim *τινός* dicitur quod cum aliquo coniunctum est, in aliquem cadit, ad aliquem pertinet (germ. *was seine Sache ist)*; etiam in re dicitur, ut Theaet. 145. A: *ὅσα παιδείας ἔχεται*, nos: *was Sache der Bildung ist* s. *was zur Bildung gehört.* Vid. *Hemsterhus.* ad Aristoph. Plut. p. 472. *Heindorf.* ad Theaet. p. 292. *Stallb.* ad Phileb. p. 29. — *ἐπαίδευσεν*] Sic Clark. Vatic. Θ. Barb. et Vatic. r. Libri reliqui *ἐπαίδευεν.* Illud Bekkerus quoque et Stallbaumius receperunt. Ceterum *παιδεύειν* h. l. est *institui* vel *erudiri curare*, ut infra 320. A: *ἐν Ἀρίφρονος ἐπαίδευε.* Menon. 94. A. de virt. 377. C. D. 378. A. Sic etiam *διδάσκειν* (ut Latinor. *docere* et *erudire*, v. c. *Cicer.* Tusc. Disput. V, 20: tondere filias suas *docuit.* *Sueton.* Caes. 26: *erudiebat* tirones. *Corn. Nep.* Attic. 1. ib. *Bremi* p. 356. *Ruhnken.* ad Terent. Eunuch. I, 11. 37.). Sic infra 324. D. Menon. 94. B. C. D. Menex. 238. C. De virt. 377. B. E. 378. B. al. Cf. *Hemsterhus.* ad Aristoph. Plut. p. 4. sq. *Heindorf.* ad Protag. p. 517. *Elmsl.* ad Eurip. Med. 290.

παιδεύει] Sic libri scripti omnes. Ald. Bas. 1. 2. et 320 Steph. vitiose *παιδεύειν.* — *αὐτοὶ — ἄφετοι*] *αὐτοί, per*

se, h. e. *soli, a nemine custoditi*; quo praeparatur quodammodo quae sequitur gregis vel pullorum imago libere (i. e., *sine pastore*) per prata pascentium, quod proprium erat animalium sacrorum, quae in dei (non pastoris alicuius) tutela credebantur esse (ut Critia 119. D: *ἀφέτων ὄντων ταύρων ἐν τῷ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερῷ*. Cf. *Plutarch*. Lucull. p. 507. E.). Eadem usus imagine est Plato Polit. VI. 498. C: *τότε ἤδη ἀφέτους νέμεσθαι καὶ μηδὲν ἄλλο πράττειν ὅτι μὴ πάρεργον, τοὺς μέλλοντας εὐδαιμόνως βιώσεσθαι*. Cf. interpp. ad Maxim. Tyr. XXIX, 2. *Wyttenbach*. ad Plutarch. V. VI. P. I. p. 135. — ἐάν που] Paris. C. Ambros. r. et Barb. ἐάνπερ. — τουτουί] Sic Clark. cum pluribus aliis libris, ut Flor. a. c. Vind. (et ita iam gallicus interpres *Grouius* correxit („le lis τουτουΐ au lieu de τουτονί: car Alcibiade étoit présent, et Clinias absent." p. 215.), quem sequutus videtur esse Kleuker. p. 421). Ald. Bas. 1. 2. Steph. cum libris Coisl. Paris. E. Angel. Palat. Vatic. τουτονί habent; at non Clinias, sed Alcibiades praesens indicatur. Ceterum Clinias, qui ad Coroneam occubuerat (Alcib. I. p. 112. C. ubi v. *Gottleb*.), duos reliquit filios, Alcibiadem et Cliniam (*μαινόμενον ἄνθρωπον*: Alcibiad. I. 118. E.), quorum orbitati tutor institutus est Pericles propinquus. Alcib. I. 104. B: *Περικλέα τὸν Ξανθίππου ὃν ὁ πατὴρ ἐπίτροπον κατέλιπέ σοί τε καὶ τῷ ἀδελφῷ*. Vid. *Gottleb*. ad Alcib. I. init. et *Groen. v. Prinsterer*. Prosopogr. Plat. p. 149. sq. — ἐπιτροπεύων] cum quarto casu, ut solet, iunctum, vid. *Matth*. Gramm. gr. p. 755. In seqq. δεδιώς c. praepos. περί et secundo casu, ut Euthyd. 275. B: *φοβούμεθα δὴ περὶ αὐτοῦ*. *Xenoph*. Cyrop. I. 4. 22: *δείσας περί τε τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ Κύρου*. Quamquam frequentius ponitur tertius casus, ut infra 322. C: *Ζεὺς οὖν δείσας περὶ τῷ γένει ἡμῶν*. Vid. *Heindorf*. ad Euthyd. p. 312. — μὴ διαφθαρῇ] De hoc coniunctivo praeteritum δεδιώς excipiente vide quae citavit *Heindorfius* testimonia p. 501. sq. Equidem coniunctivum arbitror maiorem habere vim quam optativum; hic enim indicat aliquid quod optamus vel fieri posse cogitamus, ille vero, quod fieri vel futurum esse certo scimus vel persuasum habemus' v. *Matth*. Gramm. gr. p. 994 sq. Atque haec quae in coniunctivo inest asseverandi vis augetur quodammodo particula adiecta δή, quae, ut assolet, affirmate posita est; nos: *damit er ja nicht vom Alcibiades verdorben u. verführt werde*. Quo quidem ironia augetur. Mox cum Coisl. scribendum ὑπ' Ἀλκιβιάδου pro ὑπὸ Ἀλκιβ. — καταθέμενος] *deponens*, h. e., *in custodiam tradens*, v. *Valckenar*. ad Herodot. VI, 73. Mox ad v. ἐν Ἀρίφρονος (Clark. et Vatic. Θ. scribunt

ἀερίφρονος) int. *οἴκῳ*, vid. *Iens.* ad Lucian. T. III. p. 416. *Reitz.* ad eund. T. IV. p. 428. Bip. *Küster.* ad Aristoph. Plut. 237 et 242. *Spanh.* ad Arist. Nub. 468. — *Ariphro* (sic enim scrib. propter genitivum Ariphronis, ut *Plato*, *Solo* cet.), Xanthippi filius et Periclis frater una cum Pericle Alcibiadis fuit tutor, v. *Plutarch.* Alcib. 191. F. — *γεγονέναι*] *γίγνεσθαι*, de tempore, est *effluere, praeterire.* Sic, quos Heindorfius iam laudavit locos, Phaedon. 108: C: *ἕως ἂν δή τινες χρόνοι γένωνται.* Lys. Orat. VI. p. 268: *πρὶν ἡμέρας πέντε γενέσθαι.* Cf. *Bremi* ad Lysiam p. 45. — Proxime Venet. Σ. Angel. ω. Barber. Pal. Vatic. et Flor. o. *ἀποδέδωκε.* Ceterum recte iam Heindorfius offendit in dativo *τούτῳ*, qui non posset nisi ad Periclem referri, ut esset: Aripho Cliniam reddidit Pericli (non, ut *Groen v. Prinster.* Prosopogr. Plat. p. 149. accepit, Pericles Cliniam reddidit Alcibiadi). Quocirca Heindorfius scribi malebat *ἀπέδωκεν αὐτῷ* vel *ἀπέδωκε τοῦτον* vel *ἀπέδωκεν οὗτος.* Ac posterius quidem *οὗτος* (int. *Ἀρίφρων*) propterea quoque, ni fallor, praestat, quod verborum structura restituitur: Pericles Cliniam Ariphroni tradidit, hic vero eum reddidit (int. ipsi, Pericli; quod, quum ex se intelligatur, non opus erat addito *αὐτῷ*). Neque tamen necessaria haec est correctio, ut bene iam statuit *Stallbaumius* p. 54. Solet enim ita subiectum mutari; infra 342. E: *εἰ γάρ ἐθέλει τις Λακεδαιμονίων τῷ φαυλοτάτῳ συγγενέσθαι — εὑρήσει αὐτὸν φαῦλόν τινα φαινόμενον, ἔπειτα — ἐνέβαλε* (sc. non ille *τις*, sed Lacedaemonius). Gorg. 510. B. Theaet. 148. B. Parmen. 134. D. Polit. IX. 574. B: Euthyd. 275. B. Epist. VII. 336. B. Cf. *Stallbaum.* ad h. l. ad Phaedon. 72. C. et Gorg. p. 215. Nec magis est quod offendamus in pronomine demonstrativo *τούτῳ* ad Periclem, subiectum remotius, relato; sic enim *οὗτος* frequenter ponitur, velut Phaedr. 235. A: *τοῦτο δὲ* (quod ad praegressum, non ad proxime antecedens *τῷ ῥητορικῷ* spectat (*οὐδὲ αὐτὸν ᾤμην Λυσίαν οἴεσθαι δεινὸν εἶναι.* Polit. 276. D: *πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν μᾶλλον προσαγαγόντας ἢ τὴν τροφήν, ἔπειτα ταύτην τέμνειν.* al. Cf. Lexic. Xenoph. III. p. 366. et interpp. ad Xenoph. de rep. Lacedaem. XI, 3. Est igitur: *is* (Ariphro) *Cliniam illi* (Pericli) *reddidit.* Ceterum verb. *ἀπέδωκε* respondet praegresso *καταθέμενος.*

τὴν ἀρετήν] Sic Paris. C. E. cum libris editis; reliqui omittunt art. *τήν*, quos Bekkerus et Stallbaumius sequuti sunt, idque recte, quum nomina generatim posita articulo soleant carere. Infra quidem 320. C. *ὡς διδακτόν ἐστιν ἡ ἀρετή*: sed p. 324. A: *παρασκευαστὸν εἶναι ἀρετήν.* B. C. bis. B

326. E. 328. C. 361. A. bis. — *κάμπτομαι*] flector, i. e., *moveor* igitur *cedo* s. *concedo*, *iam non persevero in sententia mea.* Sic Polit. VI. 494. E: *καὶ κάμπτηται καὶ ἕλκηται πρὸς φιλοσοφίαν.* Praecipue verbo *καρτερεῖν* (*perseverare*, *resistere*) opponitur ita, ut sit *cedo*, *concedo*. Lach. 192. E: *εἴ τις ἰατρὸς ὢν, περιπλευμονίᾳ τοῦ υἱέος ἐχομένου — καὶ δεομένου πιεῖν ἢ φαγεῖν δοῦναι, μὴ κάμπτοιτο, ἀλλὰ καρτεροῖ.* Menex. 244. E: *καὶ δὴ καὶ ἐν τῷ τότε χρόνῳ οὐχ οἷά τε ἐγένετο καρτερῆσαι — ἀλλὰ ἐκάμφθη καὶ ἐβοήθησε.* — *τί σε λέγειν*] Vid. ad. p. 90.

P. 30. *αὐτὸν ἐξευρηκέναι*] Clark. *αὐτόν*, unus Vatic. *αὐτῶν*. Vind. *αὐτῶν*. *Τὰ δέ* ponitur, ut constat, ac si *τὰ μέν* praecesserit, ut p. 355. D. Vid. *Heindorf.* ad Protag. p. 549. ad Theaet. p. 421. *Heusd.* Spec. crit. p. 65. sq.

πότερον] Palat. Vatic. Flor. a. *πρότερον*; etiam in C marg. Clark. *ρ.* a pr. m. appositum reperitur. — *ἢ λόγῳ διεξελθών*] Bas. 2. Flor. a. c. in marg. Venet. Σ. *γρ. ἢ ὡς νεωτέροις λόγον διεξελθών*, duo Paris. et unus Vatic. *διεξέλθω*, Flor. *διεξελθῶ*. Mox. Vind. *αὐτὸ ὑπέλαβον*, pro *βούλοιτο* Venet. Σ. Angel. et Palat. Vat. *βούλει*. Deinde *οὕτω* (Clark. Flor. a. c. Vind. *οὕτως*) libri scripti omnes (vid. *Bekk.* Comment. p. 55. *Bast.* ad Conv. p. 90. *Heusd.* Spec. crit. in Plat. p. 141.) Laudat h. l. *Priscian.* XVIII. p. 1212. (T. II. p. 268. Krehl.), ubi vitiose scribitur *ὁπότερος — οὕτος ἐντεύξεσθαι*. Ceterum hoc quoque loco cum libris scriptis *οὕτως* posuerim, vid. ad p. 318. B. et *Stallbaum.* Var. Lectt. V. IX. p. 336. In Ald. Bas. 1. 2. et Steph. deest *οὕτω* vel, ut membranae scribunt, *οὕτως*. — *Ἦν κτλ.*] Nobilissima haec Protagorae fabula de naturali generis humani statu sensimque deorum beneficio facta ad humanitatem progressione dici non quot et imitatores et explicatores nacta sit; vid. quos citavit *Wernsdorf.* ad Himer. p. 745., quibus adde *Aristid.* Orat. Plat. I. T. I. p. 100 sq. Peculiarem condidit libellum cl. *Arnold. Ekker.* Traj. ad Rhen. 1822. quem inscripsit: *Specimen inaugurale in Protagorae apud Platonem fabulam de Prometheo et generis humani ad virtutem progressione.* Cf. etiam cl. *Geelii* Histor. crit. Sophistarum (Nov. Act. litter. societ. Rheno — Traj. P. II.) p. 105 sq. Quorum tamen virorum doctissimorum disputationibus haud sane adducor ut de ea quam in libro: *Plat. Leb. u. Schrift.* p. 71 sq. de hac fabula tuli sententia desistam. Cf. etiam *Stallbaum.* ad h. l. — *ἐπειδὴ*] Unus Vatic. *ἐπεί*.

εἱμαρμένος] Articulum *ὁ* *Heindorfius* praefigi malebat, D ut 321. C: *ἤδη δὲ καὶ ἡ εἱμαρμένη ἡμέρα παρῆν.* Sane

quidem, si ὁ χρόνος praecederet, repetendus esset articulus ante εἱμαρμένος (vid. *Bast.* Ep. crit. p. 3. Append. p. 92. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 342 sq. *Matthiaei* Gramm. gr. p. 560 sq.), voce χρόνος autem simpliciter posita, sequens εἱμαρμένος ita adiungitur, ut una efficiatur notio temporis praestituti s. definiti. — τυποῦσιν αὐτὰ θεοί] Protagoras mortalia genera a diis intus terram fingi facit, a vulgari discedens narratione, qua vel Vulcanus (ut *Hesiod.* Opp. et dieb. 60 sq.) vel Prometheus (v. *Apollodor.* I, 7, 1. *Ovid.* Metam. 1, 82. al.) perhibentur animantes finxisse. — ἐκ γῆς καὶ πυρὸς μίξαντες] Communis erat veterum opinio, homines (tamquam αὐτόχθονας) natos et fictos esse ex terra (*Varro* Fragm. T. 1. p. 276. Bip: Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum. Cf. *Lucret.* V. 794: ut merito maternum nomen adepta Terra sit, e terra quoniam sunt cuncta creata. Cf. 819 sq. 924, al.) vel e terra aqua irrigata et commixta, h. e. e limo s. luto (ἐκ πηλοῦ). *Hesiod.* l. l. γαῖαν ὕδει φύρειν. *Apollodor.* I, 7. 1: Προμηθεὺς δὲ ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀνθρώπους πλάσας. *Oppian.* de pisc. V, 7: ὕδατι γαῖαν ξυνώσας. *Ovid.* Metam. I. 80: sive recens tellus — retinebat semina caeli Quam satus Iäpeto mixtam fluvialibus undis Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum. *Horat.* 1, 16. 13. Prometheus addere *principi* Limo coactus particulam undique Desectam. Unde homines dicuntur πλάσματα πηλοῦ *Aristoph.* Nub. 685. et πηλὸς ὁ Προμηθῆος *Callimach.* fragm. 87. Bentl. Cf. Schol. Apollon. II, 1252. *Diodor.* Sic. I, 7. ib. interpp. et *Ruperti* ad Iuvenal. VI, 13. T. II. p. 236. — τῶν ὅσα] Articulus ante relativa ὅς, οἷος, ὅσοι al. pronominis partes agit, ut Phileb. 37. A: καὶ τό γε, ᾧ τὸ ἡδόμενον ἥδεται. Polit. V. 469. B: τῶν ὅσον ἂν διαφερόντως ἐν τῷ βίῳ ἀγαθοὶ κριθῶσιν. Vid. ad Legg. p. 242 sq. *Matth.* Gramm. gr. p. 577. Ceterum ea quae cum igni et terra temperantur vel igni et terrae miscentur (non: *temperata sunt*, ut vertit interpres germanicus: *auch das hinzumengend, was von Erde und Feuer gemengt ist*), sunt aër et aqua; ignis videlicet temperatur cum aëre (*Lucret.* III. 235: Nec calor est quisquam, quoi non sit mixtus et aër. Cf. 270. al.) et aqua cum terra (vid. supra). Cl. *Stallbaumius* sophisten suspicatur Parmenidis decreta ob oculos habuisse, qui terram et ignem rerum omnium elementa et tertium aliquod ex utroque mixtum posuisset principium. Cf. *Brandes.* Commentt. Eleat. I. p. 156. 165. — Προμηθεῖ κτλ.] *Prometheus* et *Epimetheus*, filii Iapeti et Clymenes (*Hesiod.* Theog. 513.) vel Asiae, Oceani filiae (v. *Apollod.* 1, 2. 3. ubi comp. *Heyn.* Observv. p. 10. Cf.

Schütz, Excurs. ad Aeschyl. Prometh. p. 170 sq.). — Proxime in Coisl. part. τε abest post v. κοσμῆσαι. Vind. κοσμῆσαί τε καὶ εἶναι. — ὡς πρέπει] Palat. Vatic. πρέποι, quod erit fortasse qui ex Dawesii praecepto propter praegressum praeteritum προςέταξαν praeferat; sed bene defendit *Heindorfius* indicativum πρέπει, quamquam exempla quae laudavit ad aliud mihi videntur genus dicendi pertinere. Res videlicet, ni fallor, sic se habet: Graeci dictionem ponere solent absolutam, ubi nos relativa, quae dicitur, utimur, h. e. rem per se significant, non ita ut ex alterius cogitatione vel consilio pendeat; sic ὡς πρέπει est *ita ut decet* vel *convenit* (per se), et νεῖμαι ὡς πρέπει in universum est *convenienter* et *rite distribuere*; contra ὡς πρέποι esset: *ut deceret*, quod penderet e verbo προςέταξαν, i. e., e iussu et consilio deorum vel ex eo, quod dii pro conveniente haberent. Sic Conviv. 190. C: ὁ οὖν Ζεὺς καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ ἐβουλεύοντο ὅ τι χρὴ αὐτοὺς ποιῆσαι, ubi optativus χρείη (licet consequutio, quam constructionem vocant grammaticam, optativum videatur postulare; neque tamen vere postulat, siquidem sermo graecus liberioribus agitatur motibus) rei ipsi repugnaret; neque enim dicere voluit scriptor: *quid faciendum esse putarent*, *optarent* vel tale quid, sed *quid faciendum esset*. Quocirca ipsa necessitatis notio, quam χρή designat, et optativus, qui quod fieri possit vel fieri eventurumque esse putamus, optamus al. indicat, inter se repugnant. Legitur quidem ap. *Sophocl.* Oedip. R. 554 et 784 χρείη, sed libris adversantibus antiquis; quocirca hoc χρείη, quod Brunckius Dawesium Miscell. crit. p. 332. sq. sequutus intulit, vitiosum existimo. Exemplorum quod satis sit collegit *Stallbaumius* ad Phileb. p. 52 sq. et ad Euthyphr. p. 28 sq. — παραιτεῖται — νεῖμαι] Verbum παραιτεῖται praegnanti qui dicitur sensu positum est ita ut verbum quod sequi debebat simul eo involvatur: *petit ut ipsi licentiam det distribuendi* s. *precibus impetrat ut* — h. e. *petit Prometheum ut ipse tribuat* s. *dispenset* (nos: *sich erbitten*, *sich von einem etwas ausbitten.)* Sic Apolog. 27. A. Cf. *Aristoph.* Equitt. 37. Vid. Etymol. M. Ceterum ad part. δέ erroris nota in marg. Clark. reperitur. Pronomine αὐτός subiectum verbi παραιτεῖται (Epimetheus) sic repetitur, ut efferatur vel acuatur (acuere voco quod Germani dicimus *betonen* s. *durch den Ton hervorheben*). Cf. *Matthiaei* Gramm. gr. p. 1052 sq. — δ' ἐμοῦ] Ald. Bas. 1. 2. Steph. Heind. et Beck. δέ μου. — νέμει] Clark. οὕτως πείσας νεῖμαι; etiam Vatic. Θ. νεῖμαι. Οὕτως reperitur etiam in Flor. a. b. c. et Vind.

ἰσχὺν — προςῆπτε] Multi versati sunt in hoc loco B

explicando atque exornando, quos citatos invenies a *Rittershus.* ad Oppian. de venat. IV, 25 sq. p. 129. et *Fischero* ad Anacreont. 2. p. 8. — τὰ δ᾽ ἀσθενέστερα — τὰ δὲ ὥπλιζε] Sic cod. Paris., unde Ruhnkenius plurà enotavit ab Heusdio in medium prolata. Etiam *Cornarius* Eclog. VI. p. 74: „in Graecis legendum τὰ δ᾽ ἀσθενέστερα — τὰ δὲ ὥπλιζε; falso autem legitur in vulgatis τοὺς δ᾽ ἀσθενεστέρους — τοὺς δὲ ὥπλιζε." Cui quidem obtemperaverunt Heindorf. Beck. Bekk. et Stallb. Ficinus quoque vertit: *quaedam imbecilliora - donavit, armavit nonnulla.* — ἄοπλον — φύσιν] Heindorfius: „Ceterum peritos vix attinet monere, quantum in hac narratione tum singula, ut ἄοπλος φύσις σμικρότητι ἀμπισχεῖν, πτηνὸς φυγή aliaque, tum totus orationis color habitusque a Platonis stilo discordet. Summum, opinor, in his imitantis philosophi appareret artificium, si quid de propria Protagorae dictione superesset." *Ekkerus* Spec. inaug. in Protag. fabul. p. 28. „orationis huncce peculiarem et a Platonica oratione diversum colorem atque habitum ex poëtarum potius imitatione ortum esse" censet. Equidem Platonem existimo in hac quam Protagoram narrantem facit fabula prope singulare praestitisse artificium; etenim totus orationis color Sophistarum ingenium exprimit, id est, inanem speciem sectatur; simplicitatem videlicet quandam oratio prae se fert, quam simulatam tantummodo esse ostendunt voces illae et dictiones interpositae, quae poëtici quid videntur habere, sed per se ieiunae et inanes sunt; quocirca poëtica illa simulatio nulla alia re continetur, nisi insolita verborum coniunctione, quae repugnantiae cuiusdam speciem habet. Velut inter se repugnant quodammodo φύσις, quae, nisi per se constituta et instructa est, φύσις esse desinit, et ἄοπλος, inermis, id est, nihil habens quo se tueatur; repugnant fere ἀμπισχεῖν, circumdare, induere (in quo vel amplitudinis vel tutelae notio inest; nam id quo quis induitur vel ampliorem vel tutiorem eum reddit) et σμικρότης (quae et amplitudinis et tutelae contrària est.) — αὐτοῖς] Positum est pron. αὐτοῖς, ut solet, post τοῖς δέ ita ut redundare videatur (plene: *quibus inermem dederat naturam, his s. eis*), vide *Matthiaei* Gramm. gr. p. 876. et *Bornem.* ad Xenoph. Conv. p. 154. Ceterum particip. διδούς resolvi potest modo qui dicitur finito interpositis particulis μέν — δέ: *aliis inermem quidem tribuit naturam, sed aliam paravit facultatem ad salutem.* Verbum ἀμπισχεῖν, ut infra 321. A: ἀμφιεννὺς αὐτὰ πυκναῖς τε θριξὶ καὶ στερεοῖς δέρμασιν, dativo rei iunctum st, quum duplici cum accusativo poni soleat, ut Conv. 219. B: ἀμφιέσας τὸ ἱμάτιον τὸ ἐμαυτοῦ τοῦτον. *Aristoph.* Lysistr.

1156: τὸν δῆμον ὑμῶν χλαῖναν ἥμπισχον πάλιν. Vid. *Matthiaei* Gramm. gr. p. 766. De forma ἄοπλος (i. q. ἄνοπλος) vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 729. Ceterum Angel. ω. Pal. Vat. e. Flor. o. πτηνὸν φυγεῖν Deinde Venet. Σ. Angel. ω. Flor. a. c. Vind. γάρ pro δέ. Proxime Vat. r. Vind. ηὔξει. Clark. Vat. Θ. μεγέθη.

τῷδε] Sic unus Ambros. r., reliqui libri omnes etiam editi (exceptis Bekker. et Stallb.) τῷ δέ in quo Heindorfius p. 475. particulam δέ repetitam esse existimabat; sed recte *Ullricus* in not. ad dialog. quat. in germ. convers. (Berol. 1821.) p. 200. et *Buttmannus* in Excurs. ad Demosth. Orat in Mid. p. 156. τῷδε praetulerunt. *Τῷδε αὐτῷ* est *hoc ipso* (μεγέθει) Proxime pro αὐτά Palat. Vatic. b. et Vind. ταῦτα habent et Vatic. r. πάντα. Mox. Coisl. τἀλλ' (libri editi τἄλλα, praeter Heindorfium, Beckium et Stallbaumium, qui scripserunt τἀλλα.) Equidem τἄλλα retinui sequutus *Wolf.* Anal. litter. V. I. p. 431; cui assentitur etiam *Schäfer.* Appar. ad Demosth. I. p. 197. Ceterum mirifice frigent haec verba τῷδε αὐτῷ αὐτὰ ἔσωζε praegressis illis dictionibus, quae poëticum fere prae se ferunt colorem σμικρότητι ἤμπισχε, πτηνὸν φυγήν (*effugia pennarum*, *Cicer.* de nat. Deor. II, 47.) al. — ἀλληλοφθοριῶν] Cod. Paris. ἀλληλοφθορίας. Proxime εὐμάρειαν suppeditant duo Paris. Coisl. Venet. Ξ. et Σ. sexque alii quos Bekkerus enumerat (accedunt Flor. a. b. c. o. Vind.), idque Heindorfius quoque recepit pro eo quod vulgo scribitur εὐμαρίαν. Sic etiam Lys. 204. D. et Legg. V. 738. D. εὐμάρεια scribitur. Plura alia apposuit *Heindorfius*, ut Xenoph. Oecon. V, 9. *Sophocl.* Trachin. 193. Philoct. 284. *Eurip.* Bacch. 1117. — εἰς εὐνάς] Libri Γ. Ξ. Σ. B. C. r. ω. r. Flor. a. c. et Vind. scribunt ἐς pro εἰς, idque receperunt Bekk. et Stallbaumius; contra Clark. (quem cum Stephani libro consentire inde patet, quod diligentissimus Gaisfordius nihil enotavit) Vatic. Θ. Paris. E. Barb. cum libris reliquis editis habent εἰς εὐνάς. — ὑπάρχοι] Sic Clark. c. reliquis membranis; libri editi superiores cum Paris. E. et Palat. Vat. e. ὑπάρχῃ. Mox. Clark. οἰκῖα. Ald. Bas. 1 et 2. οἰκεῖα. Etiam haec: *simulque ut, quum cubitum irent, hae ipsae* (pelles) *singulis stragulum essent proprium ac nativum*, ut bene annotavit *Stallbaumius*, colore sunt poëtico. 321

ὁπλαῖς κτλ.] Cf. *Cicer.* de nat. deor. II, 47. *Plin.* H. N. VII, 1. *Lactant.* opif. dei c. 1. *Minuc. Fel.* p. 133 sq. ed. Ouzel. Ceterum *Stephanus* in marg. „Pro θριξὶ legitur etiam τύλοις (Fic. autem utrumque posuit).“ Etenim Ficinus vertit: *pedibusque soleas addidit, ungulas, setas, callum, pel-* B

les itidem quam durissimas. Sed verbo *callum*, ut bene iam *Heindorfius* annotavit, Ficinus videtur graecum ἀναίμοις exprimere voluisse. *Stephanus* hic quoque Serranum suum videtur audivisse vertentem: *praeduras et exangues cutes callosque* (hoc esset τύλοις) *substravit.* Quamquam negari nequit hoc quod Stephanus coniecit τύλοις longe aptius fore quam θριξί: quid enim sibi volunt villi vel setae sub pedibus? Accedit quod proxime praegressa πυκναῖς τε θριξὶ καὶ στερεοῖς δέρμασιν frigide repeterentur, uno solo addito ἀναίμοις, ut bene iam Stallbaumius iudicavit. Postremo intelligi oporteret e superioribus ἀμφιεννύς, quod, interpositis verbis καὶ εἰς εὐνὰς ἰοῦσιν ὅπως ὑπάρχοι τὰ αὐτὰ ταῦτα στρωμνὴ — ἑκάστῳ, vide ne aliquanto durius foret. Plura Ficinum invenisse in libris interpretatio declarat; quocirca nonnulla intercidisse et θριξί e superioribus pro alio nomine illatum esse mihi quidem liquet. — ἀναίμοις] Libri Ald. Bas. 1. 2. et Angelicus ω. vitiose habent ἀνέμοις: iam *Cornarius* Eclog. p. 74 ita correxerat. Ceterum Steph. in marg. „Et post ἀναίμοις (pro quo in praeced. edit. est ἀνέμοις) leguntur haec in vet. ταρσοὺς δ' ἐπεστερέωσεν." Quod e Serrani fluxisse interpretatione: *pedisque plantam compacta ossium articulatione firmavit*, viderunt iam qui libro Bip. edendo praefuit et Heindorfius. Ceterum *Dio Chrysost.* Orat. VI. de regno p. 90. C: ὥςπερ τὰ πολλὰ τῶν θηρίων οὔτε πτεροῖς οὔτε δέρμα ἰσχυρὸν ἐπαμπέχεται. — ἄλλοις] Clark. et Vatic. Θ. ἀλλήλοις.

P. 32. οὐ πάνυ τι] Sic Clark et reliqui libri praeter Paris. E. Palat. Vatic. r., qui, ut editi superiores, οὐ πάνυ τοι habent, quod Heindorfius iam correxit. Quod ad rem attinet, quemadmodum veteres προμήθειαν, i. e., prudentiam et ingenii sollertiam, quae et in artibus inveniendis et in dolis parandis cernitur, in speciem divinam induerunt et Prometheum deum finxerunt, ita ἐπιμηθείας, i. e., imprudentiae malo demum accepto sapere incipientis, personam Epimetheo imposuerunt. — Mox Vatic. r. αὐτοῦ.

εἰς τὰ ἄλογα] Desunt haec in Clark. et Vatic. Θ., C Ficinus autem expressit: *vires omnes inscius effudit in bruta*, addens: *neque advertit nihil ex tanta sibi elargitione superfore, quo genus nostrum deinde donaret*; haec vero, licet *Heusdius* Spec. crit. in Plat. p. 68. ab ipso Platone perfecta esse censuerit, pro interpretatione habeo; res enim quum in sequentibus explicetur, mirifice languet haec adiectio. Nec praegressa εἰς τὰ ἄλογα pro genuinis habeo, siquidem maiorem oratio vim nanciscitur, si Epimetheus in universum dicitur imprudens facultates consumpsisse, illudque εἰς τὰ ἄλογα et

praegressis et sequentibus per se intelligitur. Deletis vero illis εἰς τὰ ἄλογα cum uno Paris. λοιπὸν δέ (pro δή) scribendum erit, quod Stallbaumio quoque visum est. — ἀκόσμητον ἔτι] Sic Coisl. Venet. Ξ. Σ. Paris. B. C. sexque alii, quos Bekkerus contulit, etiam Flor. a. c. o. et Vind.; reliqui ut editi libri, ἔτι ἀκόσμητον. Clark. et Vatic. Θ. λοιπὸν διακόσμητον ἔτι. Paris. λοιπὸν δὲ ἀκόσμ. ἔτι. — Proxime artic. τῶν abest a Clark. Coisl. Vind. et Palat. Vatic. b. In Vatic. Θ. ἀνθρώπινον scribitur pro τῶν ἀνθρώπων. In seqq. Coisl. καὶ ἀποροῦντι. — Proxime pro ἔρχεται fuit qui ἐπέρχεται corrigeret; quo nihil opus esse, quum ἀποροῦντι dativus sit commodi, recte ponit Stallbaumius. — ἐμμελῶς πάντων ἔχοντα] *commode s. bene ad omnia se habentia.* Πάντων est enim *ad omnia s. omnibus partibus*, quemadmodum secundus casus poni solet cum adverbio et verbo ἔχειν, v. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 644. Quocirca nihil opus est scripto πάντως. — ἀνυπόδητον] Coisl. et Vatic. ἀνυπόδετον, ut ap. *Plutarch.* de fort. p. 98. D. ubi noster citatur locus. Hoc autem reprobant Grammatici, ut *Phrynich.* p. 445. ubi v. *Lobeck.* De re digni sunt qui conferantur *Lucretius* V, 223:

Tum porro puer, ut saeveis proiectus ab undeis
Navita, nudus humi iacet, infans, indigus omni
Vitali auxilio.

Plin. H. N. VII, 1: hominem tantum nudum et in nuda humo natali die abiecit (natura) ad vagitus statim et ploratum. *Theodoret.* Orat. IV. de provident. p. 358. A. T. IV. ubi inter alia τὸν δὲ ἄνθρωπον λογικὸν δημιουργήσας καὶ νοῦν αὐτῷ μυρίων ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν εὑρετὴν ἐμφύσας γυμνὸν τῆς φυσικῆς πανοπλίας ἐδημιούργησε. Cf. *Cicer.* de re publ. fragm. V. IV. P. I. p. 460. Orell. *Senec.* de benefic. II, 29. IV, 18. *Consol.* ad Marc. c. 11. al. — παρῆν] Clark. παρῆι (sic Gaisf. p. 144.). — ἐχόμενος] Clark et Vatic. Θ. σχόμενος. —

Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς — σὺν πυρί] Politic. 274. D C: ὅθεν δὴ τὰ πάλαι λεχθέντα παρὰ θεῶν δῶρα ἡμῖν δεδώρηται — πῦρ μὲν παρὰ Προμηθέως, τέχναι δὲ παρ' Ἡφαίστου καὶ τῆς συντέχνου. Cf. *Aeschyl.* Prometh. 7. 109. 253. *Diodor. Sic.* I, 9. al. Ceterum de hac quam Protagoras appellat ἐντέχνῳ σοφίᾳ fusius exposuit cl. *Ekker.* in Protag. fab. p. 57 sq., qui artis eam facultatem (Kunstvermögen vel Kunstsinn) dicit. Est sollertia earum rerum inveniendarum quae ad artes necessariae sunt. Respexit autem nostrum locum *Numenius* in Euseb. Praep. Evang. XI, 18. p. 539. A: διὸ καὶ ὁ Πλάτων τὴν σοφίαν ὑπὸ Προμηθέως ἐλθεῖν εἰς ἀνθρώπους μετὰ φανωτάτου τινὸς πυρὸς ἔφη. — σύν] Coisl. ἐν. Proxime

B. C. r. τῷ, superscripto οἱ, Coisl. τε, superposito οἱ. Flor. a. a m. pr. et Ang. ω. τοι. — Mox de feminina forma χρησίμην vid. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 236. et de sensu apposite *Heindorfius* citavit notissima illa *Aeschyl.* Prom 109:

Ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς,
Πηγὴν κλοπαίαν, ἣ διδάσκαλος τέχνης,
Πάσης βροτοῖς πέφηνε καὶ μέγας πόρος.

οὐκέτι] *iam non ita, non item*, refertur ad sequentia quae praecedere debebant: Prometheo Vulcani Minervaeque officinam, non item Iovis arcem intrare licuit. Similiter Tim. 45. D: *ξυμφυὲς οὐκέτι τῷ πλησίον ἀέρι γινόμενον.* Conv. 204. D: *οὐ πάνυ ἔφην ἔτι ἔχειν — προχείρως ἀποκρίνασθαι.* Sic frequenter ponitur *οὐκέτι, iam non*, h. e. *item ut alterum, ut priora vel alia quae sequuntur. Xenoph.* Agesil. II, 26: *Μαύσωλος — οὐκέτι δείσας* (praegresso *Αὐτοφραδάτης — δείσας Ἀγησίλαον.* Cyrop. IV, 3. 4. *τοῦτο οὐκέτι ἐγὼ ὁρῶ*, antecedentibus *πάντες, οἶμαι, γιγνώσκομεν.* VIII, 1. 10. al. *Stallbaumius* interpretatur: *nondum ei licebat Iovis arcem intrare*; cur nondum? immo est: *non item, ut*, h. e. *non tam facile* ipsius Iovis arcem intrare licebat, quam Minervae et Vulcani officinam. Ceterum notanda est ieiuna earundem rerum repetitio (ut *κλέπτει — τὴν ἔντεχνον σοφίαν σὺν πυρί.* E: *κλέψας τὴν ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου καὶ τὴν ἄλλην τὴν τῆς Ἀθηνᾶς,* 322. A: *κλοπῆς δίκη μετῆλθεν*: furtum tam crebro memorasse videtur Protagoras, ut per furtum et fraudem, ergo per nefas, mortales significaret accepisse artes; itemque haec: *τὴν — περὶ τὸν βίον σοφίαν ἄνθρωπος ταύτῃ ἔσχε, τὴν δὲ πολιτικὴν οὐκ εἶχεν* (inepta est sententia, ineptior etiam oratio) infra 322. B. repetuntur: *πολιτικὴν γὰρ τέχνην οὔπω εἶχον* et: *ἅτε οὐκ ἔχοντες τὴν πολιτικὴν τέχνην.* Idem significavit cl. *Groen v. Prinster.* Prosop. Plat. p. 83. his adiectis: „ut potius glossatoris, antiquissimi tamen, sedulitatem referre, quam elegantiam (?) Protagorae videantur.“ Vid. *Stallbaum.* p. 57. — πρὸς] Praepositio absolute posita adverbii (*praeterea*) partes agit, ut Gorg. 469. A. 513. B. Sophist. 234. A. Polit. I. 328. A. V. 466. E. al. Vid. *Casaub.* ad Strab. II. p. 218. *Wesseling.* ad Diodor. T. II. p. 66. et Herod. T. V. p. 160. Schweigh. et nostra ad Legg. p. 274. In seqq. artic. *αἱ* abest a Coisl. Terribiles illi Iovis custodes sunt *Κράτος* et *Βία*, Robur et Vis, Stygis filii (*Apollod.* I, 2, 4.), qui *αἰεὶ παρ' Ζηνὶ βαρυκτύπῳ ἑδριόωνται*, *Hesiod.* Theog. 385 sq. *Callimach.* H. in Iov. 67: *σή τε Βίη τό τε Κράτος ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου*, ubi cf. *Spanhem.* His autem verbis Plato iocose facit Protagoram semet ipsum quodammodo perstringen-

tem; etenim terribiles esse debebant sophistis earum urbium (v. c. Lacedaemonis *Plutarch.* Apophthegm. Lac. 226. D: διὸ οὔτε ἔμπορος οὔτε σοφιστὴς — εἰςῄει εἰς τὴν Σπάρτην.) custodes quas non poterant nisi furtim intrare. Vid. quae infra disputantur p. 342 C. sq.

ἐφιλοτεχνείτην] b. r. Vind. ἐφιλοτεχνήτην. — ἔμπυρον] Vitiose in membranis aliquot (ut Par. C. ω. n.) scri- E bitur ἔμπειρον. — δι' Ἐπιμηθέα] *propter Epimetheum,* 322 i. e., *Epimethei culpa*, qui ad furtum artium faciendum temeritate sua coëgisset Prometheum. De hac praepos. διά potestate cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 1151. — ἐπειδὴ δὲ ὁ ἄνθρ.] Haec quoque vertendo amplificavit Ficinus: *quoniam vero solus ex omnibus animantibus homo divinae sortis particeps effectus est, principio solus ob hanc cognationem deos esse putavit.* Divinae sortis particeps factus est homo eo quod Prometheus divinum ei munus (ignem) tribuerat. Lepidum vero est quod sequitur διὰ τὴν τοῦ θεοῦ συγγένειαν, quippe quae de Protagorae sententia non vera esse possit hominum cum deo cognatio (nitens illa quidem in divini ingenii virtutisque igniculis qui in animo humano quasi obruti insunt, v. *Cicer.* de re publ. fragm. p. 460. Orell.), sed externa tantummodo artium diis subreptarum communitas. — ἱδρύεσθαι] Palat. Vatic. b. ἱδρύσασθαι. In seqq. ante v. ἐπεχείρει et οἰκήσεις part. καί abest a cod. Paris. „vix librarii errore bis omissa. Vereor ne ipse Plato Protagorae stilum imitatus omiserit." *Heindorf.* Quamquam reliqui omnes libri καί habent. Proxime v. καὶ στρωμνάς desunt in Vatic. r., deinde unus Paris. Angel. ω. Palat. Vatic. c. Flor. a. c. o. εὕρατο (Paris. C. εὕρετο (a), Barber. εὕρατο (e)), quam formam Attici ignorant, v. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 139. *Matth.* Gramm. gr. p. 342. not. c. Ceterum de singulis rebus quas homines artificiosae sapientiae beneficio Protagoras narrat invenisse, exposuit *Ekker.* in Protag. fab. p. 59. sq. — κατ' ἀρχάς] Ald. Bas. 1. 2. κατάρχας, quod receperunt Heind. et Beck.

πόλεις δὲ οὐκ ἦσαν] Cf. Politic. 271. E. et cum B seqq. p. 274. B: τῶν πολλῶν αὖ θηρίων, ὅσα χαλεπὰ τὰς φύσεις ἦν, ἀπαγριωθέντων, αὐτοὶ δὲ ἀσθενεῖς ἄνθρωποι καὶ ἀφύλακτοι γεγονότες, διηρπάζοντο ὑπ' αὐτῶν. Proxime Clark. ἀπόλλυντο.

P. 34. ἐζήτουν δή] Sic libri et plurimi et optimi (ut Clark. Vat. Coisl. al.), Venet. Σ. Paris. E. et editt. (praeter Bekker. et Stallb.) δέ. Mox verba καὶ σώζεσθαι desiderantur in Vat. Θ.; deinde Clark. et Vatic. Θ. ἀθροίσειεν pro ἀθροι-

σθεῖν, et ἀλλήλους abest ab Ald. Bas. 1. Venet. Σ. tribus Pariss. Ambros. Angel. Barb. Palat. Vat. ϲ. Par. Flor. a. b. c. o.

αἰδῶ τε καὶ δίκην] *pudorem s. verecundiam et iustitiam*, i. e., αἰδῶ et νέμεσιν ap. *Hesiod.* oper. et dieb. 190. 199. v. 190: δίκη καὶ αἰδώς. Cf. *Homer.* Il. XIII, 122. Odyss. II, 64. *Eustath.* p. 1434, 29: ἰστέον δέ, ὅτι καὶ Ἡσίοδος ἄμφω ταῦτα, αἰδῶ καὶ νέμεσιν, τὸν ἀνθρώπινον βίον οἶδε συνιστᾶν· ὧν οἰχομένων λείψεται, φησί, κατὰ βίον ἄλγεα λυγρά. Cf. *Ekker.* in Protag. fab. p. 31 sq. Ac pudorem quidem iustitiamque poëtae dicunt, quum homines in summam delapsi essent improbitatem, terram reliquisse, Protagoras vero iussu Iovis a Mercurio pudorem et iustitiam ad homines adduci facit, ut probet scilicet, homines omnia extrinsecus nactos esse neque virtutem ullam habere innatam atque insitam. Ceterum respexit h. l. *Aristid.* Orat. I. T. 1. p. 6: ταῦτα δὲ ἐνομοθέτει Ζεύς, ὅτε ἔπεμπεν εἰς ἀνθρώπους Αἰδῶ καὶ Δίκην μετὰ τῶν ἄλλων θεῶν, ἐπιμελησομένους ἀνθρώπων καὶ φυλάξοντας αὐτοῖς τὸν βίον. Cf. *Procl.* Theol. Plat. V, 24. p. 298. — φιλίας] Palat. Vatic. ϐ. καὶ φιλίας. De iure, civitatum vinculo et ornamento, quo amicitia conciliatur, exponit *Ekker.* l. l. p. 85. sq. — Δία, τίνα] Libri διὰ τίνα, in solo Venet. Σ. a correctoris manu scribitur δία. Δία reponendum esse viderunt et *Heindorfius* et *Heusdius* Spec. crit. p. 68. Similiter ap. *Plotin.* Ennead. III, 1. p. 233. E. νηδία vitiose scribitur pro νὴ Δία. In cod. Paris. scribitur Ἑρμῆς, τίνα οὖν τρόπον, et facile fieri potuit ut Δία (unde διά natum est) adscriberetur, quo tamen addito nihil opus est. De re, laudavit cl. *Heusd.* l. l. *Sext. Empir.* adv. Rhetor II. p. 295. *Maxim. Tyr.* Dissert. XX. init. et *Rhoer.* ad Porphyr. p. 9. — Mox part. οὖν omissa est in Ambros. r. a prima manu, in aliis excipit vocem τρόπον. Part. οὖν in obliqua oratione posita, ut Convivr. 219. D. al. — νείμω] Vatic. r. νέμω. Ceterum verbis Πότερον — νείμω oratio obliqua in rectam transit, quam conversionem sat multis illustravit exemplis *Heindorf.* ad h. l. p. 510. Add. *Matth.* Gramm. gr. p. 1030. — καὶ οἱ ἄλλοι δημιουργοί] „Ipse haec narrans Plato scripsisset, opinor, καὶ οἱ ἄλλοι δημιουργοὶ ὡσαύτως.“ *Heindorfius.* In seqq. post v. νόμον part. γέ abest a Paris E., Clark. κτινειν. — C

καὶ Ἀθηναῖοι] Vatic. r. et Vind. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι. Quod recte recepit Stallbaumius. Mox Vatic. r. ὁ λόγος, quod usu commendatur Platonico (exemplis ab *Heindorfio* appositis addi possunt Phaedr. 235. E. 271. E. Gorg. 453. B. 472. C. D. 474. A. 491. A. 500. C. 505. C. Phaedon. 75. C. al.). D

Quamquam locis aliquot etiam omissus reperitur articulus, ut Euthyph. 5. C. Hipp. mai. 293. D. al. Proxime συμβουλῆς abest a Paris. C. Ambros. r. et Barber. (a prima manu).

ἦν δεῖ] Coisl. et Paris. E. Flor. b. δή. Mox διὰ δικαιοσύνης ἰέναι est *in iustitia versari, iustitiam sequi* Legg. I. 632. C: φύλακας — τοὺς μὲν διὰ φρονήσεως, τοὺς δὲ δι' ἀληθοῦς δόξης ἰόντας. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 1149. In seqq. plures membranae vitiose ἅπαντες. Vind. εἰκότος. — ἢ μὴ εἶναι πόλεις] „Subaudiri potest ἀναγκαῖον ὄν." *Heindorf.* Hoc autem omitti posse nisi praecedat aliquid quod cognatam habeat notionem, vereor ut recte sumatur. Partic. ἤ *(aut, alioquin)* oratione sequente obliqua semper pendet e praegresso aliquo eoque vel ipso vel cognato quodam quod in eo inest; velut Gorg. 520. B: μόνοις δ' ἔγωγε καὶ ᾤμην τοῖς δημηγόροις τε καὶ σοφισταῖς οὐκ ἐγχωρεῖν μέμφεσθαι τούτῳ τῷ πράγματι — ἢ τῷ αὐτῷ λόγῳ τούτῳ ἅμα καὶ ἑαυτῶν κατηγορεῖν, ubi posteriora suspensa sunt e v. ᾤμην. Protag. 323. B: ἢ μαίνεσθαι τὸν μὴ προςποιούμενον δικαιοσύνην, ubi refertur ad praec. φασί. 323. C: ὡς ἀναγκαῖον οὐδένα, ὅντιν' οὐχὶ μετέχειν αὐτῆς, ἢ μὴ εἶναι ἐν ἀνθρώποις. 325. A: ἢ τὸν μὴ μετέχοντα καὶ διδάσκειν καὶ κολάζειν, ubi refertur infinit. ad praecedens δεῖ. Phaedr. 245. D: τοῦτο δὲ οὔτ' ἀπόλλυσθαι οὔτε γίγνεσθαι δυνατόν, ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσάν τε γένεσιν συμπεσοῦσαν στῆναι, ubi ἢ — στῆναι pendet ex eo quod praegressis continetur; etenim quod nec oriri nec interire potest, id aeternum et immortale sit necesse est; hoc igitur *necesse est* petendum e praegressis. Quocirca locus ille sic vertendus: *hoc autem nec interire nec oriri potest: aliter totum caelum totaque natura concidat consistatque necesse est.* Parmen. 164. C: Ἀλλήλων ἄρα ἐστί· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἔτι λείπεται, ἢ μηδενὸς εἶναι ἄλλοις, h. e. *aliter*, (int. si hoc non relinquitur), ergo: *aliter nihil aliud relinquitur nisi hoc ut ad nihil sint.* Sic nostro quoque loco ἢ μὴ εἶναι πόλεις pendet e praegressis ὡς — προςῆκον, in quibus latet verbum existimandi: ὡς — προςῆκον, *quippe quod* conveniat, est enim: *quippe convenire existimantes*, et ex hoc v. *existimantes*, quod in verbis ὡς — προςῆκον inest, pendet oratio obliqua: ἢ μὴ εἶναι πόλεις. — αὕτη — τούτου αἰτία] Desideraverit fortasse quispiam *artic.* ἡ ante v. αἰτία; sed quum nullus eum liber praebeat, vide ne ita verba sint capienda ut substant. αἰτία pro praedicato pronominis αὕτη habeatur (ut sit: *dieses ist die Ursache*, non: *diese Ursache).* Sic Phaedon. 97. A: αὕτη ἄρα αὐτοῖς αἰτία ἐγένετο δυοῖν γενέσθαι. *Thucyd.* I. 1: κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο. I, 50. 55.

al. Cf. quae accurate et subtiliter de hoc genere disputavit cl. *Blume* in Animadv. ad Popponis de locis quibusdam Thucydidis iudicia (Strals. 1825. 4.) p. 4. Cf. *Reisig.* Coniect. in Aristoph. p. 177 sq. *Engelhardt.* ad Lachet. p. 4. sq. — ἀπατᾶσθαι] *te decipi a me (*int. *dicente s. affirmante)* vel *falso me tibi persuadere ut putes.* Etenim praegnanti qui dicitur sensu (recte ita dicitur is in quo alia simul involuta latet notio) ἀπατᾶν ponitur, ita ut verbum dicendi vel putandi possit intelligi. Cratyl. 413. D: ἴσως γὰρ ἂν καὶ τὰ ἐπίλοιπα ἐξαπατήσαιμι (int. *affirmans* vel *persuadens ut putes*) ὡς οὐκ ἀκηκοὼς λέγω. Cf. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1309., ubi locum nostrum vir doctissimus excitat et ad v. ἀπατᾶσθαι intelligit ὑπ' ἐμοῦ λέγοντος. Sic etiam Stallbaum. p. 64. Ἀπατᾶν et ἐξαπατᾶν τινά (cf. *Xenoph.* Anab. V, 7. 6.) est nostrum *einem etwas weis machen* (in quo duae insunt notiones: *einen fälschlich überreden — dass er glaubt.* — πάντ' ἄνδρα] Sic Coisl. pro πάντα ἄνδρα; illud Bekkerus quoque reposuit. Mox art. τῆς abest a Palat. Vatic. c. Proxime vulgo λάβέ. — ἐν ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς] Res confundens pro τέχναις ponit sophistes ἀρεταῖς. — P. 36. τέχνην ἦν] int. ἀγαθός, *peritus.* Vid. ad p. 12. Pro ἦν Venet. Σ. ᾖ. Ceterum Ald. Bas. 1. et 2. μὴ ἔστιν, reliqui omnes μή ἐστιν. Malim ἔστιν retineri.

προςιόντες] Coisl. προειсιόντες. Deinde Paris. C. B
νομοθετοῦσιν. — ἐν τῇ ἄλλῃ] Praepos. ἐν omitt. Paris. E. et Ambros. r. Proxime Clark. ἰδῶσιν, Palat. Vatic. b. Vatic. r. Vind. ἴδωσιν. — ἐκεῖ] refertur ad v. ἐν ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, ἐνταῦθα vero ad v. ἐν δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἄλλῃ πολιτικῇ ἀρετῇ. Mox ad μανίαν e praegresso ἡγοῦντο (Paris. E. ἡγοῦνται. De imperf. vid. supra disputata p. 18.) petendum ἡγοῦνται. Aberravit a loci sensu *Cornarius* reponi iubens ὅτι εἰκῇ οἱ σωφροσύνην ἡγοῦντο εἶναι et vertens: *quod frustra in ipso temperantiam esse putarint.* Proxime Ald. Bas. 1. 2. καὶ φασί: deinde Coisl. et Venet. Ξ. ordine inverso scribunt δεῖν πάντας. — ἐάν τε ὦσιν ἐάν τε μή] Clark. et Vatic. Θ. ἐὰν μήτε ὦσιν ἐὰν μή. — ὡς ἀναγκαῖον] int. ὄν, quod quidem participium etiam a Platone sic solet omitti, v. c. Phaedr. 239. D: τοῦτο μὲν οὖν, ὡς δῆλον, ἐατέον. 240. D: ὁρῶντι μὲν ὄψιν πρεσβυτέραν καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ (int. οὖσαν). 269. C: τὸ δὲ — τὸ ὅλον ξυνίστασθαι, οὐδὲν ἔργον, αὐτοὺς δεῖν παρ' ἑαυτῶν τοὺς μαθητάς σφων πορίζεσθαι ἐν τοῖς λόγοις, Gorg. 466. E: Οὐκοῦν ἀποδείξεις τοὺς ῥήτορας νοῦν ἔχοντας καὶ τέχνην (int. οὖσαν) τὴν ῥητορικήν. 495. C: Ἄλλο τι οὖν ὡς ἕτερον τὴν ἀνδρείαν τῆς ἐπιστήμης δύο ταῦτα ἔλεγες; Theaet.

162. E: λέγετε ταῦτα, ὡς δεινὸν εἰ μηδὲν διοίσει εἰς σοφίαν ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων βοσκήματος ὁτουοῦν. Polit. II. 358. C: πάντες αὐτὸ οἱ ἐπιτηδεύοντες ἄκοντες ἐπιτηδεύουσιν, ὡς ἀναγκαῖον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἀγαθόν. V. 437. D. VII. 519. D. sexcenta alia. Vid. *Heindorf.* ad h. l. nostra ad Polit. p. 336. *Bornem.* ad Xenoph. Conv. p. 124. et *Matthiaei* Gramm. gr. p. 1112. 1123.

ἀ μ ω ς γ έ π ω ς] Spiritu mutato Coisl. Vat. Θ. Venet. Ξ. C
et Σ. Angel. ω. et Palat. Vatic. c. scribunt ἅμωςγέπως. Sic etiam Phaedr. 228. C. Similiter infra 331. D. libri scripti ἀμηγέπη (Clark. ἁμηγέπῃ et in seqq. ἁμῇ γέπῃ) scribunt. Bekkerus scribit ἁμῶς γέ πως. — ὅ τ ι μ ὲ ν ο ὖ ν] Part. οὖν omissa est in Venet. Ξ. a prima manu. In seqq. Palat. Vatic. c. ἐπιδεῖξαι. — ἀ λ λ ή λ ο υ ς] *inter se*, h. e. *alium aliud.* Accusativus ἀλλήλους post v. οἴονται ita positus est, ut subiectum sequentis verbi, in praegresso οἴονται iam latens, efferatur, velut Conv. 175. E: οἶμαι γάρ με — πληρωθήσεσθαι. Gorg. 452. D: ὃ φῂς σὺ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι καὶ σὲ δημιουργὸν εἶναι αὐτοῦ. Charm. 173. A: οἶμαι μέν, ἦν δ' ἐγώ, ληρεῖν με. al. Cf. *Schäf.* ad Lamb. Bos. Ellips. gr. ling. p. 224. ad Sophocl. T. I. p. 260. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 751. *Matthiaei* Gramm. gr. p. 1054. Palat. Vatic. c. ἀλλήλους ἡγοῦνται.

φ ύ σ ε ι] Bene animadvertit *Heindorfius* Ficinum videri D
in libris suis reperisse ἢ φύσει ἢ τύχῃ, quum verterit: *vel natura vel casu.* Proxime Vind. et Vatic. r. νομοθετεῖ. Coisl. ταῦτ', quod Bekkerus reposuit. Quod sequitur διδάσκει, cum νουθετεῖ et κολάζει coniunctum (ut 325. A. Apolog. 26. A. al.), corrigendi fere vi positum est. Sic nos quoque usurpamus lehren, v. c. *ich will dich lehren.* — τ ο ὺ ς α ἰ σ χ ρ ο ύ ς] Vatic. Θ. ἐχθρούς. Deinde ὡς ἔτι. — τ α ῦ τ α μ ὲ ν γ ὰ ρ ἴ σ α σ ι ν] Clark. et Vatic. Θ. οἶμαι εἴσασιν, Palat. Vatic. b. Vatic. r. et Vind. οἶμαι ἴσασιν. Ceterum pron. ταῦτα cohaeret cum v. γίγνεται, et quae sequuntur τὰ καλὰ καὶ τἀναντία (sic omnes libri excepto Paris. E. et editis qui habent τὰ ἐναντία) τούτοις explicationis causa apposita sunt, omissa, ut solet, explicante particula (nostrum *nehmlich.*) *Heindorfius* ταῦτα pertinere censebat ad seqq. τὰ καλά cet., scribens γίγνεται τὰ καλά. — ο ἴ ο ν τ α ι γ ί γ ν ε σ θ α ι] Clark. οἴονται ἢ γίγνεσθαι. Vatic. Θ. (ut Bekkerus refert) ἢ γίγνεσθαι. Proxime art. ἡ ante v. ἀσέβεια deest in Venet. Ξ.

ἔ ν θ ε ν δ ή] Clark. et Vatic. Θ. scribunt ἔνθα δή, quod 324
iure assumserunt Bekkerus et Stallbaumius. Etenim ἔνθα est i. q. praegressum ἐπὶ τούτοις, et oratio universa sic interpungenda: ἐπὶ τούτοις που οἵ τε θυμοὶ γίγνονται — καὶ αἱ νου-

Matthiaeus Gramm. gr. p. 687. — *οἱ σοὶ πολῖται*] Clark. οἷς οἱ πολιται (sic).

ὥς γέ μοι] Libri et plurimi et praestantissimi, ut Coisl. Venet. Ξ. et Σ. Paris. B. C. Ambros. Angel. Barber. Palat. Vatic. c. Vatic. r. Flor. a. b. c. o. Vind. scribunt ὥς γ' ἐμοί pro ὥς γέ μοι, idque Bekkerus et Stallbaumius iure receperunt. Etenim γέ ad ἐμοί pertinens (nam pronomen particula γέ apposita acuitur) a coniunctione ὡς attractum est. Nimirum haec est coniunctionis attractio, non encliticae traiectio; coniunctio enim, praepositio (ut ἔν γε τοιούτοις al.), ipseque articulus (velut οἵ γε ἄνθρωποι) hanc attrahendi vim habent. — *ἀπορία*] „Malim, praefixo articulo, ἡ ἀπορία. Conf. tamen *Xenoph.* Anab. III, 1. 11.“ *Heindorfius.* Sed locus Xenophontis: ἐπεὶ δ' ἀπορία ἦν, diversus est a nostro, ubi quae sequuntur ἣν ἀπορεῖς articulum videntur postulare; quamquam, commate post ἐστίν deleto, ἀπορία ἣν ἀπορεῖς non est *ea, quam affers, dubitatio*, sed simpliciter: *dubitatio tua;* quocirca ἀπορία sine articulo recte potest habere. — Proxime Venet. Ξ. τοὺς ἑαυτῶν. — *διδάσκουσιν*] *institui curant.* Vid. ad 320. A. Mox Vatic. r. ἀγαθοὶ ἀρετήν. Ad ἀγαθοί int. εἰσί. Vid. *Schäfer* Melett. crit. p. 43 sq. Deinde Coisl. πρότερον. Ceterum Protagoras hoc volt dicere: si unum aliquid est, cuius omnes debent participes esse in civitate viventes, idque in iustitia et virtute consistit, efficitur ut, quum demonstratum sit virtutem disci et parari posse, viri illi non sint boni iudicandi qui filiis suis eam non tradant. D

πόλις] Sic libri praestantissimi; idem *Cornarius* quoque commendavit v. Eclog. p. 74. Ald. Bas. 1. Paris. E. Angel. ω. Palat. Vatic. c. Flor. b. o. habent πολίτης; etiam in Venet. Σ. Paris. B. C. et Ambros. r. γρ. Flor. b. in marg. γρ. πόλις τις. Praeterea Ald. et Bas. 1. μέλει, Bas. 2. μέλλῃ. Infra quoque 326. E: εἰ μέλλει πόλις εἶναι. — Proxime Clark. et Vat. Θ. σοί pro σύ. — *κεραμεία*] Clark. Vat. Θ. Venet. Ξ. Paris. B. E. Barb. Coisl. a prima manu Flor. a. b. o. Ald. Bas. 1. et 2. scribunt κεραμία, sicut vitiose etiam Lach. 187. B. et Schol. p. 94. scribitur; contra in Bekker. Schol. p. 322. bis ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν ut Gorg. 514. E. E

ἕν αὐτό] *Unum hoc*, ut αὐτό poni solet pro τοῦτο vel ἐκεῖνο, vid. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 869. 8. *Stallbaumius* interpungit post v. εἶναι et verba ἀνδρὸς ἀρετήν pro appositione praecedentis vocis ἕν habet; immo est praedicatum quod dicitur subiecti ἕν αὐτό: *et in universum unum hoc dico viri virtutem.* — *προςαγορεύω*] iunctum, ut solent verba appellandi, cum v. εἶναι, vid. *Reiz.* ad Viger. p. 750 sq. Herm. *Heindorf.* 325

ad Theaet. p. 344. *Schäfer.* ad Dionys. Halic. de comp. verb. p. 141 sq. *Iacobs* Additam. Animadv. in Athen. p. 225. — μετὰ τούτου] variata, ut solet, constructione post relativ. οὗ infertur demonstrativum τούτου, de quo dicendi genere disputavit *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 881. Verba ἀνδρὸς — μανθάνειν ἢ desiderantur in Venet. Σ., in marg. vero leguntur: πολιτικὴν ἀρετήν. καὶ δεῖ ταῦτα ἄνδρα τούτου μετέχειν, εἰ μέλλοι πόλις εἶναι. καὶ ἐάν τέ τι λέγειν ἐπιχειρῇ περὶ τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων, οὕτω λέγειν ὡς μετὰ τούτου λέγοντα ἐάν τε. — οὕτω πράττειν] „Verbo οὕτω repetuntur quodammodo praecedd. μετὰ τούτου." *Heindorfius*, cui adstipulatur *Stallbaumius*. Potius οὕτω, quod praecedere debebat, subiectum est: *ita agere ut quicquid agat cum hoc agat, sine hoc autem nihil agat.* Sic Phaedon. 67. D: οὐκοῦν — γελοῖον ἂν εἴη, ἄνδρα παρασκευάζονθ' ἑαυτὸν ἐν τῷ βίῳ ὅτι ἐγγυτάτω ὄντα τοῦ τεθνάναι οὕτω ζῆν, κἄπειθ', ἥκοντος αὐτῷ τούτου, ἀγανακτεῖν, ubi similiter οὕτω ζῆν subiectum est participio παρασκευάζοντα pro: οὕτω ζῆν ὥστε παρασκευάζειν. Gorg. 507. D: καὶ πάντα εἰς τοῦτο — ξυντείνοντα — οὕτω πράττειν: *ita agere ut in omnibus — hoc spectemus.* Sic etiam accipi oportet, ni fallor, οὕτω, si participium excipit (quod non voce οὕτω repetitur, quod *Matthiaeus* quoque Gramm. gr. 1235. sumit, sed praeponitur, quum aliis in linguis subiiciatur); est enim οὕτω, *ita*, *tum* (i. q. εἶτα, ἔπειτα vel μετὰ ταῦτα, ut ap. *Herodot.* VIII, 136.), et resolvi potest cum participio praeteriti coniunctum coniunctione *postquam*, *quum*, cum participio praesentis coniunctione *si* vel alia huiusmodi; velut Phileb. 44. E: πότερον εἰς τὰ σκληρότατα ἀποβλέποντες οὕτως ἂν μᾶλλον ξυννοήσαιμεν: *utrum magis perspiciamus, si durissima consideremus?* al. Vid. exempla laudata a Stallbaumio ad h. l. p. 135. Adde *Baehr.* ad Plutarch. Pyrrh. p. 166 sq. Ceterum ἄλλο deest in Coisl.; deinde Clark. μὴ τι τὸν.

P. 40. ὑπακούῃ] Ald. Bas. 1. 2. Paris. E. Flor. b. ὑπακούοι. B

οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες εἰ] „Expuncto altero εἰ, ut οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες κ. λ. a (immo: *e. Ast.*) priori pendeant, facilis decurret ac dilucida oratio." *Heusd.* Spec. crit. p. 69. *Heindorfius* annotat: „Sane etsi in longiore hac protasi quater repetitum εἰ per se displicere non debet, sic tamen positum postremum hoc εἰ habet quod offendat; positum certe vellem statim post πεφυκότος. Non tamen invitis ego libris expunxerim." Ego vero partic. εἰ neque expungendam neque post πεφυκότος ponendam esse censeo; etenim priora εἰ μὲν γὰρ ἔστι et εἰ τοῦτ'

ἐστὶν enuntiationibus interpositis ita fere oblitterata sunt, ut ratio eorum nequeat haberi; nostro autem loco εἰ repetitum et verbis οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες subiectum his ipsis vim addit, propterea quod coniunctioni praeposita efferuntur; et recte praeponuntur verba οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες (*boni isti, quos tu memoras, viri*), quia orationis vis in eis inest. De part. autem εἰ geminata vid. praeter *Stallbaum.* ad Euthyphr. p. 69. quem laudavimus p. 8. Misc. crit. T. I. P. II. p. 263. — ὡς θαυμασίως γίγνονται οἱ ἀγαθοί] *Stephanus* in marg. „*considera quam mirabiliter viri boni tales evadant.*“ *Heindorfius* vertit: *quam miris modis boni in civitate existant*, addens:“ Qui parum haec cohaerere vidit Schleiermacherus coniecit ὡς θαυμάσιοί σοι γίγνονται οἱ ἀγαθοί, in quibus nec σοί satis placet nec γίγνονται pro εἰσί. Mihi de mendo subolet in verbo γίγνονται. „Interpres videlicet german. T. I. P. 1. ed. II. p. 407. verba ita interpretatur: *Sie erscheinen wunderlich, das heisst, sie w e r d e n dann dem Betrachtenden in seinem Urtheil* (sic!) *wunderlich.* Quod sane ipsum mirum quam admirabile mihi videtur. *Stallbaumius* annotat: „Fortasse tamen tolerari vulgata lectio potest, si quidem verba liceat hoc modo interpretari: *vide quam mira istorum bonorum ratio evadat,* videlicet ex hoc tuo iudicio.“ Immo sanissima sunt verba, modo recte accipiantur. Verbum enim γίγνεσθαι (ut εἶναι) cum adverbio coniungitur, si vim habet potiorem, quam Grammatici dicunt substantivam, ergo si est: *reperiri, se praebere, evadere, evenire, succedere* (etiam absolute: *in Erfüllung gehen*), si rationem, conditionem vel tale quid designat (ut h. l. *quam admirabilis virorum bonorum conditio agendique ratio sit*, h. e., *quam admirabiles*, i. e., *absurdos sese praebeant*, nos: *was es für eine sonderbare Bewandtniss mit den guten Männern hat.*) Sic Sophist. 230. C: πασῶν ἀπαλλαγῶν ἀκούειν τε ἡδίστην καὶ τῷ πάσχοντι βεβαιότατα γιγνομένην (*firmissimam se praestantem*). Polit. I, 344. C: οὕτως — ἰσχυρότερον — ἀδικία δικαιοσύνης ἐστὶν ἱκανῶς γιγνομένη (*si perfectam se exhibet* s. *perfecta evadit*). II. 374. B: ἵνα δὴ ἡμῖν τὸ τῆς σκυτικῆς ἔργον καλῶς γίγνοιτο (*bene procedat* s. *succedat*). VI. 504. C: μέτρον τῶν τοιούτων ἀπολεῖπον — οὐ πάνυ μετρίως γίγνεται: *modus quem talia deficiunt — non sane modicum se praebet* s. *exhibet;* ubi omnes libri μετρίως tuentur, excepto Paris. A. in quo γρ. μέτριον; quocirca miror Bekkerum assumere potuisse. Phileb. 37. C: ὅτι μεγάλαι — καὶ σφόδρα ἑκάτεραι γίγνονται (ubi *Stallbaumius* p. 110. de Cornarii correctione scripsit σφοδραί; sed aliis quoque locis adverbium et adiectivum ita copulantur, ut Protag. 356. A:

γιγνόμενα — πλείω καὶ ἐλάττω καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον. 357. A: *τοῦ — σμικροτέρου καὶ πορρωτέρω καὶ ἐγγυτέρω.* Phileb. 41. C: *τίς μᾶλλον καὶ τίς σφοδροτέρα λύπη*, quamquam hic quoque *Stallbaum.* p. 124: *μᾶλλον* pro corrupto habet; at vero similiter *Thucyd.* III, 82: *μᾶλλον δὲ καὶ ἡσυχαίτερα εἶναι*, ubi v. interpp. Cf. *Xenoph.* Anab. IV, 7. 23. Etiam Latini, ut *Cicero* de finib. bonor. et mal. II, 12: *dulce amarum, leve asperum, prope longe.*). Leg. 1.636. A: *Ἔοικε — χαλεπὸν εἶναι τὸ περὶ τὰς πολιτείας ἀναμφισβητήτως ὁμοίως ἔργῳ καὶ λόγῳ γίγνεσθαι.* Similiter *Thucyd.* II, 14: *χαλεπῶς δὲ αὐτοῖς — ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο.* al. Sic *δίχα, χωρὶς γίγνεσθαι, ἡδέως γίγνεσθαι, καλῶς γεγονέναι*, et quae alia sunt eiusdem generis. Cf. nostra ad Polit. p. 371 sq. *Wyttenb.* ad Plutarch. V. V. P. II. p. 825. *Erfurdt.* ad Soph. Antig. 633. *Matth.* Gramm. gr. p. 612. — *ἡ ζημία*] Clark. Venet. Σ. Vatic. r. Vind. *ἢ ζημία.* Mox *ἐπιστῶνται* cum Bekkero et Stallbaumio reposuimus e Venet. Σ. pro *ἐπίστωνται*, quod reliqui habent libri (Coisl. et Vatic. r. *ἐπίστανται*); flectitur enim *ἐπίσταμαι* ut *ἵσταμαι* (coni. *ἱστῶμαι, ἱστῇ — ἱστῶνται*). Vid. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 407. 457. — *ἐφ' ὧν*] Sic omnes libri; solus *Heindorfius*, quem suo more sequutus est Beckius, propter praecedd. *ἐφ' οἷς* dedit *ἐφ' ᾧ*, quod, licet probaverit vir doctus in not. ad quatuor Plat. dialog. p. 197., tamen, quum nullius nitatur libri auctoritate, eo magis reiici oportet, quo frequentior est modo secundi modo tertii casus cum praepos. *ἐπί* coniunctio in eiusdem fere sensus designatione; ponitur enim etiam cum genitivo ita ut significet non solum motum (ut Theaet. 195. A: *ἐπ' ἀλλήλων ξυμπεπτωκότα ᾖ*), sed in universum id quod spectamus, quod vel assequi vel arcere et prohibere volumus, velut Latin. *ad.* Infra 358. B: *αἱ ἐπὶ τούτου πράξεις ἅπασαι, ἐπὶ τοῦ ἀλύπως ζῆν καὶ ἡδέως.* *Xenoph.* Mem. III, 3. 2: *ἡ δὲ ἀρχή που, ἐφ' ἧς ᾕρησαι, ἵππων τε καὶ ἀμβατῶν ἐστιν.* Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 1162. 1168. — *ἥ τε ζημία*] Coisl. *ἥ γε ζημία.* Sed recte habet *ἥ τε ζημία*, licet enclitica *τε* non ad *ἡ ζημία*, sed ad *θάνατος* referatur: *θάνατός τε — καὶ φυγαί* cet. Sic 314. A. 336. C. al. *Stallbaumius* annotat ad h. l. „Voculae *τέ* collocationem ne mireris, ista *ἥ τε ζημία θάνατος* nihil aliud valent nisi *ὅ τε θάνατος.*" Ergo supervacaneum est *ἡ ζημία*, ut omitti possit, vel *ἥ τε ζημία* circumlocutionem articuli *ὁ* efficit? Minime hercle. Neque vero encliticam *τε*, licet ad sequentem vocem pertineat, pro traiecta vel transposita haberi oportet, sed huius encliticarum collocationis causa in ipsa graeci sermonis indole quaerenda est. Hoc nimirum proprium est linguae graecae ut, quae recentiores linguae logice,

ut ita dicam, discernant, ea poëtice copulet, ut diversae orationis partes unam coniunctam efficiant; qua quidem in re poeticum et plasticum Graecorum elucet ingenium. Coniunctio est autem contractio, et contractio non potest cogitari nisi attractio simul ponitur, siquidem quae contrahuntur ita contrahuntur ut alterum alterum attrahat. Velut duae orationis partes in unam orationem eo contrahuntur quod prioris partis verbum posterioris membri subiectum attrahit, v. c. *Hom.* Il. II, 409: *ᾔδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο* pro: *ὡς ἀδελφεὸς ἐπονεῖτο* (interpunctio post *ἀδελφεόν* nulla esse debet, quippe quae dirimat quod hac verborum coniunctione sermo graecus copulatum velit.) Et permultae aliae sunt huius copulationis rationes, v. c. *Thucyd.* I, 61: *ἦλθε δὲ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις εὐθὺς ἡ ἀγγελία τῶν πόλεων ὅτι ἀφεστᾶσι* (dele comma post *τ. πόλεων*). Exemplorum copiam congessit *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 592 sq. 1294 sq. Cf. *Hermann.* ad Viger. p. 892. ed. III. ubi vir praestantissimus recte praecipit; „facit ut ex ambabus unum fiat *quod interpunctione non est in duas dirimendum.*“ Hanc autem graeci sermonis indolem non solum in orationis membris conspicimus arcte copulandis, sed tam viva est atque organica, (liceat vocem hanc antiquam eo sensu usurpare quem nos subiicimus voci *organisch)*, ut singulas etiam unius orationis partes, i. e., singula verba afficiat; et hic est fons, haec causa contractionis vel attractionis, quam Grammatici non satis recte pro traiectione vel transpositione (ut vulgo dicunt) habent. Etenim unius eiusdemque orationis particulae (singula verba) tam arcte copulantur, ut subiectum quod dicitur et praedicatum in unum quasi coalescant. Hoc loco v. c. subiectum est *ἡ ζημία* et praedicatum *θάνατος* et *φυγαί* (quibus adiunguntur *χρημάτων δημεύσεις* et *τῶν οἴκων ἀνατροπαί*); subiectum autem et praedicatum non discernuntur (quod recentiorum proprium est linguarum earumque logicarum), sed copulantur eo quod particula *τε*, quae per se ad praedicatum (*θάνατος*) pertinet, subiecto *ἡ ζημία* adiungitur. Itaque Graecus dicit *ἥ τε ζημία θάνατος — καὶ φυγαί* pro *ἡ ζημία θάνατός τε — καὶ φυγαί.* Disputavit de hoc genere ea qua pollet et doctrina et subtilitate *Schaeferus*, vir summus, Ind. ad Poët. gnom. p. 366 sq. Appar. ad Demosth. T. I. p. 690. (Cf. *Hermann.* ad Sophocl. Philoct. 454.); sed ingenue fateor, neutiquam mihi satis facere eam quam posuerit rationem. Dicit enim: „vox quam sequitur *τέ* in priori membro, in posteriori ad alteram copulam subaudienda,“ quamquam *Stallbaumius* ad Plat. Criton. p. 103. in illius viri praestantissimi sententiam discessit. Nam si v. c. locum consideramus

quem ipse attulit vir doctissimus, Hipp. maf. 282. E: καλόν γε — λέγεις καὶ μέγα τεκμήριον σοφίας τῆς τε σεαυτοῦ καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ἀρχαίους ὅσον διαφέρουσι, facile videmus, τέ articulo τῆς non propterea annexum esse quod ad alteram particulam καί repetendus sit artic. τῆς (per se enim patet τῆς et ad σεαυτοῦ et ad τῶν νῦν ἀνθρώπων referri), sed articulum τῆς attrahere encliticam τε, quae sequi debebat vocem σεαυτοῦ, ut haec orationis membra quam arctissime copulentur. Similiter Phaedon. 94. D: τά τε κατὰ γυμναστικὴν καὶ τὴν ἰατρικήν non posita sunt, quod *Stallbaumius* arbitratur h. l., pro τά τε κατὰ γυμν. καὶ τὰ κατὰ τὴν ἰατρικήν, (per se enim liquet artic. τά ad utrumque, τὴν γυμν. et τὴν ἰατρικήν, pertinere), sed, ne articulus per se positus (τά sine τε) divellatur a sequentibus, ex his encliticam τέ attrahit, ut cum sequentibus in unum quasi coalescat. Et haec est omnium encliticarum traiectionis quae vulgo ponitur ratio et causa. Sic Graeci dicunt ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, licet enclitica γέ ad sequens ἐμοί referatur; particula vero ὡς, ut cum sequentibus in unum coalescat, ex his encliticam γέ attrahit. Etiam duo verba arctissime ita copulantur, ut prius encliticam quae alterum sequi debebat attrahat. Phaedr. 258. A: ἔδοξέ πού φησιν αὐτὸ τὸ σύγγραμμα pro ἔδοξε, φησί που (interpunctio enim ante φησίν delenda, ut quae dirimeret quae graecus sermo attractione voluit contracta). Etiam aliae particulae ita collocantur, v. c. Legg. VI. 773. A: Ὦ παῖ τοίνυν φῶμεν. X. 899. D: Ὦ ἄριστε δὴ φῶμεν (ubi δή sequi debebat φῶμεν, sed verbis ὦ ἄριστε annexum est, ut in unum contrahantur s. coalescant hae orationis partes; quocirca interpunctio post δή in vitio est). Sic etiam part. ἄν cum priore orationis parte coniungitur, licet per se ad sequens pertineat. Hipp. mai. 299. A: Μανθάνω ἂν ἴσως φαίη. Phaedon. 87. B: τί οὖν ἂν φαίη ὁ λόγος ἔτι ἀπιστεῖς: ubi interpunctio post οὖν et ὁ λόγος vitiosa est, quod *Erfurdtius* ad Sophocl. Oedip. R. v. 929. ed. min. recte statuit: „μανθάνω ἂν ἴσως φαίη unam quasi efficiunt sententiam nec divelli debent interpunctione.“ Cf. quae annotavi ad Legg. p. 216. Adde *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 131. 516. 1201 sq. Sic οὐκ οἶδ' ἂν εἰ al. v. *Schäfer*. Appar. ad Demosth. T. III. p. 253. Cf. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1277 sq. Haec etiam causa est cur enclitica γέ ab articulo et praepositione attrahatur (ἥ γε, ᾧ γε, πρός γε al. innumerab.), ita ut inter praepositionem et casum quem illa regit interiiciatur; haec quoque, verum si quaerimus, non est traiectio, sed attractio, quae orationis contractionem vel, ut rectius dicam, copulationem arctissimam spectat. — *Stallbaumius* praeterea annotat: „Ceterum miran-

dum non est quod in hac similibusque locutionibus v. ζημία articulum praefixum habet.“ Tantum vero abest ut miremur, ut articulum necessarium existimemus. Etenim ζημία est poena in universum, ἡ ζημία vero poena constituta s. certa (ut h. l. memorantur θάνατος, φυγαί al.) Quocirca articulus abesse nequit.

ταῦτα δ᾽ ἄρα] De partic. δέ vide quae ad p. 12. annotavimus. C
Ἄρα, etiam h. l. concludendi et quidem refutandi vi positum, est nostrum *also*. Exempla collegerunt *Heindorf.* ad Phaedon. 68. A. *Stallbaumius* ad Apolog. p. 71. — οἴεσθαί γε χρή] *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 165 sq. „Formula Platonica, quae antecedentia cum sequentibus nectit.“ Non est simplex nectendi formula, sed affirmantis et asseverantis dictio; quocirca interrogatione praegressa interponitur part. γέ, *sane*, et negativa praecedente interrogatione *imo* s. *imo vero*. Gorg. 522. A: ὁπόσον οἴει ἂν ἀναβοῆσαι τοὺς τοιούτους δικαστάς; οὐ μέγα; ΚΑΛΛ. Ἴσως οἴεσθαί γε χρή. Phaedon. 68. B: οὐκ ἄσμενος εἶσιν αὐτόσε; οἴεσθαί γε χρή, ἐὰν τῷ ὄντι γ᾽ ᾖ — φιλόσοφος. Criton. 53. C. 54. B. al. Ita perspicitur quoque verba οἴεσθαί γε χρή (quae *Wyttenbachius* l. l. confundit cum οἴεσθαι χρή in orationis serie interpositis) non ad sequentia, sed ad praegressam interrogationem referri. Quod quidem Stephanum fugit male legi iubentem οἴεσθαί γε χρή, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἐκ παίδων κ. τ. λ. Quae sequuntur: ἐκ παίδων σμικρῶν ἀρξάμενοι explicationis causa adiuncta sunt particula explicante (nostr. *nehmlich*) ut solet, omissa, ut 348. A. vid. not. ad Legg. p. 22. Heindorf. ad Theaet. p. 385 sq. *Stallbaum.* in Misc. critt. I, 1. p. 260 sq. 266. *Matth.* Gr. gr. p. 1292 sq. Ceterum ἐκ παίδ. ἀρξάμενοι est *inde a pueritia*; ἀρξάμενος enim c. praep. ἀπό nihil aliud est nisi *inde a*, nostr. *von — an*; exempla collegerunt *Heindorf.* ad Gorg. 83. (qui notionem *in primis* inesse censet) *Heusd.* Spec. crit. p. 39. *Matthiaeus* Misc. philol. V. II. p. 114. Item in seqq. ἐπειδὰν θᾶττον sine particula explicante posita sunt more graeco. Neque enim *Stallbaumius* audiendus est qui Protagoram dicit haec disserere, „cum vehementiore animi commotione, ideoque membrorum vincula omittere.“ Etenim Graeci etiam in oratione sedatissima sic amant loqui. — Proxime ὦ Σώκρατες cum Ald. Bas. 1. librisque Bekkeri et Stallbaumii reposuimus. Recentiores libri editi Σώκρατες habent. — μέχρι] Sic Clark. reliquique libri (etiam Flor. a. c. o. Vind.) pro μέχρις, quod in Paris. E. librisque editis comparet. Illud etiam Bekkerus et Stallbaumius restituerunt. De μέχρι illo Atticorum vid. *Locella* ad Xenoph. Ephes. p. 264. *Heindorf.*

ad Gorg. p. 137., in primis *Lobeck.* ad Phrynich. p. 15 sq. — ἐπειδὰν θᾶττον] *quum s. ut primum, simul atque*, ut ἐὰν θᾶττον Alcib. 1. 105. A. — Proxime Clark. συνιῃ sine acc. Vatic. Θ. συνιῇ, quod cum Bekkero et Stallb. recepimus; libri reliqui συνίῃ, accentu, ut solet, in verbis compositis retracto, v. *Matth.* Gramm. gr. p. 397. not. 2. Deinde Coisl. διαμάχεται.

ὡς βέλτιστος] Part. ὡς deest in Clark. Vatic. Θ. Palat. Vatic. (δ) Vatican. r. Vind. — παρ' ἕκαστον — λόγον] Recte iam *Heindorfius* Ficinum notavit vertentem: *ut in singulis tum verbis tum operibus optimus puer evadat* (ut simpliciter βέλτιστος legisse videatur). Verba enim haec cum sequentt. cohaerent et παρά est Latin. *inter*, nostr. *bei*. Vid. *Fischer.* ad Weller. III, 2. p. 269. *Wolf.* ad Demosth. Lept. §. 117. — τὰ μὲν — τὰ δέ] Sic Clark. et Vatic. Θ., unde Bekkerus assumsit; libri reliqui omnes (etiam Stallb.) τάδε μὲν — τάδε δέ. — καὶ ἐὰν μὲν ἑκὼν πείθηται] int. εὖ ἔχει, ut *Theophrast.* Charact. 9: καὶ ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει; sed longe frequentius apodosis quae dicitur supprimitur, vid. *Eustath.* ad Iliad. 1. p. 50. *Casaub.* ad Athen. V, 2. p. 43. Schw. et quos citavit auctores *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1248. not. r. — ὥςπερ ξύλον κλ.] Apposite ξύλον διαστρεφόμενον καὶ καμπτόμενον cum v. εὐθύνουσι coniunctum; hoc est enim proprie *obliquum* vel *pravum erigere* (h. e. *rectum efficere*), deinde *corrigere* vel *emendare*. Hinc p. 326. D: καὶ ὄνομα τῇ κολάσει ταύτῃ — ὡς εὐθυνούσης τῆς δίκης, εὔθυναι. Ceterum simili usus est imagine *Themist.* Orat. XXI. p. 249. A: καθάπερ τῶν κλάδων τοὺς διαστρόφους φυέντας οὐκ ἄν ποτε εὐθεῖς μηχανήσαιτο ταῖς χερσὶ μαλάττων τε καὶ ἐπικάμπτων, ἀλλ' ἀνατρέχουσιν αὖθις ἐπὶ τὴν σκολιότητα τῆς γενέσεως. Cf. *Plutarch.* rei publ. ger. praec. p. 802. B. Quos quidem locos iam adhibuit cl. *Heusdius* Spec. crit. p. 69. Cf. etiam *Muret.* in Aristotel. Ethic. Nicom. II, 9. T. III. p. 264. ed Ruhk. et *Zellius* ad eund. V. II. p. 79. — εἰς διδασκάλων] int. δόμον vel δώματα, ut p. 326. B: εἰς παιδοτρίβου. Vid. *Fischer.* ad Weller. III, 1. p. 255 sq. 2. p. 158. *Matth.* Gramm. gr. p. 701. 1147.

γραμμάτων τε κ. κ.] Voc. τέ abest a Venet. Σ. Mox Palat. Vat. δ. τῶν ἄλλων. Deinde τε post τούτων deest in duobus Palat. Vatic., in Palat. Vatic. δ. omittuntur ἐπιμελοῦνται καί. Proxime αὖ abest ab eodem libro. — συνήσειν] Clark. et Vatic. Θ. συνοίσειν. De re, cf. *Xenophon* de re publ. Lacedaem. II, 1. *Lucian.* Anachars. 21 sq. *Burmann.* ad Vales. de crit. I, 1. p. 144 sq. Part. τότε, *tunc* (cuius contra-

rium est *nunc*) est *ante*. Exempla collegit *Stallbaumius* ad Phileb. p. 114. et ad h. l. — De *βάθροις* vid. ad p. 18. et de poëtarum pertractatione (*Cicer.* Orat. I, 42.) vel enarratione (*Quint.* Inst. Orat. I, 4. 1.) vid. Legg. VII. 810. B sq. Cf. *Morgenstern.* de Plat. republ. p. 241: — Mox Palat. Vatic. δ. εἰσι νουθετήσεις.

ἔπαινοι καὶ ἐγκώμια] *laudes ac praedicationes*, 325 int. virtutis et factorum; in illa enim praecipue ἔπαινος ponitur, in his vero ἐγκώμιον; vid. *Aristot.* Moral. II. 12. interpp. ad Thom. M. p. 561. et Suid. v. ἐγκώμιον. Ceterum poëtas intelligi praecipue epicos, e seqq. perspicitur, ubi melici (326. A: ἄλλων αὖ ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα, μελοποιῶν) commemorantur. — *ἵνα ὁ παῖς*] Coisl. ἵν' ὁ π., quod Bekkerus recepit. — *ἕτερα τοιαῦτα*] *itidem.* Etenim ἕτερον, alterum, non solum est diversum, sed etiam alteri respondens, h. e. *simile*; et pronomina ταῦτα, τάδε, τόδε al., etiam ἄλλο, τἄλλα (Latinorum *cetera*) et quae sunt generis eiusdem sic ponuntur ut adverbiorum vice fungantur (*im übrigen* est enim i. q. *übrigens*). Cf. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 875. Sic infra p. 344. D; ταὐτὰ ταῦτα, *eodem hoc modo*, h. e. *itidem*. De ἕτερα τοιαῦτα cf. *Wyttenbach.* ad Select. princip. historic. p. 352. De citharistis laudat *Stallbaumius* Polit. III. 398 sq. Legg. VII. 812. B sq. *Aristot.* Polit. T. 1. p. 329. ed. Schneid. et *Plutarch.* de music. T. V. P. II. p. 662. Wytt. Ceterum dele commata post κιθαρισταί et τοιαῦτα, quae sensui et graeco sermoni adversantur. Vatic. r. κιθαριστὰς καὶ ἕτερα.

P. 42. *εἰς τὰ κιθαρίσματα ἐντείνοντες*] *modis* B *citharoedicis includentes s. in modos cith. redigentes.* Quam verbi ἐντείνειν vim viri docti illustrarunt ad Phaedon. 60. D. *Heindorf.* p. 19. et *Wyttenb.* p. 123. Mox pro ἡμερώτεροι Clark. et Vatic. Θ. ἢ μετέωροί τε; deinde Coisl. a prima manu εὐρυθμότατοι et Flor. b. ἐναρμοστότεροι. — *πᾶς γὰρ ὁ βίος κτλ.*] Apposite attulit Stallbaumius *Aristid. Quintil.* de mus. I. p. 2: πᾶσα ἡλικία καὶ σύμπας βίος, ἅπασα δὲ πρᾶξις μουσικῇ μόνῃ τελέως ἂν κατακοσμηθείη. *Cicer.* de Offic. I, 40: *Sicut in fidibus aut in tibiis, — sic videndum est in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiam magis, quo maior et melior actionum quam sonorum concentus est.* Sed cave credas haec serio posita esse a Platone; etenim sophisten a musica vera (v. *Davis.* ad Maxim. Tyr. XII, 7. p. 543. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 285. *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 127.) alienissimum ex communi hominum sententia haec facit disserentem. Quocirca ludit eum Socrates infra 333. A: οὗτοι γὰρ οἱ λόγοι ἀμφότεροι οὐ πάνυ μουσικῶς λέγονται. Similiter infra 340. Prodicus ridetur, cuius musica dicitur ver-

borum ars discernendorum. — *πρὸς τούτοις*] omissum hoc est in Paris. E. et Flor. b. et expunxit Bekkerus (uncis inclusit Stallbaum. in ed. Weigel.); sed quum reliqui omnes libri id tueantur, rectius, ni fallor, retinetur, siquidem voces idem fere significantes ita solent Graeci coniungere, velut *εὖ* et *μάλα*, *εὐθὺς* et *παρὰ χρῆμα*, *τάχα* et *ἴσως*, *οὕτως* et *ταύτῃ* alia innumerab. Vid. not. ad Legg. p. 24. *Lobeck*. ad Phrynich. p. 754. *Matth*. Gramm. gr. p. 1310.

ἀποδειλιᾶν] Paris. C. Ambros. r. et Barber. *ὑποδειλιᾶν*. *Xenoph*. Mem. III, 12. 2: *πολλοὶ δὲ δόξαν αἰσχρὰν κτῶνται διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀδυναμίαν δοκοῦντες ἀποδειλιᾶν*. Sic Gorg. 480. C. Cratyl. 411. A. Polit. II. 374. E. VI. 503. E. 504. A. VII. 535. B. al. Proxime Paris. E. *πρός* habet pro *διά*. — *καὶ ταῦτα ποιοῦσιν*] „Quid? qui non possunt magis quam ceteri (*μάλιστα*), num facere negligunt prorsus? Hoc dicens Protagoras suam ipse argumentationem labefactasset. Non dubito equidem quin Plato scripserit: *καὶ ταῦτα ποιοῦσι μάλιστα οἱ μάλιστα δυνάμενοι*, ubi vertit Ficin. *Haec nempe observant maxime ii qui maxime possunt*.“ *Heindorfius*. Quae quidem ipsa Heindorfii argumentatio vereor ne aliquanto sit argutior. *Ποιοῦσι* sensu eminentiore est: *eximie s. more faciunt, facere solent* (nos: *und dieses thun in der Regel die welche das meiste vermögen*). Cf. *Wyttenb*. ad Plut. V. VI. P. I. p. 427. Clark. a pr. m. *οὐ μάλιστα*. — *πρωϊαίτατα*] Vatic. r. *πρωϊαίτατα δ'*. Clark. *προιετατα*, superscriptis ω et αι. Ceterum cohaerent v. *πρωϊαίτατα* et *τῆς ἡλικίας*; Coisl. et Venet. Ξ. *τῆς ἡλικίας εἰς διδασκάλων*. In seqq. libri omnes (etiam Stephan.; quocirca Heindorfium, Beckium et Stallbaumium, qui Stephanum tradunt reposuisse *διδασκαλίαν*, non ipsum Stephan., sed Bipont. exemplar inspexisse patet) *διδασκάλων*; in libro Lugd. Laemar. (etiam in codd. Flor., ut Stallbaumius narrat) exstat *διδασκαλίαν*, quod vitium inde in librum Bipont. et ex hoc in Bekker. manavit. In seqq. Clark. *εἰς διδασκάλων* pro *ἐκ διδασκάλων*. Ceterum verbo *ἀπαλλάττεσθαι*, quod cum solo genitivo iungi solet, praepositio *ἐκ* apposita est, ut Cratyl. 407. D: *ἐκ μὲν οὖν τῶν θεῶν πρὸς θεῶν ἀπαλλαγῶμεν*. 408. D: *ἀλλ' — ἀπαλλαγῶμεν ἐκ τῶν θεῶν*. — In seqq Clark. *ἡ πόλις αὐτοῦ ὅ τε νόμους*. Proxime Vatic. Θ. *ἀναγκάζοι*. C

κατὰ παράδειγμα] Pal. Vatic. δ. et Vatic. r. *παραδείγματα*. *Heindorfius* annotat: „in verbis — ni duriter, insolitate certe, quod sciam, reticetur *ὡς* vel *ὥσπερ*. Facile succurrat cuivis *κατὰ τούτους ζῆν*, *καθάπερ παράδειγμα*, in quibus alterum *κατά* deesset ex usu illo, de quo dixi ad Theaet. D

§. 70.; quamquam talia notanda potius quam statim corrigenda." Assentiri non possum viro doctissimo; verba enim *κατὰ παράδειγμα*, id quod Beckius bene annotavit, appositionem efficiunt, graeci autem appositionem adiungunt nulla intercedente particula (ut nos interponere solemus part. *als*); quocirca nec part. *ὡς* suppleri oportet, quam in huiusmodi dictionibus tamquam omissam intelligi volunt viri docti, v. *Taylor.* ind. Lys. p. 928. T. VI. *Schäfer.* ad Long. p. 375. *L. Bos.* Ellips. gr. p. 782 sq. *Dobraeus* Comment. in Aristoph. V. II. P. I. p. 93 sq. Optime de hoc quoque genere disputavit *Hermannus* in Mus. ant. stud. V. I. F. 1. p. 191. Sic Parmen. 138. B: *οὐ γὰρ ὅλον γε (als ein Ganzes) ἄμφω ταὐτὸν ἅμα πείσεται καὶ ποιήσει.* Politic. 298. B: *χρήματα μισθὸν (als Lohn) λαμβάνοντες.* Leg. VIII. 836. A: *γυναικῶν ἀνδρῶν (als Männer) καὶ ἀνδρῶν γυναικῶν (als Weiber).* Compar. *Xenoph.* Mem. Socr. II, 1. 30. e Stephani scriptura: *καὶ γυναιξὶ τοῖς ἀνδράσι χρωμένη*, ubi Schneiderus: „*ὡς γυναιξὶ* dicere debuisse mihi videtur Xenophon si voluisset amorem teterrimum puerorum significare." In quo errasse virum doctum liquet. Legg. IX. 854. E: *τοὺς δὲ ἄλλους παράδειγμα ὀνήσει γενόμενος ἀκλεής.* 903. B: *ἐπῳδῶν γε μὴν προςδεῖσθαι μοι δοκεῖ μύθων ἔτι τινῶν.* XI. 933. D: *λεγέσθω δὴ λόγος ὅδε νόμος (als Gesetz) περὶ φαρμακείας.* al. Huiusmodi autem locis ne posset quidem part. *ὡς* interponi, quin sensus everteretur; *ὡς* enim, (*tamquam, quasi*) indicaret aliquid tale cogitari vel fingi, non vere esse, ut Phaedr. 260. C: *μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς, ὡς ἵππου τὸν ἔπαινον ποιούμενος, ἀλλὰ περὶ κακοῦ, ὡς ἀγαθοῦ*, sexcenta alia. Nostro igitur loco leges ipsae intelliguntur exemplum quod pueris sit sequendum. — αὐτοὶ ἐφ' αὑτῶν] *ad suum arbitrium*, v. *Matth.* Gr. gr. p. 1163 sq. Unus Vatic. habet *ἑαυτῶν.* — ὥςπερ οἱ γραμματ.] Citavit h. l. *Aristid.* Orat. Plat. II. T. II. p. 147. Ceterum *γραμματισταί*, doctores *τῆς γραμματιστικῆς*, pueros elementa docentes (*Horat.* Ep. I, 20, 17). Latinis dicebantur *litteratores.* Vid. *Fischer.* ad Weller. I. p. 2. — ὑπογράψαντες γραμμάς] *Heindorfius:* „mihi dubium num usquam *γραμμή* de littera usurpetur, atque *ὑπογράφειν γραμμὰς τῇ γραφίδι* cum *Stephano* Thes. I. p. 877. interpretor, *lineas quasdam penicillo praeducere, quo recte procedat scriptura.*" Sic etiam Stallbaumius. At vero *γραμμαί*, lineae s. lineamenta, litterarum sunt figurae, quos *Quintilian.* Inst. Orat. I, 1. 27. ductus vocat loco, quem, quia egregie rem illustrat, apponere iuvat: *Quum vero iam ductus sequi coeperit, non inutile erit eos tabellae quam optime insculpi, ut per illos velut sulcos*

ducatur stilus: nam neque errabit — neque extra praescriptum poterit egredi, et celerius ac saepius sequendo certa vestigia formabit articulos, neque egebit adiutorio manum suam manu super imposita regentis. Cf. idem Inst. Or. V, 14. 31: *nam quid illa miserius lege velut praeformatas infantibus litteras persequentium* cet. ubi v. Spalding. qui recte hunc locum cum nostro contulit. Cf. praeterea *Max. Tyr.* VIII, 2. p. 81. Accedit quod lineae illae, quas nos quoque dicimus *Linien*, plumbo ducebantur (*Catull.* XXII. 7: membrana directa plumbo, ubi v. Voss. Adde, quos *Doeringius* citavit, *Salmas.* ad Solin. p. 917. *Schwartz.* de Ornam. libr. p. 33. et *Funccius* de script. vett. p. 136); hoc autem loco stilo s. graphio (γραφῖδι) dicuntur litterarum lineamenta vel ductus praescribi. — γραφῖδι] Sic Coisl. et Bekker., quos sequutus sum. Vulgo γραφίδι. Cf. *Spohn.* Comment. de extrema Odyss. parte p. 170 sq. Proxime γραμματεῖον praestant Clark. et Vatic. Θ.; etiam ap. Aristid. l. l. ita scribitur; in Venet. Ξ. γραμματιον exstat superscripto εῖ; reliqui libri (etiam editi, exceptis Bekker. et Stallb.) γράμμάτιον exhibent. — ὣς δὲ καὶ] *Cornarius* Eclog. p. 74. legi iubebat οὕτω καί; sed recte habent et ὣς (i. q. οὕτως, ut infra 338. A. Polit. VII. 530. D.) et δέ, quod nectendi vi praeditum solet part. οὕτως, ὡςαύτως al. sic adiungi, ut infr. 328. A. v. *Schäfer.* Melett. critt. p. 59. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 72 sq. De sensu, *Lucian.* Anachars. 22. p. 270. Schmied.: ῥυθμίζομεν οὖν τὰς γνώμας αὐτῶν, νόμους τε τοὺς κοινοὺς ἐκδιδάσκοντες, οἳ δημοσίᾳ πᾶσι πρόκεινται ἀναγινώσκειν μεγάλοις γράμμασιν ἀναγεγραμμένοι κελεύοντες ἅ τε χρὴ ποιεῖν καὶ ὧν ἀπέχεσθαι. Ceterum νόμοι dicuntur εὑρήματα ἀγαθῶν καὶ παλαιῶν νομοθετῶν. *Demosth.* adv. Aristog. p. 774: ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεοῦ, δόγμα (Cf. Legg. I. 644. D: Definit. 415. B.) δὲ ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. Cf. dialog. de lege qui Minos inscribitur p. 313 sq. — Angel. ω. habet παλαιῶν ἀνδρῶν νομοθετῶν. Proxime Flor. a. βαίνει; deinde Clark. a pr. m. ὀνόματι κολάσει.

εὐθῦναι] Sic Ald. Bas. 1. 2. reliquique libri praeter Steph. et Bipont., ubi male εὐθύναι scribitur; nec audiendus est *Cornarius* qui legi iubebat εὐθύνη, *correctio*, quamquam confirmari hoc videri possit libro Clark. scriptura εὔθυναι superscripto η. Etenim εὐθῦναι (pluralis, ut Legg. VI. 774. B. IX. 881. E. XII. 945. D. 946. D. E. 947. E.) in ratione magistratus gesti vel omnino vitae actae reposcenda ponitur, vid. E

Sigon. de republ. Athen. IV, 3. *Ruhnk.* ad Tim. p. 125. sq. — *ἀρετή*] Unus Vatic. r. ἡ ἀρετή. — *πολλοί*] Steph. in marg. „*hoc πολλοί additum ex vet. lib.*“ Is vero est Bas. 2. Voc. πολλοί deest in Flor. b. Ald. Bas. 1. et Paris. E., nec Ficinus expressit vertens: *Quaerebas praeterea, Quam ob causam bonorum patrum filii mali reperiuntur? hoc iterum docere te pergo.* Clark. quoque πολλοὶ habet in ms. (v. Gaisf. p. 145.). Ceterum, ut in libris vett. (accedunt Bekker. et Stallb.), interrogationis signum, quod Heindorfius et Beckius delerunt, post v. γίγνονται retineri oportet; solent enim Graeci interrogationes directas ponere, ubi Latini v. c. dicunt: *iam, si quaeris quid sit cur* vel tale quid. Sic 343. B: τοῦ δὴ ἕνεκα ταῦτα λέγω; ὅτι cet. Phaedr. 237. D: Τῇ δὴ τὸν ἐρῶντά τε καὶ μὴ κρινοῦμεν; 248. B: Οὗ (scribendum Τοῦ) δὴ ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπουδὴ τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδίον οὗ ἔστιν; Gorg. 453. C. 457. E. Polit. II. 360. E: τίς οὖν δὴ ἡ διάστασις; ἥδε Lys. T. V. p. 457. *Demosth.* Philipp. I. p. 49. IV. p. 133. Cf. *Heindorf.* ad Phaedr. p. 221 sq. *Heusd.* Spec. crit p. 87. *Krüger.* Annot. ad Demosth. Philipp. I. Spec. p. 9. Proxime cum Bekkero e Coisl. Ang. ω. et Palat. Vat. r. reposuimus τοῦτ' pro τοῦτο. Pro αὖ Venet. Σ. Angel. ω. Pal. Vatic. r. et Paris. C. a pr. m. habent οὖν. Flor. o. τοῦτ' οὖν.

ἰδιωτεύειν] *Stephanus* in marg: „*Sequitur hic verbum ἰδιωτεύειν eam nominis ἰδιώτης significationem, qua ponitur pro imperito, genitivo iunctum, qui interdum etiam subaudiri videtur, ut paulo post.* „*Heindorfius:*“ *hic itidem ut alibi ἰδιωτεύειν opponi arbitror τῷ δημιουργὸν εἶναι, ut hoc ille dicat: in ceteris quidem rebus alios esse δημιουργούς, alios ἰδιώτας, in iustitia nemini licere ἰδιώτῃ esse, sed unumquemque quasi δημιουργὸν quendam esse oportere.*“ Utrumque vero videtur in verbo ἰδιωτεύειν coniunctum esse, ut ἰδιωτεύειν τῆς ἀρετῆς is dicatur, qui virtutis sit ignarus (ut infra 327. C: ὡς πρὸς τοὺς ἰδιώτας καὶ μηδὲν αὐλήσεως ἐπαΐοντας — δημιουργὸν τούτου τοῦ πράγματος), ideoque publice eam, tamquam artem, exercere, h. e. cum civibus suis communicare nequeat; ac posterius quidem significatur iam verbis εἰ μέλλει πόλις εἶναι et ἰδιωτεύειν (privatim artem aliquam factitare, ut Gorg. 514. E. 515. B.) inter se oppositis — *εἰ γὰρ δὴ ὃ λέγω* κλ.] *Stephanus* vertit: „*an autem ita sit ut dico (ita autem* etc.), *tecum reputa, quodvis aliud studium et quamvis aliam disciplinam in exemplum eligens.*“ Bene contra *Heindorfius: nam si quod dixi* (τὸ μηδένα δεῖν τῆς ἀρετῆς ἰδιωτεύειν) *ita (ut dixi) se habet, habet autem omnium maxime se ita, rem considera quovis*

alio studiorum disciplinarumque genere in exemplum assumto. Pro ὃ λέγω Clark. et Vatic. Θ. vitiose scribunt ὁ λέγων.

P. 44. ἦ μ ε ν] Bas. 2. εἶμεν. Mox ad ὁποῖός τις ἐδύνατο ἕκαστος, int. αὐλητὴς εἶναι petendum e praegr. αὐληταὶ ἦμενε *qualiscumque quisque esse posset*, ut Heindorfius vertit. In seqq. καί ante ἰδίᾳ e libris plurimis et praestantissimis cum Bekkero et Stallbaumio reduximus; abest a Paris. E. librisque editis. — ἐ δ ί δ α σ κ ε] Vatic. Θ. διεδίδασκε, quod Bekkerus assumsit. Proxime ἐπέπληττε, quod rarius est, cum quarto casu iunctum, quum verba vituperandi exprobrandique (ἐπιπλήττειν, ἐπιτιμᾶν, μέμφεσθαι al.) cum dativo personae soleant componi. Sic ἐπιπλήττειν supra 319 D: καὶ τούτοις οὐδεὶς τοῦτο ἐπιπλήττει. Phaedr. 269. B: κἂν νῷν ἐπιπλῆξαι εἰπόντας. Theaet. 158. A. 197. A. 200. C. Politic. 257. B. 286. B. Polit. IV. 441. B. VII. 528. E. 529. C. Legg. V. 729. B. VII. 805. B. Alcib. I. 135. A. Clitoph. 410. A. Aliorum locos scriptorum collegit *Heindorf.* p. 526. Etiam μέμφεσθαι non solum apud poëtas, sed apud solutae quoque orationis scriptores, ut *Thucyd.* VII, 77., cum accusativo personae iunctum reperitur, v. *Matth.* Gramm. gr. p. 705. Quamquam recte annotat *Stallbaumius*, verba τὸν μὴ καλῶς αὐλοῦντα videri ad superiora πάντα ἐδίδασκε accommodata esse, quemadmodum in seqq. ὥσπερ τῶν ἄλλων τεχνημάτων ad remotius τῶν δικαίων οὐδεὶς φθονεῖ referantur.

ἡ μ ῖ ν] Ald. Bas. 1. et 2. Clark. reliquaeque membranae ὑμῖν. In seqq. Vatic. Θ. καὶ νόμιμα sine art. τά. In seqq. pronomen τί, ad μᾶλλον illud pertinens, verbum οἴει attraxit, ut *Xenoph.* Cyrop. I, 6. 11: οἴει τι, ἔφη, ἧττον τοῦτο εἶναι αἰσχρόν. — γ ε ν έ σ θ α ι] Sic libri editi cum Paris. E.; reliquae membranae γίγνεσθαι, quod Bekkerus et Stallbaumius iure revocarunt. — ὁ υ ἱ ὸ ς] Vatic. r. Vind. υἱός sine art. — ἐ λ λ ό γ ι μ ο ς ηὐξήθη] Verbum αὔξω s. αὐξάνω, *alo*, est *alendo reddo* s. *ita aliquem alo ut fiat* (i. e. *reddo*, *efficio*), unde pass. est *exsisto*, *evado*. Polit. IV. 424. E: ὡς — ἐννόμους τε καὶ σπουδαίους ἐξ αὐτῶν ἄνδρας αὐξάνεσθαι ἀδύνατον ὄν. VIII. 565. C: τοῦτον τρέφειν τε καὶ αὔξειν μέγαν. Tim. 72. D: μέγας καὶ ὕπουλος αὐξάνεται. Legg. III. 681. A: τῶν οἰκήσεων τούτων μειζόνων αὐξανομένων ἐκ τῶν ἐλαττόνων καὶ πρώτων. Menon. 81. C: ἐκ τᾶν βασιλῆες ἀγαυοὶ — καὶ σθένει κραιπνοὶ σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξονται. Etenim proleptice, quod Grammatici dicunt, adiectivum verbo adiungitur, v. *Schäfer.* ad Theocrit. p. 215. Ind. Gregor. Corinth. p. 1047. Appar. ad. Demosth. I. p. 239. *Krüger.* Annot. ad Demosth. Philipp. I. p. 20. in Apparat. ad Demosth.

V. p. 768. Ad seq. ἀκλεής repetendum praegressum ηὐξήθη sensu evadendi. — πολλ. δ' ἂν] Vatic. r. αὖ. — ἦσαν] Videri possit omissa esse particula ἂν (v. *Iens.* ad Lucian. Tim. T. 1. p. 115. *Villois.* ad Long. II. p. 40. III. p. 76. al.), sed recte habet ἦσαν sine part. ἄν, quia haec orationis pars indicat id quod certe evenit, si priora quae sumuntur ad effectum adducuntur. Vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 968 sq. Ceterum advertenda est partic. γοῦν particulas ἀλλ' οὖν excipiens. *Stallbaumius*: „ἀλλ' οὖν-γοῦν fateor me non meminisse usquam legere. Nihil tamen mutandum.“ Equidem οὖν et γοῦν e diversa utriusque vocis scriptura natum esse suspicor et pro genuino habuerim; ἀλλ' αὐληταὶ γοῦν πάντες ἦσαν, ut Phaedon. 71. B: ἀλλ' ἔργῳ γοῦν πανταχοῦ οὕτως ἔχειν ἀναγκαῖον. al. — ὡς πρὸς τοὺς ἰδιώτας] Praep. πρός est Latinorum *ad* (comparationem indicans) et ὡς relationem quae dicitur significat; est igitur: *collati cum imperitis.* Sic Politic. 303. A: ὡς πρὸς τὰς ἄλλας. Parmen. 146. B: ἢ ὡς πρὸς μέρος ὅλον ἂν εἴη. ib. οὐδ' ἄρα ὡς πρὸς μέρος αὐτὸ αὑτοῦ ὅλον ἂν εἴη. Polit. VI. 498. D: εἰς σμικρόν γ', ἔφη; χρόνον εἴρηκας. Εἰς οὐδὲν μὲν οὖν — ὥς γε πρὸς τὸν ἅπαντα. Leg. VI. 778. A: οἱ δ' ὡς πρὸς ἡμᾶς νέοι. Alcib. I. 123. B: καὶ τὰ μὲν Λακεδαιμονίων ὡς πρὸς Ἑλληνικοὺς μὲν πλούτους μεγάλα, ὡς δὲ πρὸς τοὺς Περσικοὺς καὶ τοῦ ἐκείνων βασιλέως οὐδέν. *Thucyd.* III, 113: ἄπιστον τὸ πλῆθος λέγεται ἀπολέσθαι ὡς πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως. Cf. *Iens.* ad Lucian. Tim. 15. p. 368 sq. Quod sequitur ἀνθρώποις praeparat quodammodo lectorem ad feros illos omnisque humanitatis expertes quos Pherecrates mox dicitur in scenam produxisse. — δίκαιον αὐτὸν εἶναι] „Suaderem δίκαιον ἂν αὐτ., ni deterrerent ea quae in Melett. crit. Sp. I. p. 55. protulit *Schäferus*“. *Heindorfius.* Sed in oratione, quae affirmate aliquid ponit, locum habere non potest part. ἄν, quae sub conditione aliquid fieri indicat; vid. quae disputavimus ad p. 20. — τούτου τοῦ πράγματος] h. e., τῆς δικαιοσύνης, quod e praegresso δίκαιον petendum. Lepide vero δημιουργόν (nostr. *Virtuos*) dicit, ut significet virtutem esse artem, quam sophistae publice factitent et in qua se ostentent magistrosque exhibeant.

παιδεία] Clark. et Vatic. Θ. παιδία. Ceterum *Heindorfius* annotat: „accuratius post δέοι foret εἴη, praesertim quum mox inferatur εἶεν. Sic tamen variatae orationis unus Xenophon facile triginta praebebit exempla, quae colligere nunc piget.“ Haec tamen non est variata oratio, sed indicativus in orationis parte qua explicatio continetur recte habet. Vid. notat. ad p. 24. Etenim unam efficiunt notionem ἀνθρώπους D

et οἷς μήτε παιδεία ἐστὶ μήτε δικαστήρια cet: *cum hominibus institutionis, iudiciorum* cet. *ignaris;* quocirca verba rectius sine interpunctione post v. ἀνθρώπους scribuntur: πρὸς ἀνθρώπους οἷς μήτε παιδεία ἐστὶ κτλ. Sequens optativus εἶεν indicans aliquid poni tamquam tale quod fieri possit, superiorem redintegrat orationem: εἰ δέοι αὐτὸν κρίνεσθαι. *Stallbaumius* ἀλλ' εἶεν ἄγριοί τινες idem esse arbitratur quod ἀλλὰ τούτους ἀγρίους τινὰς εἶναι, quum tamen haec cum praegressis οἷς μήτε παιδεία ἐστὶ cet. cohaereant. Part. ἀλλά ad negationes μήτε — μηδέ refertur, et e pron. οἷς ad v. ἀλλ' εἶεν petend. οἵ. Ceterum μηδέ, ut fortius *(neque etiam)* subiicitur particulis μήτε — μήτε, vid. *Matthiaei* Gramm. gr. p. 1225 sq. — πέρυσι Φερεκράτης κλ.] Hanc Pherecratis fabulam editam esse narrat *Athenaeus* V. 59. Aristione archonte Olymp. 89, 4. ubi v. interpp. T. III. p. 240. Adde *Schneider.* ad Xenoph. Conv. p. 134 sq. et notata in libro qui inscribitur *Platon's Leb. u. Schrift.* p. 76 sq. De Pherecrate, comico Ἀττικωτάτῳ, vid. cl. *Heinrich.* in libr. Epimen. p. 182 sq. 191 sq. — ἐπὶ Ληναίῳ] Clark. et Vatic. Θ. ληναίων, quod vide ne praestet; in seqq. omittunt ἢ. Lenaeum fuit „ambitus septus in urbe, complectens vetustissimum Bacchi Lenaei templum, propter quod deinde theatrum exstructum est, in quo scenica certamina committerentur.“ *Ruhnken.* in Auct. Emendatt. ad Hesych. T. I. p. 999. De ipsis *Lenaeis*, diebus festis ac solemnibus Bacchi, vid. *Boeckhius* in: Abhandl. d. Acad. d. Wissensch. in Berlin. a. 1817. p. 81. et *Buttmann.* Exc. I. ad Demosthen. Orat. in Mid. p. 119. sq. Proxime Vind. ἢ σφόδρα. — ὥσπερ οἱ — μισάνθρωποι] Dissentit *Heindorfius* a Cornario reliquisque interpretibus qui haec ὥσπερ οἱ — μισ. ad praecedentia: ἐν τοῖς τοιούτοις trahunt, addens: „sed alii sunt ἄγριοι, alii μισάνθρωποι, neque in illa sermonis iunctura scribendum ὥσπερ, sed οἷοίπερ fuit.“ Ac posterius quidem non recte contendit vir doctissimus, quippe qui ipse ad Phaedon. p. 129. ὥςπερ poni pro ὅςπερ exemplis confirmare studuerit; adde *Lobeck.* ad Phrynich. p. 426. *Bornem.* ad Xenoph. Conviv. p. 134 sq. *Heinrich.* demonstr. et restitut. loc. corrupt. e Plat. Protag. p. 9 sq. et *Bremi* ad Demosth. Or. de reb. Chers. p. 93. in Appar. ad Demosth. I. p. 498. Quod vero ad prius illud attinet, rem ita institutam fuisse opinatur a Pherecrate, ut chorum facerent homines non suae tantum rei publicae, sed omnium omnino hominum osores (μισάντρωποι), qui, civitate sua relicta, quum inter feros immanesque homines secessissent, mox resipiscentes illam, unde abierant, societatem hominum civilemque vitam requi-

rerent. Et in hanc sententiam discessit etiam *Groen v. Prinster*. Prosopogr. Plat. p. 182. qui „omnia profecto sunt aperta: ἄγριοι erant Centauri, chorum autem minime Centauri efficiebant, sed μισάνθρωποι Centauros istos metuentes. Itaque videtur ne minima quidem esse causa, cur in tam perspicuo loco emendatio suaderi possit.“ *Heindorfii* vero sententiam *Heinrichius* l. l. p. 8. sq. ita oppugnavit, ut poneret talem fabulam numquam comico graeco venire in mentem potuisse; vehementer enim ridiculum esse μισανθρώπους quaerere inter feros et agrestes homines (ὑβριστάς τε καὶ ἀγρίους, οὐδὲ δικαίους, Odyss. VI, 120); chorum porro misanthroporum terribiliorem futurum fuisse Aeschyleo choro Eumenidum, si tale portentum chori umquam cogitari Athenis, nedum in scenam produci potuisset. Deinde repetitis illis quae de argumento ipsius fabulae Pherecratis in append. Epimenidis p. 188. sq. (*Epimenides aus Kreta, eine krit. histor. Zusammenstellung aus Bruchstücken d. Alterth.* Lips. 1801. 8.) disputaverat, illam comici fabulam docet ad artem musicam totam pertinuisse et corruptelam eam, quae, mutatis legibus musicis et ad dulcedinem mollitiemque depravatis, in animos civium influere atque morum severitatem, rei publicae causa potissime retinendam, dissolvere et enervare multis visa esset. Primariae erant in hac fabula Chironis partes, non δικαιοτάτου solum, sed etiam μουσικωτάτου Centaurorum; atque hi quidem Centauri ἄγριοι, ferum et hirsutum genus (ἄγριον φῦλον *Strab.* IX. p. 439. D. Casaub.) chorum efficiebant. In hos autem ἀγρίους ab odio hominum alienos quum nullo modo cadat μισανθρωπία, pro μισάνθρωποι coniicit vir ingeniosissimus scribendum esse ἡμιάνθρωποι, *semihomines* (*Ovid.* Metam. XII, 636), approbante censore in ephemer. litter. Ienens. 1817. April. Nr. 67. p. 63. Multo tamen magis commendatur μιξάνθρωποι, quod vir doctus in Ephemer. *Heidelberg.* 1815. Nr. 55. p. 879. proposuit, idque etiam approbavit *Iacobsius*, vir praestantissimus, ad Anthol. Palat. T. III. P. II. p. 800., qui apposite ad confirmandam hanc emendationem citavit *Themist.* Orat. XXIII. p. 284. A: καὶ οὐδὲν ἀνύτουσιν οἱ μιξάνθρωποι ἢ μιξόθηροι ἀλιζόμενοι καὶ ναίοντες δρυσὶ καὶ ἐλάταις. Contra vulgatae lectionis patrocinium suscepit cl. *August Meinekius* Commentatt. Miscell. Fasc. I. Hal. Sax. 1822. edit. Ac primum quidem ostendit Chironem non eandem esse fabulam atque Ἀγρίους, deinde *Themistii* locum Orat. XXVI. p. 323. C. affert ad μισανθρώπους hoc Platonis loco defendendum (vid. supra τῶν ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραμμένων, quibus, ut ibi iam significavi, μισάνθρωποι Pherecratis prae-

parantur). Sed ipsius viri acutissimi verba iuvat repetere: „Queritur eo loco sophista disertissimus esse quosdam qui homines ita a deo creatos dicant ut mutuo amore et benevolentiae significatione sese prosequantur, cum tamen ipsi inhumanitatis crimen subeant turpissime; eosdem laudare Prometheum qui homines ad societatem finxerit, *αὐτοὺς δὲ ἰλιγγιᾶν πρὸς τὸ πλῆθος καθάπερ τοὺς Ἀγρίους οὓς ἐδίδαξε Φερεκράτης*, *ipsos autem Agriorum instar, quos Pherecrates in scenam produxit, simul atque in societatem protrahantur, vertigine quadam corripi et in media luce coecutire.* Is enim fere sensus est verbi *ἰλιγγιᾶν*, de quo erudite disputavit *Piersonus* ad Moer. p. 197. Ex his manifestum est, Pherecratem *Ἀγρίους* suos intelligi voluisse non profecto semiferos illos Centauros, sed homines solitarios et ab aliorum societate remotos, ideoque morosos et ad aliorum adspectum trepidantes, eosdem irasci faciles et contumaces, fortasse etiam (quod tamen dubitanter addo) paederastas, quos solenniter *τῶν ἀγρίων* nomine appellatos fuisse testantur Etymol. M. s. v. *ἄγριοι*. Lexic. Seguer. p. 339. Intpp. ad Aristoph. Nub. 348.“ — *γένομενος*] Coisl. et Vatic. r. *γεγνόμενος*. — *Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνώνδᾳ*] *Eurybatus* et *Phrynondas* tanta perhibentur improbitate fuisse, ut in consuetudinem proverbii venirent. *Aeschin.* in Ctesiph. p. 527: *ἀλλ', οἶμαι, οὔτε Φρυνώνδας οὔτε Εὐρύβατος οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο,* ubi v. *Taylor*. Cf. Suid. v. *Εὐρύβ.* *I. Bapt. Pius* Annot. c. 196. in Gruter. Thes. crit. T. 1. p. 573. *Wesseling.* ad Diodor. fr. IX. T. IV. p. 308. Bip. et *interpp.* ad Aristaenet. p. 513. Boisson. Ceterum plures, quos Bekkerus contulit, libri vitiose scribunt *ἐν τύχαις* pro *ἐντύχοις;* deinde Clark. *ἀναλοφύραι ἄν*. — *δύναται ἕκαστος*] Nomen collectivum *ἕκαστος*, ut solet, cum plurali iunctum, v. *Fisch.* ad Weller. III. 2. p. 59 sq. *Heindorf.* Gorg. p. 197. *Matth.* Gramm. gr. p. 602. — *εἶθ' ὥςπερ*] „Neque interrogandi vi positum h. l. est *εἶτα* nec significare potest *deinde*, *tum;* nullum omnino locum hic habet. A Platone scriptum suspicor *καὶ οὐδείς σοι φαίνεται εἶναι ὥςπερ ἂν εἰ ζητοῖς* etc.; *ὥςπερ* enim sic solet *ἀσυνδέτως* adiungi.“ *Beckius* contra annotat: „Et simpliciter nectendae orationi inservit. Cf. Symp. p. 200, 5. Ex alio genere sunt quae Greg. Cor. p. 145 (cum intpp.) notavit.“ Neutiquam vero part. *εἶτα* simpliciter orationem nectit, sed ita orationem nectit, ut suam propriam vim obtineat; est enim *tum*, et consequutionem indicat; quocirca semper ad aliud quid praecedens refertur vel expressum (ut post partic. poni solet) vel animo supplen-

dum (ut: *postquam hoc factum est, quum res sic se habeat* vel tale quid). Hinc in interrogatione absolute positum est nostr. *also.* Theaet. 148. E: *εἶτα* (int. quum hoc dicas) — *οὐκ ἀκήκοας ὡς ἐγώ εἰμι υἱὸς — Φαιναρέτης;* al. Convivii locus quem cl. *Beckius* citavit est p. 200. A: *πότερον ἔχων αὐτὸ οὗ ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, εἶτα ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, ἢ οὐκ ἔχων;* Hic quoque *εἶτα* non simpliciter nectit orationem, sed ex graeci sermonis usu post particip *ἔχων* infertur: *habens id quod amat* s. *quum habeat - tamen amat.* Nostro autem loco neque praecedit aliquid quo referatur consequutionis particula *εἶτα*, neque e praegressis apud animum intelligi quicquam potest (velut: postquam hoc factum est, quum res sic se habeat, al.); quocirca Heindorfii coniecturam qui possumus non probare? Accedit quod verbo *εἶναι* aegre careremus et propter verba *οὐδείς σοι φαίνεται*, quae adiectum *εἶναι* fere postulant (in sequentt. enim, ubi persona nulla apposita est, recte habet *φαίνεσθαι reperiri* s. *inveniri* sine v. *εἶναι;* ut *οὐδ' ἂν εἷς φανείη — τούτων διδάσκαλον φανῆναι*) et propter praegressa: *διότι πάντες διδάσκαλοί εἰσιν ἀρετῆς*, quibus opponitur fere: *καὶ οὐδείς σοι φαίνεται εἶναι.* In hoc quoque Platonis manum agnoscimus, quod *ὥςπερ* sine particula explicativa (*videlicet*) orationem orditur sequentem; vid. ad p. 40. Etiam *Stallbaumius* nunc comprobat Heindorfii emendationem. *ζητοῖς*] Paris. C. Angel. *ω.* et Barber. *ζητεῖς.* Flor. b. omitt. *εἰ.* Proxime *εἷς* abest a Coisl. et pro *φανείη* Paris. E. *τίμιος.*

ζητοῖς τίς ἂν κλ.] Ambros. r. Angel. *ω.* et Barb. iterum 323 habent *ζητεῖς.*

P. 46. *ἡμῖν*] Steph. in marg. „Pronomen autem *ἡμῖν* ante *διδάξειε* sonabit *In gratiam nostram* vel *Rogatu nostro;* nisi forte ante *διδάσκαλος* sit ponendum.“ Potius ex sermonis familiaris usu pronomina personalia sic solent interponi, ut ad substant. sequens relata exprimi possint pronomine possessivo, ut h. l. *die Söhne unserer Handwerker*, ut bene vertit *Schleiermacherus.* Vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 713. ibique laud. auctor. Adde *Bornem.* ad Xenoph. Conv. p. 157. et viri doctissimi annot. in Cicer. Eclog. Turic. p. 245 sq. ed. alt. — Vatic. r. scribit *οἶμαι*, et in seqq. *καθώς* pro *καθ' ὅσον.* — Ad v. *ἦν δὴ Heindorfius* annotat: „Exspectabam *ἦν ἤδη*, cui opponeretur deinceps illud *ἔτι.*“ Sed confusa et inepta est sophistae oratio quippe sententiam proferentis quae pro nihilo est: *eorum qui iam docti sint nullos reperiri doctores, imperitorum vero admodum facile inveniri magistros.* Verbis igitur *τούτους ἔτι τίς ἂν διδάξειε* repetitur praegressa interrogatio: *τίς ἂν ἡμῖν διδάξειεν*, et interpositum est *ἔτι* propter ver-

ba ἣν παρὰ τοῦ πατρὸς μεμαθήκασι; Part. igitur ἔτι non est *praeterea*, sed *adhuc*, i. e., *quum iam instituti sint*. Locus autem sic est vertendus: *quis nobis doceat opificum filios eam ipsam artem quam a patre didicerint, quantum potuerint pater patrisque amici eandem exercentes artem, hos igitur si quaeras quis adhuc doceat, non facile arbitror fore, Socrate, horum magistrum reperire, imperitorum vero admodum facile.* Recte vero idem vir doctus notat Cornarium vertentem: *quantum in eo pater praestabat.* Ad v. καθ' ὅσον οἷός τε ἦν int. αὐτοὺς διδάσκειν. Sequens ἀπείρων Ficinus vertit *innumerabilium*, Cornarius *infinitorum* et Serranus: *neque huiusmodi artium innumerabilium, omnino haud facile est* [*eodem modo praeceptorem reperiri*]. In annot. T. III. p. 7. Serranus scribi volt: οὐδ' ἀπείρων παντάπασι ῥᾴδιον: *neque huiusmodi rerum innumerabilium omnino facile est praeceptorem reperire.* Quod nihil attinet refutare. Ald. Bas. 1. 2. Steph. ἀπείρων παντάπασι, ῥᾴδιον. — κἂν εἰ ὀλίγον κλ.] *Stephanus* vertit: *atque adeo si quis e nobis antecellat in provehendo vel tantillum ad virtutem, boni consulendum est.*" Sed ὀλίγον cohaeret cum διαφέρει et ex hoc pendet infinit. προβιβάσαι, ut Gorg. 517. B: ἀλλὰ γὰρ μεταβιβάζειν τὰς ἐπιθυμίας καὶ μὴ ἐπιτρέπειν — οὐδὲν τούτων διέφερον ἐκεῖνοι. Polit. VI. 495. E: δοκεῖς οὖν τι — διαφέρειν αὐτοὺς ἰδεῖν ἀργύριον κτησαμένου χαλκέως φαλακροῦ καὶ σμικροῦ. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 1049.

ἀγαπητόν] int. εἴη, pendens e particula ἄν in κἂν εἰ (*etiamsi*), vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1260. Quae sequuntur ὧν — ἐγὼ οἶμαι εἷς εἶναι ne referantur ad illa: κἂν εἰ ὀλίγον ἔστι τις ὅστις διαφέρει, h. e., ne ita intelligantur, ac si Protagoras dicere voluerit se unum esse ex his qui *paullulum* praestent ad virtutem incitando, explicantur vel potius corriguntur statim illato διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων νοῆσαί τινα κλ. — ἂν τῶν ἄλλων] Vatic. r. et Vind. ἀντ'. Mox subiectum quod dicitur verborum καλὸν καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι pronomen est infinitum; vid. ad p. 26. — ἀξίως τοῦ μισθοῦ] Cf. infra p. 349. A. *Diog. Laert.* IX, 52: πρῶτος μισθὸν εἰσεπράξατο μνᾶς ἑκατόν. ib. *Menag.* Ceterum πράττεσθαι, *exigere*, de pecuniis, mercede al. poni solet, v. *Raph.* et *Wetsten.* ad Luc. III, 13. Interpp. ad Aristoph. Nub. 244. Plene *Xenoph.* Mem. Socr. I, 2. 60: Σωκράτης — οὐδένα πώποτε μισθὸν τῆς συνουσίας ἐπράξατο, ἀλλὰ πᾶσιν ἀφθόνως ἐπήρκει τῶν ἑαυτῶν. Festive autem Plato haec accuratius explicantem facit Protagoram, quasi hoc, quod mercedem institutionis exigat, argumento sit virtutem posse doceri. B

— *ὥςτε*] Ficinus et Cornarius vertunt perinde ac si scriptum sit *ὥςγε* (ille: *ut ipsi discipuli iudicant*, hic: *prout etiam ipsi visum fuerit qui a me didicerit*). Recte *Heindorfius*: „neque tamen incommodum est hoc *ὥςτε*: *ita ut ipsi quoque discipulo videatur*. — *τοιοῦτον*] Palat. Vatic. c. Flor. o. *τοῦτον*. De passivo *πεποίημαι* medii significatione posito vid. *Matth*. Gramm. gr. p. 926. — *ἀποδέδωκεν*] Perfectum ita ponitur ut tam id quod ante iam factum est quam id quod adhuc fieri solet indicet; quocirca duo tempora, praeteritum et praesens, continet maioremque vim habet quam simplex vel praeteritum vel praesens, ita ut aoristo proxime accedat. Exstant apud Platonem quoque innumerabilia fere huius generis exempla, quae alio et loco et tempore illustrabimus. Cf. *Fischer*. ad Weller. II. p. 259 sq. *Matth*. Gramm. gr. p. 953 sq. ubi nostrum quoque locum attulit, *ἀποδέδωκε* vertens: *zahlt sogleich*; equidem potius verterim: *zahlt allemal*. — *ἐλθὼν εἰς ἱερόν*] Bene *Heindorfius* attulit *Aeschinis* locum in Timarch. p. 131: *λαβὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα τὰ ἱερὰ καὶ ὀμόσας μὴ λαβεῖν δῶρα — εἰληφὼς ἠλέγχθη*, addens: „tactis sacris aramve tenentes veteres iurasse satis est notum.“ Cf. *Valckenar*. Opusc. philol. T. I. p. 39. Mox *ὀμόσας* cum seqq. *ὅσου ἂν φῇ* cohaeret (*quanti iure iurando interposito aestimat disciplinam*) et graviorem quia vim habet, praepositum est. Post v. *ὀμόσας* interpunctio delenda est. Palat. Vatic. c. vitiose habet *ὅσον*.

φῇ] Libri editi *φησί*, quod defendit cl. *Thiersch*. Gramm. E gr. p. 644. 8. ed. III. Recte autem Stephanus *φῇ* scribi iussit, quod libri scripti praestant. *Heindorfius* malebat *ὅσου ἂν φῇ οἱ ἄξια εἶναι*. Ceterum similiter de Protagora *Aristoteles* Nicom. IX. 1. 5: *ὁ γὰρ προϊέμενος ἔοικεν ἐπιτρέπειν ἐκείνῳ· ὅπερ φασὶ καὶ Πρωταγόραν ποιεῖν· ὅτε γὰρ διδάξειεν ἃ δή ποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα ἐκέλευεν ὅσου δοκεῖ ἄξια ἐπίστασθαι, καὶ ἐλάμβανε τοσοῦτον*. Huc pertinet etiam *Aristophan*. loc. Nub. 244: *μισθὸν δ', ὅντιν' ἂν Πράττῃ μ', ὀμοῦμαί σοι καταθήσειν τοὺς θεούς*. — *πατέρων*] Ald. Bas. 1. *πατρῴων*. Mox. Clark. Flor. a. b. c. o. *γίγνεσθαι*, Venet. Σ. Paris. E. Palat. Vatic. c. librique editi, exceptis Bekker. et Stallb., *γενέσθαι*. — *Πολυκλείτου*] De *Polyclito*. vid. ad p. 8. Proxime Coisl. *παράλλου*. — *τῶνδε*] Praesentes significat Paralum et Xanthippum, Periclis filios; et adiungit haec Protagoras, ut eorum gratiam sibi conciliet.

ἀπεπαύσατο] Ald. et Bas. 1. *ἐπεπαύσατο*. In seqq. D Ald. Bas. 1. 2. pluresque libri scripti *κεκλημένος*; vid. supra p. 18. Mox verba *ἐπὶ — πολὺν χρόνον* equidem cum Heindorfio

traxerim ad v. ἔβλεπον, ut verbis κεκηλημένος ἔτι causa eius rei indicetur: *quippe adhuc delinitus*. Cl. *Heusdius* Spec. crit. p. 69. verba coniunxit ἐπὶ πολὺν χρόνον κεκηλημένος sic vertens: *et ego, ita eius oratione captus, ut mihi diu etiam post aures deliniret, adhuc eum intuebar, quasi diceret aliquid* (immo: *existimans eum aliquid dicturum esse*), *audire cupiens*. Similiter Stallbaumius: *ad multum tempus delinitus.* — ἐπεὶ δέ] Clark. Vatic. Θ. et Vind. ἐπεὶ δὲ δή, quod, usu Platonico sane quam commendatum, Bekkerus et Stallbaumius reposuerunt. Vatic. r. ἐπεὶ δέ, reliqui libri (etiam editi) ἐπειδὴ δέ. Mox Clark. et Vatic. Θ. πεπαυσμένος. Deinde libri aliquot (Ambros. Angel. Pal. Vatic. et Vatic.) ἱπποκράτην. — ὡς χάριν σοι ἔχω] Verte: *magnam tibi gratiam habeo*. Vid. ad. Phaedr. 230. C. p. 132. — προὔτρεψας] Angel. ω. προὔπεμψας.

ἐγὼ γάρ] Clark. ἔγωγε· ἐν μέν. Etiam Vatic. Θ. γέ habet pro γάρ. — ἢ ἀγαθοί] Clark. ἦι ἀγαθόν. Sic etiam Vatic. Θ. (ἢ ἀγαθὸν οἱ ἀγαθοι). Paris. E. ἢ ἀγαθοὶ ἀγαθοί. Venet. Ξ. ἢ ἀγαθοι. Cod. Venet. Σ. Paris. B. C. Ambros. r. Angel ω. Barb. et Palat. Vatic. ἢ οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοί, idque probavit *Stallbaumius* ad Euthyphr. p. 68. et reposuit. Sed praedicatum ἀγαθοί non sine aliqua vi mihi videtur subiecto (οἱ ἀγαθοί) praepositum esse. In seq. Coisl. caret pronomine μοι. E

P. 48. ἐπεκδιδάξει] Flor. b. ἀπεκδιδάξει. Euthyphr. 7. A: ἀλλὰ σὺ δῆλον ὅτι ἐπεκδιδάξεις ὡς ἔστιν ἀληθῆ ἃ λέγεις.

εἰπεῖν] est i. q. λέγειν, *perorare*, ut infra 329. B: μακροὺς λόγους καὶ καλοὺς εἰπεῖν. 334. E: ὥστε μηδένα σοῦ ἐν βραχυτέροις εἰπεῖν (ubi oppon. praecedenti μακρὰ λέγειν). Phaedr. 239. A: ἀδύνατος εἰπεῖν ῥητορικοῦ. 243. D: σοῦ — εἰπόντος τὸν τοῦ ἐραστοῦ ἔπαινον. Gorg. 449. C: μηδένα ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ τὰ αὐτὰ εἰπεῖν. 456. C: αἱρεθῆναι ἂν τὸν εἰπεῖν δυνατόν. Conv. 194. E: ἐγὼ — βούλομαι πρῶτον μὲν εἰπεῖν ἣ χρή με εἰπεῖν, ἔπειτα εἰπεῖν. 201. B: Κινδυνεύω — οὐδὲν εἰδέναι ὧν τότε εἶπον. Καὶ μὴν καλῶς γε εἶπες. Polit. X. 607. D: εἴ τινα ἔχοι λόγον εἰπεῖν ἡ πρὸς ἡδονὴν ποιητικὴ καὶ ἡ μίμησις. Sic etiam, quem Heindorfius laudavit, *Lysias* Orat. XVII. p. 586: εἰπεῖν ἂν μᾶλλον ἑτέρου δύνασθαι. XXX. p. 862: τοὺς ἀδυνάτους εἰπεῖν. *Demosth*. Leptin. 502. 28. Reisk. δεινὸς εἰπεῖν, ubi mireris *F. A. Wolfium* annotantem: Notatu dignam duco formulam δεινὸς εἰπεῖν, pro qua ubique legere me memini δεινὸς λέγειν." Cf. *Baehr*. ad Plutarch. Alcibiad. p. 111 sq. *Schäfer*. Appar. ad Demosth. T. III. p. 528. V. 692. Ceterum ἱκανός est i. q. δυνατός, *peritus*, v. *Iacobs*

ad Anthol. gr. T. II. P. I. p. 115. — βιβλία] Clark. Vatic. Θ. Flor. a. Vind. βυβλία. De sensu, Phaedr. 275. D: δεινὸν γάρ που — τοῦτ' ἔχει γραφή — ταὐτὸν δὲ καὶ οἱ λόγοι· δόξαις μὲν ἂν ὥς τι φρονοῦντας αὐτοὺς λέγειν, ἐὰν δέ τι ἔρῃ τῶν λεγομένων βουλόμενος μαθεῖν, ἕν τι σημαίνει μόνον ταὐτὸν ἀεί. Proxime Vatic. r. et Vind. ἀποκρίνεσθαι. Mox ἐρέσθαι. (v. *Matth.* Gramm. gr. p. 459.) cum Bekkero et Stallb. e Vatic. Θ. recepimus pro ἔρεσθαι, quod in reliquis libris exstat. — ἐπερωτήσῃ] „Quum — ἐπανερέσθαι sit interrogare aliquid praeter illa quae ipsi oratores dixerunt, haud scio an deinde parum accurate dicatur ἐπερωτήσῃ. Equidem scriptum malim ἀνερωτήσῃ, h. e., *interrogando denuo attingat.* Quamquam codices veterem lectionem tuentur omnes.“ *Stallbaumius.* Praepositio ἐπί quum in compositione etiam sit *post* (nach), recte mihi videtur ἐπερωτήσῃ (interroget *postquam* dicta sint) positum esse. — Verba τῶν ῥηθέντων Stephanus male ad Protagoram traxit vertens in marg. *eorum quae dicta fuerunt* [*a Protagora*], quum ad oratores (τοὺς ἱκανοὺς εἰπεῖν) referantur. — ἀποτείνει] Clark. ἀποτίνει. Venet. Σ. ἀποκτείνει. Ἀποτείνειν, *extendere, longius producere,* praecipue in sermone, oratione al. ponitur, vid *Bast.* Epist. crit. p. 152. *Boissonad.* ad Philostrat. p. 645 sq. *Heindorf.* ad. Gorg. p. 65. — ἐπιλάβηταί τις] Cod. Palat. ἐπιλάβῃ. Verbum ἐπιλαμβάνεσθαι, *manu prehendere, manum admovere,* h. l. soni interrumpendi causa, commode positum est, quoniam vim quoque habet prehendendi (rationis reposcendae causa), interpellandi et redarguendi (*Casaubon.* ad Theophr. p. 109. *Wetsten.* ad Luc. XX. 20. *Olear.* ad Philostrat. p. 17.) ut Phaedr. 236. B. Gorg. 469. C. 506. B. Theaet. 184. C. Conviv. 214. E. Polit. VI. 490. D. X. 605. A. al. Vid. *Heindorf.* ad Gorg. p. 77. — καὶ οἱ ῥ. οὕτω] Paris. E. οὕτω καὶ οἱ ῥ. Mox pro δολιχὸν — τοῦ λόγου (Vatic. r. δρόμου) *Stephanus* Annotat. p. 14. δόλιχον (substantiv.) corrigebat, ut δόλιχον τοῦ λόγου positum esset „eadem metaphora qua diceretur στάδιον τοῦ λόγου. qualis etiam est in verba ἀναμετρεῖσθαι, quum de oratione dicitur.“ *Heindorfius* annotat: „δολιχὸν τοῦ βίου perinde dictum equidem iudico atque ἀμήχανον εὐδαιμονίας, χαλεπὸν τοῦ βίου. Vid. not. ad Theaet. §. 82., ubi laudare neglexi *Musgr.* ad Sophocl. Antig. 1209.“ Diversa confudit Heindorfius, nam aliud est dicendi genus ex quo adiectivum neutrius generis cum secundo substantivi casu iungitur (ut apud Latinos, vid. *Heindorf.* ad Horat Satyr. p. 258.), atque illud ex quo adiectivum cum genitivo substantivi eiusdem generis componitur, ut Polit. I. 328. E: πότερον χαλεπὸν τοῦ

βίου. Epist. VI. 322. E: συχνὸν διατετριφέναι τοῦ βίου; quae non neutra esse, sed substantivi genus sequi, ostendunt loci *Aristoph.* Ach. 350: τῆς μαρίλης συχνήν. *Xenoph.* Cyrop. III, 2. 2: σκοπῶν κατενόει πολλὴν τῆς χώρας τοῖς Ἀρμενίοις ἔρημον καὶ ἀργὸν οὖσαν al. Huc etiam pertinent ὁ πολὺς τοῦ χρόνου, ὀρθοτάτη τῆς σκέψεως al., quae citavi ad Polit. p. 328. Cf. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 827. ibique not. g. laudat. auctores.

ὡς αὐτὰ δηλοῖ] „scribendum esse ὡς αὐτὸ δηλοῖ et hoc loquendi genus alibi apud hunc etiam ipsum scriptorem exstare puto.“ *Stephanus.* Sic etiam *Hemsterhusius* Anecd. T. 1. p. 177. Quod Stephanus reponi iussit, legitur in Paris. E. et usu sane quam commendatur; etenim licet αὐτά, ταῦτα et αὐτό, τοῦτο al. promiscue ponantur, tamen in hoc loquendi genere semper αὐτό usurpatur, ut αὐτὸ δείξει Hipp. mai. 288. B. Critia 108 C: αὐτό σοι τάχα δηλώσει. *Eurip.* Bacch. 974: αὐτό σημανεῖ. *Aristoph.* Eqq. 204: αὐτό που λέγει. al. Plene Aristoph. Lysistr. 377: τοὖργον τάχ' αὐτὸ δείξει. Cf. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. 626. Αὐτά vero ponitur si aliud nomen plurale adiunctum est, ut Criton. 44. D: αὐτὰ δὲ δηλοῖ τὰ παρόντα νυνὶ ὅτι κλ. *Xenoph.* Cyrop. VI, 1. 7: ὅπου αὐτὰ τὰ ἔργα δεικνύει τὸ κράτιστον, ubi αὐτὰ τὰ ἔργα Latinorum est: *res* vel *res ipsa (declarat)*, ἔργα vero propter praegressa τί δεῖ λόγων ponendum erat; quocirca neque hoc Xenophontis loco neque illo *Sophocl.* Oed. Tyr. 341: ἥξει γὰρ αὐτά, κἂν ἐγὼ σιγῇ στέγω (ubi αὐτά non est *res ipsa*, sed *ea quae significo ipsa*, i. e., *per se*, αὐτόματα, nostr. *von selbst*, evenient) defendi poterit cum Heindorfio nostri loci scriptura αὐτά. — Haec quum scripsissem, perlibenter vidi *Schäferum* Apparat. ad Demosth. II. p. 577. eandem in partem disputasse. Cf. etiam *Stallbaum.* ed. Goth. p. 82. — Proxime Cod. Vatic. r. et Vind. ἀποκρίνασθαι pro eo quod reliqui omnes libri habent ἀποκρίνεσθαι; receperunt illud iam Bekkerus et Stallbaumius. — ἐνδεής εἰμι πάντ' ἔχειν] Infinitivus, ut solet, positus est ita ut suppleri possit πρὸς τό vel ὥστε: *paullulum mihi deest ad omnia habenda* s. *paullulum requiro ut omnia habeam.* Cf. de hoc infinitivi usu *Matth.* Gramm. gr. p. 1039., ubi quae afferuntur παρέχειν ἑαυτὸν τέμνειν, ἐρωτᾶν al. non pro passivis posita sunt, sed infinitivus suppleri potest coniunctione ὥστε s. πρὸς τό (nos: *zum Schneiden, zum Fragen*). Sic etiam nomen substantivum cum infinitivo iungitur, ut Phaedr. 229, B: πόα καθίζεσθαι: *Rasen zum Sitzen. Matthiaeus* in prima Gramm. gr. edit. p. 769. deesse putaverat part. μή: *quominus omnia habeam*, in sec. autem edit. p.

1041. dictionem σμικροῦ τινὸς ἐνδεής εἰμι πάντ' ἔχειν conflatam esse censet ex his: σμικροῦ τινὸς ἐνδεής εἰμι et ἐνδεής — εἰμι πάντ' ἔχειν. Sed ἐνδεής εἰμι (ut δῆλός εἰμι pro δῆλόν ἐστιν, al. v. *Matth.* Gramm. gr. p. 594.) idem est quod E. ἐνδεῖ vel δεῖ; quocirca σμικροῦ τινὸς ἐνδεής εἰμι πάντ' ἔχειν id est quod: σμικροῦ δεῖν πάντ' ἂν ἔχοιμι, εἴ μοι ἀποκρίναιο τόδε: *nunc paene omnia habebo, si ad hoc mihi responderis.* Similiter Ep. VIII. 353. D: τοῦ νῦν οἴεσθαι σχεδὸν ἀεί τινος σμικροῦ ἐπιδεεῖς εἶναι τὸ μὴ πάντα κατὰ νοῦν πράττειν. — Vat. r. et Vind. εἰμι καὶ πάντ' scribunt. — εἴπ. — πειθοίμην ἄν] Partic. εἰ cum optativo et ἂν iuncta, ut Menon. 98. B: ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο φαίην ἂν εἰδέναι (ὀλίγα δ' ἂν φαίην), ἓν δ' οὖν καὶ τοῦτο ἐκείνων θείην ἂν ὧν οἶδα. Legg. X. 905. C: εἰ δ' ἐπιδεὴς λόγου τινὸς ἔτι ἂν εἴης — ἐπάκουε. Cf. *Hermann.* ad Viger. p. 830. et *Matth.* Gramm. gr. p. 1019 sq. Adde quos Stallbaumius citavit *Bornem.* de gem. Cyropaed. recens. p. 20. *Schäfer.* Melett. crit. p. 50 sq. Apparat. ad Demosth. T. III. p. 155. et *Fritzsche* Quaest. Lucian. p. 185. Quam vim indicativus σοὶ πείθομαι habeat praegresso optativo cum part. ἄν: εἴπερ ἄλλῳ τῳ ἀνθρώπων πειθοίμην ἄν, qui fieri hoc posse dubitanter significat, ipse sensus satis declarat et Socratis ironiam, qua Protagoram ludit, patefacit. Ceterum Clark. et Vatic. Θ. ἄλλῳ τῶν ἀνθρώπων.

ὃ δ' ἐθαύμασά σου λέγοντος] *quod autem admiratus sum quum tu diceres s. proferres.* Verbum θαυμάζειν, ut Lat. *admirari* (v. ad Cicer. Eclog. p. 117) is dicitur cui admirabile (παράδοξον) aliquid videtur esse, qui aliquid non capit, improbandi fere significatione adiuncta. Conviv. 175. A: ἀλλὰ θαυμάζω καὶ αὐτὸς ποῦ ἂν εἴη. 189. A: ὥστε μὲν θαυμάζειν εἰ τὸ κόσμιον τοῦ σώματος ἐπιθυμεῖ τοιούτων ψόφων καὶ γαργαλισμῶν οἷον καὶ ὁ πταρμός ἐστι. Gorg. 458. E: ἄκουε δή — ἃ θαυμάζω ἐν τοῖς λεγομένοις ὑπὸ σοῦ· ἴσως γάρ τοι σοῦ ὀρθῶς λέγοντος ἐγὼ οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω. Menon. 97. C. D. Alcib. 1. 104. D. al. Verba autem ἄγαμαι, θαυμάζω, alia eiusdem generis, cum genitivo personae iunguntur (vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 623. sq.), qui quidem genitivus non e pronomine pendet, ut *Stallbaumius* ponit (inter alia laudans Menon. 95. C: καὶ Γοργίου μάλιστα ταῦτα ἄγαμαι), sed per se est rationis (relationis) index; est nostrum *an*, *von*, *in Betreff.* Sic etiam, nullo pronomine apposito, Polit. II. 375. E: οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν ὅτι τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ ἦθος. al. Cf. *Heinrich.* ad Cicer. Oratt. part. ined. p. 95 sq. — τοῦτο — ἐν τῇ ψυχῇ ἀποπλήρωσον] *Heindorfius:* „*hoc, quod mancum quasi est in animo meo, plenum*

perfectumque redde. Discedunt enim haec a vulgari illa dictione ἀποπληροῦν s. ἀποπιμπλάναι τινὰ s. τὴν ψυχήν τινος, *explere alicuius voluntatem.*" Ἀποπληροῦν, *explere*, *satisfacere*, vario modo apud Platonem usurpatum reperimus: Politic. 286. A: τὴν τοῦ πυνθανομένου ψυχὴν ὁ βουλόμενος ἀποπληρῶσαι. Polit. IV. 426. C: καὶ ταύτας (τὰς βουλήσεις) δεινὸς ᾖ ἀποπληροῦν. Legg. VI. 782. E: τὰς ἡδονὰς καὶ ἐπιθυμίας τὰς περὶ ἅπαντα ταῦτα ἀποπληροῦντα. XI. 932. B: καὶ ἀποπληρῶν ᾖ τὰς βουλήσεις. Charm. 169. C: κἀμὲ τάχ' ἂν ἀποπληρώσαις. Apponitur vero etiam accusativus rei, qua desiderium vel cupiditatem alicuius explere aliquis dicitur (ut Latinorum *explere*, int. id quod deest, quod desideramus, h. e. *absolvere*); tunc sensu qui dicitur praegnanti est: *alteri hoc praebere quo cupiditas eius vel desiderium expleatur*, *alteri praebere aliquid ut ei satis facias.* Sic Polit. I. 352. B: καὶ τὰ λοιπά μοι τῆς ἑστιάσεως ἀποπλήρωσον ἀποκρινόμενος. Similiter h. l. positum est τοῦτό μοι — ἀποπλήρωσον: *hoc mihi exple* s. *absolve*, i. e. *hoc, ut mihi satis facias, explica, huius rei rationem, quam desidero, affer.* — Restat ut de verbis ἐν τῇ ψυχῇ exponamus. Omissa sunt in Clark. a prima manu relicto spatio, etiam in Vatic. Θ. nihil nisi τ scriptum exstat. Neque Ficinus videtur illa in libris suis invenisse, qui verterit: *quod vero te dicente sum admiratus, aperias obsecro.* Quocirca vereor ne ab aliena manu interposita sint; facile enim in margine vox ψυχή apponi potuit ut significaretur frequentior illa verbi ἀποπληροῦν cum nomine ψυχή coniunctio. — ἔλεγες γὰρ ὅτι ὁ] Flor. c. ἔλεγε γάρ. Verba γὰρ ὅτι ὁ desunt in Clark., artic. ὁ etiam a Coisl. abest. Proxime Clark. πεμ. — καὶ αὖ] lacuna est in Vatic. Θ., et in Clark. part. αὖ a rec. manu inserta. Mox Venet. Σ. ἐλέγετο ἐν τοῖς λόγοις. — ἡ ἀρετή] Artic. deest in uno Vatic. Mox Coisl. καὶ ἡ σωφροσύνη. In seqq. Clark. εἰ τ' αὖ ἐστιν.

ἑνὸς ὄντος] Palat. Vatic. αὐτοῦ ἐστὶν ἑνός. Deinde Ambros. r. ποθῶ. — ἑνὸς ὄντος τῆς ἀρετῆς] Participium, ut solet, non ad subiecti (ἀρετῆς), sed ad praedicati (ἑνός) genus accomodatum, ut 354. C: τὴν μὲν ἡδονὴν διώκετε ὡς ἀγαθὸν ὄν. Polit. I. 336. A: ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ τοῦτο ἐφάνη ἡ δικαιοσύνη ὄν. 351. A: ὁποῖόν τι τυγχάνει ὂν δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν. al. Vid. *Heindorf.* ad Hipp. mai. p. 169. Protag. p. 637. Parmen 212. *Iacobs* Addit. Animadv. in Athen p. 7. et *Matthiaei* Gramm. gr. p. 822. — τοῦτό γ'] Deest γ' in Ambros. r. et Flor. o. Mox μόρια omittunt Palat. Vatic. c. et Vind.; et hoc posterius μόρια abundare *Stephanus* D

arbitrabatur; bene contra *Heindorfius*: „*quomodo faciei partes sunt partes, quae eatenus vocantur partes, quatenus inter se differunt.*“ In seqq. Flor. b. στόματα καὶ ῥίς. Proxime verba ἕτερα τῶν desunt in Vatic. Θ.; in Clark. a rec. manu adscripta sunt. — ἀλλήλων καὶ τοῦ] Desunt in Vatic. Θ., in Clark. ἀλλήλων rec. manus apposuit. Ceterum *Heindorfius:* „mallem ἀλλήλων τε καὶ τοῦ ὅλου, *non sunt diversa alia ab aliis, tum inter se, tum a toto.*“ Quod sane, si librorum accederet auctoritas, praeferendum esset. Proxime Vatic. Θ. με pro μεγέθει, et in Clark. rec. manus adscripsit.

Πότερον οὖν] Part. οὖν in Venet Ξ. a pr. m. omissa. E

P. 50. οἳ μὲν ἄλλο] *Stephanus:* „For. οἱ μὲν ἄλλου, οἱ δὲ ἄλλου“ Defendit *Heindorfius* accusativum, tritae illius in iudiciis formulae admonens μεταλαμβάνειν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων (v. Apolog. 136. B. Legg. XII. 948. A. Cf. *Dresig.* Dissert. de usu albor. calcul. ap. vett. 10.) Verbis videlicet participandi (μετέχειν, μεταλαμβάνειν al.) genitivus qui dicitur partitionis adiungitur. Sic μεταλαμβάνειν, *participem fieri*, omnibus Platonis locis cum secundo casu iunctum reperitur: Protag. 337. C. Phaedr. 248. E. Gorg. 448. C. Phaedon. 72. C. 102. A. Sophist. 248. D. 250. E. 251. D. 256. B. 259. B. Politic. 268. B. 269. D. 275. B. 285. A. 309. D. Parmen. 129. A. bis 130. E. 131. A. ter. 131. E. bis. 156. A. 163. D. Phileb. 11. C. 65. E. Polit. IV. 421. C. 441. B. VII. 530. C. VI. 486. E. IX. 585. E. X. 600. E. 619. C. Legg. III. 693. D. IV. 721. B. IX. 585. B. X. 904. A. D. XI. 928. A. XII. 967. D. Epinom. 981. C. 985. A. 986. D. 987. C. 992. B. Ipsa etiam vox μέρος secundo casu verbo μεταλαμβάνειν adiungitur, ut Parmen. 131. A: Οὐκοῦν ἤτοι ὅλου τοῦ εἴδους ἢ μέρους ἕκαστον τὸ μεταλαμβάνον μεταλαμβάνει; Quocirca verendum est ne Heindorfius male hoc adiecerit: „ita, quod Stephanus coniecit, οἱ μὲν ἄλλου, οἱ δὲ ἄλλου, ne graecum quidem existimo, non magis quam si quis dicat μεταλαμβάνειν s. μετέχειν μέρους τινός. „Quamquam in eandem fere disputavit partem *Stallbaumius* ad h. l. p. 84. Ac μετέχειν quidem cum μέρος coniungitur ita ut praepositionis μετά vis delitescat (vid. exempla ap. *Matthiaeum* Grammat. gr. p. 633.), sed μεταλαμβάνειν, si est *participem fieri s. nancisci*, haud scio an semper secundum casum adsciscat, contra si est *sumere* et *accipere* (ita ut μετά non partitionis, sed mutationis vim habeat) quartum, ut Protag. 355. C: ἄλλο γὰρ ὄνομα μετείληφεν ἀντὶ τῆς ἡδονῆς τὸ ἀγαθόν. E: μεταλάβωμεν δὴ τὰ ὀνόματα πάλιν τὸ ἡδύ τε καὶ ἀνιαρόν. 356. D. Polit. VIII. 565. A: ἐὰν μὴ μέλιτός τι μεταλαμβάνῃ.

Politic. 287 C: *διαναπαύσωμεν αὐτὸν μεταλαβόντες αὐτοῦ
τὸν ξυγγυμναστὴν τόνδε Σωκράτη;* Tim. 26. E: *καὶ τίν' ἂν
—μᾶλλον ἀντὶ τούτου μεταλάβοιμεν;* Legg. X. 904. B: *ποίαν
ἕδραν δεῖ μεταλαμβάνον οἰκίζεσθαι καὶ τίνας ποτὲ τόπους.*
Ex quibus quidem, ni fallor, perspicitur; *ἄλλου*, quod Ste-
phanus coniecit, si librorum auctoritate confirmaretur, praefe-
rendum esse vulgatae scripturae *ἄλλο*. Sed nulla reperitur in
libris scripturae discrepantia, nisi quod Angelic. ω. habet
ἄλλον οἱ, Palat. Vatic. ε. *ἄλλο τι οἱ* et Flor. a. *οἱ μὲν ἄλλοι;*
quamquam in *ἄλλον* et *ἄλλοι* ipsum potest *ἄλλου* latere. —
ἅπαντ' ἔχειν] Sic Coisl. et Vatic. r., Vind. *ἅπαντ' ἔχει:
οὐδ'*. Vulgo *ἅπαντα ἔχειν*. — *Ἔστι γὰρ οὖν*] Partic. *οὖν*
omnes libri scripti habent (etiam Bas. 2.), praeter Paris E. et
editt. Signum vero interrogationis rectius abest (*γὰρ οὖν* h. l.
est *nehmlich wohl)* Proxime Coisl. *μάλιστα δήπου πάντων*.
Angel. ω. *μάλιστα πάντων δήπου*.

ἦν δ' ἐγώ] Vatic. r. *ἦν δ' ἐγὼ αὐτῶν ἐστίν*. Ceterum 330
τὸ δέ positum est ac si *τὸ μέν* praecessisset.

παραδείγματί γε] Part. *γε* abest a Venet. Σ. Mox B
Vatic. r. *ἀλλ'* et in marg. *γρ. ἀλλοίων*. Etiam Schol. Ruhnk. p.
99. *γρ. οἷον ἐπιστήμη, ἐν ἄλλῳ δὲ μορίων ἀλλοίων*. Vin-
dob. *μορίων ἀλλοῖον* (superscripto ω) *ἐπιστήμη οὐδ' οἷον*, et
in marg. *οἷον ἐπιστήμη, ἐν ἄλλῳ δέ. μορίων ἀλλοίων*. — *οὐδ'
οἷον σωφροσύνη*] Desunt haec in Venet. Σ. Mox Coisl.
ἕκαστόν ἐστιν. In seqq. rectius verba sic distinguuntur, ut
bene annotavit *Stallbaumius: ἆρ' οὖν οὕτω καὶ τὰ τ. ἀρετῆς
μόρια; οὐκ ἔστι κλ.*, ut ad *οὕτω—μόρια* intelligatur *ἔχει*.

καὶ ἐμοί] Clark. *καί μοι*. Mox Venet. Ξ. et Bas. 2. C
εἴπατον pro *εἴπετον* (vid. *Matth.* Gr. gr. p. 453). Proxime
part. *ἂν* deest in Venet. Σ. — *τίν ἂν ψῆφον*] Coisl. a pr.
m. *τί*. Deinde Palat. Vatic. ε. *θῆς*. Flor. o. *θῇς*. Proxime Coisl.
δ' ἄρα. Mox Clark. et reliqui libri praeter Paris. E. Ambros.
r. et editt. *τοιοῦτον ἡ δικαιοσύνη*, quod iure revocarunt Bekk.
et Stallb.

καὶ σύ] Clark. et Vind. *καὶ σοί*. Mox pro *ὡς ἐγῷμαι* D
Vatic. Θ. *ἢ οὔ*. Deinde Coisl. *τοῦτ'*. — *τ. αὐτὸ τὸ πρᾶγμα*]
Art. *τό* abest a Venet Σ. In seqq. Flor. b. *ἢ ὅσιον*. — *ἀγα-
νακτήσαιμ'*] Clark. et Vatic. Θ. *ἀγανακτήσαιμεν ἔγωγ'*.
Proxime *ἔφην* Flor. b. Venet. Ξ. et Bas. 2.; reliqui libri om-
nes vitiose *ἔφη*.

σχολῇ] Ambros. r. Angel. ω. Vatic. r. Vind. *σχολη*, E
posterior deinde *ἄλλο τι*. Coisl. *ὅσιον ἄλλο*. Proxime Clark. et
Vatic. Θ. *αὕτη*.

P. 52. *οὕτως ἂν*] *ἂν* abest a Venet. Σ. Idem liber in

seqq. ἔφην. — *ὀλίγῳ πρότερον*] Sic Par. E. Ambros. r. et libri typis expressi praeter Bekk. et Stallb., qui e libris et praestantissimis (ut Clark.) et plurimis iure receperunt ὀλίγον πρότερον. Vid. ad p. 24. — *Stephanus* in marg. „*Annon recte vos intellexi?* ut iungatur οὐκ cum ἄρα, vel *An vos non recte intellexi?* iungendo οὐκ cum ὀρθῶς. Nam altera lectio εἰ μὴ οὐκ pro ἄρ' οὐκ mihi non placet.“ Lectio quam Stephanus commemorat non est Serr. Cod. scriptura, ut in Bip. libro p. 358. traditur, sed falsa Serrani interpretatio: *si quidem vos non recte percepi.* Et frustra Serranus conatus est interpretationem suam defendere (v. Annot. T. III. p. 8.), dicens ex manuscripto se ita interpretatum esse hunc locum "lego," addit, „τὸ μὲν ἄλλα, id est, vocem illam, ἄλλα, et ita postulare videtur loci sententia. Idem in seqq. legit: εἰ οὖν εἴποι ἀληθῆ ἤδε, λέγε ὦ Πρωταγόρα.“ Quae quidem omnia eiusmodi sunt, ut nihil opus sit refutatione. — *τῆς ἀρετῆς*] in Venet. Σ. τὰ τῆς ἀρ. a rec. manu; idem mox vitiose οὐχ οὕτως. — *ταῦτ'*] Sic e Coisl. cum Bekkero scripsimus pro ταῦτα. Mox Bas. 1. 2. ὅδε· λέγε.

σὺ φῄς] Clark. φῆις. Mox Vatic. r. et Vind. ὁ σὸς 331
οὗτος. Venet. Ξ. ὁ λόγος οὗτος — *ταῦθ' ὁμολ.*] Sic Coisl. pro τἄυτα ὁμολ. Deinde Venet. Σ. a rec. manu ἡμᾶς ἄρα, a pr. deest ἡμᾶς. Proxime Coisl. ἄρ' ἐστίν. Verba ita iunge: οὐκ ἄρα ἐστὶν ὁσιότης πρᾶγμα (τοιοῦτον) οἷον δίκαιον εἶναι, ut supra 330. C: ἔστιν ἄρα τοιοῦτον δικαιοσύνη οἷον δίκαιον εἶναι, alia innumerab. Notum est τοιοῦτον οἷον infinitivo sequente, vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 896. — *ἡ δ' ὁσιότης*] Venet. Σ. δὺ a correctoris manu, et in margine tamquam omissa habet ἢ οὐκ ἔστιν οἷον μὴ ὅσιον δικαιοσύνη. Post v. ὁσιότης οἷον δίκαιον εἶναι πρᾶγμα quod sequi debebat: ἀλλ' οἷον μὴ δίκαιον subiicitur ita: ἡ δ' ὁσιότης οἷον μὴ δίκαιον.

ἀλλ' ἄδικον ἄρα] Ita dedimus e Paris. E. a pr. m. B
cum Bekkero et Stallb.; idque etiam *Heindorfius* coniectura assequutus erat. Verba enim haec cum proxime praecedentibus cohaerent ita ut subiectum sit ἡ ὁσιότης quae μὴ δίκαιον, ἀλλ' ἄδικον dicatur; et his subiunguntur τὸ δὲ (int. ἡ δικαιοσύνη; hoc τὸ δέ autem, ut solet, perinde ponitur ac si praecesserit τὸ μέν) ἀνόσιον (quod ex altera parte respondet praegresso ἄδικον.). Partic. ἄρα est *nimirum, ut patet: sed nimirum iniusta est.* Libri plurimi et primae notae (ut Clark. Vatic. Θ. Coisl. Venet. Ξ. Paris. B. E. Ambros. r. Angel. ω. Barber. al. Etiam Ald. Bas. 1. et 2.) habent ἀλλὰ δίκαιον, quod ex ἀλλ' ἄδικον natum esse perspicitur. Ficinus ita interpretatus est ac si legisset ἄδικον ἄρα τὸ μέν, τὸ δὲ ἀνόσιον: *non ergo talis*

est sanctitas ut res iusta sit, neque iustitia talis ut sancta, sed illa talis ut non iuste, haec ut non sancta, iniusta itaque illa, haec profana. Stephanus expunxit part. *ἀλλά* scribens: *δίκαιον ἄρα τόδε, ἀνόσιον: iustum igitur hoc, est non sanctum,* vel *sanctitatis expers. Beckius* scripsit: *ἀλλ' ἄδικον ἄρα τόδε, τὸ δὲ — ἀνόσιον*, in quo *τόδε* abundat, quia subiectum adiectivi *ἄδικον* est proxime praecedens *ἡ ὁσιότης*. Pro *τόδε*, quod in libris edd. exstat, scribunt Vatic. Θ. Venet. Ξ. Paris. B. C. al. *τὸ δέ*, et pro *ἀνόσιον* Venet. Σ. habet *αὖ ὅσιον*. Unde hanc *Schleiermacherus* concinnavit scripturam: *ἀλλ' ἄδικον, τὸ δὲ αὖ ἀνόσιον*; *αὖ* illud inferciens quod sine dubio e syll. *αν* vocis *ἀνόσιον* natum est. *Stallbaumio* molestum videbatur istud *ἀλλά*. Sed recte mihi videtur habere, siquidem proprie, ut in praecedd., dicendum erat: *οὐδὲ ὁσιότης οἷον δίκαιον, ἀλλ' οἷον ἄδικον.* — *τί*] Ald. Bas. 1. 2. *τό.* — *αὐτός*] Venet. Σ. Palat. Vatic. e. et Vind. *αὐτό*, Angel. ω. *αὐτῷ*. Ceterum citat h. l. *Stob.* Serm. IX. p. 104. v. 16., ubi deest *αὐτὸς καί* et in seq. scribitur *ταὐτὰ ἂν αὐτά.* — *ὑπὲρ ἐμαυτοῦ*] Sic Clark. Flor. b. et Vind.; in libris vero Venett. Ξ. et Σ. Angel. ω. Palat. Vatic. e. et libris edd. (praeter Bekk. et Stallb.) *καὶ ὑπέρ*. Deinde Angel. ω. *ἐάσῃς.* — *ταὐτόν*] Venet. Ξ. Paris. B. C. Flor. a. b. c. o. et Vind. *ταὐτόν γε*; sic etiam Venet. Σ. a corr. m. Palat. Vatic. e. *ταὐτόν τε.* Ceterum *δικαιότης* etiam Gorg. 508. A. exstat. *Heindorfius* contulit Xenoph. Cyrop. VIII. 8. 13. et Anab. II. 6. 26. — Stob. *ταὐτόν γ' ἐστι δικαιότης.* Proxime Bas. 2. *μάλιστα καὶ πάντων*, Venet. Σ. *οἷον ἡ ὁσιότης.* — *ἀποκρίνασθαι*] Clark. et Vatic. Θ. *ἀποκρίνεσθαι*; deinde Clark. *σύ* pro *σοί*. Flor. b. *σοὶ δοκεῖ οὕτως.*

καὶ ὁσιότης] Flor. c. *καὶ ἡ ὁσιότης.* — *μή μοι*] Vid. ad p. 24. annotat. Proxime Clark. *οὐδέ*. Bene *Heindorfius*: „*neque enim requiro ut istud, si vis* (h. e., *huiusmodi propositio*, in qua ponitur formula ista) *exploretur redarguaturque.*" — *τὸ δ' ἐμέ τε καὶ σέ*] int. *ἐλέγχεσθαι*. Recte *Heindorfius*: „haec *me* et *te* dum dicat, ipsam argumentationem (*λόγον*) intelligere se dicit; illam sic optime exploratum iri, si quis illud *si* ex ea sustulerit." Infra 333. C: *τὸν γὰρ λόγον ἔγωγε μάλιστ' ἐξετάζω, ξυμβαίνει μέντοι ἴσως καὶ ἐμὲ τὸν ἐρωτῶντα καὶ τὸν ἀποκρινόμενον ἐξετάζεσθαι.* Ceterum Venet. Ξ. *καὶ τοῦτο. Cornarius* (Eclog. p. 75.) corrigebat *οὕτως τὸν λόγον βέλτιστ' ἂν λέγεσθαι, εἴ τις τὸ εἰ βούλει ἀφέλοι αὐτοῦ.* Proxime editt. et Pal. Vat. e. *οὕτως τὸν λόγον* Cf. 318. B. — Ceterum *τὸ εἰ* per se patet non in universum dictum esse (ut Socrates significet quamque excluden- C

dam esse conditionem), sed referri ad praegressa *εἰ βούλει, ἔστω ἡμῖν* et *εἴ σοι δοκεῖ*; dicere enim volt Socrates sententiam vel rem per se explorandam esse, non ita ut ad arbitrium ponatur aliquid tale esse (ut supra: *εἰ γὰρ βούλει, ἔστω ἡμῖν καὶ δικαιοσύνη ὅσιον καὶ ὁσιότης δίκαιον.*). Barber. et Ambros. r. *τὸ εἰ*. Palat. Vat. e. et Vatic. r. *τὸ εἶ*.

ὅ τ ῳ ο ὖ ν] Clark. et Vatic. Θ. ὅτῳ οὖ. Angel. ω. omittit. Deinde Clark. *ἀμηγέπῃ*, in seqq. *ἀμῇ γέπῃ*. Vid. ad p. 323. C. — ἔ σ τ ι ν ὅ π ῃ] Libri et scripti et editi ὃ μή. Barber. ὧ μή, superscripto ὅ. Vind. ᾧ μὴ προςέοικεν. *Stephanus* corrigebat ἔστιν ὅ τι vel ἔστιν ᾗ. Sed unice commendatur quod *Schleiermacherus* et *Heindorfius* ad Theaet. p. 411. proposuerunt ἔστιν ὅπῃ, idque confirmatur Coisl. et Venet. Σ., in quibus ὅπῃ a correctoris manu scriptum exstat. Sic ἔσθ' ὅπῃ Polit. VI. 486. B: *ὁ κόσμιος — ἔσθ' ὅπῃ ἂν δυςξύμβολος ἢ ἄδικος γένοιτο*; 487. A: *ἔστιν οὖν ὅπῃ μέμψει τοιοῦτον ἐπιτήδευμα κλ.* *Aeschin.* in Ctesiph. p. 83: *οὐκ ἔστιν ὅπῃ ἀναπτήσομαι.* Cf. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 271. Quocirca recte hoc dederunt Heind. Beck. Bekk. et Stallb. D

P. 54. ἄ λ λ η ν] Vatic. Θ. *καὶ* addit, idque Bekkerus recepit, quod miror. Proxime v. *οἷον τὸ ἕτερον* desunt in Angel. ω. Venet. Σ. *τὰ τοῦ προςώπου ὥςγε.* Flor. c. *ἕτερον ὥςτε μόρια ἀμηγέπῃ.* In Vind. verba *τὰ τοῦ πρ. — οἷον τὸ ἕτερον* absunt. In seqq. Clark. *ἀμῇ γέπῃ*, quod sequutus Bekkerus scripsit *ἀμῇ γέ πῃ*.

τ ο ύ τ ῳ γ ε τ. τ ρ.] Part. *γε* abest a Paris. E. Proxime Venet. Ξ. *ἐλέγχῃς*, vitiose. — ἔ χ ῃ] Clark. Bas. 1. 2. *ἔχει*. Ceterum haec verba ita vertit *Ficinus*, ut non solum *ὅμοιον*, sed etiam *ἀνόμοιον* legisse videatur: *si exiguum quiddam habent simile vel dissimile.* Qua quidem re *Heindorfius*, cui *Beckius* obtemperavit, adduci se passus est, ut *τὸ ἀνόμοιον* illud inserciens scriberet: *κἂν πάνυ σμικρὸν ἔχῃ τὸ ἀνόμοιον ἢ τὸ ὅμοιον.* Sed sermonis usus ita fert ut de duobus quae posita vel ponenda sunt alterum tantummodo adiungatur. Sic Phaedon. 96. E: *ἢ τὸ ἓν ᾧ προςετέθη δύο γέγονεν*, ubi alterum *ἢ τὸ προςτεθέν*, nisi excidit, cogitatione suppleri oportet. 98. A: *πῇ ποτὲ ταῦτ' ἄμεινόν ἐστιν ἕκαστον καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν ἃ πάσχει*, pro *ἃ ποιεῖ καὶ πάσχει.* Phileb. 37. C: *ὅτι μεγάλαι τε καὶ σμικραὶ καὶ σφόδρα ἑκάτεραι γίγνονται λῦπαί τε καὶ ἡδοναί*, ubi *Stallbaumius* de Cornarii coniectura scripsit *καὶ σφοδραὶ καὶ ἡσυχαίτεραι. Ficinus:* vehementes remissasque fieri. Sed equidem in hac sto sententia ut locum, qualem libri omnes exhibent, a temerariis arbitrer vindicandum esse correctionibus; adverbium enim *σφόδρα* recte habet, vid. E

ad p. 40., et ex usu sermonis simplex σφόδρα positum est ita ut, quod eius contrarium est, apud animum suppleri oporteat. Quocirca h. l. τὸ ὅμοιον ita positum est ut, quod eius contrarium est, τὸ ἀνόμοιον, simul significet. Sic etiam 356. A: τὸ ἡδὺ positum reperitur pro τὸ ἡδὺ et τὸ λυπηρόν. Ceterum τὸ ὅμοιον, non ὅμοιόν τι positum est, quia hoc ad praegressa τὰ ὅμοιόν τι et τὰ ἀνόμοιόν τι ἔχοντα refertur: *etiamsi simile illud vel dissimile, quod habent, exiguum quiddam est.* — ἦ γάρ] Unus Stephanus male scripsit ἥ. Proxime pro ἀλλήλοις Clark. προςάλληλα. Deinde Paris. E. μέντι. Ceterum οὐ refertur ad verbum primarium (ἔχει) et οὐδὲ ad ὡς (i. q. οὕτως ὡς), quem loquendi usum pluribus ad h. l. enucleavit *Stallbaumius.*

δοκεῖς μοι ἔχειν] Venet. Ξ. omitt. μοι ante v. ἔχειν. — τόδε] Ambros. r. Angel. ω. Barb. et Palat. Vat. e. scribunt τὸ. — Ἔφη] Sic Clark.; reliqui libri omnes, etiam editi (praeter Bekk. et Stallb.) ἀφροσύνην τι (Ald. Bas. 2. τί) καλεῖς, ἔφην. *Heindorfius:* „post haec: ἀφροσ. τι καλεῖς; ἔφην, ex Platonis consuetudine nemo non exspectaverit statim illatum Ναί, ἔφη s. Ἔγωγε, ἔφη." Quod ipsum nanciscimur, si cum Clark. pro ἔφην scribimus ἔφη; φημί est enim saepenumero *aio, affirmo.* Theaet. 165. A: φάναι τε καὶ ἀπαρνεῖσθαι. Sic infra 332. A. B. Ἔφη. C. D. bis. E: ἓν δὲ ἑνὶ μόνον ἐναντίον εἶναι; Φημί. 333. D: Ἔφη. Phaedr. 270. C. al. In seqq. libri omnes habent οὗ πᾶν, quod *Stephanus* emendavit scribendo οὐ *(nonne)* πᾶν κλ. *Cornarius* p. 75. corrigebat: ἀφροσύνην τί καλεῖς, ἔφην, τοῦτο τὸ πρᾶγμα οὗ πᾶν τοὐναντίον ἐστὶν ἡ σοφία, vertens: *insipientiam quid appellas, num hanc rem, cuius in totum contrarium est sapientia?* — ἄνθρωποι] Vatic. r. οἱ ἄνθρωποι; Vind. οἱ ἄνοι. Proxime pron. σοι ante v. δοκοῦσιν abest a Paris. E. — εἰ τοὐναντίον ἔπραττον] „Neque imperfecto tempori in his est locus neque particulae εἰ, sed scribi debuit ἢ ὅταν τοὐναντίον πράττωσι vel ἢ τοὐναντίον πράττοντες. Porro his neutiquam congruit quod respondetur σωφρονεῖν, cuius loco subiici oportebat οὐκ, ἀλλ' οὕτω πράττοντες vel saltem οὕτω πράττοντες. Corrigendum itaque: ἢ τοὐναντίον πράττειν; Σωφρονεῖν, ἔφη." *Heindorfius.* Defendi quidem posset imperf. ἔπραττον (vid. annot. ad p. 18.) et part. εἰ seqq. εἴ τι — πράττεται; neque tamen ita defendi videri possit responsio Σωφρονεῖν, quum verba εἰ τοὐναντίον ἔπραττον hanc potius requirant responsionem: *non si contra faciunt; sed si recte et commode agunt. Stallbaumius* part. εἰ et v. ἔπραττον uncis inclusit.

At vero haec verba adiuncta ἢ εἰ τοὐναντίον ἔπραττον non ad praegressa ὅταν πράττωσιν ὀρθῶς τε καὶ ὠφελίμως referuntur, sed ad proxime praecedentia οὕτω πράττοντες, quibus repetuntur praegressa ὅταν πράττωσιν ὀρθῶς τε καὶ ὠφελίμως atque etiam obscurantur quodammodo, ut recte subiici potuerint haec: ἢ εἰ τοὐναντίον ἔπραττον. Quocirca verbis οὕτω πράττοντες, ἢ εἰ τοὐναντίον ἔπραττον nova quasi interponitur interrogatio, qua tamen primaria illa: ὅταν πράττωσιν ἄνθρωποι ὀρθῶς τε καὶ ὠφελίμως, τότε σωφρονεῖν σοι δοκοῦσιν; non plane obscuratur; iccirco ad hanc respondetur verbo Σωφρονεῖν (nihil enim opus est repetito τότε, quod *Schleiermachero* videbatur). Iam ita perspicimus quoque recte poni εἰ — ἔπραττον, quasi pro οὕτω πράττοντες dictum sit εἰ οὕτω πράττουσιν. Nam εἰ — ἔπραττον est: *si — facerent*, h. e., *si faciunt;* imperfectum enim sine part. ἄν ita poni solet ut non conditionem indicet cogitatam, h. e., non significet aliquid sub conditione aliqua sumi tantummodo, sed aliquid tamquam verum poni (vel tale quod fieri possit et soleat atque etiam fieri necesse sit, si alterum eveniat vel accidat). Sic Gorg. 514. C: εἰ δὲ μήτε διδασκάλων εἴχομεν ἡμῶν αὐτῶν ἐπιδεῖξαι — οὕτω δὲ ἀνόητον ἦν δήπου ἐπιχειρεῖν τοῖς δημοσίοις ἔργοις κτλ., ubi praecedit εἴ τί πώποτε οἰκοδόμημα — ἐστί, καὶ εἰ μὲν εὑρίσκομεν — διδασκάλους: ut sequens εἰ δὲ — εἴχομεν — οὕτω δὲ ἀνόητον ἦν idem fere sit quod ἔχομεν et ἐστί. Conv. 198. C: ὀλίγου ἀποδρὰς ᾠχόμην, εἴ πῃ εἶχον. Polit. III, 406. E: ὃ εἰ μὴ πράττοι, οὐκ ἐλυσιτέλει ζῆν. Vid. quae disputavit et exempla collegerunt *Matth.* Gramm. gr. p. 968. et *Stallbaum.* ad Conviv. p. 95. Adde *Schäfer.* Melett. crit. p. 55. et Appar. Demosth. II. p. 324.

Τοὐναντίον ἄρ'] Sic e Coisl. cum Bekkero dedimus pro τ. ἄρα. Flor. b. c. ἄρα ἐστί. Proxime Vind. ἰσχύει. Idem deinde ἀσθενῶς: δοκεῖ: καὶ εἴ τι. B

ὡςαύτως] Vind. ὡς αὔτως. In seqq. Τούτῳ μὴ ἔστι τι κλ. part. μή interrogat ita ut verendi simul notio insit (nostr. *ist etwa).* Vid. *Schäfer.* Melett. crit. p. 115. et *Stallb.* ad Menon. p. 45. C

P. 56. ἑνὶ ἑκάστῳ] Coisl. ἑκάστῳ ἑνί.

Ἴθι] Venet. Ξ. vitiose ἴσθι, Ambros. r. ἀνομολογησώμεθα a pr. Deinde Coisl. μόνῳ, Angel. ω. μόνω, superscripto ον; idem in seqq. τά — πραττόμενα, superscripto ὁ et ον, Vatic. r. ὑπὸ τοῦ ἐναντίου. — πράττηται] Ald. Bas. 1. 2. πράττεται. In seqq. ὑπὸ σωφροσύνης et ἀφροσύνης est i. q. supra σωφροσύνῃ et ἀφροσύνῃ, v. *Matth.* Gramm. gr. p. 1186. Angel. ω. habet τὸ δ' ὑπό, Palat. Vatic. c. et Flor. o. ὑπ' D

ἀφροσύνης. — ἄρ' ἐστὶν] Sic Clark. Coisl. et Vatic. r. Angel. ω. ἄρ', Ald. Bas. 1. 2. Steph. ἄρα.; ἆρα autem scribendum esse iam *Stephanus* in marg. annotavit. — ἀφροσύνη σωφρ.] Coisl. σωφροσύνη ἀφροσύνης. *Bekkerus* annot. „malim ἀφροσύνη σωφροσύνῃ." Et hoc reposuit *Stallbaumius* nixus Flor. b., in quo σωφροσύνη exstat „iota quod subscribitur de more neglecto." Addit vir doctissimus: „h. l. dativus per ipsam sententiae rationem requiritur. Et ponitur etiam in proximis constanter casus tertius." At vero sensum si spectas inter secundum et tertium casum nihil interest. Quocirca retinenda est vulgata omnium librorum stabilita auctoritate. Sic supra 317. B: ἐγὼ οὖν τούτων τὴν ἐναντίαν ἅπασαν ὁδὸν ἐλήλυθα. 323. D: τὰ ἐναντία τούτων κακά. 324. A: πᾶν τὸ ἐναντίον τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς. Theaet. 184. C: τὸ τούτου ἐναντίον. Polit. III. 394. B: ὅτι ταύτης αὖ ἐναντία γίγνεται. Euthyph. 5. D: καὶ τὸ ἀνόσιον αὖ τοῦ μὲν ὁσίου παντὸς ἐναντίον. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 680. — Μέμνησαι] Clark. Vat. Θ. Venet. Σ. Paris. B. C. E. Ambros. r. Angel. ω. Barb. duo Vatic. Flor. a. b. c. o. Vind. μέμνημαι. Ficinus: *recordamur*. In Coisl. exstat μέμνησαι a correctoris manu. — πότερον οὖν] Clark. et Vatic. Θ. πρότερον οὐκ οὖν. Proxime Vatic. r. λύσομεν τὸν λόγον (sic etiam Vind.). Indicativum futuri λύσομεν equidem praetulerim; vid. ad p. 58. (333. C.).

τὸ ἓν ἑνὶ] ex emend. habet Clark., in Vatic. vero Θ. lacuna est. Ceterum artic. τό non cohaeret cum v. ἕν, sed toti praefigitur enuntiationi (ut sit i. q. τοῦτον τ. λόγον ἐν ᾧ ἐλέγετο ἓν κτλ.). Sic Phaedon. 92. A: ἄνπερ μείνῃ ἥδε ἡ οἴησις τὸ ἁρμονίαν μὲν εἶναι σύνθετον πρᾶγμα. 94. B: εἰ ὀρθὴ ἡ ὑπόθεσις ἦν τὸ ψυχὴν ἁρμονίαν εἶναι. Gorg. 461. E. Polit. I, 331. B. al. Cf. not. ad Polit. p. 319. et *Matth.* Gramm. gr. p. 568. Quocirca cave cum Heindorfio et Stallbaumio (Var. Lectt. p. 55.) art. τόν omissum esse censeas. — μόνον] Angel. ω. μόνω. Proxime Venet. Ξ. Pal. Vat. c. Flor. o. σοφίαν. Deinde ante p. πρός in Paris. C. Ambros. r. et Barb. deest part. καί. Ceterum de πρὸς τῷ, *praeterquam quod*, licet quavis fere pagina reperiatur, vid. *Wyttenb.* ad Plutarch. p. 115. B. p. 766. — αὐτά] Coisl. a pr. habet ταυτά, a corr. m. ταῦτα. Art. αἱ omiss. in Venet. Ξ. a pr. Deinde rursus Vatic. r. scribit λύσομεν; recte, ut equidem arbitror; et h. l. accedit libri Vindob. auctoritas. — μουσικῶς] Egregie *Heindorfius* annot. „in his lenem agnosco sophistae irrisionem qui supra (p. 326. B.) πάντα τὸν βίον τοῦ ἀνθρώπου εὐρυθμίας τε καὶ εὐαρμοστίας δεῖσθαι dixisset."

πλείοσι δὲ μή] Sic Flor. a. b. o. σ. et libri editt. recentiores. Reliqui omnes (ut videtur, quum *Bekkerus* nihil enotaverit) cum editis superioribus scribunt *πλείοσιν*, quod nunc retinuerim. Vid. *Bekker.* Anecdot. gr. p. 1400. *Poppon.* ad Thucyd. T. I. p. 444 sq. Cf. quae *Buttmannus*, vir acutissimus, de hoc genere disputavit Gramm. ampl. I. p. 93 sq. *Heindorfius* addit: „ut ante dixit: ἓν ἑνὶ μόνον ἐναντίον εἶναι, πλείω δὲ μή, ita hic quoque magis placeret πλείω, praesertim propter seqq., in quibus uni ἀφροσύνῃ plura opponuntur, σοφία et σωφροσύνη. Illud tamen Ficinus expressit *pluribus vero nequaquam*, atque res redit eodem." Etenim si unum unius contrarium est, neque plurium contrarium est unum; neque unius contraria sunt plura. Variandae igitur orationis causa prius (πλείοσι δὲ μή) positum est, ita ut posterius in seqq. ἑνὶ ὄντι — ἐναντία σοφία καὶ σωφροσύνη significetur; quamquam propter ἓν μόνον ἐναντίον εἶναι accuratior expositio requirebat πλείω δὲ μή. — *ἐναντία*] Venet. Σ. Paris. B. C. Ambros. r. Angel. ω. Barber. Palat. Vatic. c. et Florentt. ἐναντίον. — *ἢ γάρ*] int. οὕτως ἔχει s. οὕτω σοι δοκεῖ (οὐ συνᾴδειν τοὺς λόγους τούτους). Verba rectius ita distinguuntur: ἦ γάρ, ὦ Πρωταγόρα; — ἔφην ἐγώ — ἢ ἄλλως πως; In seqq. recte advertit *Heindorfius* cohaerere ὡμολόγησε καὶ μάλ' ἀκόντως, ut καί intendat vim vocis μάλα. Cf. 315. D. Tollenda est igitur interpunctio post v. ὡμολόγησε. Ceterum Coisl. μάλιστ'. — *ἐὰν*] Coisl. ἐάν; mox a rec. εἴη ταυτόν. Deinde Ald. Bas. 1. ταὐτὸν ὄν. Proxime ἀλλά deest in Vatic. r. — *ἀρά τίς σοι*] Sic Vat. Θ., Vatic. r. et Coisl. (a correctoris m.), quod cum Bekkero recepimus pro ἆρά τί σοι. In seqq. Ambros. r. ἀδικῶν δοκεῖ. Vind. δοκεῖν ἀδικῶν ὅμως σωφρονεῖ ὅτι. B

P. 58. *πολλοί γε*] In Paris. E. part. γέ deest. Ceterum ante πολλοί vereor ne articulus exciderit; sic etiam in seqq. τὸν λόγον — τὸν τῶν πολλῶν; quamquam in his articulus videri possit appositus esse ut sit *multi illi quos modo dicebas*, et sic accepit locum *Stallbaumius*; at vero res ipsa mihi videtur articulum flagitare, siquidem revera multitudo a philosophiae virtutisque studio aliena prudentiae esse arbitratur, si possit (h. e., *wenn man könne*) iniuste facere. Ficinus quoque: *plurimi autem hominum asserunt.* Etiam *Heindorfius* desideravit articulum. — *ποιήσομαι*] „Nonne aptius ποιησώμαι, ut ante πότερον οὖν — λύσωμεν τὸν λόγον?" *Heindorfius.* Ego vero potius loco illo λύσομεν cum Vaticano scriberem, si aliorum accederet librorum auctoritas. Sic enim Platoni quoque indicativus futuri vi quadam deliberandi usurpatur, ut Phaedr. 261. C: ἢ τί φήσομεν; Gorg. 505. C: Εἶεν τί C

οὖν δὴ ποιήσομεν; Phaedon. 71. E: πῶς οὖν ποιήσομεν; Theaet. 187. D; πότερον ἐάσομεν αὐτὸ ἢ ἐπισκεψόμεθα ἄλλον τρόπον, ἢ ὀλίγον πρότερον; Sophist. 219. A: πότερον ὡς τεχνίτην αὐτὸν ἢ τινα ἄτεχνον — θήσομεν; Cratyl. 425. B: ἐάσομεν οὖν, ἢ βούλει — ἐπιχειρῶμεν κτλ. 437. D: ὥςπερ ψήφους διαριθμησόμεθα τὰ ὀνόματα καὶ ἐν τούτῳ ἔσται ἡ ὀρθότης; Phileb. 19. B: σκόπει δὴ τί δράσομεν. 22. C: σκοπεῖν χρὴ — τί δράσομεν. Polit. II. 375. C: τί οὖν ποιήσομεν; IV. 434. D: τί γὰρ καὶ ἐροῦμεν; V. 449. B: ἀφήσομεν — ἢ τί δράσομεν; al. Hinc etiam post οὐκ ἔχω, ἀπορῶ al. recte habet indicativus futuri, ut Gorg. 465. C: οὐκ ἔχουσιν ὅ τι χρήσονται, ubi *Heindorfius* p. 63. plura attulit exempla, male autem annotavit: *vide ne sermonis graeci ratio postulet* χρήσωνται. Nec audiendus est cl. *Stallbaumius* qui Conviv. 216. C. libris omnibus refragantibus cum Bekkero scripsit ὥςτε οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσωμαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ pro χρήσομαι (*quid mihi faciendum sit*, non: *quid facturus sim*). Cf. *Perizon.* ad Aelian. V. H. I, 32. *Orelli* ad Isocrat. de bonor. permut. p. 266. *Werfer.* in Act. Philol. Monac. V. I. F. 2. p. 233. *Matth.* Gramm. gr. 986. — διαλέχθητι] Angel. ω. διαλεχθέντι. Proxime art. τόν ante τ. πολλῶν operarum errore deest in Steph. et Bip. In seqq. pro ταῦτα (*illa quae vulgo placent*, ut recte interpretatur *Stallbaumius* malebat *Heindorfius* ταὐτά; *eadem quae modo*, sine causa. Deinde cum Bekk. e Coisl. μάλιστ' pro μάλιστα dedimus. Proxime Clark. συμβαίνειν et Vatic. r. μέντι. — τὸν ἀποκρινόμενον] Vatic. Θ. artic. ignorat. *Cornarius* scriptum volebat καὶ σὲ τὸν ἀποκρινόμενον. Recte adversatur *Heindorfius*, quum Socrates in universum loquatur. *Ficinus* quoque: *contingit tamen ex hoc et me interrogantem et respondentem examinari.*

ἐκαλλωπίζετο] est h. l. *fastidiebat* s. *recusabat*, ut D Phaedr. 236. D: παῦσαι πρός με καλλωπιζόμενος· σχεδὸν γὰρ ἔχω ὃ εἰπὼν ἀναγκάσω σε λέγειν. Admirabilis in huius quoque verbi significationibus cernitur graecae et germanicae linguae consensus; etenim ut καλλωπίζεσθαι proprie est *se venustum reddere* s. *se ornare*, deinde, qui delicatorum hominum mos est, *fastidire* et *recusare*, sic nostrum *sich zieren* est *sich schmücken* s. *schön machen* et *sprōde thun* s. *sich weigern*. — Mox δυσχερῆ est *difficilem tractatu ac fere captiosam*, ut Hipp. min. 369. B. Legg. XI. 922. C. XII. 944. B. Crit. 45. B. al. Cf. *F. A. Wolf.* ad Demosth. Leptin. p. 334. — Proxime Vatic. r. ἀποκρίνασθαι. — λέγεις] Vatic. r. ἔφης. — βουλεύεσθαι] Sic libri scripti (etiam

Vindob. 54. V. *Bast.* Krit. Vers. üb. d. T. des plat. Gastm.
p. 13.) praestantissimi; corruptum βούλεσθαι, quod libri editi
habent, in solis reperitur Paris. E. et Ambros. r. *Stephanus*
quoque in marg. „for. βουλεύεσθαι.“ *Ficinus* vertit: *bene au-*
tem sapere bene consulere in eo quod iniuste agunt? Coniun-
ctio ὅτι est *quatenus*, *siquidem*, ut supra: ἆρά τίς σοι δοκεῖ
ἀδικῶν ἄνθρωπος σωφρονεῖν, ὅτι ἀδικεῖ; Parmen. 155. E:
ἆρ' οὐκ ἀνάγκη αὐτὸ — ὅτι μὲν ἔστιν ἕν, οὐσίας μετέχειν
ποτέ, ὅτι δ' οὐκ ἔστι, μὴ μετέχειν αὖ ποτὲ τῆς οὐσίας;
Cratyl. 414. A: καὶ μὴν αὐτό γε τὸ θάλλειν τὴν αὔξην μοι
δοκεῖ ἀπεικάζειν τὴν τῶν νέων, ὅτι ταχεῖα καὶ ἐξαιφνιδία γί-
γνεται. Alcib. I. 124. B. Euthyd. 277 E. al. — εἰ εὖ] Part.
εἰ deest in Vat. Θ. Proxime οὖν ignorat Coisl.; deinde scribit
ταυτόν pro ταῦτ'.

Καὶ ν. μ. Δ.] Part. καὶ deest in Coisl. Proxime Pal. E
Vat. c. ἔφην. — παρατετάχθαι] *Cornarius* corrigebat
παρατεταράχθαι, vertens: *et ad respondendum perturbatus*;
quod nihili est. *Heindorfius*: „Proprie de milite in acie collo-
cato usurpatum hoc παρατετάχθαι h. l. aptissime positum de eo
qui in certamen quasi compositus videtur, quo respondendi
partes declinet.“ Est simpliciter *reluctari*. — Praegressum
ἀγωνιᾶν non est, ut *Stallbaumius* accepit, *certaminis cupidum*
esse, *certare velle* (quod a Protagora reluctante, h. e. dispu-
tationem, quasi certamen, recusante prorsus abhorreret), sed
trepidare, *aestuare*, ut Charmid. 162. C. Lys. 210. E. Rival.
(Amat.) 133. E. Minime huc pertinet, in qua nititur *Stall-*
baumii sententia, egregia quam *Lobeckius* de verbis desidera-
tivis ad Phrynich. p. 82. instituit disputatio. — In seqq. Clark.
scribit ἡμέρα, et pro ἠρόμην Ambros. r. ἠρώτων Angel. ω.
ἠρωτώμην.

ἀνθρώπων] Palat. Vat. c. Vatic. r. Flor. a. e. o. ἀν- 334
θρώπῳ. Proxime Paris. C. Ambros. r. et Barb. μή pro μηδέ. —
οἶδ' ἅ] Venet. Σ. οἶδα ὡς, Clark. Paris. B. C. E. Angel. ω.
Barb. Pal. Vat. c. Vatic. r. et Coisl. a pr. οἶδα ἀνθρ. In seqq.
ἀνωφελη et εστι καὶ σιτία in Clark. ex em. Ceterum pertur-
bata est orationis cohaerentia, ut perturbatum, confusum et ae-
stuantem conspicias Protagoram. Duae in unum conflatae vel
potius confusae sunt constructiones; una videlicet haec est:
ἃ ἀνθρώποις μὲν ἀνωφελῆ ἐστίν, ἵπποις δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις
ζώοις ὠφέλιμα, altera haec: πολλὰ οἶδα τὰ μὲν ἀνθρώποις
ἀνωφελῆ, τὰ δὲ ὠφέλιμα; iam propter interposita τὰ δέ γε
ὠφέλιμα (quasi τὰ μὲν ἀνθρώποις ἀνωφελῆ praecesserit) et τὰ
δὲ ἀνθρώποις μὲν οὐδέτερα verba, quae statim priora ἃ ἀν-
θρώποις μὲν ἀνωφελῆ excipere debebant, subiecta sunt: κυσὶ

δέ, ita ut e proxime praegressis *τὰ δὲ ἀνθρώποις μὲν οὐδέτερα* pendeant. Quocirca nihil esse mutandum recte iam *Heindorfius* censuit, cui iure *Stallbaumius* assentitur. *Cornarius* enim corrigebat: *τὰ δέ γε ὠφέλιμα; τὰ μὲν ἀνθρώποις, τὰ δὲ ἵπποις, τὰ δὲ βουσὶ μόνον*, et *Schleiermacherus* in prim. edit. p. 398. suspicabatur: *καὶ ἄλλα μυρία τά γε ὠφέλιμα ἀνθρώποις μὲν οὐδ' ὁτιοῦν, ἵπποις δέ.* — *τὰ δέ γε ὠφέλιμα*] perinde ponitur ac si praecesserit *τὰ μὲν ἀνωφελῆ*, ut 320. B: *πολλὰ δὲ μεμαθηκέναι, τὰ δὲ* (ac si *τὰ μέν* praecesserit) *αὐτὸν ἐξευρηκέναι*, ubi v. not. p. 30. Proxime *οὐδέτερα*, *neutra*, est: *nec inutilia* (h. e. perniciosa, *πονηρά*, ut in seqq.) *nec utilia*; unde ad v. *ἵπποις δέ* petendum: *vel inutilia vel utilia*; verba autem haec *ἵπποις δέ* ita adiuncta sunt, ut et ad priora *ἃ ἀνθρώποις μὲν ἀνωφελῆ ἐστίν* et ad proxime praegressa *τὰ δὲ ἀνθρώποις μὲν οὐδέτερα* respiciant. Ceterum *ἀνωφελῆ*, ut Latinorum *inutilia*, non sunt *ἀδιάφορα*: quae neque prosunt neque obsunt, sed *quae utilium sunt contraria*, h. e., *damnosa* s. *perniciosa*. Polit. IV. 427. A: *ὅτι ἀνωφελὲς καὶ πλέον οὐδέν*. Hipp. mai. 284. E. Hipparch. 231. E. Lys. 210. C. al. *Heindorfius* laudavit Xenoph. H. Gr. I. 7, 28. Mem. Socrat. II, 6, 4. Cf. Lexic. Xenophont. I. p. 280. — *ἡ κόπρος*] Ald. Bas. 1. vitiose *κόπος*. Clark. *κόπρός· ὦ.*

εἰ δ' ἐθέλοις] Sic Clark. Vatic. Θ. et Vatic. r., idque Bekkerus recepit; in Coisl. Venet. Σ. Ambros. r. Pal. Vat. c. et Flor. o. *εἰ δὲ θέλεις*, Ald. Bas. 1. 2. Steph. Heind. et Beck. *εἰ δὲ θέλοις*. Heindorfius malebat *εἰ δ' ἐθέλεις*, quod *Stallbaumius* in ed. Weigel. sequutus est. Disputavit quidem Heindorfius de indicativo v. *ἐθέλειν* cum part. *εἰ* iuncto ad Phaedon. p. 56., neque tamen ita ut mihi persuaserit omnibus locis recte habere indicativum. Hoc videlicet inter indicativum et optativum intercedit discrimen, ut indicativus indicet, quod fieri possit vel etiam debeat (ut supra 324. A: *εἰ γὰρ ἐθέλεις ἐννοῆσαι τὸ κολάζειν — τοὺς ἀδικοῦντας τί ποτε δύναται*. Phaedon. 68. C: *εἰ γὰρ ἐθέλεις — ἐννοῆσαι τήν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην*. al.), optativus contra, quod fieri posse ponatur tantum, per se autem fieri neque soleat neque etiam debeat. Sic Charm. 154. D: *εἰ ἐθέλοι ἀποδῦναι* (nostrum: *wenn er sich entkleiden wollte* s. *würde*, ubi *εἰ ἐθέλει* prorsus ineptum et indecorum haberet sensum: quasi hoc a Charmide postulari posset ut se nudaret). *Thucyd.* II, 39: *καίτοι εἰ ῥαθυμίᾳ μᾶλλον ἢ πόνων μελέτῃ — ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν, περιγίγνεται ἡμῖν* cet. Sic nostro quoque loco *εἰ δ' ἐθέλοις* id significat quod ponitur s. sumitur tantummodo, per se autem neque solet neque etiam debet fieri. Similiter de in-

dicativi et optativi discrimine exposuit cl. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1016 sq. — πάντα ἀπ.] Cois. ἀπόλλυσιν πάντα.

P. 60. πάγκακον] *Ficinus* vertit ac si legisset πάγκαλον *oleum quoque — maxime prodest.* Flor. b. πάγκ. ταῖς θριξί. Proxime art. ταῖς ante τ. ἀλλ. ζ. abest a Venet. Σ. — ἐνταῦθα] interpretes (velut *Schleiermacherus* qui vertit: *auch dieses hier)* perinde vertunt ac si positum sit pro τοῦτο (τὸ ἔλαιον), quod tamen fieri non potest. Verba enim ita cohaerent: ὥςτε καὶ ἐνταῦθα, τῷ ἀνθρώπῳ, ταὐτὸν τοῦτο τοῖς μὲν ἔξωθεν τοῦ σώματος ἀγαθόν ἐστι, τοῖς δ' ἐντὸς κάκιστον. Etenim ἐνταῦθα, *hic*, spectat ad praegressa ταῖς δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἀρωγόν, igitur ad hominem; quocirca subiungitur tamquam ἐπεξήγησις, ut solet, τῷ ἀνθρώπῳ (germ. *beim Menschen).* Nolim enim cum cl. *Matthiaeo* Gramm. gr. p. 710. et *Stallbaumio* duplicem ponere dativum (*den äusseren Theilen dem Menschen* pro: *des Menschen)*, et hoc ita interpretari: *ist dem Menschen für die äusseren Theile gut;* sed τῷ ἀνθρώπῳ epexegesis est praecedentis ἐνταῦθα. Dativus videlicet simplex non solum in locorum, urbium al. nominibus ponitur (ut Menex. 245. A: τὰ τρόπαια τά τε Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιαῖς, al. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 742.), sed in universum quoque significat ubi id de quo agitur locum habeat, exstet, inveniatur, legatur al. Legg. IV. 706. D: ὁ δὲ χαλεπαίνει αὐτῷ (*apud eum, Homerum* int.) καὶ λέγει. Hipp. min. 364. E: λέγει αὐτῷ ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Ὀδυσσέα. (Cf. *Toup.* ad Longin. IX, 10. p. 278. Weisk.) Legg. XII, 955. E: γῆ — ἱερὰ πᾶσι (*apud omnes;* male corrigunt πᾶσα) πάντων θεῶν. Alcib. I, 118. E: σοὶ (*nos: bei dir)* τίν' αἰτίαν ἀναθῶμεν διότι σε οὕτως ἔχοντα περιορᾷ; al. Quocirca ante τῷ ἀνθρώπῳ interpungatur necesse est, ut 313. A: ὃ δὲ περὶ πλείονος τοῦ σώματος ἡγεῖ, τὴν ψυχήν (nos: *nehmlich die Seele;* sic h. l. *hier — nehmlich beim Menschen).* Vid. ad p. 12. — τοῖς μὲν ἔξωθεν] Cois. ἔξωθεν μὲν — ἐντὸς δέ.

ταὐτὸν] Sic pro vulg. ταὐτὸ cum Bekkero et Stallbaumio scripsimus. Coisl. ταυτόν. — οἷς μέλλει ἔδεσθαι] Ad pluralem τοῖς ἀσθενοῦσι refertur singularis μέλλει (vid. not. ad p. 28.), siquidem subiectum quod dicitur persona est infinita (nostrum; *einer, man).* De v. ἀπαγορεύειν cum part. μή constructo vid. *Hermann.* ad Viger. p. 810 sq. *Buttmann.* Excurs. ad Demosth. Orat. in Midiam p. 142 sq., quos Stallbaum us quoque attulit. — ὅσον μόνον] i. q. τοσούτῳ μόνον ὥςτε s. τοσούτῳ μόνον ὅσον ἐξαρκεῖ, *quantum satis est ad.* — Vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 897. Proxime Ficinus perinde vertit ac si legisset: ἐν τισι σιτίοις: *nisi quam paucissimo ad obso-* C

niorum quorundam *male olentium offensionem reiiciendam.* — ὡς εὖ λέγοι] *quam bene*, i. e. *quod tam bene.* Etenim ὡς pro ὅτι οὕτως ponitur, ut p. 315. B: τοῦτον τ. χόρον μάλιστα ἔγωγε ἥσθην ὡς καλῶς (quod tam pulchre) εὐλαβοῦντο κλ. Phaedon. 58. E: εὐδαίμων γάρ μοι ὁ ἀνὴρ ἐφαίνετο — ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα. 89. A. Theaet. 142. C. Conv. 198. A. al. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 900. Ambros. r. scribit λέγει.

μακρὰ λέγῃ] Etenim proprium erat sophistarum τὸ D
μῆκος τῶν λόγων, quod Gorg. 449. B. dicitur, s. μακρολογία. Alcib. I. 106. B: ἆρα ἐρωτᾷς εἴ τινα ἔχω εἰπεῖν λόγον μακρόν, οἵους δὴ ἀκούειν εἴθισται; Cf. Hipp. min. 373. A. Min. 315. D. al. — διαλέξεσθαι] Sic Clark. reliquique libri, uno Paris E. excepto, pro eo quod editt. habent διαλέγεσθαι. Illud Bekkerus quoque et Stallbaumius revocarunt. — Proxime Venet. Ξ. ἐπειδὴ καὶ ἐπιλήσμονι; deinde Ald. Bas. 1. 2. βραχυτέρους et Pal. Vat. c. κελεύοις. In seqq. Vatic. r. omitt. ἔφη.— ἀποκρίνωμαι] Clark. Vatic. Θ. Coisl. Vatic. r. et editt. vett. ἀποκρίνομαι, quod *Stephanus* emendavit. Ambros. r. ἀποκρί^{ο}νωμαι. Proxime Clark. ἦι. In Coisl. desunt verba ἀλλ' — ἦν δ' ἐγώ.

ἀποκρίνωμαι] Iterum Clark. Vatic. Θ. Coisl. et Vat. r. E
ἀποκρίνομαι. Mox Clark. ἤ. — ἀκήκ. γοῦν] Vatic. r. οὖν. Proxime Clark. σοί pro σύ. — μακρὰ λέγειν — καὶ αὖ βραχέα] Rhetorum et eorundem sophistarum inventio erat μακρολογία et βραχυλογία. Phaedr. 267. B: Τισίαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν, οἳ — συντομίαν λόγων καὶ ἄπειρα μήκη περὶ πάντων ἀνεῦρον; Cum verbis quae sequuntur ἐν βραχυτέροις εἰπεῖν conferenda illa Gorg. 449. C., ubi ipsum Gorgiam dicentem facit Plato: καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἕν ἐστιν ὧν φημί, μηδένα ἂν ἐν βραχυτέροις ἐμοῦ τὰ αὐτὰ εἰπεῖν. Ceterum ἐν βραχυτέροις nota est illa adverbii circumloquutio, de qua diligenter exposuit *Fischer.* ad Weller. III, 2. p. 142 sq.

διαλέξεσθαι] Sic membranae, exceptis Paris. F. et 335
Pal. Vat. c. quae cum libris editt. scribunt διαλέγεσθαι; Bekkerus quoque et Stallb. illud receperunt. Proxime e Clark. Vat. Θ. et r. Bekk. et Stallb. dedimus χρῶ τρόπῳ pro τρόπῳ χρῶ. Deinde πρός με scripsimus, quod omnes et scripti et litterarum formis expressi libri (etiam Stephan.) habent. Vid. quae annotavi ad Protag. 309. B. — τοῦτ'] Hoc cum Bekkero dedimus e Coisl. pro τοῦτο. Proxime art. ὁ abest ab Angel. ω. Ceterum ante v. ὡς ὁ ἀντιλ. — οὕτω διελεγόμην, quibus praecedens explicatur, nostri sermonis usus particulam

explicandi vi praeditam (v. o. *nehmlich*) addit, quam graecus sermo omittit (vid. quae annotav. ad p. 40.). Sic Polit. II. 359. B: *μάλιστ᾽ ἂν αἰσθοίμεθα εἰ τοιόνδε ποιήσαιμεν τῇ διανοίᾳ, δόντες ἐξουσίαν ἑκατέρῳ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούληται — εἶτ᾽ ἐπακολουθήσαιμεν θεώμενοι ποῖ ἡ ἐπιθυμία ἑκάτερον ἄξει.* Advertit id etiam cl. *Stallbaumius*, qui hanc appellavit enuntiatorum appositionem (*Apposition der Sätze*). — *καὶ ὅτε οὐκ ἐθελ.*] A Coisl. abest *καί*; deinde Pal. Vat. c. et Vat. r. *ἐθελήσει.* Sed recte habet optativus hic, qui indicat quod fieri posse cogitamus vel suspicamur, licet indicativus *ἤρεσε* praecedat qui aliquid vere factum esse significat. Exempla collegerunt, quos *Stallbaumius* iam laudavit, *Haitinger.* in Actt. Philol. Monac. III. p. 165. et *Baehr.* in Creuzer. Melett. III. p. 49.

ἡγησάμενος οὐκέτι] Ante v. *οὐκέτι* suspicabatur B
Heindorfius intercidisse *οὖν*. Sed locus ita distinguendus est: *Καὶ ἐγώ (ἔγνων γὰρ ὅτι — διαλέγεσθαι) ἡγησάμενος οὐκέτι κτλ.*

P. 62. *καὶ ἐν βραχυλογίᾳ*] Desunt haec in Coislin. C

τὰ μακρά] *Stephanus* annot. in marg. „For. *πρὸς τὰ μακρά.*, alioqui sit subaud. aliquis infinitivus.“ Sed adiectiva a verbis ducta et in universum quae facultatem aut facultatis defectum designant non solum cum infinitivo, sed etiam cum accusativo substantivi nominis iunguntur, vid. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 748. — *ἀλλὰ σὲ ἐχρῆν*] Sic Ald. Bas. 1. 2. Stephanus dedit *ἀλλά σε*, cui, quum opponatur praegressis *ἐγὼ δέ* cet., nihil est loci. Proxime Ald. Bas. 1. et 2. *συγχωρεῖ* et *ἀμφότερον δυνάμενα* (sic etiam Paris. E.). *Cornarius* corrigebat *τὸν ἀμφότερον δυνάμενον*, rectius vero habet quod Stephanus reposuit *τὸν ἀμφότερα δυνάμενον*, idque librorum scriptorum confirmatur auctoritate. — *ξυνουσία*] Sic Cod. Vind. 54. (v. *Bast.* Krit. Vers. p. 111.) pro *συνουσία* scribit, addito artic. *ἡ*, qui etiam in Coisl. a recentiori manu appositus est. Atque hanc quidem scripturam veram habemus, propterea quod de disputatione iam instituta (quod articulus significat: *is quem instituimus sermo*; non satis recte *Stallbaumius*: *ut colloquium institueretur*) agitur, ut 337. B. 338. D. al. Verb. *γίγνεσθαι* est *procedere*, ut 337. B: *καὶ οὕτως ἂν καλλίστη ἡμῖν ἡ ξυνουσία γίγνοιτο.* 338. C: *ἵν᾽, ὃ προθυμεῖσθε, ξυνουσία τε καὶ διάλογοι ἡμῖν γίγνωνται* al. Part. *ἵνα*, ut solet, cum indicativo imperf., plusquamp. vel aoristi iuncta indicat quod fieri debebat, sed non factum est. Cf. *Marcl.* ad Lys. p. 43. *Heindorf.* ad Theaet. p. 348. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 997. et *Schäfer.* Appar. ad Demosth. I. p. 351. — *ἀποτείνοντι*] Paris. E, *ἀποτείνοντα.* In seqq. cum Bekkero e Coisl. Ambros. r.

Angel. ω. Barb. Pal. Vat. c. et Vat. r. recepimus ταῦτ' pro ταῦτα. Proxime Clark. et Vat. Θ. ἀναστομένου. Mox Angel. ω. κλεινίας pro ὁ Καλλίας.

τοῦ τρίβωνος] Ald. et Bas. 1. τὸ τρίβωνος. Steph. D in marg. „sed scribendum ἀντελάβετό τε τρίβωνος vel ἀντελ. τοῦ τρίβωνος." Hoc et Bas. 2. et membranae suppeditant. — οὖν σου] Pron. σου abest a Vatic. r. et Vind.; idem mox ἡδίων scribit; deinde Flor. b. ἀκούσωμαι. — ἀνεστήκῃ] Sic Clark. et Vat. Θ. (Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 360. *Stallbaum.* ad Conviv. p. 95.); libri editt. (praeter Bekk. et Stallb.), Coisl. et Paris. B. (addita a rec. littera ν) ἀνεστήκειν, Barb. διανεστήκειν omissa part. δέ. — ἀεὶ — ἄγαμαι] „*Ficinus* vertit; *tuam semper philosophiam admiratus sum*: ut coniicere quis possit pro ἄγαμαι eum ἤγαμαι legisse." *Heusdius* Spec. crit. p. 70. Quam verbi formam recte repudians *Heindorfius* annotat: „in his neminem offendet praesens hoc ἄγαμαι, quamvis eius loco poni ἠγάσθην vel ἠγάμην potuerit." Etenim ut perfectum (vid. ad p. 46.), sic praesens ponitur ita ut et praeteriti et praesentis vis ei subiecta sit et ad aoristi similitudinem accedat; quocirca etiam cum aoristo coniungitur. Sic h. l. ἄγαμαι est: *delectatus sum et adhuc delector* s. *delectari soleo*, Vid. quos laudavit *Matth.* Gramm. gr. p. 956. Ceterum ἄγαμαι h. l. non est *admiror* (hoc enim fortius esset quam sequens *laudo* et *amo*), sed *delector*, *cum voluptate animadverto*; et part. καί non cum ἀτάρ arcte cohaeret, quod Stallbaumio visum est, sed spectat ad v. ἐπαινῶ et φιλῶ: *nunc vero etiam laudo atque amo*. Atque haec particulae καί positio, quam hyperbaton Grammatici vocant, in attractione nititur, qua Graeci hoc efficiunt, ut orationis partes (ut h. l. ἀτὰρ νῦν — καὶ ἐπαινῶ) non divellantur, sed arctissime inter se nectantur (ἀτὰρ καὶ νῦν ἐπαινῶ); quod quidem ita fit ut una orationis particula voculam attrahat quae ad alteram pertinet, velut ἀτάρ attrahit καί ad verba ἐπαινῶ et φιλῶ pertinens. Quem quidem locum supra iam tractavi.

χαρίζεσθαι] Pal. Vat. c. et Flor. o. χαρίσασθαι, quod E iure reposuerunt Bekk. et Stallbaum. — Κρίσωνι] *Criso* (sic scrib., non Crison) *Himeraeus* cursu in Olympiis vicit Olymp. 83. 84. 85. Cf. *Meurs.* in Gronov. Thes. IV. p. 1200. *Wesseling.* ad Diodor. XII, 5. *Corsini* Dissert. agonist. p. 126. Commemoratur etiam Legg. VIII. 840. A. Cf. *Groen van Prinsterer* Prosopogr. Plat. p. 196. „quo loco voces δρομεῖ ἀκμάζοντι censeo restituendas glossatori (sic), quis fuerit ille Crison (Criso), id quod Callias minime ignorabat, annotanti." Quod minime equidem probaverim, siquidem verba δρομεῖ ἀκμάζοντι

(non πρεσβυτέρῳ, ut Parm. 136. E., quem *Ennius* dixit *senio confectum*, v. fragm. p. 126. Cf. *Horat.* Epist. I, 1. 8.) rationem subiiciunt, cur Socrates, si cum Crisone ei currendum esset, non valiturus esset ad eum sequendum. — δολιχοδρόμων] Schol. δολιχοδρόμοι εἰσὶν οἱ τὸν δόλιχον τρέχοντες. Cursores ita dicebantur, qui curriculum longum (δόλιχον, quod spatium modo viginti quatuor, modo duodecim, modo septem al. stadiorum perhibetur fuisse; v. Schol. Aristoph. ad Aves v. 292. Suid. Phavor. al. Cf. *Sturz.* Lexic. Xenophont. I. p. 762.) ultro et citro emetiebantur. Cf. *Solan.* ad Lucian. T. II. p. 41. *Spanhem.* ad Callimach. p. 626. sq. *Sturz.* l. l. — Ἡμεροδρόμοι sec. schol. οἱ ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι ταχύτατα διακονούμενοι. *Liv.* XXXI, 24: *speculator, hemerodromos vocant Graeci ingens die uno cursu emetientes spatium*, ubi vid. interpp. Post v. δολιχοδρόμων pron. τῳ abest a Vatic. Θ. Bas. 2. δολιχοδρόντων. Ald. δολιχοδρόμωντω. — διαθεῖν] *cursu certare s. contendere.* Praepositio enim διά verbis tribuit compositis certandi significationem, v. *Hermann.* ad Viger. p. 856. (ed. III.). Sic Theaet. 148. C: εἴ σε πρὸς δρόμον ἔφη ἐπαινῶν μηδενὶ οὕτω δρομικῷ τῶν νέων ἐντετυχηκέναι, εἶτα διαθέων τοῦ ἀκμάζοντος καὶ ταχίστου ἡττήθης, ἧττόν τι ἂν οἴει ἀληθῆ τόνδ' ἐπαινέσαι; Cf. *Wyttenbach.* ad Plutarch. V. VI. P. I. p. 473.

ἀλλ' οὐ γὰρ δύναμαι] nos: *ich kann ja aber nicht.* 335
Male viri docti tractarunt particulas ἀλλὰ γάρ, ponentes scilicet γάρ causam indicare iccircoque nescio quam conclusiunculam extorquentes, velut illa Phaedro 228. A: ἀλλὰ γὰρ οὐδέτερα ἔστι τούτων in not. ad Viger. p. 473. Herm. ita dilatantur: ἀλλὰ Φαῖδρον οὐκ ἀγνοῶ· οὐ γὰρ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι· οὐδέτερα ἄρα ἐστὶ τούτων. Quo ineptius nihil cogitari potest. Part. γάρ explicat (*ja, nehmlich*), et quum explicat cur aliquid esse vel non esse dicatur, fiat vel non fiat cet., etiam rationem reddit, neque tamen ita ut causam diserte indicet et oratio sit logica vel syllogistica, a qua quidem orationis forma abhorrent fere Graeci. Sic *Aristoph.* Plut. 425: Ἀλλ' οὐκ ἔχει γὰρ δᾷδας; *sie hat ja aber keine Fackeln*, quibus verbis Chremylus indicare volt *Furiam esse non posse, quia faces non habeat.* Igitur particulis illis non diserte causa indicatur, sed id quod probatur vel negatur ex orationis cohaerentia per se intelligitur, sicut in vernaculo: *sie hat ja aber keine Fackeln*, hoc latet, quod ex ipso orationis nexu sponte intelligitur: *das kann ja nicht seyn (da sie keine Fackeln hat).* Apolog. 20. C: ἐγὼ γοῦν καὶ αὐτὸς ἐκαλλυνόμην τε καὶ ἡβρυνόμην ἂν εἰ ἠπιστάμην ταῦτα· ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπίσταμαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,

ubi est: *ich verstehe es aber nicht* (in quo latet: *das kann ich aber nicht)*, quocirca plena eaque logica oratio foret; *das kann ich aber nicht, weil ich es nicht verstehe*. Graeci autem non solum unius et eiusdem enuntiati particulas per attractionem arctissime nectunt, verum etiam duas orationes in unam contrahunt, eo quod particulam quae ad sequentem refertur priori adiungunt (h. e. prior orationis pars particulam posterioris attrahit). Sic explico Phaedri locum laudatum: *ἀλλὰ γὰρ οὐδέτερα ἔστι τούτων, εὖ οἶδα*, ubi *ἀλλά* a priori *γάρ* attractum est quum proprie ad *εὖ οἶδα* pertineat; sensus est enim: *neutrum vero horum est, sed bene scio*. Eodem modo accipiendi sunt loci quos *Schäferus*, vir praestantissimus, in Melett. crit. p. 76 sq. collegit, recte monens interpunctionem maiorem post priorem orationem esse in vitio; cf. etiam *Elmslei.* ad Eurip. Heraclid. 481. Rectius autem foret enuntiata, quae Graeci per attractionem particulae arctissime connexa voluerunt, nulla omnino divellere interpunctione, ut *Herodoti* illud IX, 109: *ἀλλ' οὐ γὰρ ἔπειθε διδοῖ τὸ φάρος, da er sie aber nicht überreden konnte, so gab er ihr das Gewand;* quas duas orationes *ἀλλά* cum *γάρ* coniuncto Graecus in unam contexuit. Has vero particulas etiam tum copulant Graeci quum praegressi alicuius ratio reddenda est. Sic Apolog. 19. C: *καὶ οὐχ ὡς ἀτιμάζων λέγω τὴν τοιαύτην ἐπιστήμην — ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ τούτων — οὐδὲν μέτεστι: neque id dico quia hanc scientiam contemno — sed propterea quod talia a me aliena sunt:* ubi duae orationes: *sed hoc dico, quia* — particularum *ἀλλά* et *γάρ* coniunctione in unam conflatae sunt. Neque enim *Stallbaumio*, viro praestantissimo, assentiri possum, hunc locum sic interpretandum esse existimanti: *ἀλλ' ἐκεῖνο οὐχ οὕτως ἔχει· οὐ γὰρ ἐμοὶ τούτων οὐδὲν μέτεστι*; immo *ἀλλά* per se quidem refertur ad praegressa *οὐχ ὡς ἀτιμάζων λέγω* (igitur est: *sed propterea dico*), a particula vero rationem reddente *γάρ* sic attrahitur ut cum ea coalescat. Nostro loco *ἀλλά* bis positum; etenim alterum ad negationem praegressam *οὐ* refertur eique opponitur; *aber ich kann ja nicht, sondern, wenn* cet. pro: *da ich aber nicht kann, so* — *δέει*] Sic cum Bekkero et Stallbaumio e Vat. r. dedimus pro *δέῃ*. Vind. *δέει ἐν τῷ αὐτῷ θεάσασθαι*. Idem liber mox *ἐν τῷ αὐτῷ θεάσασθαι*. Quod sequitur *ἐν τῷ αὐτῷ* est *una*, ut Gorg. 490. B: *ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ ὦμεν*. Phaedon. 79. E: *ἐπειδὰν ἐν τῷ αὐτῷ ὦσι ψυχὴ καὶ σῶμα*. Conv. 192. D: *καὶ εἰ αὐτοῖς ἐν τῷ αὐτῷ κατακειμένοις ἐπιστὰς ὁ Ἥφαιστος — ἔροιτο*. ib. *ἐν τῷ αὐτῷ γενέσθαι μάλιστα ἀλλήλοις*. Polit. VIII. 551. D: *ἐν τῷ αὐτῷ οἰκοῦντας*. IX. 577. A: *ξυνῳκηκότος δὲ ἐν τῷ αὐτῷ*. Hipp. mai. 304. D:

Σωκράτῃ] e membranis cum Bekk. et Stallb. revocavimus pro *Σωκράτει*, quod in libr. editt. Paris. E. Angel. ω. comparet. Proxime *οὐχ ὅτι*, ut plura alia generis eiusdem, sermonis usus retinuit; plane est: *non hoc spectandum est* (germ. *darauf ist nicht zu gehen, dass er* cet., h. e. *wenn er auch*); quocirca est i. q. *etiamsi*, *quamquam*. Sic Gorg. 450. E: *οὐχ ὅτι τῷ ῥήματι οὕτως εἶπες ὅτι ἡ διὰ λόγου τὸ κῦρος ἔχουσα ῥητορική ἐστιν*. Theaet. 157. B. Lys. p. 220. A. ib. *Heindorf.* p. 45. Vulgo supplent v. *λέγω*. Cf. *Matth.* Gramm. gr.! p. 1272. Miramur igitur *Stephanum*, virum graece doctissimum, haec annotantem in marg.: „Aut aliquot verba deesse aut haec *οὐχ ὅτι* pro aliis posita esse videntur. Nam etiamsi scribatur *ὅ τι παίζει* (id est, *quod ludit*, seu, *quod iocatur*) non procedit orationis structura." — Pro *ἐγγυῶμαι* Vat. Θ. Paris. B. C. E. Ambros. r. Ang. ω. Barb. Pal. Vat. ε. Vatic. r. Venet. Σ. a pr. Vind. scribunt *ἐγγυῶ καὶ*. Ald. Bas. 1. 2. *καί φησιν*. Proxime Ang. ω. *ἐπιεικέστατα*. — *ὦ Πρόδικε καὶ Ἱππία*] sine part. *τε* ante v. *καί*, ut Tim. 19. C. Leg. III. 693. A. VI. 780. E. Lach. 180. A. al. Vid. *Heindorf.* p. 558. Proxime Vind. *αἰεί*. D

πρὸς ὅ τι ἄν] Clark. Coisl. Venet. Ξ. Vat. r. Paris. B a pr. et Vind. *πρὸς ὃ ἄν*, idque recepit Stallbaumius. In seqq. *ξυνουσίαν* pro *συνουσίαν* scribunt Clark. Coisl. Venett. Ξ. et Σ. Paris. B. C. Ambros. r. Ang. ω. Barb. Vat. r. Flor. a. c. et Vindob. — *εἰπ. δὲ αὐτοῦ*] Vat. r. *οὖν*. E

ἔφη] Clark. *ἔφης*; deinde Venet. Ξ. *λέγον*. Verba quae sequuntur *χρὴ γ. τ. κτλ.* citat *Ammonius* de diff. verb. p. 74. Bene *Heindorfius*: „Venustissime perstringitur in discriminandis vocum potestatibus male sedulus homo, quem *μυρία περὶ ὀνομάτων διαιροῦντα* audisse se dicit in Charmide (p. 163. D.) Socrates." Cf. 341. A. Cratyl. 384. B. Euthyd. 277. E. Menon. 75. E. Lach. 197. D. Cf. libr. nostr. *Plat. Leb. u. Schrift.* p. 72. — Ceterum Ald. Bas. 1. 2. Clark. Paris. E. Flor. b. (superscr. *τοὺς*) habent *τοῖς*. Proxime Ammon. *τοῖσδε*. Vatic. r. *ἐν τοῖς τοιοῖσδε*. Deinde Ammon. *παραγενομένους*, Paris. E. Flor. a. b. *παραγιγνομένοις*, in Parisin. superscriptum est *ους*. Proxime *τοῖν διαλεγομένοιν* abest a Venet. Σ. Voces *κοινός* et *ἴσος*, quas inepte Prodicus diversas habere potestates contendit, eadem in re iunguntur, ut *Andocid.* in Alcib. p. 114: *δέομαι ὑμῶν τῶν λόγων ἴσους καὶ κοινοὺς ἡμῖν ἐπιστάτας γενέσθαι*. *Demosth.* pro. cor. p. 227: *ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατήν*. Id. in Aphob. 844: *ἄνπερ ἴσοι καὶ κοινοὶ γένησθε ἡμῶν ἀκροαταί*. Cf. *Herald.* ad Minuc. Fel. Octav. p. 34. De rer. iud. auctor. II, 4. p. 234 337

sq. Sic δικαστὴς quoque ἴσος dicitur, v. *Valcken.* ad Ammon. II, 6. p. 108. — *οὐ ταὐτόν*] Par. C. αὐτόν, Ambros. r. αὐτό, Barb. αὐτῶν. Proxime μέν deest in Venet. Σ. et δεῖ ap. Ammon.

P. 66. *ἐγὼ μὲν καί*] Ambros r. μὲν γὰρ καί. Proxime Angel ω. ξυγχωρεῖν scribit; libri reliqui omnes συγχωρεῖν. Vatic. r. καὶ ἀλλήλοις συγχωρεῖν καί. Ceterum *Cicero* h. l. vertit ap. Priscian. VIII. p. 803. ed. Putsch. T. II. p. 386. Krehl.: *Nunc a vobis, o Protagora et Socrate, postulo ut de isto concedatis alter alteri, et inter vos de huiuscemodi rebus controversemini, non concertetis.* Cf. *P. Victor.* Var. Lectt. I, 17.

ἀμφισβητεῖν] propr. *discedere*, (v. c. in alia omnia) est *disceptare*, *controversari*, *dissentire* vel *dubitare* (vid. de hoc v. *Perizon.* et *Bauer.* ad Sanct. Minerv. III, 3. p. 456), *ἐρίζειν* vero *contentionis inimicae significationem* habet, v. *Luzac.* Lectt. Attic. p. 242. sq. — Mox Artic. οἱ ante v. φίλοι deest in Vatic. r. Proxime Vindob. κάλλιστ' ἂν οὕτως. — *ὑμεῖς τε γάρ*] Ald. Bas. 1. 2. ἡμεῖς; Paris. E. ἡμεῖς superscr. ὑ. — *καὶ οὐκ ἐπ.*] „Non καὶ οὐ, sed ἀλλ' οὐ scribi oportuit, vel potius, utroque omisso, εὐδοκιμοῖτε, οὐκ ἐπαινοῖσθε, velut deinde μάλιστ' ἂν οὕτως εὐφραινοίμεθα, οὐχ ἡδοίμεθα. Neque particulam reddidit *Ficinus: maxime a nobis audientibus probaremini, non laudaremini, inquam.*" *Heindorfius.* Equidem miror virum doctissimum hoc scribere potuisse. Etenim καί per se (ita ut non propter seq. οὐ hanc accipiat significationem) apud Platonem quoque saepenumero sic ponitur ut orationem non solum copulet, sed diversi et contrarii quoque aliquid indicet; quocirca reddi potest lat. particula *at*, si cohortandi et admonendi significationem habet, et *sed*, si contrarii quid designat, et respondet nostrae part. *aber*, quae utraque significatione usurpatur. *Καί* videlicet est *at*, imperativo sequente, ut Gorg. 489. A: καὶ ὅπως μὴ ἁλώσει ἐνταῦθα σὺ αἰσχυνόμενος (germ. *aber dass du dich nicht hier schamhaft zeigst*). 494. B: καί μοι λέγε (germ. *aber sage mir*), τὸ τοιόνδε λέγεις οἷον πεινῆν καὶ πεινῶντα ἐσθίειν; Euthyphr. 3. A: καί μοι λέγε, τί καὶ ποιοῦντά σέ φησι διαφθείρειν τοὺς νέους; al. innumerab. Part. καί est *sed*, si contrarii quid indicatur. Gorg. 452. E: ὁ δὲ χρηματιστὴς οὗτος ἄλλῳ ἀναφανήσεται χρηματιζόμενος καὶ οὐχ αὑτῷ, ἀλλὰ σοὶ τῷ δυναμένῳ λέγειν καὶ πείθειν τὰ πλήθη. 484. C: ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ, καὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ (ubi particulae καί vis e praegressis perspicitur, quibus ne philosophiam ultra iuventutem persequamur Callicles

monet). 502. B: εἰ δέ τι τυγχάνει ἀηδὲς καὶ ὠφέλιμον. Theaet. 142. B: ζῶντι, καὶ μάλα μόγις. 176. B: ἵνα δὴ μὴ κακὸς καὶ ἵνα ἀγαθὸς δοκῇ εἶναι. Conv. 182. D: ἐνθάδε δὲ πολὺ τούτων κάλλιον νενόμοθέτηται, καί, ὅπερ εἶπον, οὐ ῥάδιον κατανοῆσαι. Menon. 94. D: ἀλλὰ γὰρ ἴσως ὁ Θουκυδίδης φαῦλος ἦν; καὶ οὐκ ἦσαν αὐτῷ πλεῖστοι φίλοι Ἀθηναίων. κτλ. (Sic enim locus mihi videtur scribendus esse.) Hipp. mai. 292. D: καὶ οὐδέν σοι μᾶλλον γεγωνεῖν δύναμαι, ἢ εἴ μοι περεκάθησο λίθος. κλ. Atque ex his, opinor, satis perspicietur, part. καί per se adversandi habere significationem, et hac praeditam vi ..... iungi etiam cum negatione οὐ, ut *Thucydid.* II, 89: οὗτοι γὰρ — τὸ πλῆθος τῶν νεῶν, καὶ οὐκ (germ. *aber nicht*) ἀπὸ τοῦ ἴσου, παρεσκευάσαντο. *Sophocl.* Oedip. Col. 1125. Cf. *Schäfer.* ad Apollon. Rhod. T. II. p. 218. *Doederlein.* in Act. Phil. Mon. T. II. F. 3. p. 368. *Matthiae* ad Euripid. Orest. v. 547. et Gramm. gr. p. 1224. Haud vero conferendum est Latinorum *non* et *ac* s. *et non*; hoc enim *et* s. *ac non* plane contrarium est graeci καὶ οὔ, quo significatur id verum esse quod praecedit, id vero negatur quod sequitur (hoc est Latinorum *non*); in dictione vero *et* s. *ac non* contra est; hac enim id quod sequitur verum esse indicatur, non quod praecedit. Itaque *non* est germ. *nicht aber*, *et* s. *ac non* est *und nicht vielmehr*. — Ceterum part. οὐκ omissa est in Paris. E. a pr. Proxime Venet. Σ. ἐπαινεῖσθε, et Vat. Θ. pro ἀπάτης scribit τιμῆς. In seqq. Pal. Vatic. e. ἐπαινεῖσθε, Ang. ω. ἐν τῷ λόγῳ, Vat. r. ψευδομένω. — αὖ] omitt. Venet. Σ.

εὐφραινοίμεθα] De vv. εὐφραίνεσθαι et ἥδεσθαι vid. C *Ammon.* p. 63. Deinde cum Bekkero e Coisl. et Flor. b. recepimus ταῦτ᾽ pro ταῦτα. — ἡγοῦμαι ἐγὼ ἡμᾶς] Sic suasore *Heindorfio* cum Bekkero scripsimus pro ὑμᾶς, quod, quum omnes tueantur libri, iam me poenitet reiecisse; recte Beckius et Stallbaumius ὑμᾶς retinuerunt. *Heindorfius* annotat: imo ἡμᾶς, uti mox ἡμᾶς οὖν αἰσχρόν cet.; neque video cur se a ceteris h. l. segreget Hippias." Potius Hippias ὑμᾶς posuit spectans ad Protagoram et Socratem verbis disceptantes, ut p. 337. A: Prodicus, ἐγὼ μὲν καὶ αὐτός, inquit, ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, ἀξιῶ ὑμᾶς συγχωρεῖν καὶ ἀλλήλοις περὶ τῶν λόγων ἀμφισβητεῖν μέν, ἐρίζειν δὲ μή. — ὑμεῖς τε γὰρ οἱ λέγοντες μάλιστ᾽ ἂν οὕτως ἐν ἡμῖν τοῖς ἀκούουσιν εὐδοκιμοῖτε — ἡμεῖς τ᾽ αὖ οἱ ἀκούοντες μάλιστ᾽ ἂν οὕτως εὐφραινοίμεθα. Ipse Hippias in seqq. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ δέομαι καὶ συμβουλεύω, ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, συμβῆναι ὑμᾶς ὥσπερ ὑπὸ διαιτητῶν ἡμῶν συμβιβαζόντων εἰς τὸ μέσον. Itaque in ea orationis parte qua viros disceptantes

ad concordiam cohortari volt sophistes, ὑμᾶς posuit, quia cohortatio maxime spectat ad Protagoram et Socratem, ubi vero viros hîc sapientissimos convenisse narrat, neutiquam se excludens dixit ἡμᾶς: *ἡμᾶς οὖν αἰσχρὸν τὴν μ. φύσιν τῶν πραγμάτων εἰδέναι, σοφωτάτους δὲ ὄντας τῶν Ἑλλήνων κτλ.*

φύσει, οὐ νόμῳ] Sophistae videlicet notiones arte distrahebant et inter se opponebant, quae re debent copulatae esse. Nam quod naturâ, h. e., per se bonum, honestum, iustum vel tale quid est, hoc ipsum est id quod lex vera spectat, hoc eximium illud est exemplar, cuius ad cogitatam speciem imitando referuntur ea quae lege sunt sancita vel sanciuntur. Natura autem et lex si perversa illa sophistarum arte divelluntur, ita a ratione et veritate ipsa degenerant, ut natura in naturalem illum caecumque appetitum delabatur qui, quum nihil aliud quaerat nisi ut cupiditates expleat, etiam iniustissima committit, lex autem in externam itemque caecam et a ratione aversam decidat necessitatem, quae exsultanti tamquam frenos iniiciat. Mirifice vero sibi placuerunt inepti homines in perversis his ac perniciosis usquequaque inculcandis rationibus. Sic Callicles Gorg. 482. E: *ὡς τὰ πολλὰ δὲ ταῦτα ἐναντία ἀλλήλοις ἐστίν, ἥ τε φύσις καὶ ὁ νόμος. — φύσει μὲν γὰρ πᾶν αἴσχιόν ἐστιν ὅπερ καὶ κάκιον, τὸ ἀδικεῖσθαι* (malim *οἷον τὸ ἀδικεῖσθαι*), *νόμῳ δὲ τὸ ἀδικεῖν*. Cf. Theaet. 172. B. Legg. X. 889. E. *Xenoph.* Mem. Socr. IV, 4. 14. *Aristot.* Polit. I, 3. — *τὸ — ὅμοιον τ. ὁμοίῳ φύσει συγγ.*] Gorg. 510. B: *φίλος μοι δοκεῖ ἕκαστος ἑκάστῳ εἶναι ὡς οἷόν τε μάλιστα. ὅνπερ οἱ παλαιοί τε καὶ σοφοὶ λέγουσιν, ὁ ὅμοιος τῷ ὁμοίῳ.* Legg. IV. 716. C: *ὅτι τῷ μὲν ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ὄντι μετρίῳ φίλον ἂν εἴη.* D. al. Cf. *Zell.* ad Aristot. Ethic. Nicom. p. 333. — *ὁ δὲ νόμος, τύραννος ὢν τ. ἀνθρ.*] *Pindarum* ante oculos habuit fragm. T. III. p. 78. ed. Heyn. (Cf. *Böckh.* ad Fragm. Pindar. T. II. P. II. p. 640 sq.): *Νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χερί*, ubi *κατὰ φύσιν* interponendum esse cl. *Boeckhius* in Plat. Min. p. 176 sq. recte arbitratus est. Vid. Legg. III. 690. B: *καὶ κατὰ φύσιν, ὡς ὁ Θηβαῖος ἔφη ποτὲ Πίνδαρος.* IV. 714. E: *καί ἔφαμέν που κατὰ φύσιν τὸν Πίνδαρον ἄγειν δικαιοῦντα τὸ βιβαιότατον, ὡς φάναι.* Quocirca vide ne Gorgia quoque 484. B. ita scribi oporteat: *νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θν. τε καὶ ἀθανάτων κατὰ φύσιν* (pro: *οὗτος δὲ δή, φησίν*, ubi *φησίν* e *φύσιν* quum natum esset, verba *οὗτος δὲ δή*, int. *νόμος*, ad *φησίν* facile apponi potuerunt) *ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον ὑπερτάτᾳ χερί.*

Cf. *Valcken.* ad Herodot. III, 38. V. V. P. II. p. 40. — πολλὰ π. τ. φ. βιάζεται] ut Latini: *multa praeter naturam cogit*; βιάζεσθαι enim et ἀναγκάζειν τι Graeci dicunt, ut Latini *cogere aliquid* pro *ad aliquid* (germ. *etwas erzwingen*). Cf. quae collegit cl. *Baehr.* ad Plutarch. Philopoem. p. 18. τὴν μὲν φύσιν] Coisl. φύσιν μέν. Proxime Angel. ω. scribit εἶναι. Quod sequitur κατ' αὐτὸ τοῦτο *Heindorfius* interpretatur *hoc ipso nomine*; est potius *hac ipsa de causa* (quia sapientissimi sumus) et *hoc ipso consilio* (ut sapientiam nostram ostentemus). Κατά enim in causa et consilio s. fine ponitur (germ. *eben deswegen*). Vid. *Fisch.* ad Weller. III, 2, p. 182 sq. *Matth.* Gramm. gr. p. 1153. — Mox νῦν abest a Vat. r. et Vindob. — εἰς αὐτὸ τὸ πρυτανεῖον τ. σ.] *in ipsum graecae sapientiae caput s. domicilium.* Prytaneum enim locus fuit in arce Vestae sacer (in cuius honorem perpetuus fovebatur ignis); ibi Solonis leges asservabantur et victus quotidianus publice praebebatur iis qui de re publica optime meruissent aut quos civitas honore afficere vellet, qui quidem honos apud Graecos maximus habebatur (*Cicer.* de orat. I, 54.). *Livius.* XLI. 40: Cyzici in prytaneum, id est, penetrale urbis, ubi publice, quibus is honos datus est, vescuntur, vasa aurea mensae unius posuit. Cf. *Meurs.* Ath. Attic. I, 8. *Casaub.* ad Athen. XV, 19. p. 700. D. *van Dale* Dissert. antiqq. et marmor. illustrandis inserv. diss. II. c. 3. V. c. 2. *Pfeiffer.* antiq. gr. II, 23. *Spanhem.* Diss. de Vest. et prytan. §. ult. *Perizon.* ad Aelian. V. H. IX, 39. Hanc ob causam prytaneum et πρύτανις ita transferebantur ut in primario quoque atque praestantissimo dicerentur; prytaneum enim, in loco s. urbe positum, idem fere est quod nos dicimus der *Hauptsitz* s. *Mittelpunct*, Latin. *domicilium*, et πρύτανις (v. c. σοφίας, πλούτου) qui principatum obtinet, excellit al. Vid. *Iacobs.* ad Antholog. gr. T. III. P. II. p. 150. Sapientiae vero graecae domicilium Hippias intelligit Athenas, quae praeter ceteras artibus studiisque liberalibus floruerint. Cf. Schol. Ms. Aristid. Leid. ad Panath. T. 1. p. 196. *Creuzer.* Lectt. Plat. p. 464. et Orat. de civit. Athenar. omnis human. parent. p. 54 sq. — καὶ αὖ τῆς πολ.] Libri omnes tam scripti quam editi καὶ αὐτῆς τῆς πολ., quod *Bekkerus* emendavit scribendo καὶ αὖ τῆς πόλεως, quem sequutus sum. Etenim respondent inter se τῆς τε Ἑλλάδος — καὶ αὖ τῆς πόλεως et εἰς αὐτὸ τὸ πρυτανεῖον τῆς σοφίας — εἰς τὸν μέγιστον καὶ ὀλβιώτατον οἶκον τόνδε. *Stallbaumius* vulgatam retinuit interpretans: et *huius ipsius urbis*; quasi non αὐτῆς simpliciter, sed αὐτῆς ταύ-

τῆς legisset. — τὸν] Vatic. r. Vind. et Coisl. a pr τὸ, deinde Vat. r. et Vind. ὀλβιώτατον τὸν οἶκον.

ὦ Πρωταγ.] ὦ deest in Coisl., in quo deinde exstat E σωκράτει. Proxime Bas. 2. ἡμᾶς. — ὑπὸ διαιτητῶν] Etenim διαιτηταί arbitri et intercessores (διαλλακταί, μεσῖται) erant, v. *Ammon.* p. 41. *Desider. Herald.* de rerum iudicat. auctorit. II, 4. §. 4. in Otton. Thesaur. Iur. rom. T. II. p. 1170. *Hudtwalker.* de Diaetetis p. 156 sq. Et sicut ξυμβῆναι quod praecedit est *convenire*, h. e.. *controversiam componere*, sic συμβιβάζειν in arbitris positum valet *disceptantes coniungere et conciliare*, et εἰς τὸ μέσον, *ita ut medium aliquid et commune sequantur* (infra: μέσον τοι ἀμφοτέρους τεμεῖν). Verba sic accipienda sunt quasi scriptum sit ὑφ' ἡμῶν ὥςπερ ὑπὸ διαιτητῶν. Graeci enim, ut Latini (v. c. *Cicer.* de nat. Deor. II, 49: tamquam remis, ita pennis cursus avium levatur) id quod comparatur ei quocum comparatur subiicere solent. Quem sermonis usum multis illustrarunt exemplis *Dorvill.* ad Charit. p. 138. 519. *Schäfer.* Praef. ad Iulian. XIX. sq. et. *Stallbaum.* ad h. l. p. 102., qui contulit Polit. VIII. 545. E. Tim. 27. B. 79. A. al. — Ceterum Ald. Bas. 1. 2. εἰς τὸν μέσον scribunt.

εἶδος] ignorat Vat. r. Quod sequitur λίαν ad v. ζητεῖν 338 refertur, et opponitur huic πάντα κάλων ἐκτείναντα. Verte igitur: *genus quod brevitate continetur nimis petas.* — ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τ. ἡνίας] Latinor. *habenas effundere*, v. *Ruperti* ad Iuvenal. XIV, 230. Imago ab equis est sumta, qui habenis relaxatis superbiunt formamque quasi ostentant nobilem; quapropter sequuntur μεγαλοπρεπέστεροι et εὐσχημονέστεροι. — ἡμῖν] Sic Stephanus, quem sequuti sunt Heind. Beck. et Stallb.; recte vero retinuit Bekkerus ὑμῖν, quod in libr. scriptis et edit. (Ald. Bas. 1 et 2.) reperitur; in Venet. Σ. et Vat. r. ἡμῖν a recentiori ma. appositum est. Etenim pronomen non cohaeret cum φαίνωνται (ut sit: *nobis* vel *vobis videantur*), sed ὑμῖν, ut solet pron. person., (vid. p. 46.) ita interpositum est ut abundare videatur, neque tamen vere abundet, quum potius ad Protagoram et Socratem, orationes habentes, ad quos Hippias loquitur, respiciat, ut in eo fere lateat hoc: *vestrae orationes;* φαίνωνται vero absolute positum est *reperiantur*, *appareant*, *sese exhibeant* vel tale quid. Egregie *Schleiermacherus* haec vertit: *damit sie sich muthiger und in schöneren Bewegungen zeigen können.* Ceterum lib. Palat. pro τοῖς λόγοις vitiose scribit συλλόγοις; deinde μεγαλοπρεπέστερα. — πάντα κάλων ἐκτείναντα] Vat. Θ. καλὸν, Clark. κᾶλον. Forma κάλον haud raro occurrit, v.

Schäfer. ad L. Bos. Ellips. gr. p. 250. Loquutio vero πάντα κάλων ἐκτείνειν, ἐφιέναι (Sisyph. 389. C.) κινεῖν al. ducta est a nautis, qui vento secundo velisque plenissimis rudentibus omnibus explicatis vel immissis s. omni fune contento vehuntur. Epigramm. ἀδεσπ. Anthol. gr. T. III. p. 282:

Καὶ γνοὺς ὡς θνατοῖς οὐδὲν γλυκερώτερον αὐγᾶς
Ζῆθι κάλων τείνας οὔριον εὐφροσύνᾳ.

ut *Valckenarius* emend. Vid *Iacobs* V. III. P. II. p. 330 sq. In proverbii autem consuetudinem venit haec loquutio ut idem valeret πάντα λίθον κινεῖν, *omnem lapidem movere* (v. *P. Leopard.* Emendatt. X, 8. *Toup.* Emend. in Suid. T. I. p. 319. virr. doct. ad L. Bos. Ellips. p. 249 sq.). Schol. in Sisyph. p. 466. Bekk. πάντα κάλων ἐφέντες] ἐπιτείναντες ἢ κινήσαντες ἢ σείσαντες. παροιμία ἐπὶ τῶν πάσῃ προθυμίᾳ χρωμένων. παρῆκται δὲ ἀπὸ τῶν τὰ σχοινία ἢ τὰ ἄρμενα χαλώντων ναυτῶν. — ἐφέντα] Ang. ω. ἀφέντα. *Stephanus* in marg. „for. καὶ οὐρίᾳ ἐφέντα. inveniuntur tamen alibi etiam duo participia non interiecta copula·“ Ponuntur videlicet participia sine copula, si ita inter se coniuncta sunt, ut unam fere describant notionem, h. e., si alterum alterius vel verbi sequentis causam, rationem, modum al. designat; ut h. l.: *neque etiam Protagoram omnibus explicatis rudentibus ita ut vento se tradat secundo in orationum mare evolare.* Vid. exempla ab *Heindorfio* ad h. l. p. 562. collecta; add. *Boissonad.* ad Philostrat. Heroic. p. 331. *Stallbaum.* ad Phileb. p. 53. Euthyphr. p. 27. et *Matth.* Gramm. gr. 1099. Huiusmodi autem participia rectius interpunctione non divelluntur; quocirca corrigendum ἐκτείναντα οὐρίᾳ ἐφέντα φεύγειν. Vid. *Schäfer.* Appar. ad Demosth. II. p. 275. 549. Ceterum ἐφέντα (int. ἑαυτόν) reciproce quod dicitur positum est, ut Polit. III. 388. E: ὅταν τις ἐφιῇ ἰσχυρῷ γέλωτι. Tim. 59. D: ταύτῃ δὴ καὶ τὰ νῦν ἐφέντες τὸ μετὰ τοῦτο τῶν αὐτῶν πέρι τὰ ἑξῆς εἰκότα δίιμεν τῇδε. Cf. *Valckenar.* Diatr. in fragm. Eurip. p. 233. B. — Lib. Pal. male scribit οὔρια. — εἰς τὸ πέλαγος τῶν λόγων] Vatic. r. ἐς. Conferri possunt *Propertii* illa III, 9. 3:

Quid me scribendi tam vastum mittis in aequor?
Non sunt apta meae grandia vela rati.

Etenim sublimius argumentum tractaturus vel liberiore ac grandiore usurus oratione dicitur vela facere et vela orationis pandere (*Cicer.* Tusc. IV, 4. 5.), pelago se credere (*Ovid.* Trist. II, 330.), pelago patenti vela dare (*Virgil.* Georg. II, 41.), tumidum mare findere (*Propert.* III. 9. 35.) et quae alia sunt generis eiusdem. Quae imitatus *Muretus* Orat. VI. T. I. p. 23.

Ruhnk. dixit: *si orationis vela pandere et quasi aperto invectus mari per eorum principum laudes — decurrere instituam.* Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 79.

P. 68. ἀποκρ. γῆν] Vatic. r. τὴν γῆν. Ceterum poetico loquendi genere utitur Hippias; navigans enim poëtis dicitur abscondere terram, si e conspectu terrae aufertur. *Virgil.* Aen. III. 291: Protenus aërias Phaeacum abscondimus arces, ubi v. *Cerd.* et *Heyn.* ad v. 410. *Claudian.* de rapt. Proserp. III, 140: Sicaniam quaerit, quum needum absconderit Iden. Cf. *Budaeus* Comment. gr. I. p. 172. *Stephan.* Thes II. p. 465. Tunc in universum ἀποκρύπτειν τί vel τινά (Latin. *abscondere aliquid* s. *aliquem)* dicitur is qui aliquid vel aliquem e conspectu amittit, e conspectu evadit; et omnino qui aliquid evadit vel excedit, ut pueritiam abscondere al.). Vid. interpp. ad *Thucyd.* V, 65. — μέσον τοι] *Stephanus* scribi iussit μέσον τι. *Heindorfius:* „ne τοι quidem in τι mutandum Stephano credo, nedum reponendum ἀμφοτέρου." At vero μέσον τι confirmatur librorum praestantissimorum auctoritate: quocirca recte receperunt Bekkerus et Stallbaumius. E scriptis libris solus Paris. E. τοι habet. Loquutio autem μέσον τέμνειν, *medio ire* s. *medium tenere*, ducta est a nautis qui, periculosis interclusi scopulis, medium tenent cursum, ne iis impingantur, v. *Stephan.* Thes. gr. ling. III. p. 1390. F. Epist. VIII. 355. D: δίκαιον ἂν ἴσως καὶ συμφέρον γίγνοιτο ὑμῖν πᾶσι μέσον τεμεῖν. Legg. VII. 793 A: μέσον δέ τινα (quod refertur ad βίον) τέμνειν ἀεί. ubi v. not. p. 346. Politic. 262. B: διὰ μέσων δὲ ἀσφαλέστερον ἰέναι τέμνοντας. *Stephanus* pro ἀμφοτέρους scribi iubebat ἀμφοτέρου: *medium inter utrumque*; recte autem *Heindorfius* iam notavit Platonem non ἀμφοτέρου, sed ἀμφοτέρων scripturum fuisse. Ceterum ut supra infinitivum praesentis ζητεῖν aoristi ἐφεῖναι et χαλάσαι excipiunt, sic. h. l. praesentis infinitivum φεύγειν sequitur aoristus τεμεῖν. Infra 341. E: εἶτα τὸν θεόν φησι μόνον τοῦτ' ἂν ἔχειν καὶ τῷ θεῷ τοῦτο γέρας ἀπένειμε μόνῳ. Theaet. 150. C: ὅπερ ἤδη πολλοί μοι ὠνείδισαν — ἀληθὲς ὀνειδίζουσι. 156. E: ὄψεως ἔμπλεως ἐγένετο καὶ ὁρᾷ δὴ τότε καὶ ἐγένετο οὔτι ὄψις κλ. Sophist. 227. D: τὸ λιπεῖν μὲν θάτερον, ἐκβάλλειν δὲ ὅσον ἂν ᾖ πού τι φλαῦρον. al. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 954. — ὡς οὖν ποιήσετε] Ὧς pro ὡς praestat Clark. *Stephanus* in marg. „Fort. οὕτως οὖν ποιήσετε, καὶ πείσεσθέ μοι." *Heindorfius*; „*Ficinus* vertit: *efficite quaeso quod consulo, utque id servetis integrius, eligite* cet., unde coniectet aliquis οὕτως οὖν ποιεῖτε καί, ὅπως ποιήσετε, πείθεσθέ μοι etc. An ὡς h. l., ut supra, positum pro οὕτως, ac deinde rescriben-

dum πείσεσθε? Quamquam hoc ne opus quidem fuerit, nec duriter meo quidem sensu procedit in his oratio: *ita igitur facietis mihique obtemperate* etc. Sed vix quicquam h. l. diiudicari sine libris MSS. poterit." Nihil vero auxilii nobis ferunt libri quos quidem Bekkerus contulit; solus Venet. Ξ. scribit πείσεσθε. *Beckius* malebat: ὡς οὖν ποιήσατε, καὶ πείθεσθαί μοι ῥ. — ἑλέσθαι. Sed primum recte nobis videri possit *Stephanus* in part. ὡς offendisse; nam licet p. 326. D. similiter ὥς pro οὕτως positum sit, tamen simplex ὥς et quidem in orationis absolutae initio aliquid habet offensionis. Etenim p. 326. D. ὥςπερ praecedit: ὥςπερ οἱ γραμματισταὶ — ἀναγκάζουσι γράφειν κατὰ τὴν ὑφήγησιν τῶν γραμμῶν, ὧς δὲ καὶ κλ. Polit. VII. 530. D: ὡς — ὧς κλ. Illa vero καὶ ὧς et οὐδ' ὥς (καὶ ὧς *Thucyd.* I, 44. III, 33. μηδ' ὧς I, 74. VII. 28. οὐδ' ὧς I, 132. V, 55. 115. al.) loquendi usus e vetere eoque poëtico videtur sermone retinuisse; vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1285. Deinde pro ὧς οὖν ποιήσετε καὶ πείθεσθέ μοι (*ita igitur facite et obtemperate mihi)* potius dicendum erat: *iam obtemperate mihi et ita facite.* Postremo verba καὶ πείθεσθέ μοι — ἑλέσθαι (ut infinitivus hic e v. πείθεσθε pendeat) in oratione prosa sane est quod mirere. Iam quum *Ficinus* verterit: *efficite quaeso quod consulo*, videri possit post v. ὡς οὖν excidisse verbum tale quale *Ficinus* expressit, totusque locus ita fere constituendus esse: ὡς οὖν συμβουλεύω (ut simpliciter ὡς οὖν λέγω, *ut dixi* s. *significavi*, verbis videlicet praegressis συμβῆναι ὑμᾶς ὥςπερ ὑπὸ διαιτητῶν ἡμῶν συμβιβαζόντων εἰς τὸ μέσον; praesens enim λέγω, ut constat, ponunt Attici pro praeterito, vid. ad p. 6.); igitur: ὡς οὖν λέγω, ποιήσετε, εἰ πείθεσθέ μοι, ῥαβδοῦχον — ἑλέσθαι: *itaque, uti dixi, facietis, si mihi obtemperatis* s. *si me auditis: praefectum videlicet — capite.* Futurum ποιήσετε lenem cohortandi vim habet, ita ut imperativi videri possit partes agere (v. *Matth.* Gramm. gr. p. 942.); quocirca infinitivus ἑλέσθαι pro imperativo positus (vid. not. ad Legg. p. 70 et quos praeterea citavit auctores *Matth.* Gramm. gr. p. 1072.) sequitur; more autem nulla partic. explicans est addita. Vid. supra annot. ad p. 40. At vero Hippiam grandiloquum Plato, eximius ille hominum describendorum artifex, loquentem facit. Iccirco ὥς, ut Clark. scribit, recte habet pro οὕτως positum, καὶ est *videlicet* (ut 317. B. al. innumerab. Cf. *Viger.* de idiotism. p. 525. ibique Hermann. p. 838. interpp. ad Lucian. T. II. p. 67.) et πείθεσθε — ἑλέσθαι est: *obtemperate mihi et eligite*, ut *Homer.* Il. *ι*, 462. adde quae *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1052. not. 3. collegit exempla. Quocirca locum sanissimum

existimo. — *ῥαβδοῦχον*] *ῥαβδοῦχοι* dicebantur Athenis *οἱ κριταὶ τοῦ ἀγῶνος, οὓς ὁ ποιητὴς αἰσυμνήτας εἶπε.* Schol. ad Aristoph. Pac. 733. Cf. *Fabri* Agonist. I, 19.

ταῦτ'] Sic Coisl. pro *ταῦτα*, idque *Bekkerus* recepit. B
τῷ τὸ ξυμφέρον ἑκάστῳ ζητεῖν. Lach. 183. C: ἐκ τούτων οἱ ὀνομαστοὶ γίγνονται, ἐκ τῶν ἐπιτηδευσάντων ἑκάστων. 191. B. al. Cf. *Heindorf.* ad h. l. p. 628 sq. et *Matth.* Gramm. gr. p. 879. Flor. b. ἐν τῷ τὰ μεγάλα. Proxime Ang. μετρική. — ἡ ἡ] Part. ἡ omittitur in omnibus praeter Vat. r. Coisl. et Ven. Σ. a rc. In Par. E. ἡ exstat superscr. ἤ. Proxime Vat. Θ ἡ ἡ pro simplici ἡ. Pro αὕτη Parr. C. E. Pal. Vat. et Florr. a. o. αὐτή. — ἐπλάνα] Videndum est ne ἂν exciderit, quam suspicionem confirmat Venet. Σ., ubi a rc. m. scriptum est μὲν ἂν ἡμᾶς. Quamquam ἂν e superioribus intelligi potest. Vid. quos Stallbaumius laudat *Krüger.* ad Xenophont. Anabas. 1, 6. 2. et *Hermann.* ad Viger. p. 944. sq. — Mox Vat. Pal. λαμβάνειν et Vat. r. μεταμέλλειν. De vocc. ἄνω τε καὶ κάτω, quae promuntur in rebus fluctuantibus, huc atque illuc cadentibus, etiam perturbatis (ut infra 361. C: ἄνω κάτω — ταραττόμενα) semperque mutatis, vid. *Kühn.* ad Diog. Laert. III, 6. *Wesseling.* ad Herod. p. 195. et *Böckh.* in Sim. dial. p. XIX., qui exemplis docuit praecipue eas verbis addi e praep. μετά (in qua mutationis significatio inest) compositis. — αἱρέσεσι] Ang. προαιρέσεσι. — ἄκυρον — ἐποίησε] „H. e. efficeret, ut ne res sensibus percepta in errorem nos induceret.“ *Stallbaumius.* Potius ἄκυρόν τι vel τινα ποιεῖν est *auctoritatem*, h. l. *fidem*, *alicui detrahere.*

δηλώσασα] Clark. et Vat. Θ. δηλώσας. — ἆρ᾽ ἂν] E ἆρ᾽ omitt. Vat. r.; idem scribit ἀνομολογοῖεν. Proxime art. οἱ ante ἄνθρωποι cum Bekkero et Stallbaumio revocavimus e Vat. r.; ita etiam habent Coisl. et Ven. Σ. a rc. m. In seqq. ταῦθ᾽ pro ταῦτα cum Bekkero recepi e Coisl. Particulam ἂν ignorat Vat. r. Post v. τὴν μετρητικὴν interpungendum esse iam Stephanus vidit; repetenda sunt enim ad v. ὡμολόγει haec: ὁμολογεῖν ἂν ἀνθρώπους ἡμᾶς σώζειν ἂν τὴν μετρητικήν. — ἐν τῇ τοῦ] Art. τοῦ abest a Ven. Ξ.; recte, opinor. — τὸν βίον] haec usque ad ὁμολ. ἂν ἡμῖν absunt ab Ang.

ἆρ᾽ ἂν οὐκ] Negatio deest in Clark. Vat. Θ. r. et Vind. 157 — ἐπειδὴ δὲ] Vat. r. et Ven. Σ. a corr. m. ἐπὶ δὲ δή. — ἆρ᾽] Sic e Coisl. dedit Bekkerus pro ἄρα. — ἡ ἀριθμ.] Sic Ang. Coisl. a rc. et lib. edd. Vat. r. ἡ; in Clark. reliqq. omiss. ἡ. — ὁμολογοῖεν] Vat. r. ἀνομολογοῖεν. — ἐδόκουν ἂν] De part. ἂν cum infinitivo iuncta vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1196, ubi nostrum quoque locum attigit vir doctissimus. — ὦ ἄνθρωπ.] ὦ omitt. Parr. B. C. E. Ambr. Ang. Barb. Pal. Vat. et Florr. a. b. c. o. Mox praep. ἐν deest in Vat. r.

ποῤῥωτέρω] *Stephanus* in marg. „For. τοῦ ποῤῥωτέρω B καὶ τοῦ ἐγγυτέρω.“ *Heindorfius*: Quidni etiam καὶ τοῦ μείζο-

νος καὶ τοῦ σμικροτέρου? In quibus semel et recte quidem omissus articulus non poterat in his postremis inferri denuo. „Reponit cl. *Beckius*:“ At h. l. adverbia non possunt articulo recte carere.“ Immo possunt ex graeci sermonis usu, ita ut cum adiectivis componantur, quemadmodum supra μᾶλλον et ἧττον cum μείζω, σμικρότερα, πλείω et ἐλάττω coniuncta reperiuntur; vid. quae ad p. 40. 325. B. annotavimus. *Seidlerus* ad Euripid. Electr. 429. ante ποῤῥωτέρω καὶ ἐγγυτέρω intelligendum esse τό arbitrabatur. Ald. Bas. 1. ποῤῥωτέρου; deinde Bas. 1. ἐγγυτέρου. — Συμφήσουσιν] Haec v. usque ad ἐπιστήμη desunt in Coisl. — αὕτη] Sic Ven. Σ. a corr. Clark. et cett. libri, ut Ald. Bas. 1. 2., ἡ αὐτή, Steph. αὐτή, quod *Heindorfius* correxit Ficino praeeunte qui vertit: *quae vero potissimum haec scientia sit.* Proxime Coisl. Ang. et Vat. r. σκεψώμεθα et Coisl. ἐστι τοῦτο τοσοῦτον. Locum τοσοῦτον — ἀμαθία ἡ μεγίστη *Stobaeus* in Serm. VI. p. 84. transscripsit. — ἤρεσθε δὲ κλ.] Bene *Heindorfius*: „*interrogastis enim, si meministis, quum inter utrumque nostrum conveniret, scientia nihil esse superius, sed hanc semper superare, in quocumque inesset, et voluptatem et reliqua omnia, vos autem diceretis, voluptatem saepe vincere etiam hominem scientem, id igitur quum vobis non daremus, deinde interrogastis nos* cet. Hunc in modum haec inter se continuantur.“

ἀεὶ κρατεῖν] Vind. αἰεὶ κρ. — C

P. 110. ἐπειδὴ δὲ] Flor. b. ἐπεὶ δέ. Proxime Clark. Vat. Θ. Ang. Coisl. a pr. et Flor. a. ὁμολογοῦμεν, Par. B. ὁμολογοῦμεν, superscr. ω. Proxime ἤρεσθ' e Coisl. cum Bekkero recepimus pro ἤρεσθε. In seqq. τε abest a Ven. Σ. — τοῦτο τὸ πάθ.] Cf. p. 353. A. ibique notat. In proximis Vat. Θ. ἄλλο.

ὑμῖν] deest in Ven. Σ. In seqq. malim scribi εἴπομεν ὅτι Ἀμαθία; coniunctio enim ὅτι solito more responsioni praeponitur. Proxime Vat. Θ. Vat. Pal. et Flor. b. καταγελᾶτε. — νῦν δ' ἐάν] Hoc cum Bekkero dedimus pro νῦν δὲ ἄν; nihil aliud vero Bekkerus in Comment. p. 68. affert nisi hoc: „δὲ ἄν plerique.“ — τοὺς ἐξαμαρτ.] *Stephanus* in marg. „Peccare in vol. dolorumque electione eos quidem qui peccant. Nisi τοὺς legatur ante περί, non ante ἐξαμαρτ.“ Quod quidem posterius ad *Serranum* refertur qui dedit: *peccare eos qui in volupt. dolorumque electione peccant.* — εἰς τὸ πρόσθεν] Clark. Vat. Θ. Ven. Ξ. et Coisl. ἧς. Stob. πρόσθεν εἰς τὸ. Mox. Coisl. μετρητική. D

πράττεται] Parr. C. E. Florr. a. b. c. πράττετε. In seqq. rectius ante ἀμαθία ἡ μ. interpungitur; verba enim sic E

cohaerent: *ὥστε τὸ ἡδονῆς ἥττω εἶναι τοῦτ' ἐστὶν, ἀμαθία ἡ μεγίστη*. *Τοῦτο* refertur ad praegressa *ἀμαθίᾳ πράττεται* et explicatur verbis adiunctis *ἀμαθία ἡ μεγίστη*, particula explicante, ut solent Graeci in explicatione (epexegesi), omissa; vid. quae ad p. 12. annotavimus. Contrario modo Schleiermacherus haec cepit vertens: „*so dass also dieses zu schwach seyn gegen die Lust der grösste Unverstand ist*"; quasi legisset: *ὥςτε τοῦτο τὸ ἡδονῆς ἥττω εἶναι ἀμαθία ἡ μεγίστη ἐστίν*. In Coisl. comparet *εἶναι τὸ ἡδονῆς ἥττω*. — *οὔτε αὐτοὶ οὔτε τ. ὑμ. π.*] *Stephanus* in marg. „Post *αὐτοί* vel deest verbum *προςέρχεσθε* aliudve eiusdem significationis, vel potius subaudiri debet ex seq. verbo *πέμπετε*." Potius oratio quae ita procedere debebat *οὔτε αὐτοὶ οὔτε οἱ ὑμέτεροι παῖδες — προςέρχονται* verbo *πέμπετε* illato mutata est, ut bene iam *Heindorfius* et *Beckius* intellexerunt. In Bas. 1. 2. *ἡμετέρους* scribitur pro *ὑμετέρους*. — *ὡς οὐ*] Part. *οὐ* omitt. Vat. r. Proxime Flor. b. *κηδομένου* et deinde cum Par. E. *διδόντος*.

ὑμᾶς δὲ δή] Vat. r. *καί*; deinde *ἡμῖν*. In proximis Ald. 358 Bas. 1. 2. *ὡμολογεῖτε*. Flor. b. *ἄρα*. — *χαρτόν*] Vat. r. *χαράν*. — *ὁπόθεν — ὀνομάζων*] Verba *χαίρεις ὀνομάζων*, quae poëticum prae se ferunt colorem (in precationibus enim adhibebantur. Cratyl. 400. E: *ὥςπερ ἐν ταῖς εὐχαῖς νόμος ἐστὶν ἡμῖν εὔχεσθαι, οἵτινές τε καὶ ὁπόθεν χαίρουσιν ὀνομαζόμενοι*. Cf. *Spanhem.* ad Callim. H. in Dian. v. 7.), festive ad Prodici artificium tamquam sublime et divinum aliquod transferuntur. Eadem conspicitur festivitas Phaedr. 273. C: *Φεῦ! δεινός γ' ἔοικεν ἀποκεκρυμμένην τέχνην ἀνευρεῖν ὁ Τισίας ἢ ἄλλος, ὅςτις δή ποτ' ὢν τυγχάνει καὶ ὁπόθεν χαίρει ὀνομαζόμενος*. Euthyd. 288. B: *θαυμάσιά γε λέγετε — ὦ ἄνδρες Θούριοι εἴτε Χῖοι εἴθ' ὁπόθεν καὶ ὅπῃ χαίρετον ὀνομαζόμενοι*. Cf. Conviv. 212. C. Quod imitati sunt posterioris scriptores aetatis, velut *Athen.* VIII, 10. T. III. p. 231: *ἢ ὅςτις δή ποτε χαίρει ὀνομαζόμενος*. *Lucian.* Gall. §. 20. Paras. §. 3. al. *Ὁπόθεν ὀνομάζων* dictum est ad Homericum illud *πατρόθεν τινὰ ὀνομάζειν*.

τοῦτό μοι — ἀπόκριναι] „*hoc* (vocabulo) *utere in* B *responsione tua, ut dicas vel τὸ ἡδὺ εἶναι ἀγαθὸν vel τὸ τερπνὸν εἶν. ἀγ.* etc. „*Heindorfius*. — *ἐπὶ τούτου — ἐπὶ τοῦ*] vid. ad p. 108. not. *Heindorfius*: „An potius *ἐπὶ τούτῳ*? — Genitivus hic si recte habet, *ἐπί* h. l. motus cuiusdam significatu intelligendum. — Sunt igitur *αἱ ἐπὶ τούτου πράξεις actiones huc ducentes s. tendentes*." Sed maiorem quandam, ni fallor, vim habet praep. *ἐπί* (*ad*) cum secundo casu iuncta, quam si dativus sequitur; cum dativo enim iuncta sim-

pliciter consilium designat, cum genitivo vero simul actionem vel munus aliquamdiu durans. Sic *Xenoph.* Mem. III. 3. 2: ἡ δὲ ἀρχή που ἐφ' ἧς ᾕρησαι ἵππων τε καὶ ἀμβατῶν ἐστίν. Hinc οἱ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, οἱ ἐπὶ τῶν πυλῶν al. Vid. *Fischer.* ad Weller. III, 2. p. 244 sq. Quocirca hoc quoque loco maiorem habet significationem ἐπὶ τούτου — τοῦ ἀλύπως ζῆν καὶ ἡδέως, quippe indicans, hoc semper nobis esse propositum. — καὶ ὠφέλιμοι] Haec verba e sequentibus καὶ ὠφέλιμον nata esse cum *Schleiermachero* censuit *Heindorfius*; quorum quidem virorum praestantissimorum auctoritas recentiores adduxit ut. v. καὶ ὠφέλιμοι sepirent. Ac sane miram hoc ὠφέλιμοι orationi infert confusionem, contra exstincto illo dilucide procedit argumentatio: *actiones ad iucundum spectantes omnes sunt pulchrae et pulchrum opus bonum est atque utile.* Cf. infra 359. E: οὐκοῦν εἴπερ καλόν, καὶ ἀγαθὸν ὡμολογήσαμεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν; τὰς γὰρ καλὰς πράξεις ἁπάσας ἀγαθὰς ὡμολογήσαμεν.

P. 112. ἢ ἃ ἐποίει καὶ δύναται] Merito offenderunt *Heindorfius* et *Schleiermacherus* in imperfecto ἐποίει et verbo δύναται; sensus enim praesens ποιεῖ postulat et δύναται contra sensum esset; nam si meliora alia sunt, quam quae facere potest, non licet ei haec facere, quod adversatur sequenti ἐξὸν τὰ βελτίω. Quocirca *Schleiermacherus* scribi iussit δυνατά, quod *Heindorfius* (qui praeterea dedit ποιεῖ), *Beckius* et *Stallbaumius* in ed. Goth. receperunt. *Schleiermacherus* sic vertit: *dass es etwas besseres als er thut, und auch ihm mögliches giebt.* Nobis tamen videtur moleste redundaturum esse hoc δυνατά, tam per se, quia de his tantum agi potest quae quis facere potest, quam propter sequentia ἐξὸν τὰ βελτίω, quibus reperetur illud δυνατά. Quocirca videndum ne καὶ δύναται ex interpretatione aliqua fluxerit, velut: ἔπειτα ποιεῖ ταῦτα, ἐξὸν τὰ βελτίω, i. q., καὶ εἰ δύναται τὰ βελτίω, int. ποιεῖν. Hoc saltem requirere et linguae et sensus ratio nobis videtur: ἄλλα βελτίω εἶναι, ἢ ἃ ποιεῖ, ἔπειτα ποιεῖ ταῦτα, ἐξὸν τὰ βελτίω. De part. ἔπειτα (*tamen*) participiis subiecta vid. not. ad p. 6.

αὑτοῦ] Libri scribunt vitiose αὐτοῦ. — τοῦτ'] sic solet pronom. demonstrativum interponi, ac si praecesserit: ὃ λέγεται ἥττω εἶναι αὑτοῦ, quemadmodum pronomen demonstrat. praecique post particip. (v. c. Theaet. 172. B: τὸ κοινῇ δόξαν τοῦτο γίγνεται ἀληθές, i. q., ὃ κοινῇ ἔδοξε, τοῦτο γ. ἀλ.) poni solet, v. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 878. et *Hess.* in Plutarch. p. 92. In seqq. v. ἄλλο τι desunt in Vat. r. — ἀμαθίαν] Ald. Bas. 1. et 2. scribunt Τί δὲ δὴ ἀμαθίαν; ἆρα xi. Pro δὴ Vat. r. ἢ· Proxime Ven. Ξ. ψευδεῖ. — τῶν πολλοῦ

ἀξ.] Sic libri scripti cum Bas. 2., uno excepto Par. E., in quo, ut in edd., est τοῦ πολλοῦ ἀξ. *Stephanus* in marg. „γρ. τῶν πολλοῦ ἀξ. — ἄλλο τι οὖν] οὖν abest a Venet. Σ. In seqq. ἑκών omittunt Venet. Σ. et Flor. c., Vat. r. οὐδ'.

ἐθέλειν ἰέναι] De his infinitivis cumulatis εἶναι ἐθέλειν ἰέναι vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1071. Pal. Vat. ἐθέλει. — D ἀντὶ τῶν ἀγαθῶν] i. e., ἀντὶ τοῦ ἰέναι ἐπὶ τὰ ἀγαθά. Res enim ponitur pro eius attributo (v. *Schäfer.* ad Appollon. Rhod. T. II. 164.) vel actione aliqua ad rem spectante. Sic intelligo Conviv. 209. C: πολὺ μείζω κοινωνίαν τῆς τῶν παίδων, ubi genitivus obiective est positus: *coniunctionem ad liberos spectantem*, et *ad liberos* breviter dictum est pro: *ad liberos procreandos.* Male, si quid video, refragatur Stallbaumius. Mox δυοῖν scribendum, quod in libris omnibus exstat. Proxime Vat. r. αἱρεῖται. — συνδοκεῖ] Vat. r. et Vind. συνεδόκει, quod res ipsa postulat; idque Heindorfius e Bas. 2. recepit, quem *Beckius* sequutus est scribens ξυνεδόκει. *Ficinus* quoque: *haec omnia cunctis nobis rata habenda visa sunt.* Ang. habet ἐνδοκεῖ, superscripto συν. — καλεῖτέ τι] Pron. τί, quod sensus et orationis conformatio postulat, *Heindorfius* de coniectura inseruit, quem sequuti sunt Bekkerus et Stallbaumius. Annotat *Heindorfius*: „alioquin molestissime hoc καί ante ἄρα inculcatum sentiet unusquisqse.“ Quod cl. Beckium videtur adduxisse ut part. καί deleri mallet. At vero sic mirum quam perturbaretur oratio, praesertim quum in seqq. non λέγετε inferatur, sed λέγω. Verba quae sequuntur sic cohaerent: καὶ ἄρα (int. τοῦτο καλεῖτε) ὅπερ ἐγώ (int. καλῶ); Proxima πρὸς σὲ λέγω, ὦ Πρόδικε (in Vind. omiss. ὦ) parenthesin efficiunt: i. q. *et hoc quod dico ad te spectat, Prodice.* Praegressa ὅπερ ἐγώ explicantur tunc his quae sequuntur: προςδοκίαν τινὰ λέγω, particula explicante more omissa; quocirca maiorem interpunctionem ante v. προςδοκίαν et interrogationis signum post v. καλεῖτε delevimus. *Heindorfius* sic explebat orationem: καὶ ἄρα καλεῖτε τοῦτο ὅπερ ἐγὼ πρὸς σὲ λέγω; Locum sic in germanicum converteremus: *Wie nun? sagte ich; nennt ihr etwas Angst und Furcht? und zwar was ich so nenne? (ich sage dieses zu dir, Prodikos): ich nenne es nehmlich* (oder: *ich meine nehmlich, verstehe nehmlich darunter) die Erwartung eines Uebels, mögt ihr es nun Furcht oder Angst nennen.* Vat. r. omitt. ὦ ante v. Πρόδικε. — φόβος εἶναι τοῦτο] Pron. τοῦτο abest a Ven. Σ. Proxime δέ omitt. Vat. Θ.

ἔφην] Par. C. ἔφη. Proxime voc. ὦ ante Πρόδικε Bekkerus suo Marte interposuit, cui obtemperavimus. Proxime E Par. E. διαφέρειν. — τόδε] Interpunge: ἀλλὰ τόδε· εἰ ἀληθῆ

τὰ ἔμπροσθέν ἐστιν, ἆρά τις ἀνθρώπ. κλ.; τόδε enim, ut solet, sequentem quasi praeparat enuntiationem eique praeponitur, vid. exempla in *Matth.* Gramm. gr. p. 879. Ad τόδε e praegressis οὐδὲν διαφέρει petendum est verbum: *in hoc res vertitur, hoc agitur.* Quocirca sic converti haec oportet: *sed in hoc res vertitur: si vera sunt supra posita, num quis hominum ad ea aggredietur quae metuit* cet. Part. ἆρα indirecte quod dicitur interrogat, ut Phaedon. 70. E. Lach. 185. D. Menon. 93. B. al. Quocirca delenda sunt interrogationis signa post μή et ὡμολογημένων. Quamquam ἆρα etiam pro directa quae vocatur interrogatione haberi potest; alterum praefero propterea quod oratio hoc modo magis vincitur: τόδε ἆρα *(ob nehmlich).* — ὦ Πρόδικε] ὦ cum Bekkero et Stallbaumio e Ven. a rec. recepimus.

ἀπολογείσθω] Flor. b. ὑπολογείσθω. — ἃ τὸ πρῶτον παντάπ.] Vid. p. 330. A. B. — ἔφη εἶναι] Verbum εἶναι deest in Vat. Θ. Proxime Vat. r. ἰδίαν τοῦ (pro δέ). Deinde libri αὐτοῦ, quod Stephanus in αὐτῶν mutari volebat; quod Heindorfius correxit αὑτοῦ, id recte sequuti sunt recentiores. — ἀλλ' ἃ] Sic Clark. Vat. Θ. et Vind. pro ἀλλ' ὅ, idque revocarunt Bekkerus et Stallbaumius. — τὸ ὕστερον] Cf. p. 349. D. Vat. r. δὴ ὕστερον. Proxime εἶναι abest a Coisl. — πάνυ πολύ] v. πολύ cum Bekkero et Stallbaumio e Clark. Vat. Θ. et r. recepimus.

τ. ἀνδρείαν] Sic Clark. et Steph., Pal. Vat. et Vat. r., ut Ald. et Bass., ἀνδρίαν. In proximis Clark. et Florr. a. c. o. γνώσεσθε.

P. 114. ἀνδρειοτ. δέ] Part. δέ abest a Parr. B. C. E. Ambr. Ang. Barb. Venet. Σ. a pr. et Florr. a. b. c. Proxime Clark. γνώσει pro γνώσῃ et, ut plerique libri ἀνδρία. — δ' οὖν] δ' omitt. Barb. et Vat. r., οὖν Coisl. — λέγει] Sic Venet. Ξ. Par. E. Pal. Vat. Vat. r. et libri ante Bekk. editi, contra Clark. reliquaeque membranae λέγοι, quod post Bekkerum Stallbaumius recepit, idque sine dubio h. l. praestat; indicativorum enim praeteritum excipientium, de quibus ad p. 30. exposui, longe alia est ratio. Ceterum dele interpunctionem post v. τοῦτον, quae orationis membra contra graeci sermonis ingenium divellit. — ὁ δέ] Par. E. οἱ.

ἐπὶ τί] Vat. Θ. τίνα, Clark. τί, superscripto να a vet. m. (Vind. ἐπί τι), et hoc τίνα pro vulgato τί receperunt Bekkerus et Stallbaumius. Attamen in seqq. quoque ἐπὶ τί φὴς ἴτας εἶναι τ. ἀνδρείους. Quocirca praestare censemus τί, praesertim quum soleant Graeci collectivum τί (quod generatim ponitur, v. *Engelhardt.* ad Euthyphr. p. 137.) ponere sequente

lurali, ut Phaedon. 58. C: τί ἦν τὰ λεχθέντα καὶ πραχθέντα; al. plur. V. *Matth.* Gramm. gr. p. 916. ibique citata. —] „Scripsi ἦ pro ἤ, quod vix aptum h. l., quum non sit per e liquidum quae sint illa ἐφ' ἅπερ ἴται οἱ δεινοί." *Heindorfius,* ui iure obtemperarunt Beckius et Stallbaumius. Ipsa res postu-it interrogativam partic. ἦ, *num*, ut in seqq. ἀλλὰ σὺ ἐπὶ τί ῆς ἴτας εἶναι τ. ἀνδρείους; ἄρ' ἐπὶ τὰ δεινά κλ. Recte vertit *Schleiermacherus: etwa auf das nämliche, worauf auch die Feigen?* — οὐκ ἔφη] Verba οὐκ — δειλοί omitt. Ang. — εινά] Clark. Coisl. Ven. Ξ. Parr. B. C. Ambr. Ang. Barb. Pal. Vat. Florr. a. b. c. o. et Vind. δειλά, Par. E. δειλά, superscr. νά. *Ficinus: metuenda fortes?* — Proxime Pal. Vat. ε. Mox Ambr. Ang. Barb. Pal. Vat. et Vat. r. ἀλλ' pro ἀληθῆ. n seqq. τοῦτ' pro τοῦτο cum Bekkero e Coisl. reposuimus.

ἀπεδείχθη] P. 358. C: ἄλλο τι οὖν — ἐπί γε τὰ κακὰ D οὐδεὶς ἑκὼν ἔρχεται οὐδὲ ἐπὶ ἃ οἴεται κακὰ εἶναι, οὐδ' ἔστι οὗτο — ἐν ἀνθρώπου φύσει κτλ. Verba ἐν οἷς σὺ ἔλεγες τοῖς λόγοις per contractionem et attractionem posita sunt pro ἐν τούτοις τοῖς λόγοις οὓς σὺ ἔλεγες. Ceterum haec: ἀλλὰ τοῦτό γε ad priorem tantum praecedentis interrogationis partem (ἄρ' ἐπὶ τὰ δεινά) referuntur. In seqq. Vat. r. λέγω pro λέγεις. — ἐπειδὴ — οὖσα.] Aliena sunt ab hoc loco et τὸ ἥττω εἶναι ἑαυτοῦ et ἀμαθία; causa enim cur nemo ad ea quae timeat aggrediatur, neque τὸ ἥττω ἑαυτοῦ εἶναι est neque ἀμαθία (Beckius: *quia ignorant illa esse* δεινά), sed in hoc est sita quod nemo ad ea quae pro malis habet aggreditur, v. pag. 358. C., qui quidem locus significatur verbis εἰ τοῦτο ὀρθῶς ἀπεδείχθη. In seqq. demum 360. B. C. ad ἄγνοιαν et ἀμαθίαν revertitur Socratis argumentatio. Quocirca pro insitivis haec verba habeo, de quibus iam *Heindorfius* addubitavit annotans: „Nimirum si qui sunt qui irae aliisve cupiditatibus indulgentes suique ἥττονες ferantur ad τὰ δεινά, ut sunt, eos illuc ἀμαθία quaedam perducit, quum δεινὰ esse illa ignorent, certe, quantum sibi mali immineat, non exputent. Aliter qui additamenti huius vim et sensum explicem, non video." Conformatum est, ut videtur, hoc additamentum ad verba illa 360. C: δειλοὶ δὲ οὐ διὰ τὴν τῶν δεινῶν ἀμαθίαν ἐφάνησαν ὄντες. In Vat. Θ. ἡ ἀμαθία. Proxime καὶ ταύτῃ — ἀνδρεῖοι desunt in Ang.

οἱ ἀνδρεῖοι] Sic Clark. Ven. Σ. a corr. et Vind., Coisl. E ἀνδρεῖοι, Vat. Θ. et r. οἱ ἄνανδροι, reliqui cum libris edd. ἄνανδροι. Illud οἱ ἀνδρεῖοι iam *Cornarius* vidit reponendum esse, idque recte sequuti sunt Beckius, Bekkerus et Stallbaumius. De part. αὐτίκα (germ. *so gleich*, i. e., exempli causa) vid. nostra ad Legg. p. 235. — οἵ τε] Ven. Σ. γε, omitt.

Coisl. Pro δειλοί Ven. Σ. ἀνδρεῖοι habet a corr. m. Pro καὶ οἱ ἀνδρεῖοι Ven. Σ. habet a corr. οὐ καὶ οἱ δειλοί. — ἐν τ. ἔμπρ.] Verba ἐν — ὡμολογήσαμεν desunt in Ven. Σ. Proxime ἁπάσας abest a Vat. Θ. Deinde Vat. r. (non Clark., ut Stallbaumius narrat) αἰεὶ ἐμοί. — Ὀρθῶς γε] Ang. ὀρθ. γ᾽.

ποτέρους] Clark. ποτέρου. 99

P. 116. κάλλιον] Omnes libri et scripti et edd. ante Stephanum habent καλόν, quod *Ficinus* quoque expressit vertendo: *ad pulchrum, melius et iucundius*, attamen res ipsa et sequentia: ἐπὶ τὸ κάλλιόν τε καὶ ἄμεινον καὶ ἥδιον comparativum postulant. Cf. *Stallbaum.* ad Criton. p. 145. — ἀλλὰ καί] Part. καί deest in Bar C. et Barb.; vim vero addit particulae ἀλλά, ut sit; *immo vero, quin etiam* s. *quin potius*, velut *Xenoph.* Cyrop. VI, 3. 10: οὐ μὲν δὴ καὶ ἔχαιρον, ἀλλὰ καὶ μάλα ἠνιῶντο. Phaedr. 274. A. Parm. 161. A. Crit. 43. B. al. Proxime Clark. διαφεροῦμεν.

φόβους] deest in Venet. Σ a pr. — ὅταν] h. l. est *si* (germ. *wofern, wenn ja*), h. e., *si evenit ut*, et simpliciter *ut* (*angenommen* s. *vorausgesetzt dass*). Neque enim „tempus indefinitum indicat: *quandocumque*,“ ut *Stallbaumius* ad Phileb. p. 87. et Euthyphr. p. 50. interpretatur, sed ubi res significatur quae cogitatur tantum vel sumitur evenire posse (non semper fieri vel evenire solere, ut h. l., ubi non potest esse *quandocumque* vel *quotiescumque timent*, quasi fortes timere soleant, sed *ut* timeant), est Latin. *si* vel *si quando, ut*. Euthyphr. 7. D: ἐχθροὶ ἀλλήλοις γιγνόμεθα, ὅταν γιγνώμεθα, καὶ ἐγὼ καὶ σὺ κλ., ubi esse non potest: *quandocumque* (quasi Socrates dicere velit facile evenire posse et saepius evenire ut inimici fiant), sed *si* vel *ut (angenommen, dass —)*: ut Socrates hoc tantum ponat, licet dubitari possit an revera sit eventurum. Phaedr. 256. E: καὶ ὁμοπτέρους ἔρωτος χάριν, ὅταν γίγνωνται (*si fiant*, ut indicetur hoc non semper fieri, sed fieri posse), γενέσθαι. Contra ubi ὅταν merum designat tempus, ergo rem fieri solitam, est *quotiescumque*, ut Gorg. 468. B: τὸ ἀγαθὸν ἄρα διώκοντες καὶ βαδίζομεν, ὅταν βαδίζωμεν (ubi non est *ut vadamus*, sed *quotiescumque vadimus*) — καὶ τὸ ἐναντίον ἕσταμεν, ὅταν ἑστῶμεν. Sic etiam 468. A. Polit. II. 374. A. al. Probare igitur non possum quod *Schleiermacherus* verba ὅταν φοβῶνται praeposuit et sic vertit: *Also überhaupt, wenn die Tapfern sich fürchten, ist das keine schlechte Furcht* cet. Potius vertendum erat: *Hegen nun überhaupt nicht die Tapfern keine schimpfliche Furcht, wenn sie ja eine hegen?* cet. — καὶ ἀγαθά] Coisl. κἀγαθά, quod *Bekkerus* recepit; at vide ne part. καί vis evanescat si scribatur κἀγαθά. —

ϑρασεῖς] Clark. ϑαρσεῖς. — αἰσχρούς τε] Sic Clark. reliquique libri pro eo quod in libr. edd. comparet γέ. Τέ etiam Beckius Heindorfio suasore dedit. — τὰ αἰσχρὰ καὶ κακά] Vat. r. et Vind. τὰ κακὰ καὶ αἰσχρά.

δειλοὶ δὲ οὔ] Neg. οὐ omitt. Vat. r. et Vind. Deinde C libri omnes scripti, praeter Ven. Σ. rc., δειλῶν pro δεινῶν. Mox in Clark. Vat. Θ. Coisl. et Vind. πάνυ γε pro καὶ πάνυ γε, idque iure sequutus est Stallbaumius. — ὁμολογεῖται] Sic Clark. et reliqui libri. Ald. Steph. Heindorf. et Beck. ὡμολογεῖτο, Bas. 1. 2. ὡμολόγηται.

ἀνδρεία δειλίᾳ] Par. C. ἀνδρίᾳ δειλία. Proxime in D Ven. Σ. a rc. εἰ ἡ τῶν δειν. Pro σοφία ἐναντ. τῇ τούτων Venet. Σ. ἀμαθία δειλία, ἡ δειλία ἄρα. Mox Coisl. ἐνταῦϑ'. τῶν δεινῶν] Clark. Vat. Θ. Coisl. Venett. Ξ. Σ. Florr. a. c. o. et Vind., ut supra, habent δειλῶν. Verba καὶ μὴ δεινῶν omissa sunt in Vat. r. et Vindob. De re, cf. Lachet. 194. E: ποία σοφία ἀνδρεία ἂν εἴη — ταύτην ἔγωγε (φημὶ) — τὴν τῶν δεινῶν καὶ ϑαῤῥαλέων ἐπιστήμην καὶ ἐν πολέμῳ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. — ἀπόφης] Vind. Ald. Bas. 1. 2. ἀπόφης αὐτός. Ambr. Ang. Pal. Vat. ἀποφῇς, Florr. b. o. ἀποφῇς αὐτός, Barb. et Vat. r. ἀποφής, Florr. a. c. ἀποφὴς αὐτός. In praegr. pro σὺ φής Venet. Σ. corr. σύμφης.

ἔφη] Sic Clark. Vat. Θ. r. et Vind., quod iure recepe- E runt Bekkerus et Stallbaum. pro eo quod libri reliqui, etiam edd., habent ἔτι δοκεῖς. — τὸ ἐμὲ εἶναι] i. q. πρὸς τὸ ἐμὲ εἶναι (vid. ad p. 48. annot.), ut Polit. 1. 338. A: προσεποιεῖτο δὲ φιλονεικεῖν πρὸς τὸ ἐμὲ εἶναι τὸν ἀποκρινόμενον. Cum simplici accusativo iunctum ap. *Thucydidem* quoque verbum φιλονεικεῖν reperitur V, 111: καὶ οὐκ ἀπρεπὲς νομιεῖτε — μὴ τὰ χείρω φιλονεικῆσαι. Cf. *Stallbaum.* ad Phileb. p. 19. — λέγω ὅτι] Coni. ὅτι abest a Coisl. — ἄλλου] Amb. Ang. Barb. Pal. Vat. Vat. r. et Vind. ἀλλ' οὔ.

P. 118. αὐτό] non αὐτή (quod habet Ambros.), *ipsa*, sed *per se* (nulla singularum partium ratione habita). Neutrum enim tam adiectivi quam pronominis cum nominibus masculinis et femininis iungitur ita ut adiectivi vel pronominis vis per se efferatur, in qua quidem licentia eximia cernitur graeci sermonis virtus. Sic Polit. V. 455. E: ἀσϑενέστερον γυνὴ ἀνδρός. IV. 420. C: οἱ ὀφϑαλμοί, κάλλιστον ὄν (non: *qui pulcherrimi sunt*, sed *pulcherrima pars corporis*) al. innum. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 815 sq. Sic etiam pronomen αὐτό cum substantivis alius generis copulatur, ut sit *per se*, velut Polit. II. 362. E: οὐκ αὐτὸ δικαιοσύνην ἐπαινοῦντες, ἀλλὰ τὰς ἀπ' αὐτῆς εὐδοκιμήσεις. Theaet. 146. E: γνῶναι ἐπιστήμην αὐτὸ

ὅ τί ποτ' ἐστίν. Cratyl. 411. D: *αὐτὸ ἡ νόησις τοῦ νέου ἐστὶν ἕσις*. Parm. 130. B: *καὶ τί σοι δοκεῖ εἶναι αὐτὸ ὁμοιότης χωρὶς ἧς ἡμεῖς ὁμοιότητος ἔχομεν*; al. Ex quo quidem intelligitur non recte Heindorfium, quem Beckius et Stallbaumius sequuti sunt, verba *αὐτὸ ἡ ἀρετή* commate post *αὐτό* interposito diremisse; quamquam *Matthiaeus* quoque Gramm. gr. p. 821. *αὐτό* per se poni et substantivo *ἡ ἀρετή* per epexegesin adiecto explicari statuit.

μάλιστ'] Sic Coisl. Ang. et Pal. Vat. pro *μάλιστα*; etiam A Bekkerus ita dedit. Proxime *γένοιτ'* pro *γένοιτο* cum eodem viro praestantissimo e Coisl. scripsi. In seqq. Vat. r. *ἑκάτερος μακρὸν λόγον*. Ang. *μακρὸν λόγον ἑκάτεροι*. Deinde Flor. b. *λέγω* pro *λέγων*. Proxime scrib. *ὦ Σώκρατές τε κ. Πρ.* Voc. *τε* omitt. Ambr. — *ἀρετή*] Sic Clark. Vat. *Θ*. r. et Vind. Reliqui libri (etiam edd. praeter Bekk.) *ἡ ἀρετή*. Mox Par. C. *ἔμπροσθε*, quod Bekkerus posuit pro *ἔμπροσθεν*. Cf. *Lobeck*. ad Phrynich. p. 284 sq. *Matth*. Gramm. gr. p. 100. et *Schäfer*. Appar. ad Demosth. II. p. 273.

πάντα] abest a Coisl. — *ἡ σωφροσύνη*] Clark. et B reliqui libri, uno excepto Coisl., articulum omittunt, quem recte tuentur libri edd. — *ἢ ἐπιστήμη ἡ ἀρετή*] Vulgo *ἡ ἐπιστήμη ἢ ἀρετή*, quod *Ficinus* expressit: *si enim aliud quiddam esset scientia quam virtus*. *Stephanus* in marg. „For. *ἄλλο τι ἦν ἢ ἐπιστήμη ἡ ἀρετή*, id est, *si quid aliud esset virtus quam scientia, perspicuum esset illam doceri non posse; at nunc si virtus comperiatur esse scientia, mirum fuerit illam doceri non posse.*" Stephani emendationem ipsa res postulat, quocirca recentiores eam omnes sequuti sunt. Vid. *Heindorf*. ad Hipp. mai. p. 169. Pro *ἡ* Par. E. et Flor. b. *ἢ ἡ*. — *ἐπιστήμη ὄν*] Sic Ald. Bas. 1. Steph. reliquique edd.; libri contra scripti omnes et Bekkeri et Stallbaumii cum Bas. 2. habent *ὅλον*, quod *Ficinus* quoque expressit vertens: *nunc autem si universum scientia apparebit*. Quocirca Bekkerum miror contra omnium librorum suorum consensum libris editis obtemperasse. Equidem si Bekkeri commentariis criticis iam uti potuissem in hoc Platonis volumine edendo, non dubitassem genuinum revocare *ὅλον*. Etenim *ὅλον* est i. q. *τὸ ὅλον*, *omnino, in universum*, et virtus in universum cogitata est *virtus per se* (supra *αὐτὸ ἡ ἀρετή*, opposita singulis eius partibus, velut *ἀνδρείᾳ*, de qua in praegressis disputatum est). Sic Menon. 81. D: *τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ μανθάνειν ἀνάμνησις ὅλον ἐστίν*. Verbum *φαίνεσθαι*, ut infra *ὀλίγου πάντα μᾶλλον φανῆναι αὐτὸ ἢ ἐπιστήμην*, locisque innumerabilibus aliis, sine participio positum recte habet. Accedit quod part. *ὄν* (pro

οὖσα) ne potest quidem locum habere, propterea quod participium neutro genere positum cum substantivo feminino iungi non potest, nisi adiectivo vel pronomine intercedente, ad cuius genus participium accommodetur, velut Polit. I. 336. A: ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ τοῦτο ἐφάνη ἡ δικαιοσύνη ὄν. Vid. quae notavi ad p. 50. Quocirca exterminato illo ὄν e seqq. διδακτὸν ὄν huc illato ὅλον restituendum esse censeo. Animi causa addere iuvat *Serrani* notam (Annot. T. III. p. 8. ed. Steph.) „Ex vet. cod. lego ἐπιστήμη ἄλλο τι οὖσα. idcirco deest in mea interpret. *aliud* et vitiosae lectionis vestigia apparent, ὃν ὡς σύ: quae verba propter viciniam vocis ἄλλο τι a librario facile fuerunt commutata." — μὴ διδ. ὄν] Ald. Bas. 1. 2. μ. δ. οὐ. Proxime Bas. 2. διδακτὸν ὂν τότε, „unde rescribendum διδακτὸν ὂν τότε" *Heindorfius*, idque *Beckius* reposuit, recte, quum ὄν post διδακτόν facile potuerit intercidere. Proxime Vat. r. ὑποτιθέμενος.

αὐτό] ut solet, ad nom. femininum, ἀρετήν, relatum. C
Mox libri edd. Ald. Bas. 1. Steph. Lugd. Laemar. Bip. cum membr. Vat. Θ. Par. E. ἐπιστήμη. Bas. 2. cum reliquis membr. ἐπιστήμην. — ἐξελθεῖν ἐπί] Sic Vat. Θ., quod cum Bekkero recepi; reliqui ἐξελθεῖν καὶ ἐπί, quod *Stallbaumius* tuetur. „Nam Socrates," ait, „praeterquam quod illa, de quibus erat disputatum, vult dilucidius explicari, *etiam* vim et naturam virtutis in illustriore loco ponendam arbitratur." Neque tamen, opinor, καί, *etiam* hic locum habet, quum ταῦτα διεξελθόντας — ἐξελθεῖν sit: *postquam haec exposuerimus, progredi ad virtutis vim ac naturam indagandam.* — μὴ πολλάκις] *ne forte*, quod satis multis illustrarunt exemplis *Heusd.* Spec. crit. p. 125. et *Heindorf.* ad Phaedon. p. 19. Etenim quod saepius (πολλάκις) fit, id facile fieri potest (germ. *vielleicht*, i. e. *viel-leicht*, mirum in modum respondet graeco πολλάκις); quocirca πολλάκις ponitur ita ut significet aliquid facile evenire posse, ideoque timendum esse ne eveniat (tunc est germ. *etwa*), praesertim negat. μή praecedente, ut Polit. IV. 424. C. IX. 584. B. Critia 113. Alcib. I. 127. E. Theag. 122. A. Thucyd. II, 18. Cf. *Abresch.* Diluc. Thucyd. p. 174. Non audiendus est F. A. *Wolfius* ad Plat. Phaedon. p. 25., qui germanicum esse *vollends*, *wirklich* contendit.

ὡς φὴς σύ] Pal. Vat. et Vat. r. σὺ φής. Flor. o. σὺ φής. D
— ὑπὲρ τ. βίου] Ambr. et Barb. ὑπὸ τ. β. Proxime Clark. εἴ σοι pro εἰ σύ. Coisl. θέλεις. Vat. r. ὥσπερ. Mox καί abest a Pal. Vat. De re cf. 348. D. — Proxime Vat. r. Ven. Ξ. a pr. et Vind. διασχοποίην.

κακὸς εἶναι ἄνθρ.] Vat. r. κακὸς οἶμαι ἄνθρ. εἶναι. E

— ἥκιστ'] Sic libri fere omnes scripti. In Par. E. et libris edd. (praeter Bekk. et Stallb.) ἥκιστ' ἄν. In *Gaisfordii* Lectt. Plat. p. 149. notatur „E. 2. ἄν," in exemplo autem Steph., quod cl. Gaisfordius sequutus est, quum ἥκιστ' ἄν exstet, scribere sine dubio voluit vir doctissimus ἄν *om.*, ut significaret a libro Clark. particulam ἄν abesse. — πρὸς πολλοὺς δή] Malim πρ. π. ἤδη, quamquam part. δή ita cum v. πολύς coniungi constat, v. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 224. et *Stallbaum.* ad h. l. Diversam tamen, ni fallor, vim habent δή (*utique*, nostr. *wohl*), quo vis verbi πολύς augetur, et ἤδη, *iam*, quae quidem particula ad verbum refertur; quocirca fit ut utrumque ἤδη (quod ad verbum refertur) et δή (quod ad πολύς pertinet) etiam coniungatur, ut *Xenoph.* Oecon. 1, 23: πολέμιοι μὲν οὖν ἤδη, ὅταν καλοὶ κἀγαθοὶ ὄντες καταδουλώσωνταί τινας, πολλοὺς δὴ βελτίους ἠνάγκασαν εἶναι σωφρονίσαντες.

P. 120. τῶν μὲν τηλ.] Sic Clark. Coisl. Venett. Pariss. B. E. Ambr. Ang. Pal. Vat. Vat. r. et Vind.; reliqui libri cum edd. habent τῶν μὴν τηλικ. Illud recte *Bekkerus* recepit; vid. de part. μέν ita posita, ut altera oratio cum part. δέ apud animum supplenda sit (ut h. l. *eorum certe* — int. *etiamsi non omnium*). Vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1263 sq., qui p. 1214. vulgatum μήν sequutus est. — διέξιμεν] Clark. Coisl. Ven. Ξ. Pariss. B. C. E. Ambr. Ang. et Flor. a. διέξειμεν, Vat. r. et Vind. διέξειμι. Proxime ἤδη abest a Ven. Σ. Parr. B. C. E. Ambr. Ang. Barb. Pal. Vat. et Florr. a. b. c. o. Mox Ald. Bas. 1. 2. ἀλλ' ὅτι.

οἷπερ ἔφην] Cf. 335. C. — πάλαι] Vat. r. πάλιν. — 33
τῷ καλῷ] De hoc Atticae urbanitatis blandimento vid. *Heindorf.* ad Hipp. mai. p. 121. *Boissonad.* ad Philostr. p. 306. et Aristaen. p. 295. et *Creuzer.* ad Plotin. de pulcr. p. XVI. — ἀπῇμεν] Clark. ἀπήϊμεν. —

INDEX

librorum scriptorum ad Phaedrum collatorum.

Clarkianus s. *Bodleianus* (ap. Bekker. littera 𝔄 signatus). Cf. *Gaisford.* Lectiones Platonicae p. 98 — 107. Nostra ad Protagor. p. 3.

Libri ab *Imm. Bekkero* collati viginti praeter *Coislinianum* (Γ), *Venetos* (Ξ et Σ), *Parisinos* (BCE) et *Ambrosianum* (r), de quibus vid. ad Protagor. p. 3 sq., sunt:

(Δ) *Vaticanus* 225. Vid. ad Protag. p. 3.

(Λ) *Venetus* 8 membr., f. max. V. *Bekker.* Opp. Pl. T. I. p. XIII.

(Π) *Venetus* 185, f. max., ff. 349. V. Bekk. p. XIII.

(Φ) *Vindobonensis* 32 (ap. Nessel. CIX.), a Bekkero littera Φ signatus, ap. Stallbaum. Vind. 6. V. Bekk. l. l. p. XIV.

(D) *Parisinus* 1810 bomb., f. max., ff. 300. V. Bekk. l. l. p. VIII.

(F) *Parisinus* 1812 chart., f. max. V. Bekk. l. l.

(G) *Parisinus* 1813 bomb., f. max., ff. 271. V. Bekk. l. l.

(H) *Parisinus* 1814 chart., f. max., ff. 377. V. Bekk. l. l.

(N) *Parisinus* 1825 chart., f. max. V. Bekk. p. IX.

(O) *Parisinus* 1826 chart., f. max. V. Bekk. l. l.

(P) *Parisinus* 1827 f. max., ff. 151.

(T) *Parisinus* 2011 chart., f. quadr., ff. 67.

(𝔟) *Palatinus Vaticanus* 173 membr., f. quadr., ff. 163. Cf. Bekkeri Comment. critt. T. I. p. VII.

Cl. *Stallbaumius* adhibuit:

Florentinos septem: a. b. c. g. h. i. ϑ. De quibus vid. Stallbaum. Var. Lectt. T. XII. p. VI sq.

Vindobonenses sex: 1. 3. 4. 6. 7. α. Vid. Stallb. l. l. p. V sq.

Nos contulimus:

Monacensem 11, qui Hermiae scholia continet. De quo vid. Catalog. Biblioth. Mon. Codd. Mss. gr. ed. *Hardt.* T. I. p. 85 sq.

Monacensem 407, qui itidem Hermiam continet. Cf. Catal. Codd. Mss. gr. T. I. p. 254.

Ad Lysiae orationem cl. *Haenischius* (Lysiae Amatorius. Lips. 1827. 8.) adhibuit libros a *C. Schneidero* collatos.

Gothanum, bombyc., f. mai., ff. 236. et

Raudnicensem, membr., f. max. De quibus vid. Eiusd. Praef. p. VIII.

Platonis Dialogi IV Meno, Alcibiades primus, Phaedo, Phaedrus, graece ad edit. H. Stephani expressi. Viennae, 1784. 8. P. 283 sq. Variae lectiones in Phaedrum collectae ex codice August. Biblioth. Caesar. Vindobonensis, qui est inter codices philos. graecos Num. CXXVI. (ap. Stallb. Vindob. 7. Vid. Var. Lectt. p. VI.)

Platonis Dialogi quatuor Lysis Charmides Hippias maior Phaedrus. Annotatione perpetua illustravit *Fr. Heindorf*. Berol. 1802. 8. Ad apparatum F. Bekkeri lectionem denuo emendavit *Phil. Buttmannus.* Berol. 1827. 8.

Platonis Phaedrus. Recensuit Hermiae scholiis e cod. Monac. XI. suisque commentariis illustravit *Fr. Ast.* Lips. 1810. 8. Cf. *Th. Taylori* Observationes in Hermiae scholia in: *Classic. Journal.* T. XXVIII. p. 79 sq. 268 sq. XXIX. p. 169 sq. 273 sq.

Conversus est Phaedrus in germanicum:

Werke des Plato, Lemgo, 1783. 8. P. III. p. 145 sq.

Auserlesene Gespräche, übers. v. *Fr. Leop. Gr. zu Stollberg.* Königsb. 1796—97. 3 Th. 8. Phaedr. P. I.

Platons Werke von *F. Schleiermacher.* Ersten Theiles erster Band, Berlin, 1804. 8. p. 83 sq. Zweite verbess. Aufl. Berl. 1817.

Platon's Phaedros und Gastmahl, übersetzt, erläutert u. verbessert von *Fr. Ast.* Jena, 1817. 8.

Φ Α Ι Δ Ρ Ο Σ.

Clark. Flor. b. ϑ. libri editi et *Gregor.* in expos. libelli Hermogenis π. μεγ. δειν. p. 912. T. VIII. Oratt. Gr. Reisk. adlunt ἢ περὶ καλοῦ: Ficinus quoque: *sive de pulcro*. *Clenens Alexandr.* Strom. V. p. 582. *Diog. Laert.* III. 58. ἢ τερὶ ἔρωτος, ἠθικός. al. Vid. *T. F. Lentz.* Animadv. in Phaedr. spec. (Acta liter. soc. Rheno-Traj. T. II.) p. 292. Cf. quae ad Protagorae inscriptionem p. 7. annotavimus. De *Phaedro Myrrhinusio* vid. ad Protag. p. 18. et *Schleierm.* I. ». 55 sq., de ipsius vero dialogi et ingenio et fine fusius exposuimus in libro qui inscribitur *Platon's Leb. u. Schrift.* p. 32—111.

P. 124. Ὦ φίλε Φαῖδρε—ἑωθινοῦ] Citat haec 227
Dionys. Halic. Epist. ad Cn. Pompei. p. 21. ed Krüger. sine ulla scripturae discrepantia. — ποῖ δὴ καὶ πόθεν] Sic veteres solebant obviam venientem alloqui. Lys. 203. B: ποῖ δὴ πορεύει καὶ πόθεν; Plene *Lucian.* Charid. 1. (T. II. p. 347. Schmied.): ἠρώτων, ὅθεν τε πορεύοιτο καὶ ὅποι βαδίζοι. *Horat.* Serm. I. 9. 62: *unde venis et Quo tendis?* Cf. *Lucian.* Encom. Demosth. §. 1. T. II. p. 581., qui locus ad nostrum conformatus est, *Diog. Laert.* VI, 2. 59. *Horat.* Serm. II. 4, 1. Vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. v. 175. Praecipue in huiusmodi frequentandis dictionibus, quae Platonis et in universum Atticorum propriae erant, sophistae sibi placuerunt recentiores, quos lepide exagitavit *Ammianus* Epigr. 22. Anthol. graec. T. III. p. 97. Jac.

Ὦ 'γαθὲ καὶ μῶν οὖν καὶ ποῖ δὴ καὶ πόθεν, ὦ 'τᾶν
Καὶ θαμὰ καὶ φέρε δὴ καὶ κομιδῇ καὶ ἴθι —
Ἐκ τούτων ἡ νῦν εὐδοκιμεῖ σοφία.

Cf. *Gregor.* Naz. Orat. III. p. 98. D. et *Cresoll.* Theatr. Rhet. II, 23. p. 335. — παρὰ Λυσίου] *Lysiam*, celeberrimum illum oratorem (infra 228. A: δεινότατος ὢν τῶν νῦν γράφειν), Cephali filium et Polemarchi fratrem (p. 257. B.) significari, ipsa res declarat, cf. *Dionys.* Halic. Ep. ad Pomp. T. VI. p. 763. *Groen. v. Prinster.* Prosopogr. Plat. p. 111 sq.

et *Haenisch.* in Lys. Amator. Comment. p. 3 sq. — Proxime *T.* γάρ habet pro δέ. — ἐξ ἑωθινοῦ] H. Flor. b. ἐξ ἑωθινῶν, G. a pr. m. ἔξωθεν οὐ. — In seqq. Vind. 6. vocem ἑταίρῳ in marg. habet adscriptam. — De *Acumeno* (libri plures ἀκουμένῳ, *T.* ἀκουομένῳ), medico illus aetatis celebratissimo, Eryximachi medici patre, vid. interpp. ad Xenoph. Mem. Socr. III, 13. 2. et *Groen. v. Prinst.* Prosop. Plat. p. 193 sq. His autem verbis sine dubio imbecilla Phaedri valitudo significatur, quam ipse videtur fovisse (cf. quae Plato de huiusmodi hominibus disputat Polit. III, 405. D sq.). Similiter Plato Phaedrum Conviv. 176. D. ad Eryximachum facit loquentem: ἔγωγέ σοι εἴωθα πείθεσθαι, ἄλλως τε καὶ ἅττ' ἂν περὶ ἰατρικῆς λέγῃς. — κατὰ τὰς ὁδούς] Cod. Mon. 407. καὶ τὰς ὁδούς. Haec verba Ficinus non expressit qui verterit (ed. Venet. 1491. p. 159): *deambulando exerceor, quod quidem exercitationis genus facilius salubriusque ille, quam currendi certamen, existimat.* Sic etiam Hermias (Schol. p. 67. ed. nostr. Cod. Mon. 407. p. 10. Cf. Schol. Bekk. T. II. p. 311.): δρόμοι δὲ ἦσαν τόποι τινές, ὅπου ἔτρεχον οἱ νέοι· ἐκείνων οὖν τῶν ἐν ταῖς δρόμοις γυμνασίων ἀκοπώτεροί εἰσιν οἱ περίπατοι, ὡς κατὰ σχολὴν καὶ κατὰ βραχὺ γυμνάζοντες καὶ τὰς ἀναπαύλας ἐκ τοῦ (sic etiam Cod. Mon. 407. et Siebenkees. Schol. p. 56. Ap. Bekker. αὐτοῦ) πλησίον ἔχοντες. Verba igitur τῶν ἐν τ. δρόμοις ita acceperunt scholiastae, ut ad τῶν non περιπάτων, sed. γυμνασίων intelligerent et ambulationem exercitationemque gymnicam inter se opponerent. Attamen verba κατὰ τὰς ὁδούς et libri et res ipsa tuentur. Etenim Phaedrus quodammodo se excusat apud Socratem, quod extra urbem (ἔξω τείχους) ambulat, non in gymnasio, quod moris erat Socratis (Conv. 223. D. Euthyphr. 2. A. al.); hac vero excusatione se ipse prodidit (quocirca Socrates dicit 228. B: ἐπορεύετο δ' ἐκτὸς τείχους, ἵνα μελετῴη). Deinde ipsa extra urbem deambulandi consuetudo, qua Phaedrus videtur delectatus esse naturae amore ductus (cf. 229. A. B., ubi naturae venustates praedicat, ita tamen ut mox a Socrate irrisore superetur p. 230. B.), Socratis opponitur mori in gymnasiis assidue versandi quum exercitandi tum disputandi causa urbisque fere numquam relinquendae, v. 230. C. Ceterum ὁδοί sunt viae tritae vel publicae (vernac. *Strassen*), ut Conv. 203. D: καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαίθριος κοιμώμενος. Polit. VIII, 563. C: κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐμβάλλοντες τῷ ἀεὶ ἀπαντῶντι. al. plur. Dignus est qui conferatur *Xenophontis* locus Oecon. 11. §. 15: ἐγὼ δὲ περιπάτῳ χρῶμαι τῇ εἰς ἀγρὸν ὁδῷ ἴσως ἄμεινον, ὦ

Σώκρατες, ἢ εἰ ἐν τῷ ξυστῷ περιπατοίην. — Pro ποιοῦμαι Par. N. ποιοῦμεν. — ἀκοπωτέρους] Male ceperunt hanc vocem Hermias (v. supra), *Heindorfius* („in viis autem deambulationes minus esse *laboriosas*, quam in δρόμοις") et *Schleiermacherus* vertens: *dieses nämlich, sagt er, sei weniger ermüdend;* quasi ἄκοπος, *qui non defatigatur*, etiam activo poni possit sensu, ut sit *qui non defatigat*. Immo vero ἄκοπον medica vox est, quae Phaedrum medicorum praescriptionibus obedientissimum mirum quam decet. Ἄκοπα medicis dicuntur quae lassitudinem levant, quae reficiunt, vid. *Cels.* IV, 24. V, 24. *Plin.* XXIII, 8. XXIX, 3. 6. Cf. *Stephan.* Thes. ling. gr. T. II. p. 363. C. D. Etenim Phaedrus, ut simulat, lassitudine confectus (καθήμενος ἐξ ἑωθινοῦ, et infra 228. B: καὶ τοῦτο δρῶν ἐξ ἑωθινοῦ καθήμενος ἀπειπὼν εἰς περίπατον ᾔει) extra urbem proficiscitur ut se reficiat; ex medicorum autem praescriptione *ambulatio melior est sub dio quam in porticu*: *Cels.* de med. I, 2. *Plutarch.* Quaest. rom. T. II. p. 286. D: τὰς ἔξω διατριβὰς ὑγιεινοτέρας ἐνόμιζον εἶναι τῶν ἐν τῷ ἄστει. Cf. *Xenoph.* Oecon. I, I. et *Aristot.* Problem. V, 12. Accedit quod ineptus esset Phaedrus si diceret se *defatigatum* ambulatum ire extra urbem, quod hanc putaret ambulationem *minus defatigare* quam illam quae in porticu conficeretur. Quod quidem quum iam in Ephemeridd. Landshut. (*Zeitschr. f. Wiss. u. Kunst*, 1808. T. I. F. I. p. 121.) notavissemus, sane quam miramur in eodem adhuc errore Schleiermacherum in vers. ed. II. a. 1817. emissa versatum esse, neque Buttmannum correxisse Heindorfium in ed. Berol. 1827. repetita. — ἀκοπ. — εἶναι] Libri et praestantissimi et plurimi, Clark. Coisl. Vat. Δ. Venett. Π et Σ. Pariss. B. C. D. G. H. N. O. T. Ambr. r. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. et Florr. a. c. g. h. ϑ. et Monacc. (11 et 407.) scribunt ἀκοπωτέρους εἶναι, quos iure sequuti sunt Bekker. et Stallb.

ἐν τοῖς δρόμοις] Δρόμοι curricula et ambulacra erant tecta s. spatia et exercitationibus et ambulationibus destinata, i. q. ξυστοί. Euthydem. 273. A: εἰςελθόντε δὲ περιεπατείτην ἐν τῷ καταστέγῳ δρόμῳ. Vid. *Vitruv.* V, 11. et cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 90. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 446. et *Boissonad.* ad Philostr. p. 317. — λέγει] Vind. 4. λέγεις. — ὡς ἔοικεν] non est, *ut videtur* (sic enim verterunt quidam), sed *ut patet s. ex verbis tuis* (παρὰ Λυσίου) *intelligitur*. — ἐν ἄστει] Sine dubio Lysias e Piraeo, ubi Cephalus ipsius pater habitabat (Polit. 1. 328. C.), in urbem (*Athenas*. Vid. ad Polit. p. 317. et *Hemsterhus.* Anecd. I. p. 147.) profectus erat, ut novum hunc ingenii sui fetum (orationem amatoriam) amicis B

suis ostentaret. Devertisse autem dicitur Lysias ad *Epicratem*, eundem fortasse quem *Aristophanes* Eccles. 71. memorat, ubi, quum quaesivisset Praxagoras: ἔχετε δὲ οὖν πώγωνας; mulier respondet: Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλίονα. Ibi Schol. οὗτος εἰς δασύτητα κωμῳδεῖται· ἦν δὲ ῥήτωρ καὶ δημαγωγός· οὗτος μέγαν πώγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο Σακεσφόρος. καὶ Πλάτων ὁ κωμικός φησι:

Ἄνυξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε.

Cf. *Groen. v. Prinster*. Prosopogr. Plat. p. 114. *Aedes* autem *Morychiae* famosae erant, quum Morychi gulam et mollitiam comici poëtae certatim exagitassent. Hermias p. 68 (153. Koch): ἡ κωμῳδία αὐτὸν ὡς γαστρίμαργον διαβάλλει. Vid. Plat. com. ap. Schol. ad Aristoph. Nub. 110. Schol. ad Aristoph. Acharn. 895. et *Ruhnk*. ad Tim. p. 183. Quos Plato, ut videtur, imitatus, id est, morem Atticorum dicacium liberiorem sequutus Lysiam fecit huc devertentem; in qua quidem re non malignitas conspicitur, sed irrisio illa festiva quae et Platonis et Atticorum in universum propria erat. Atque huic deversorio mollitia et voluptate affluenti egregie convenit quod sequitur: ἢ δῆλον ὅτι τῶν λόγων ὑμᾶς Λυσίας εἱστία; Quocirca videndum est ne cl. *Groen. v. Prinst.* Pros p. Plat. p. 115. hunc locum contra Platonis mentem in serium converterit quum adiecerit: „quamobrem haud scio an in Lysiae mores lateat aculeus.“ — ἐν τῇδε] „Dictum δεικτικῶς; necdum enim videntur urbe egressi.“ *Heindorfius*. Est german. *dort*. Cf. *Matth*. Gramm. gr. p. 875. Ὀλύμπιον s. Ὀλυμπίειον est Iovis Olympii templum, vid. *Meurs*. Athen. Att. II, 10. — Ven. Σ. ἐπικράτη et Coisl. corr. μονυχία. — δὴ ἦν] δὴ omitt. Γ Φ r et plures Stallbaumi libri; v. δὴ ἦν desunt in Λ Σ B E F H C pr. et Vindd. *a*. 3. Proxime artic. ἡ, qui in libris edd. deest, scripti omnes, praeter G O, habent. — ἢ δῆλον ὅτι] Vulgo ἢ δηλονότι (ut Cod. quoque Mon. 407.), quod iam *Stephanus* ad Protag. T. III. p. 13. correxerat. Vid. ad Protag. Annot. p. 7. Recte impugnavit Heindorfius Lentzium in Animadv. in Phaedr. spec. p. 295., qui nativam loci huius festivitatem restitui putasset legendo ἦ δῆλον δή, *certe, sine dubio*, demptoque deinde interrogandi signo. — τῶν λόγων] i. e., *orationibus, ut solet*; articulus enim aliquid noti designat quod vel ante memoratum est vel fieri solet (aliquis facere consuevit al.). Vid. nostra ad Polit. p. 334. et *Matth*. Gramm. gr. p. 550 sq. — εἱστία] Verba ἑστιᾶν et ἑστιᾶσθαι, εὐωχεῖν, ἑστίασις, θοινή al. transferuntur ad eos qui, tamquam epulis, ita sermonibus, orationibus vel cogitationibus alios pascunt atque saturant vel ipsi pascuntur. Polit. I. 354. A:

ταῦτα δή σοι — εἰστιάσθω ἐν τοῖς Βενδιδείοις. IX. 571. D: ἑστιάσας λογῶν καλῶν καὶ σκέψεων. Polit. I. 352. B: καὶ τὰ λοιπά μοι τῆς ἑστιάσεως ἀποπλήρωσον. Lys. 211. C: αὐτῷ μόνῳ ἑστιᾶσθον, ἡμῖν δὲ οὐ μεταδίδοτον τῶν λόγων; Tim. 27. B: λαμπρῶς ἔοικα ἀνταπολήψεσθαι τὴν τῶν λόγων ἑστίασιν. Gorg. 522. A: οὐχ ὥςπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εὐώχουν ὑμᾶς. Polit. I. 352. B: εὐωχοῦ τοῦ λόγου — θαῤῥῶν. Sic etiam θοινή, ut infra 236. E. Sophist. 251. B. al. Cf. *Plutarch.* π. τ. ἀκούειν p. 42. F. *Maxim. Tyr.* Dissert. XXVIII. p. 335. 337. 341. *Athen.* I, 4. p. 8. Schweigh. VI. 529. T. II. VII, 1. T. III. p. 3. al. Vid. *P. Victor.* Var. Lectt. II, 14. *Casaubon.* ad Theophr. Charact. c. 8. p. 102. ed. nostr. et *Valcken.* ad Theocrit. Adoniaz. p. 323 sq. Quod quidem Latini quoque scriptores imitati sunt, in his *Cicero* Topic. 5: quoniam avidum hominum *ad has discendi epulas* recepi. De divinat. I, 29. *saturatque* bonarum cogitationum *epulis* (Cf. Platon. Polit. IX. 571. D.) al. Sine dubio autem in v. εἰστία h. l. irrisio inest; vid. paullo ante notata. Proxime Ald. Bas. 1. 2. πεύσῃ, Steph. πεύσῃ. Mon. 407. πεύσηει. Clark. et Florr. a. h. πεύσει. — προϊόντι] Parr. E. F. Ald. Bas. 1. περιϊόντι. Sed Ficinus quoque vulgatam expressit vertens: *modo tibi otium sit progrediendi* (sic in ed. Ven. 1491.; sine controversia scripsit *progredienti*) *una mecum audire.* Atque huic respondet quod sequitur πρόαγε δή. *Stephanus:* „In praec. edit. est περιϊόντι: sed hanc lectionem προϊόντι, quae est ex vet., confirmat et πρόαγε, paucis interiectis.“ — τί δαί;] Sic Vat. Δ. Venet. Σ. Vindd. 3. 4., etiam Clark. ex em. et Cod. Palat. Nr. 129. (v. *Creuz.* melet. I. p. 113.), idque Stallbaumius recte recepit, quum fortius sit τί δαί *(ain tu? vern. Wie so?)* quam vulgatum τί δέ; τί δαί est enim mirantis et alterius orationem fere improbantis, vid. *Reiz.* de pros. gr. accent. inclin. p. 96. *Hermann.* ad Viger. p. 848. et *Stallbaum.* ad Euthyphr. p. 21 sq. — κατὰ Πίνδαρον] Isthm. I. init. *Μᾶτερ ἐμά, τὸ τεόν, χρύσασπι Θήβα, Πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον Θήσομαι.* Quos versus etiam Gorg. 458. C. respexit noster: *ἐμοὶ δ' οὖν καὶ αὐτῷ μὴ γένοιτο τοσαύτη ἀσχολία, ὥςτε τοιούτων λόγων καὶ οὕτω λεγομένων ἀφεμένῳ προὐργιαίτερόν τι γενέσθαι ἄλλο πράττειν.* Cf. *Plutarch.* de gen. Socrat. 575. D. et *Agath.* III. p. 52. A. — ποιήσασθαι] Sic Clark. (ut e Gaisfordii silentio colligitur) Par. E. et libri edd. (etiam Stallbaum.) Cod. Vindob. Nr. CXXVI. (v. Var. Lectt. in Plat. dialog. IV. ed. Vindob. p. 283.), Florentini, Vindd. 1. 7. Palatin. v. *Creuz.* Melet. p. 113.) et Mon. 407. scribunt ποιήσεσθαι, quod Bekkerus et Buttman-

nus receperunt. Aoristus vero maiorem vim habet futuro, quum hoc tantum sit: *me-habiturum esse*, ille vero: *me-habere, nec facere me posse quin habeam.* Vid. ad Protag. p. 26. 57. al. — τὸ σήν] Sic Clark. reliquique libri omnes (etiam Cod. Mon. 407.) praeter Venett. *Λ Ξ* et Pariss. E. F. (in marg. adscript. σήν), qui cum libr. edd. (Ald. Bas. 1. Steph. al.) habent τὸ τεήν. *Stephanus* in marg. annot. „Paulo post pro τεήν (quod poëticum esset) legitur in vet. σήν." Sic Bas. 2. Etiam Pal. habet τὸ σήν, quod cum Bekkero revocavimus. Stallbaumius retinuit τὸ τεήν, quod transitum videri possit facere a Pindari versibus ad Platonis orationem; sed cur Plato propter τεόν Pindaricum τεήν scripserit et poëticam dictionem retinuerit, praesertim quum Pindaricum quoque θήσεσθαι in ποιήσασθαι mutaverit, causam non video. Quocirca τὸ τεήν profectum esse e Pindarico τὸ τεόν vel superscripto vel margini appicto arbitror. Cod. Vind. CXXVI. (ap. Stallb. 7.) scribit praeterea τὴν σήν (pro τὸ σήν), quod verum habemus; etenim art. τό relatus ad v. ἀκοῦσαι redundaret, contra art. τήν ante σὴν — διατριβήν male abesset, quum haec verba σήν τε καὶ Λυσίου διατριβήν respiciant praegressa τίς οὖν δὴ ἦν ἡ διατριβή; in huiusmodi enim repetitionibus articulus (qui vel noti aliquid vel iam memorati designat) abesse fere nequit. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 550 sq.

προσήκουσά γέ σοι] *tibi qui artem profitearc amoris.* Conv. 177. D. ipse Socrates, ὅς οὐδέν φημι, ait, ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ ἐρωτικά. Cf. 198. D. Lys. 204. B. *Maxim. Tyr.* Dissert. XXIV, 4. et *Themist.* Orat. XIII. p. 161. Infra 257. A: εὐμενὴς καὶ ἵλεως τὴν μοι ἐρωτικὴν τέχνην ἣν δέδωκας μήτε ἀφέλῃ μήτε πηρώσῃς δι' ὀργήν, δίδου δ' ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς καλοῖς τίμιον εἶναι. Vid. cl. *Heusd.* in libro pulcherrimo qui est inscriptus *Initia philosophiae Platon.* P. 1. p. 106 sq. In hoc autem festivitas conspicitur quod Socratis amor a Platone ita fere describitur quasi voluptatis fuerit cupiditas, velut Conv. 216. D: ὁρᾶτε γὰρ ὅτι Σωκράτης ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν καὶ ἀεὶ πρὸς τούτους ἐστὶ καὶ ἐκπέπληκται — ἴστε ὅτι οὔτ' εἴ τις καλός ἐστι μέλει αὐτῷ οὐδὲν — οὔτ' εἴ τις πλούσιος sq. Cf. Menon. 76. B. Charm. 154. B. C. al. Vid. *Wolf.* ad Liban. Epist. p. 539. et *Wernsdorf.* ad Himer. p. 181 sq. ibique citt. — οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον] *nescio quo modo* s. *quo pacto*, h. e., licet non videatur amatoria esse (quippe quae amorem dissuadeat), tamen amatoria dicenda est, propterea quod callida in ea inest amoris dissimulatio. Etenim οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον (Latinorum *nescio quo pacto*) is dicit qui significare volt se nescire quo modo fiat vel

actum sit aliquid, h. e., praeter voluntatem cogitationemque uam aliquid accidere vel accidisse. Inest igitur in hac dictione eius quod nobis invitis fit vel quod vel inviti dicere et onfiteri debemus significatio. Gorg. 513. C: *οὐκ οἶδ' ὅντινά οι τρόπον δοκεῖς εὖ λέγειν, ὦ Σώκρατες.* Menon. 86. B: *ὖ μοι δοκεῖς λέγειν, ὦ Σώκρατες, οὐκ οἶδ' ὅπως* (i. e. non ossum non dicere s. confiteri). Phileb. 19. A: *οὐκ εἰς φαῦόν γε ἐρώτημα — οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον κύκλῳ πως περιαγαῶν ἡμᾶς ἐμβέβληκε Σωκράτης*, ubi est *invitos nos, praeter ostram voluntatem* vel *cogitationem, ut miremur quo modo oc accidere potuerit.* Sic etiam Latini ponunt *nescio quo pacto* s. *quo modo*, ut sit praeter voluntatem (germ. *unwillkührich*), admirationis adiuncta notione, ut *Cicer.* Lael. 100: *ed nescio quo pacto ab amicitiis perfectorum hominum — ad eves amicitias deflexit oratio.* Ad Quint. fratr. I, 1. 6: *Sed escio quo pacto ad praecipiendi rationem delapsa est oratio iea, quum id mihi propositum initio non fuisset.* Pro Flacc. ': *sed, nescio quo pacto, iam de manibus elabitur.* Offic. I, 1: *fit enim, nescio quo pacto, ut magis in aliis cernamus, uam in nobismet ipsis, si quid delinquitur.* In hac igitur dictione modo admirationis modo lenis vituperationis significatio nest; nam si indicamus nobis invitis aliquid fieri vel factum sse, hoc tale sit necesse est quod, nisi praeter voluntatem ostram fieret vel factum esset, nostra sponte non faceremus el fecissemus (sic infra p. 265. B: *οὐκ οἶδ' ὅπῃ τὸ ἐρωτιὸν πάθος ἀπεικάζοντες*); lenis tamen haec est vituperatio, on cum odio vel indignatione, quod visum est *Beiero*, viro cutissimo, ad Cicer. Offic. T. I. p. 292. et *Gernhardio* ad ic. Lael. p. 279. Etiam *nescio quid* saepe in eo ponitur quod icet describere vel explicare non possimus, tamen vel inviti onfiteri cogimur; quocirca fortis est affirmatio reique indirete, quod dicitur, extollendae ratio. *Cicer.* de leg. II, 1: *Quae inest nescio quid et latet in animo ac sensu meo, quo me lus hic locus fortasse delectet.* Pro Arch. poët. 7: *tum illud escio quid praeclarum ac singulare solere exsistere. Propert.* I, 34. 66: *Nescio quid maius nascitur Iliade. Ovid.* Am. II, 4. 28: *nescio quid, quod te ceperit, esse putant* (nos: *twas ausserordentliches).* Sic intelligimus *Cicer.* loc. ad Fail. XV, 13. 3: *Sed ita, fato nescio quo, contigisse arbiror, ut tibi ad me ornandum semper detur facultas, mihi ad emunerandum nihil suppetat praeter voluntatem*, ubi *facto escio quo* est: *durch ein eigenes s. sonderbares Geschick.* 'ariter nostro loco in dictione: *οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον* admiationis significatio inest: ut vertere possis: *auf eine eigene*

s. *sonderbare Weise;* admirabile enim in hoc cernitur quod haec oratio, quamvis ab amore tanto opere abhorrere videatur, ut probet ei qui non amet potius gratificandum esse quam amanti, tamen vel maxime est amatoria, siquidem orator nihil aliud spectavit nisi hoc ut puerum dilectum hac astutia caperet. Plura collegit *Iacob.* ad Lucian. Toxar. p. 84., qui laudat *Klopfer.* ad Cebet. Diss. III. p. 4. — Ceterum part. γάρ abest a Δ E F pr. Ξ, Florr. b. i. et Vind. 4. In Paris. H scrib. καὶ ὁ. Codd. Mon. οὐκ οἶδα. — πειρώμενον τ. τ. κ.] Coisl. omitt. τῶν. Verb. πειρᾶν, Latinor. *tentare* (v. *Muret.* ad Tibull. I, 3. 73.), dicitur qui aliquem sollicitat et ad amorem allicit; vid. *Hemsterh.* ad Lucian. deor. dial. VI. §. 1. T. II. p. 263. Bip. et *Ruhnk.* ad Tim. p. 210. *Hermias* p. 69: τὸ δὲ πειρώμενον παθητικῶς ἀκουστέον ἀντὶ τοῦ πειραζόμενον παρά τινος. In eadem re amatoria usurpatur χαρίζεσθαι, *obsequi* s. *gratificari*. Schol. Pindar. Pyth. II, 78: χαρίζεσθαι κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγεται. Tim. Lex. p. 274: ἰδίως δὲ ἐπὶ ἀφροδισίων. Vid. Animadv. ad Tim. p. 274. *Wernsd.* ad Himer. p. 353 sq. et cl. *Eichstädt.* Quaest. philol. Sp. I. p. 58. In proximis Monacc. et Flor. h. ὑπ' ἐραστοῦ, quod recte Stallbaumius recepit. — κεκόμψευται] hoc ipsum, quod puerum sollicitat, licet se amatorem eius esse neget, argute finxit, ut eo certius eum caperet persuadens homini amore vacuo potius gratificandum esse quam amore flagranti. Ante oculos, ut videtur, hunc locum habuit *Liban.* Ep. 546. p. 265. Wolf.: καίτοι τοῦτο οὐκ ὀρθῶς κεκόμψευται. De verbo κομψεύεσθαι egregie exposuit *Ruhnken.* ad Tim. p. 154 sq. – Ὦ γενναῖος] *Bastius* (in libr. qui inscribitur *Kritischer Vers. über d. Text. d. Plat. Gastm.* p. 85 sq.) aut cum codd. (Vindd. 1. 4. 7. *a.* ap. Stallbaum.) et Ficino qui vertit: *O generosum virum! utinam scriberet,* ὢ scribendum aut ὁ legendum esse suspicabatur, ut ὁ γενναῖος cum sequentibus connecteretur. Verbis tamen ὦ γενναῖος (nominativo vocativi partes agente, v. *Fisch.* ad Weller. III, 1. p. 319 sq. *Koen.* ad Gregor Cor. p. 117. *Böckh.* ad Pindar. p. 441. et nostra ad Protag. p. 16.) Socrates ipsum appellat Phaedrum, qui inanes orationis Lysianae argutias gloriosius praedicasset. — Coisl. et Flor. ϑ. ὢν pro ὦ, E F γενναῖε; in F superscr. ος. Proxime D N O Vindd. 4. 6. 7. et Codd. Mon. 11 et 407. ὑμῶν. Mox Cod. 407. ἤ.

ἔγωγ' οὖν] Ambros. r. ἐγὼ οὖν. Proxime Cod. Mon. 407. ἐπεθύμηκα. D

P. 126. ὥςτε, ἂν] Clark. Vat. Δ et Florr. g. h. ϑ. ὥςτ', quod merito receperunt Bekk. et Stallb. scribentes ὥςτ' ἐάν, interpunctione illa deleta quam ignorarunt veteres quippe

orationis partes non, ut nos solemus, divellentes, sed connexas ponentes. Pro ἄν Clark. ΣDGO Vindd. 4. 6. 7. et Monacc. 11. 407. ἐάν, Δ ἐανί. Proxime Δ βαδίζον. — *Μέγαράδε*] Sic ΔΛCDG (etiam Mon. 407.), quos Bekkerus sequutus est; ΠF et Clark. a pr. m. μέγαρα δέ, Coisl. μεγαράδε, quod Stallb. recepit; libr. edd. Μεγάραδε. Hermias p. 71: ὁ δὲ Ἡρόδικος ὁ Σηλυμβριανὸς (Cod. 407. Σηλυβριανὸς) ἰατρὸς ἦν καὶ τὰ γυμνάσια ἔξω τείχους ἐποιεῖτο, ἀρχόμενος ἀπό τινος διαστήματος οὐ μακροῦ, ἀλλὰ συμμέτρου ἄχρι τοῦ τείχους, καὶ ἀναστρέφων, καὶ τοῦτο πολλάκις ποιῶν ἐγυμνάζετο· ὅπερ οὖν ὁ Ἡρόδικος ἐποίει ἔξω τοῦ τείχους, ἐὰν σὺ τοῦτο ἄχρι Μεγάρων πολλάκις ποιῇς, οὐ μή σου ἀπολειφθῶ. *Herodicus* hic est Selybrianus, τὸ δὲ ἀρχαῖον Μεγαρεύς (v. Protag. 316. E. diversus a Leontino, Gorgiae fratre, Gorg. 448. B. ib. *Heindorf*. p. 8.), qui gymnasticam cum medicina coniunxerat, Polit. III. 406. A: Ἡρόδικος γὰρ παιδοτρίβης ὢν καὶ νοσώδης γενόμενος μίξας γυμναστικὴν ἰατρικῇ, ἀπέκναισε πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτόν, ἔπειτ' ἄλλους ὕστερον πολλοὺς sq. Cf. *Plutarch*. de ser. n. vind. p. 35. Wytt. et *Hippocr*. Epid. VI. ap. Galen. Comment. T. V. p. 488. B, ubi Galenus addit: καὶ Πλάτων μὲν μέμνηται τοῦ Ἡροδίκου (sic scribendum pro Προδίκου) ὡς πολλοῖς περιπάτοις χρωμένου. Cf. *P. Victor*. ad Aristot. Rhet. I, 5. p. 96. A sensu loci, id quod *Heindorfius* iam notavit, *Erasmus* aberravit, proverbium *vel Megaram usque* fingens, vid. Adag. Chil. IV. Cent. VI. 66. Ceterum haec quoque Herodici palaestrae magistri eiusdemque medici commemoratio tangit Phaedrum medicorum praescriptionibus obedientissimum (v. supra); etenim κατὰ Ἡρόδικον non solum est *more et exemplo Herodici*, sed etiam *ex Herodici praescripto*, igitur: *ut Herodicus et facit et suadet* s. *praecipit*. Sic κατά τινα est *auctore*, *suasore*, *iubente aliquo*. Infra 229. E: οὐ δύναμαί πω κατὰ τὸ Δελφικὸν γράμμα γνῶναι ἐμαυτόν. Cratyl. 386. D: ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατ' Εὐθύδημόν γε, οἶμαι, σοὶ δοκεῖ πᾶσι πάντα ὁμοίως εἶναι ἅμα καὶ ἀεί. 401. D: σχεδόν τι αὖ οὗτοι καθ' Ἡράκλειτον ἂν ἡγοῖντο τὰ ὄντα ἰέναι τε πάντα καὶ μένειν οὐδέν. Hipp. mai. 301. E. Apol. 22. A. 23. B. al. Ceterum Vind. 4. καθ' Ἡρόδοτον. Vind. 3. 7. α. Ἡρόδοκον. Mon. 407. ἡρόδοῖον (sic). In seqq. Vind. 3. οὐ μή σοι ἀπολ. Proxime FG προβάς. — *οἴει μὲ — ἀπομνημ.*] Citat h. v. Grammat. ap. *Hermann*. de emend. rat. gr. gr. p. 340. omissis his δεινότατος — γράφειν. Monacc. 11 et 407. οἴει μὲν ἃ κτλ.

σχολήν] Γ. χολήν et ὢν δεινότατος. In seqq. Δ et Flor. i. δέσω pro δέω. Mox Τ ἤ μοι πολύν, Σ ἤ πολύ μοι. — 228

εἰ ἐγὼ Φ. ἀγνοῶ κ. λ.] *Lucian.* Conv. §. 4: *εἰ μὴ παντάπασιν ἐγὼ ἐπιλέλησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμεινον ποιήσεις.* Proxime C *οὐδέτερα* superscripto *ον*. Ceterum licet *ἐστί* h. l. sit i. q. *locum habet*, ut scribendum videri possit *οὐδέτερα ἔστι*, tamen vulgatum *οὐδέτερά ἐστι* retinuerim. Σ Vind. 3. *τούτων ἐστι*. Mon. 407. *ἐστὶν τούτων*. Proxime libri edd. omnes (etiam Heind. Beck. Bekker. et Stallbaum.) habent *τούτων. εὖ οἶδα*, quam vitiosam esse interpunctionem primus docuit *Schäfer.* melet. critt. p. 75 sq. Cf. *Elmsleius* ad Eurip. Heracl. 482. *Buttmann.* ad Sophocl. Philoct. 81. 874. et *Matth.* Gramm. gr. p. 1243. Etenim partt. *ἀλλά* et *γάρ* ita connectuntur ut e duabus orationis partibus una efficiatur; vid. ad Protagor. p. 136 sq. Eadem est ratio verborum *νῦν δὲ οὐ γάρ ἐστιν* al., de quibus exposuimus ad Protag. p. 37 sq. Quocirca nec opus est repetito *ἀλλά* ante v. *εὖ οἶδα*, ut scribatur: *ἀλλὰ γὰρ οὐδέτερά ἐστι τούτων, ἀλλ' εὖ οἶδα κ. λ.*, quamquam sic Protagor. 336. A: *ἀλλ' οὐ γὰρ δύναμαι, ἀλλ' εἴ τι δέει κτλ.* *Xenoph.* Cyrop. V, 5. 13: *ἀλλὰ γάρ, ἔφη, μὴ οὕτως εἰκῇ ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτιώμεθα, ἀλλ', εἰ δυνατόν, σαφέστατα κατίδωμεν, ὁποῖόν ἐστι τὸ παρ' ἐμοῦ ἀδίκημα.* al. Ceterum Coisl. *δ' οἶδα* et a corr. Ξ Π. Proxime Δ Τ *λόγων*. — *ἀλλὰ καὶ πολλάκις*] Sic libri edd. cum Δ Ξ F. Clark. vero et reliqui (etiam Florentini, Vindob. et Monacc. 11. et 407.) part. *καί* omittunt, quod quum maiorem in orationem vim inferat, recte sequuti sunt Stallb. et Buttm. Proxime Ξ *ἐπαναλαβών*. *Heindorfius* annotat: „In his *ἀκούων* immerito videbatur alicui redundare. Hoc dicit: *satis scio Lysiae sui orationem quum audiret* (immo: *audivisset* A.), *eum illam non semel audisse* (potius: *eum non satis habuisse semel illam audisse* A.), *sed recitantem revocasse saepius.* — *ἐπαναλαμβάνων ἐκέλ.*, *iterum iterumque iussit.* Theaet. 169. D: *εἰ μὲν τοίνυν αὐτὸς παρὼν ὡμολογεῖ, ἀλλὰ μὴ ἡμεῖς βοηθοῦντες ὑπὲρ αὐτοῦ συνεχωρήσαμεν, οὐδὲν ἂν πάλιν ἔδει ἐπαναλαβόντας βεβαιοῦσθαι.*" — *ἐκέλευσεν*] Sic libri edd. cum Δ E F H; Clark. reliquique libri (etiam Vind. 126. et Monac. 407.) *ἐκέλευεν*, quod merito revocarunt Bekk. Stallbaum. et Buttmann. Membr. N O *οὐκ ἐκέλευεν*.

ἐπείθετο προθύμως] Coisl. *ὁ δέ οἱ προθύμως ἐπείθετο* (*οἱ* a correctore illato). Mon. 407. *ἐπίθετο*. Proxime B Vind. 4. *οὐ ταῦτα*, Vind. *ϑ*. 3. 6. *τελευτῶν*. — *καὶ τ. δρῶν*] Verba *καὶ* — *ᾔει* om. N. Flor. h. Vind. 7. et Monacc. 11. 407.; margini apponit D. Proxime H. *ἑωθινῆς*. Mox Vind. 4. *εἴη* pro *ᾔει*. — *ὡς μέν*] F. *ὥς γοῦν*. Proxime *τόν* ante *κύνα* om. Ambros. r. a pr. m. De v. *νὴ τὸν κύνα* (Vind. *a*. *νὴ τὴν κύνα*),

quod perhibetur Rhadamanthi fuisse iusiurandum, vid. *Solan.* ad Lucian. T. III. p. 444. Bip. *Forster.* ad Apolog. p. 340. *Fischer.* ad eand. p. 86. et *Neumann.* rer. cret. spec. p. 46 sq. lore suo nugatur Hermias p. 72. — τὸν λόγον] art. abest *Φ.* pr. τῷ νοσοῦντι] *Stephanus* in marg. „Malim δέ τῳ t sit τῳ pro τινί. Sic autem et alibi male art. τῷ pro τῳ.“ Hac vero mutatione insignis huius loci festivitas tolleretur. Τῷ οσοῦντι est: *homini insana quadam orationum audiendarum upiditate flagranti*; quo quidem Socrates lepide semet ipsum angit. De hac articuli vi vid. *Matthiae* Gramm. gr. p. 552 sq. Νοσεῖν vero, ut Latin. *aegrotare* (v. c. *Cicer.* Tusc. Disp. V, 23.) et νόσος in vehementi, quam insanam Latine dicunt, onuntur cupiditate; ut Conviv. 207. B. Legg. IX. 853. D. Theaet. 169. B. al. Cf. *Triller.* Observv. critt. p. 377. et *Wyttenbach.* Bibl. crit. V. II. P. IV. p. 73. Proxime Δ λόγον. — ἰδὼν μὲν ἰόντα] Sic libri edd., membranae contra, ut Clark. Γ Δ Φ D G H N O T r γρ. C. Flor. g. Vindd. 1. 4. 6. . α. et Monacc. 11. 407. habent ἰδὼν μὲν ἰδών, Σ ἰδὼν μὲν δὼν μέν, Δ B C E F r a rc. m. et plures Florent. ἰδὼν μὲν ών. Illud ἰδὼν μὲν ἰδών recepit Bekkerus, quod nobis probaetur, si singularis quaedam vis in participio ἰδών inesset; erba enim quae pondus habent sic repetuntur etiam apud Plaonem, ut 242 D: Δεινόν, ὦ Φ., δεινὸν λόγον κτλ. Sophist. 38. E: ἔστι γάρ, ὦ μακάριε, ἔστι καὶ ταῦτα τῶν ἀποριῶν μεγίστη καὶ πρώτη. Polit. X, 608. B: μέγας γάρ — ὁ γών, ὦ φίλε Γλαύκων, μέγας, οὐχ ὅσος δοκεῖ, τὸ χρηστὸν κακὸν γενέσθαι. Euthyd. 284. E: λοιδορεῖ, ὦ Κτήσιππε, οιδορεῖ. Atque huius repetitionis s. conduplicationis (διπλαιασμοῦ) exempla collegit *Dorvill.* ad Charit. p. 311. adde nostra ad Legg. p. 5 sq. *Krüger.* ad Dionys. Halicarn. Historiogr. . 11. et Annot. ad Demosth. Philipp. I. spec. p. 22 sq. Quoirca videndum est ne librariorum errore alterum ἰδών natum it (quae quidem vitiosa repetitio elucet e Venet. Σ scriptura δὼν μὲν ἰδὼν μέν), quod facile confundi potuerit cum ἰών, e uo deinde ἰόντα videtur profectum esse. Sic certe scribens δὼν μὲν (int. αὐτὸν) ἥσθη nihil erit quod desideres. In andem partem disputavit *Buttmannus* ed. Heind. II. — ἕξοι] ic libri edd. cum Clark. Δ Π Σ B E G; reliqui, ut Monacc. 1. 407. et Vindd. 3. 4. 7., ἕξει. — συγκορυβαντιῶντα] H. συγκορυβαντιῶντα συνενθουσιῶντα; hinc Schol. p. 5. συγκορυβαντιῶντα, συνενθουσιῶντα. *Stephanus* in marg. Legitur etiam ἐνθουσιῶντα; sed aptius scriberetur συνενθουσιῶντα.“ Ἐνθουσιῶντα comparet in Bas. 2., fluxit autem sine ubio ex illa vocis συγκορυβαντιῶντα interpretatione. Verbum

κορυβαντιᾶν est ἐνθουσιαστικῶς κινεῖσθαι, interprete Timaeo, ubi v. *Ruhnken.* p. 163. Adde *Fischer.* ad Crit. p. 215. Ceterum τὸν συγκορυβαντιῶντα est: *hominem quocum bacchari posset (einen mit dem er schwärmen könne)*; vid. de articulo participio praefixo *Matth.* Gramm. gr. p. 552. — Proxime G. Φ. Vind. 1. a pr. m. προςάγειν.

ἐθρύπτετο] i. q. ἐκαλλωπίζετο, *fastidiebat, recusabat,* vid. ad Protag. p. 129. Verbum est amatorium, v. *Dorvill.* ad Charit. p. 447. *Lentz.* Act. Trai. II. p. 296. *Coraius* ad Heliodor. II. p. 63 sq. et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 338. 361. Praeter ceteros de hoc verbo exposuit *Spohn.* Lectt. Theocrit. Spec. III. p. 4 sq. Cf. cum h. l. *Lucian.* Conviv. 4. T. II. p. 735. Schmied. Egregie autem hic in Phaedro positum est, qui amatoris quasi partes agens flagrantem suam cupiditatem Lysianae orationis legendae dissimulat, ut Socratis cupiditatem eo magis incitet et, si legat, invitus id facere videatur; cuiusmodi amantes facere solent delicias, ut suavissimus *Ioan. Bonefonius* Bas. p. 14. canit:

An mî delicias facis, iocosa?
Quodque plus cupis, hoc negas roganti,
Invita ut videare mî dedisse?

ἀκούοι] ΓΣ Mon. 407. ἀκούει, F T ἀκούοι. In praegr. part. καί refertur ad seq. βίᾳ. — *αὐτοῦ*] deest in Σ. et Vindd. ϑ. 7. Proxime Σ et Vind. 3. ποιήσεις, quod Ficinus expressit: *Te ergo, Phaedre, rogarim, quod etiam non rogatus facturus es, mihi nunc ut facias.* Similiter *Stephanus* in marg: „Vel ποιήσεις vel ποιήσῃ voce media scribendum quis putet. Sed et ista, αὐτοῦ δεήθητι, suspecta esse possunt: ac Ficinum σοῦ et δεηθείην legere voluisse puto: qui etiam continuavit cum praecedent. ista verba, νῦν ἤδη ποιεῖν.“ Libri videlicet edd. ποιήσει. Φαιδ. Νῦν ἤδη ποιεῖν. Ποιήσεις vero illud, ut bene iam *Heindorfius* notavit, loci prorsus perderet festivitatem (etenim Socrates cum Phaedro praesente tamquam de absente loquitur), qua non intellecta Ficinus de coniectura eum videtur illo modo reddidisse. Proxime ΣDN Flor. h. Vindd. 3. 4. 7. et Mon. 11. ποίει, O et Vind. 126. ποιεῖ, Mon. 407. ποίῃ ἐμοί. — *Ἐμοί*] „Euthyd. 297. D: κράτιστον τοίνυν μοι — ἀποκρίνασθαί σοι· οὐ γὰρ μὴ ἀνῇς ἐρωτῶν. Atque hic quoque leniorem sane faceret transitum Ἐμοὶ οὖν vel Ἐμοὶ μὲν οὖν, neque videtur illud *igitur* de suo addidisse Ficinus, facilisque erat in perturbato loco voculae οὖν omissio.“ *Heindorfius.* Assentiri non possum viro doctissimo; oratio enim abrupta nec praegressae se adiungens (ἀσύνδετον, vid. ad Protag. p. 49.) bene Phaedrum Socratis oratione fere punctum spe-

que frustratum depingit. Pron. ἐμοί om. T; ante hanc vocem mutati interlocutoris signum (:) ponit Γ, ante v. ὡς Π Φ C F T. Proxime Ξ ὡς γάρ. Voc. ἀληθῶς om. Φ. Deinde E δοκεῖν. σὺ δὲ οὐδαμῶς. Proxime pro με Φ r et Vind. 1. γε; deinde ἀμωσγέπως Clark. Γ Δ Λ B C D F H, unde Bekkerus dedit ἀμῶς γέ πως. Cf. ad Protag. p. 91. — ἀληθῆ δοκῶ] Coacta (vel, ut vulgo loquuntur, coarctata) est loquendi ratio pro πάνυ γάρ σοι ἀληθῆ δοκεῖ εἰ δοκῶ (int. μηδαμῶς σε ἀφήσειν), ut Polit. VIII. 567. D: κηφῆνας — δοκεῖς αὖ τινάς μοι λέγειν — παντοδαπούς. Ἀληθῆ γὰρ — δοκῶ σοι. Sic θαυμαστὸν λέγεις, al. Cf. ad Protagor. 340. D. p. 156. In seqq. Flor. h. νῦν pro τοίνυν.

P. 128. τῷ ὄντι γάρ] Part. γάρ abest a Vind. 4. — D πάντος μᾶλλον] est *omnino* s. *prorsus*, germ. *ganz und gar* s. *durchaus*. Gorg. 527. B. Phaedon. 67. B. 72. D. 87. C. 106. E. Theaet. 190. B. Cratyl. 394. E. 398. B. al. sexc. Ceterum Vind. 3. πάντα. — τὴν διάνοιαν] *sententiam* (ut *Sallust.* Iug. 9. 24. al.) h. e., *rationem* s. *argumentum*. Lys. 205. B: οὔτε τῶν μέτρων δέομαι ἀκοῦσαι — ἀλλὰ τῆς διανοίας. Ion. 530. B. C. al. Cf. *Heind.* ad Lys. p. 8. Similiter *Diphilus* ap. Athen. VI. 247. C: Οὐ γὰρ τὸ δρᾶμα, τὸν δὲ νοῦν σκοπούμεθα. Proxime τὰ τοῦ ἐρῶντος, int. πράγματα, ut in Lysiae orat. 330. E: περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πραγμάτων. Licet enim alias art. τά nominis in genitivo appositi circumloquutionem efficiat (vid. *Fischer.* ad Weller. I. p. 335 sq. *Schäfer.* melet. critt. p. 31 sq. *Matth.* Gramm. gr. p. 574.), tamen h. l. τά indicat rationem vel conditionem, in universum vel infinito illo, in quo Lysias sibi placuit, modo cogitatam. Proxime Coisl. κεφαλαίου. — ἕκαστον] quod refertur ad ἁπάντων, οἷς ἔφη διαφέρειν: ut orationis structura mutata (quasi non τὴν διάνοιαν ἁπάντων, sed ἅπαντα praecesserit) positum sit pro ἑκάστου (rel. ad τὴν διάνοιαν). Omittunt hanc vocem Clark. Δ G T Π a pr. m. et Flor. ϑ. Deinde ἐφεξῆς abest a Φ. — δείξας γε πρῶτον] int. δίδου, et hoc: δείξας — δίδου positum est pro simplici δεῖξον. Vid. quae ad Protag. p. 98. annotavimus. Cod. Λ πρώτως. — ὦ φιλότης] i. q. ὦ φίλε, substantivo pro adiectivo posito. Sic *Philoxen.* ap. Athen. IV, 28. T. II. p. 75. Schweigh. Cf. *Bergler.* ad Alciphr. II. 4. p. 269. Hoc quoque quippe Atticum (*Eustath.* ad Hom. Odyss. V. 313: ἰστέον — καὶ ὅτι ἀνὴρ Ἀττικὸς ἐρεῖ — καὶ σὺ φιλότης) frequenter usurparunt posteriores, ut *Lucian.* Imag. 7. T. I. p. 7. Necyom. 1. T. I. p. 193. de merc. cond. 1. p. 300. Apolog. 3. p. 325. §. 8. p. 328. Hermot. 15. p. 348. §. 72. p. 283. §. 85. p. 390. *Euseb.* contra Hierocl. init. p. 511.

Theodor. Orat. III. de provid. p. 348. C. Orat. VI. p. 382. A. Therap. serm. I. p. 473. B. II. p. 489. B. *Isidor.* Pelus. Ep. I. 107. p. 27. Ep. 278. p. 62. Ep. 384. p. 83. *Himer.* Soph. p. 508. Wernsd. al. — τί ἄρα ἐν κλ.] Sic Clark. *Δ Α Σ Φ* D G N O *T* Flor. h. Mon. Bekk. et Stallb. Ceteri libri, ut edd., τί ἄρα ὃ ἐν κλ. Proxime *Σ* τοῦ ἱματίου. Mox Vind. 3. ὑποτοπάζω. Deinde scribendum, ut in edd., τοῦτό ἐστιν (*si res se sic habet.* Nostrates plane ut Graeci: *wenn dieses ist).* Mox Vind. 3. οὑτοσί. — πάνυ] N O et Mon. 11. πάντα, in marg. Monac. 407. Proxime δὲ καί Clark. *Δ Π* G, quod receperunt Bekker. et Buttmann. Mihi non probatur; fortior est enim oratio si dicitur: *Lysias autem si adest*, quam si ponitur: *Lysias quoque si adest;* illud est: *ipse vero si Lysias adest* (h. e. ipsam Lysiae orationem si habes).

Λυσίου] artic. τοῦ addunt *Σ* D N O Florr. g. h. Vind. 4. et Monacc. 11. 407. quem iure mihi videtur Stallbaumius assumsisse. Ceterum ex his verbis παρόντος δὲ τοῦ Λυσίου, ut e praegressis τοπάζω γάρ σε ἔχειν τὸν λόγον αὐτόν, p. 228. B. παραλαβὼν τὸ βιβλίον, aliis multis, exploratissimum nobis esse debet, Platonem Lysiae orationem in sequentibus in medium proferre non a se fictam vel immutatam, sed ita ut ipse eam conscripserit Lysias. Quem quidem locum accuratissime explicavit cl. *Haenisch.* in comment. de auctore orationis utrum Lysiae sit an Platonis praemissa Lysiae amatorio. Lips. 1827. — ἐμμελετᾶν] est i. q. πρὸς τὸ ἐμμελετᾶν s. ὥστε σε ἐμμελετᾶν ἐν ἐμοί: *ut in me exerceare* (nos: *dass du dich an mir übest).* (Cave tamen credas ὥστε omissum esse vel ellipsin particulae ὥστε sumas, vid. *Schäfer.* ad. Eurip. Med. ed. Pors. Lips. III. p. 121.) De hac v. παρέχειν constructione vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1039. et nostra ad Protag. p. 117. Apposite citat *Heindorfius* Alcib. I. p. 114. D: Ἴθι δὴ νῦν (malim δή νυν) — ἐν ἐμοὶ ἐμμελέτησον καὶ ἐπιχείρησον ἐπιδεῖξαι. De verbo ἐμμελετᾶν, in quo latet ἐν ἐμοί, vid. *Buttmann.* Exc. 1. in Alcib. 1. p. 174. et *Matth.* Gramm. gr. p. 1043. Pro δέδοκται *Φ.* δέομαι. — παῦε] Atticorum proprium est pro παῦσαι, v. *Brunck.* ad Aristoph. Ran. 269. De activo pro medio posito cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 934. *Heindorfius* vertit *halt* comparatque ἔχε δή, et Schleiermacherus reddidit: *Ruhig nur.* Potius est, ni fallor, *desine*, germ. *hör' auf;* eaque voce hic utitur Phaedrus ut offensionem suam significet, quod spem perdiderit fore ut in Socrate exerceri posset. In v. παῦε est igitur et offensionis significatio et vis fere exprobrandi. Quocirca expressi (interp. germ. Ienae edit. 1817): *Geh, Socrates, du hast mir die Hoffnung vereitelt mich an dir üben zu können.* —

ἐκκέκρουκας] Φ. ἐγκέκρουκας. Corrig. in vers. lat. *elisisti*. Mox *II* ἐγγυμνασάμενος. Idem liber in seqq. cum Vind. 4. et Mon. 407. habet καθεζόμενοι (quod verum habeo; vid. cl. *Buttmannus* Gramm. ampl. II. p. 153. et *Matthiaeus* Gramm. gr. Addend. p. 528.), omittit vero βούλει.

Δεῦρ' ἐκτραπόμενοι] Monacc. 11. et 407 δεῦρο. Δ ἐκτρεπόμενοι. Deinde ΟΝ a pr. m. et Mon. 11. μέλισσον, idque in marg. Cod. 407. adscriptum reperitur. Ceterum de *Ilisso* Athenas praeterfluente *Strabo* IX, 1. (T. III. p. 383. Tzsch.): ἔστι δὲ τοιοῦτος (int. ὃς θέρους μειοῦται τελέως) μάλιστα ὁ Ἰλισσός, ἐκ θατέρου μέρους τοῦ ἄστεος ῥέων εἰς τὴν αὐτὴν παραλίαν, ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Ἄγρας καὶ τοῦ Λυκείου μερῶν καὶ τῆς πηγῆς, ἣν ὕμνηκεν ἐν Φαίδρῳ Πλάτων. Prope hunc locus erat Ἄγραι, ubi mysteria minora celebrabantur, v. *Bekker*. Anecd. gr. I. p. 326. *Meurs*. Eleusin. VII. p. 128. Athen. Att. II, 4. p. 864. *St. Croix* lib. Versuch über d. alt. Myster. (vers. Lenz.) p. 178. et *Wernsdorf*. ad Himer. p. 192. Hic igitur locus sacer (θεῖος ὁ τόπος 238. C.) scena est in qua fabula haec philosopha docetur. — Pro Ἰλισσός reperitur quoque Ἰλισός, ut ap. *Clidem*. in Bekk. Anecd. gr. I. p. 327. *Fronton*. Epist. 398. ed. Berol., *Arcad*. de accentt. p. 77, 16. et hanc scripturam cl. *Böckhius* sequutus est in Axioch. init. Vid. eius Praefat. p. XXXV. collato *Osann*. Syllog. inscript. antiq. F. II. p. 66 sq. Libri tamen Platonis ad unum omnes exhibent Ἰλισσόν. — Proxime Φr et Vindd. 1. 6. ὅπῃ, *T* pr. δείξει. — καθιζώμεθα] Sic lib. edd., scripti contra omnes (etiam Florentt. et Vindd. 1. 3. 6. 7. καθιζησόμεθα (Monacc. 11. et 407. καθιζησώμεθα), quod iure revocarunt Bekkerus, Stallbaum. et Buttmannus. — ἀνυπόδητος — ἀεί] Homines videlicet molliores calceis cavis, qui ὑποδήματα dicebantur, usos esse constat (v. *Salmas*. ad Tertull. de pallio p. 416 sq.), nudis contra pedibus ingredi philosophorum erat hominumque severiorum, vid. *Casaub*. ad Theophr. Char. 10. p. 134. Fisch. *Spanhem*. ad Callim. in Cer. 125. et *Perizon*. ad Aelian. V. H. VII, 13. Socrates semper fere discalceatus fuisse dicitur etiam Conviv. 174. A: ἔφη γάρ οἱ Σωκράτη ἐντυχεῖν λελουμένον τε καὶ τὰς βλαύτας ὑποδεδεμένον, ἃ ἐκεῖνος ὀλιγάκις ἐποίει. *Xenoph*. Mem. I, 6. 2: ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς. cf. ib. *Ernesti*. Vid. *Aristoph*. Nub. 362. Epist. Socrat. VI. p. 13. ubi cf. *Leo Allatius*. Atque hac ἀνυποδησίᾳ (praedicata a *Musonio* ap. Stob. Serm. I. p. 18.) posteriores praecipue qui vitae rigidiori se addixissent superbiebant, vid. *Spanhem*. ad Callim. l. l. *Küster*. ad Arist. Nub. 103. et *Bergler*. ad Alciphr. Ep. I, 3. p. 16. Ceterum Ξ ἀνυ

πόδετος, de quo vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 445. et Annot. ad Protag. p. 85. Mon. 407. ἀνυπόδδητος (sic). Ald. ἀνυπόδειτος. Proxime part. δή abest a Ξ pr.; deinde Ξ B (etiam Florentini praeter ϑ, Vindd. 3. 4. 6. α. et Mon. 407.) αἰεί, quam solitam esse librorum illorum scripturam Bekkerus annotat. In seqq. v. καὶ οὐκ ἀηδές desunt in Φ a pr. — τήνδε τ. ὥραν κλ.] *meridie* (vid. p. 259. A.) et *aestate. Cicer.* de legg. II, 1: *praesertim hoc tempore anni.* — πρόαγε δή] Vindd. 1. 6. πρός γε δή omiss. καί, quod in Ambr. r quoque deest. Proxime Δ Ξ Φ H et Florr. b. i. ὅπῃ. O καθεζησόμεθα. Antiattic. in Bekkeri Anecd. gr. T. I. p. 101: ἀντὶ τοῦ καθεδούμεθα. Πλάτων Φαίδρῳ. Mon. 407. καθιζησώμεθα; idem in sqq. τὴν ὑψηλότητα τὴν πλάτανον. — μέτριον] *mitis et suavis aura*, ut *Eurip.* Iphig. in Aul. 544. Infra p. 230. C: τὸ ἔμπνουν τοῦ τόπου. Proxime libri edd. ante Heindorfium ἢ pro ᾗ (idque iam *Lentzius* l. l. p. 297. et *Bastius* in libr. Krit. Vers. p. 152. reponi iusserant). Sic Vind. 1. 6. Δ ᾗ, C ᾗ superscripto ". Clark. ᾗι ἂν βουλόμεθα; ᾗ ἂν βουλώμεθα Florr. b. g. h. i. ᾗ ἂν βουλόμεθα Vindd. 3. 4. 7. ἂν comparet etiam in Δ Λ Π D N O T. — πόα καθίζεσθαι] int. ὥςτε vel πρὸς τὸ καθ. Vid. ad Protag. p. 117 sq. — ἐὰν βουλώμεθα] *si malumus*, vid. ad Protag. p. 160. Monacc. 11. et 407. ᾗ ἂν βουλόμεθα. Imitatus est hunc locum *Aristaen.* I, 3: ἔνθα πλάτανος μὲν ἀμφιλαφής τε καὶ σύσκιος, πνεῦμα δὲ μέτριον καὶ πόα μαλθακή, ὥρᾳ θέρους ἐπανθεῖν εἰωθυῖα. Illud μαλθακή expressit Ficinus: *mollis herba. Lucian.* de domo §. 4. (T. II. p. 394. Schm.): πλάτανος εὐφυὴς καὶ πόα εὐθαλὴς καὶ πηγὴ διαυγὴς μικρὸν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ. Sed illa μαλθακή et εὐθαλής ad sequentt. videntur spectare p. 230. C: πάντων δὲ κομψότατον τὸ τῆς πόας, ὅτι ἐν ἠρέμα προςάντει ἱκανὴ πέφυκε κατακλινέντι τὴν κεφαλὴν παγκάλως ἔχειν. Cf. auct. dial. MS. ap. *Creuzer.* ad Cicer. de legg. p. 1 sq. Ceterum C et Flor. c. scribunt καὶ κατακλιθῆναι. Mox Mon. 407. προάγεις. — ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ] Art. τοῦ omitt. Coisl. Verba autem ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ apposita sunt ad praegr. ἐνθένδε explicandum. Theaet. 142. B: αὐτοῦ Μεγαροῖ κατέλυεν. Euthyd. 271. C: ἐντεῦθέν ποθεν εἰσὶν ἐκ Χίου. Cf. *Baehr.* ad Plutarch. Pyrrh. p. 144 sq. et *Iacob.* ad Lucian. Toxar. p. 77 sq. De part. οὐ — μέντοι (germ. *doch wohl*) vid. ad Protag. p. 10. — ὁ Βορέας] Attica fabula Boream s. Aquilonem tradit Orithyiam, Erechthei regis filiam, ad Ilissum cum puellis s. Nymphis ludentem sustulisse et in Thraciam, domicilium suum, traduxisse, v. *Herodot.* VII, 189. *Pausan.* I, 19. (p. 70. Fac.): ὁ δὲ Ἰλισσός

ἐστιν οὗτος, ἔνθα παίζουσαν Ὠρείθυιαν ὑπὸ ἀνέμου Βορέου φασὶν ἁρπασθῆναι καὶ συνοικεῖν Ὠρειθυίᾳ Βορέαν, καί σφισι διὰ τὸ κῆδος ἀμύναντα τῶν τριηρῶν τῶν βαρβαρικῶν ἀπολέσαι τὰς πολλάς. Quocirca Athenienses Boream sibi affinem esse gloriabantur et propter opem sibi in proelio latam sacellum ipsi ad Ilissum sacraverunt (hinc *βωμὸς Βορέου* in seqq.). Vid. *Herodot.* l. l. ibique Valcken. T. VI. P. II. p. 28. Schw. *Aelian.* V. H. XII, 61. ib. Perizon. Schol. Apoll. Rhod. I, 212. *Wernsd.* ad Himer. p. 358. *Heyn.* ad Apollodor. P. II. p. 334 sq. *Sturz.* ad Pherecyd. fragm. p. 176 sq. et interpp. ad Cicer. de leg. I, 1. p. 8. Mos. — Flor. 6. *ὠρείθειαν.* — *καθαρὰ κ. διαφανῆ*] Σ *διαφανῆ κ. καθαρά.* Cum seqq. *κόραις παίζειν* conf. *Apollon. Rhod.* I, 215. *Themist.* Orat. XXVII. p. 339. B. Cf. *Naek.* ad Choer. Sam. p. 152 sq. V. *παίζειν* abest a Vind. 4. Mox Mon. 11. 407. *οὐ καλά.* Deinde *ἢ* pro *ᾗ*. —
πρὸς τὸ τῆς Ἀγραίας] int. *ἱερόν* (Hermias: *ἀγραίας Ἀρτέμιδος ἱερόν.* Cf. *Valcken.* Opusc. V. II. p. 295.), templum Dianae, quae triplici nominis forma *Ἄγρα*, *Ἀγραία* et *Ἀγροτέρα* dicebatur, v. *Pollux* IX, 12. ibique *Hemsterh.* Schol. Aristoph. Eqq. 666. *Meurs.* Athen. Att. II, 4. *Ruhnk.* ad Tim. p. 223. *Munker.* ad Anton. Lib. IV. p. 32. et *Dempster.* ad Rosin. Antiq. Rom. II, 7. p. 118. *Pausanias* Att. I, 19. (p. 70. Fac.): *διαβᾶσι τὸν Εἰλισσὸν χωρίον Ἄγραι καλούμενον καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. ἐνταῦθα Ἄρτεμιν πρῶτον θηρεῦσαι λέγουσιν ἐλθοῦσαν ἐκ Δήλου, καὶ τὸ ἄγαλμα διὰ τοῦτο ἔχει τόξον.* Pro *Ἀγραίας* libri et plurimi et optimi scribunt *Ἄγρας*: Clark. ΔΛΞΠ D E F G T pr. B Florr. g. i. Vindd. 1. 3. 7. et Mon. 407. (CNO et Mon. *ἄκρας*), quod iure receperunt Bekker. Stallbaum. et Buttmann. Etiam Lexicogr. in Montfauc. Bibl. Coisl. p. 603. (Cf. *Bachmanni* Anecd. gr. I. p. 9, 24.): *Ἄγραι, χωρίον ἔξω τῆς πόλεως Ἀθηνῶν, οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἄγεται μυστήρια, ἃ λέγεται τὰ ἐν Ἄγρας* (sic *Ruhnk.* ad Tim. p. 223.), *ὡς ἐν Ἀσκληπιοῦ — Πλάτων Φαίδρῳ· ᾗ πρὸς τὸ τῆς Ἄγρας* (Bachmann. Anecd. gr. l. l. *Ἄγρης*) *διαβαίνομεν.* Quamquam *Eustathius* ad Il. p. 273. Bas. *Ἀγραίας* legit: *ἔτι δὲ καὶ ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ, ἢ καὶ Ἀγραία παρὰ Πλάτωνι ἀπὸ χώρας Ἄγραι.* Flor. *πρὸς τὸ τέλος τῆς Ἀγραίας.* Vind. 4. *ἀγραείας.* Vind. a. *ἀγρείας.* Ald. Bas. 1. et 2. *πρὸ τὸ τ. ἀγραίας.* — *καὶ πού τις κτλ.*] Flor. g. *Φαιδ. Καί που κτλ. Σω. Οὐ πάνυ κτλ. Φαι. Ἀλλ' εἰπὲ —.* Proxime Monacc. 11. 407. *βορρέου.*

P. 130. *καὶ σύ*] Libri scripti (etiam Florentt. Vindobb. et Monacc. 11. 407.) praeter E a rc., omitt. *καί*, quos Bek-

korus et Buttmannus merito sequuti sunt. Ficinus quoque: *Sed dic per Iovem, Socrates, tune hanc fabulam putas veram fuisse?* *Stallbaumius:* „Mihi vero aptissimum videbatur ad augendam admirationis, quam Phaedrus indicat, significationem.“ Quod mihi secus videtur. Nulla hic est admiratio, sed curiosissimus sermonumque amantissimus homo sciscitatur e Socrate fabulamne illam veram existimet. — Proxime πείθει iidem libri pro eo quod in edd. est πείθῃ. D. Mon. 407. πείθῃ, in illo superscr. ει — ἀπιστοίην] Ω. ἄπιστος. Monacc. 11. et 407. ἀπιστείην; posterior p. 18, 12. ἀπιστίην. — οἱ σοφοί] Philosophos (v. c. Anaxagoram, v. *Ruhkopf.* ad Senec. T. IV. p. 150.) et sophistas tangit, qui interpretatione fabulas corrigere et modo in physicam modo in moralem philosophiae partem modo in historiam transferre studerent, vid. *Wolf.* Proleg. ad Homer. p. CLXII. *Heyn.* Comment. ad Apollod. Bibl. T. I. p. XXXVIII sq. et Excurs. ad Iliad. XXIII. T. VIII. p. 571 sq. In seqq. videndum ne post φαίην exciderit part. ἄν, quae propter seq. αὖ in v. αὐτήν facile oblitterari potuerit; quamquam saepenumero fit ut part. ἄν, si praecesserit, in sequentibus omittatur, v. exempla collata a *Matthiaeo* Gramm. gr. p. 982. — πλησίον] GNO πλησίων. De re, *Theo* Progymn. p. 68. Cam.: *Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ τὸ περὶ τῆς Ὠρειθυίας καὶ τοῦ Βορέου διήγημα οὐκ ἀποδεχόμενός φησι τὴν Ὠρείθυιαν πνεῦμα Βορέου κατὰ τῶν πλησίον πετρῶν σὺν Φαρμακείᾳ παίζουσαν ὦσαι κ. τ. λ.* Cf. *Procl.* Theol. Plut. 4. p. 11. — σὺν Φαρμακείᾳ] *cum Naiade Pharmacea.* Pharmacea enim (Timaeo auctore p. 268. fons) h. l. fontis nympha intelligenda est, ut bene annotavit *Heindorfius*, qui recte, quod *Heynius* ad Apollod. p. 335. T. II. ed. II. scribi volebat, ἐπὶ Φαρμακείᾳ reprobat. — οὕτω δή] Part. δή abest a Ξ. — γεγονέναι] Φ r. γενέσθαι pro γεγονέναι. Ceterum de v. ἀνάρπαστον γίγνεσθαι, *subito e medio tolli*, v. *Dorvill.* ad Char. p. 416. — ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου] De Areopago, Martis colle, vid. *Sturz.* ad Hellanic. p. 56. Ceterum verba ἐξ Ἀρείου πάγου posita sunt, ac si non praecessisset ἀνάρπαστον γεγονέναι, sed ἁρπάσαι, ratione simul habita illorum κατὰ τῶν πλησίον πετρῶν — ὦσαι. Haec autem cum praecedentibus tam leviter cohaerentia data opera, ni fallor, Plato adiunxit ut levem illam et in sola opinatione nitentem fabularum explicandarum rationem luderet. Quocirca probari non potest *Bastii* sententia (Krit. Vers. üb. d. Plat. Gastm. p. 20 sq.) verba ἢ — ἡρπάσθη insitiva esse censentis. Atque *Hermias* quidem in Schol. p. 71. ed. nostr. silentio ea praetermisit, schol. vero Ruhnk. p. 55. Siebenk. p. 56. Bekk. D

p. 312. agnoscunt. — λέγεται γὰρ αὖ] αὖ om. Δ. Proxime F καὶ ἄλλως, E om. τά. — δεινοῦ] Pro λίαν Florr. x. c. μίαν. Λίαν δεινός h. l. dicitur is qui nimius est in fabulis argute explicandis et ad similitudinem veri traducendis. In vituperatione igitur h. l. positum est v. δεινός, quemadmodum saepenumero δεινοί (i. q. σοφισταί, quippe homines argutiarum magis, quam veritatis appetentes) opponuntur σοφοῖς, ut infra 245. C. Cf. *Olear.* ad Philostr. p. 483. *Cresoll.* Theatr. rhet. I, 13. Gron. Thes. X. p. 54. et nostra ad Protagor. p. 158. Vertit h. l. *Wyttenbachius* ad Plutarch. V. VI. P. II. p. 860: *est viri nimium arguti et laboriosi nec valde felicis fabulam de Centauris ad verisimilitudinem corrigere*, et respexit *Proclus* Theol. Plat. IV. p. 11. Monaco. 11. et 407. voc. πάνυ ignorant; in cod. autem 407. p. 18. vers. exstat καὶ οὐ πάνυ εὐτ. — κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δ'] *hanc unam solam ob causam, quod* —. Tim. 48. C: δι' ἄλλο μὲν οὐδέν, διὰ δὲ τὸ χαλεπὸν εἶναι. Sic ἄλλο μὲν οὐδέν seq. δέ est *nihil aliud nisi*, *solum*. Polit. II. 359. D: τοῦτον δὲ ἄλλο μὲν οὐδέν, περὶ δὲ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν. Apolog. 32. A: ἐγὼ ἄλλην μὲν ἀρχὴν οὐδεμίαν πώποτε ἦρξα ἐν τῇ πόλει, ἐβούλευσα δέ. *Thucyd.* VIII, 67: καὶ ἐσήνεγκαν οἱ ξυγγραφεῖς ἄλλο μὲν οὐδέν, αὐτὸ δὲ τοῦτο. *Xenoph.* Anab. IV, 5. 32. V, 5. 20. VII, 6. 39. *Lucian.* deor. dial. XIII, 2. T. I. p. 95. al. Cf. *Iacobs.* ad Philostrat. p. 502. — τὸ τ. Ἱπποκενταύρων εἶδος] *Hippocentauri*, monstrosa Centaurorum et equorum proles, anteriore parte hominis, posteriore equi forma fuisse perhibentur, vid. *Diod. Sic.* IV, 72. *Plin.* H. N. VII, 3. Cf. *Spanhem.* de us. et praest. num. Diss. V. p. 278 sq. *Bochart.* Hieroz. P. II. lib. VI. c. 10. et *Böttig.* libr. Griech. Vasengem. T. I. F. III. p. 87 sq. 121 sq. not. — ἐπανορθοῦσθαι] *emendare*, *corrigere*, h. l. est *ad veri*, *recti et sani speciem redigere*; ὀρθόν enim saepenumero opponitur perverso ac falso. In praegr. pro αὐτῷ G scribit αὐτό; mox τό om. H. — τὸ τῆς Χιμαίρας] *Chimaera* portentosus dicebatur Typhonis et Echidnae fetus esse tricorpor et triceps, v. *Eustath.* ad Iliad. p. 491 sq. Bas. *Heyn.* ad Apollod. Bibl. p. 114 sq. — ἐπιρρεῖ] Δ ἐπιρρεῖν. Athen. V, 63. T. II. p. 349: ἐπιρρεῖ δή. Ceterum similiter *Xenoph.* Cyrop. VII, 5. 39: ὁ δὲ ὄχλος πλείων καὶ πλείων ἐπέρρει. *Theocrit.* Adoniaz. 59: ὅσος ὄχλος ἄμμιν ἐπιρρεῖ. Cf. *Wyttenbach.* Ep. crit. p. 237. Schäf. et *Iacobs.* Additam. Animadv. in Athen. p. 208. Dici autem non potest quam multi hunc locum celeberrimum vel respexerint vel imitando expresserint. *Clemens Alexandr.* Cohort. ad gent. 6. (T. I. p. 58. Potter.): καὶ πολύς

μοι ἐπιῤῥεῖ τοιοῦτος ὄχλος, οἱονεὶ μορμώ τινα δαιμονίων πα-ρεισάγων ξένων. Philostr. Heroic. p. 60: *πολὺς ἐπιῤῥεῖ τῶν τοιούτων ὄχλος*, ubi v. *Boissonad.* p. 414. Cf. *Galen.* de Hip-pocrat. et Plat. Decret. III. T. I. p. 274. Bas. *Athen.* V. p. 221. *Chrysost.* Homil. T. VII. p. 61. C. *Eustathius* in Odyss. λ'. p. 463, 4: *καὶ ἐκ τοῦ ἐπέῤῥεεν ἔνθα νεκρῶν λαβὼν ὁ Πλάτων ἔφη τὸ ἐπιῤῥεῖ μοι ὄχλος τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγάσων καὶ ἑξῆς.* Scribendum *ἐπέῤῥεεν ἔθνεα πεζῶν*, vid. Iliad. XI, 723. *Ὄχλος* est *turba, multitudo*, ut *Aeschyl.* Prom. 827. *Isocrat.* de permut. p. 345. Cor. *Aelian.* fragm. p. 339. Kuehn. al. Cf. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 292. et *Ja-cobs.* l. l. — *Gorgones*, Phorci et Cetus filiae, *unius partitae luminis usum (Ovid.* Metam. IV. 774.), caput habebant an-guibus crinitum, quod adspicientem in lapidem vertebat, v. *He-siod.* Theog. 277. *Heyn.* ad Apollod. p. 118. 124 sq. — *Pegasus* alatus ille equus est qui, quum Perseus Medusae caput amputasset, dicitur prosiluisse, v. *Apollod.* p. 141. ibique *Heyn.* Observv. p. 103. Haec vero portentosa commenta pro-verbii fere loco poni solent in rebus quae nec fuerunt nec po-tuerunt esse. *Cicer.* de nat. deor. II, 2: Etenim videmus ce-teras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse: quis enim hippocentaurum fuisse aut chimaeram putat? *Lucian.* Her-mot. §. 72. (T. I. p. 383. Schmied.): *ἐπεὶ ὅ γε νῦν ἔπραττες καὶ ἐπενόεις, οὐδὲν τῶν Ἱπποκενταύρων καὶ Χιμαιρῶν καὶ Γοργόνων διαφέρει, καὶ ὅσα ἄλλα ὄνειροι καὶ ποιηταὶ καὶ γρα-φεῖς ἐλεύθεροι ὄντες ἀναπλάττουσιν, οὔτε γενόμενα πώ-ποτε οὔτε γενέσθαι δυνάμενα.* Philopseud. §. 2. (T. II. p. 305.): *ἔτι δὲ Πηγάσους καὶ Γοργόνας καὶ Κύκλωπας καὶ ὅσα τοιαῦτα πάνυ ἀλλόκοτα καὶ τεράστια μυθίδια, παί-δων ψυχὰς κηλεῖν δυνάμενα.* Cf. *Dio Chrysost.* Orat. XXXII. p. 369. D. *Minuc. Felic.* Octav. p. 156 sq. Ouz. et *Böttiger.* Griech. Vasengem. T. I. F. III. p. 88 sq. — *τοιούτων*] *hu-iusmodi*, h. e., item monstrosorum; refertur igitur ad praegr. τ. *Ἱπποκενταύρων* et τ. *Χιμαίρας*. Venet. Σ. om. — *πλήθει*] Sic libri edd. et Par. E; reliqui omnes *πλήθη τε καὶ ἀτοπίαι*, idque etiam F exhibet superscripto *ει* et *α*; et hanc librorum scripturam revocarunt Bekkerus et Stallbaumius. Quamquam equidem libr. edd. lectionem unice veram esse censeo, eamque quam et sermonis usus et sensus requirant. Etenim *ἀμήχανον* vel dativum *πλήθει* et *ἀτοπίᾳ* vel accusativum *πλήθη* et *ἀτο-πίαν* (non *ἀτοπίαι*) postulat, ut Theaet. 984. A: *ὃν νῦν ἐφ-ρομεν πλήθει ἀμήχανον.* Polit. VIII. 548. D: *ἀμήχανον μήκει ἔργον εἶναι πάσας μὲν πολιτείας, πάντα δὲ ἤθη* — *διε-λθεῖν.* Epist. VII. 327. C. al. Cum quarto casu iunctum reperi-

tur Polit. IX. 548. B: *ἀμήχανοι τὸ μέγεθος γίγνονται*. X. 615. A: *θέας ἀμηχάνους τὸ κάλλος*. *Xenoph*. Cyrop. VII, 5. 38: *ἧκον ἀμήχανοι τὸ πλῆθος*. al. Accedit quod *ἀμηχάνων πλήθη φύσεων* mira ratione positum foret: *multitudo naturarum incredibili multitudine*, pro *ἀμήχανα πλήθη* (ut Phaedon. 111. D: *ποταμῶν ἀμήχανα μεγέθη*); nam *ἀμήχανον* non potest h. l. nisi ad multitudinem referri. Denique perquam contorta foret oratio: *ἐπιῤῥεῖ δὲ ὄχλος — καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπίαι — φύσεων*; dilucida contra haec: *ἐπιῤῥεῖ δὲ ὄχλος τ. Γοργόνων κ. Πηγάσων καὶ ἄλλων τερατολόγων τινῶν φύσεων* (int. *ὄχλος*), *ἀμηχάνων πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ*: *incredibili et multitudine et perversitate*. Quocirca hoc quoque loco itacismi, qui dicitur, culpa contigisse arbitror ut cum *πλήθει* confunderetur *πλήθη* et illud expelleretur; *ἀτοπίαι* vero e pristina scribendi ratione (sic in Clark. iota dativis non subscribitur, sed iuxta ponitur, velut *αὐτῶι*, *ἧι* al.) remansit pro *ἀτοπίᾳ*. Apud *Galen*. de Hippocr. et Plat. plac. III. p. 274. Bas. legitur hic locus sic: *ἐπιῤῥεῖ — πλήθη τε καὶ ἀτοπώτερα λόγων τινῶν*. Etiam Ficinus *πλήθη* expressit vertens: *aliarumque monstruosarum multitudo formarum*. —

τερατολόγων] *Athen*. V. p. 265. T. III. Schw. hunc E laudans locum scribit *τερατολογιῶν τινῶν φύσεως*, quod, licet *τερατολογίαι* reperiatur, v. c. ap. *Isocratem* (Vid. *Orell*. ad Isocr. orat. *π. τ. ἀντιδ*. p. 287.), recte tamen iam *Ruhnkenius* ad Tim. p. 253. improbavit. Ex nostro loco sumpsit *Pollux* IX, 147. p. 1130: *καὶ τερατολόγος, ἐκ τοῦ Πλάτωνος*. *Heindorfius*: „quamquam mirum, quod *τερατολόγος* alias plerumque activo usurpatur significatu.“ Sic Tim. Lex. l. l. *τερατολόγοι, οἱ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα μυθεύοντες*. Distinguenda vero sunt, opinor, *τερατολόγος*, *qui monstrosa dicit*, et *τερατόλογον*, i. q. *τερατολογούμενον*, *confictum, monstrosum*; quocirca ap. Pollucem quoque l. l. *τερατόλογος* scribendum esse existimo. Sic *ἀξιόλογος* passivam habere constat significationem, contra *μακρολόγος*, sexcenta alia, activam. Pronomen quod adiectum est *τινῶν* vim habet augendi (nostr. *gar wundervoller*), vid. *Wesseling*. ad Herod. T. V. P. II. p. 353. *Toup*. ad Suid. T. II. p. 335. *Iacob*. ad Lucian. Toxar. p. 67. et nostra ad Protag. p. 156. — *προςβιβᾷ*] *si quis ad id quod probabile sit atque consentaneum voluerit eas adducere*. *Προςβιβάζειν*, *adducere* (ut Cratyl. 427. C. al.) est etiam *redigere*, v. c. ad rectum, verum, sanum, et in universum adducere, h. e. *persuadere*, *docere*, sive *λόγῳ* adiungitur, ut *Xenoph*. Mem. I, 2. 17. ubi cf. *Schneid*. (adde *Schäfer*. melet. critt. p. 34.), sive absolute positum est (v. *Brunck*. ad

Aristoph. Av. 425. *Coraius* ad Heliodor. p. 243.). Hoc quoque loco, ubi κατὰ τὸ εἰκός additum, notio adiuncta est corrigendi et in ordinem quasi redigendi. Paris. G. scrib. εἶδος. — ἀγροίκῳ — σοφίᾳ] quippe qui studium conferat ad res monstrosas, incultas et ab humanitate abhorrentes; huiusmodi enim sapientia vere ἄγροικος, illiberalis, est falsoque sapientiae nomine gloriatur. In vv. ἀγροίκῳ et σοφίᾳ inest fere quod dicitur ὀξύμωρον. Etenim ἄγροικον est i. q. ἀνελεύθερον et ἀπαίδευτον, quibuscum saepenumero copulatur, ut Legg. IX. 880. A: ἄγροικος καὶ ἀνελεύθερος — ἀνδραποδώδης τε. Theaet. 174. D: ἄγροικον δὲ καὶ ἀπαίδευτον ὑπ' ἀσχολίας — γίγνεσθαι. al. Cf. *Ruhnk.* ad Tim. p. 13 sq. *Clericus* (Art. crit. III. p. 34.) corrigebat ἀγρευτικῇ τινι σοφίᾳ, *venatoria quadam sapientia;* quod quidem commentum recte *Bastius* (Krit. Vers. p. 131.) et *Heindorfius* reiecerunt. — πρὸς ταῦτα] Clark. Δ Π Σ D G N O T Florr. g. h. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 7. α. et Monac. 407. αὐτά, reliqui, ut edd., ταῦτα; Ficinus quoque: *mihi vero ad haec otium non est.* Atque ταῦτα videri possit fortius esse quam αὐτά; attamen αὐτά saepius cum vi ponitur pro αὐτὰ ταῦτα *(eben s. gerade dieses)*, ut Phaedr. 273. A: αὐτά γε — διελήλυθας ἃ λέγουσιν οἱ περὶ τοὺς λόγους τεχνικοὶ προςποιούμενοι εἶναι. Polit. II. 362. D: αὐτὸ οὐκ εἴρηται, ὃ μάλιστα ἔδει ῥηθῆναι. Cf. *Heindorf.* ad Lys. p. 4. *Matth.* Gramm. gr. p. 869. Quocirca recte videntur Bekkerus et Stallbaumius αὐτά e libris praestantissimis reduxisse. In seqq. scrib. οὐδαμῶς ἐστὶ σχολή. Libri edd. οὐδαμῶς ἐστι σχολή, Bekker. οὐδαμῶς ἔστι σχ. — τὸ δὲ αἴτιον] Monac. 407. τὸ δ' αἴτιον. *Philostrat.* Heroic. p. 26: τὸ δὲ αἴτιον· οὐδενί πω κτλ., ubi v. *Boisson.* p. 346 sq. Proxime G N Flor. ϑ. et Vindd. 1. 6. που pro πω. — κατὰ τ. Δελφ. γρ.] celebratissimum illud γνῶθι σαυτόν, de quo vid. *Cicer.* de legg. I, 22. Tusc. Disp. I, 22. ad Quint. fratr. III, 6. Cf. *Menag.* ad Diog. I, 40. p. 22. *Elmenhorst.* ad Minuc. Fel. Oct. p. 35. Ouzel. et nostra ad Protag. p. 343. B. — γελοῖον δέ μοι] Ex *Heindorfii* sententia cum Stallbaumio δέ pro δή posui. Sic Vind. 3. Etenim his verbis, quae cum praegressis: οὐ δύναμαί πω — γνῶναι ἐμαυτόν arte cohaerent, causa continetur, quam conclusio excipit: ὅθεν δὴ χαίρειν ἐάσας κλ.

τοῦτ' ἔτι] Sic pro τοῦτο ἔτι cum Bekkero dedimus e Coisl. al. Venet Σ habet τοῦτο ἐμαυτόν. Monac. 407. τοῦτο, ἔστι ἀγρ. Mox verba πειθόμενος — ἔλεγον desunt in Pal. Vat. ɔ. Verba ὅθεν δὴ — ἐάσας respexisse dicitur *Strabo* VII. p. 453. Almelov. (p. 341. Tzsch.): οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὰ νῦν, ἀλλ' ἐατέον, ὥσπερ

καὶ ἐν τῷ Φαίδρῳ ὁ Σωκράτης. Sed respicere etiam potuit locc. p. 261. C. 264. E. vel 267. D., quibus v. ἐὰν praetermittendi vim habet. — ὃ] *Δ* ὧν διέλεγον. Florr. b. i. νῦν διέλεγον. — ἀλλὰ ἐμ.] *Γ*rδ Flor. g. h. ϑ. et Monacc. 11. 407. ἀλλ' ἐμαυτόν, quod recte Bekkerus et Stallbaumius revocarunt. — ὢν τυγχάνω] *Γ* ΞBCEFGHrδ et Vindd. 1. 3. 6. ὂν τυγχάνω, ϑηρίον τυγχάνω Clark. *Δ* Π Σ Φ O T Florr. g. h. ϑ. et Monacc. 11. 407 (de v. τυγχάνω sine ὤν posito vid. ad Protag. p. 42.) *Δ* ϑηρίων ἐντυγχάνω, N ϑηρίων τυγχάνω. Verum igitur existimo ϑηρίον τυγχάνω. — Τυφῶνος] *Typho*, Tartari et Telluris filius, εἶδος ἔχων συμμιγὲς ἀνδρὸς καὶ ϑηρίων, Schol. p. 312. Bekk. Vid. *Hesiod.* Theog. 868. *Apollod.* I, 6. 3. ib. Heyn. Observv. *Suid.* T. III. p. 521. *Jablonsk.* Panth. Aegypt. T. III. p. 39 sq. et *Moser.* in Nonn. p. 181 sq. Eius formam monstrosam egregie adumbravit *Aeschyl.* Prom. 351 sq. Cf. *Tzetz.* ad Lycophr. 177. V. I. p. 451 sq. Müll. Eandem immanem et furiosam fere significant verba πολυπλοκώτερον (Mon. 407. πολυπλοκότερον) et ἐπιτεϑυμμένον; illud enim Typhonem indicat centum capita anguinea habentem (*Aeschyl.* Prom. 353. *Aristoph.* Nub. 333. *Pindar.* Pyth. 1, 31. al.), hoc autem ad inflammatam et furiosam eius naturam spectat. Libri edd., *Plutarch.* adv. Colot. p. 1119. B. et *Damasc.* ap. Suid. v. Σαραπίων (ubi scrib. ἔτι πολυπλοκώτερον) habent ἐπιτεϑυμένον, „qua voce", ut Stephanus in marg. annotat, „nihil videtur posse significari. — quid si ἔτι τετυφωμένον legatur, quod ἀτύφῳ opponatur?" *Plutarch.* de Is. et Osir. p. 351. F. καὶ ὁ Τυφὼν — τετυφωμένος. *Timaeus* Lexic. p. 250.: τεϑυμμένος: ὑπὸ πυρὸς ἐκκεκαυμένος, ἢ κεκακωμένος, ut videatur legisse καὶ μᾶλλον ἔτι τεϑυμμένον, et ita corrigebat *Fabric.* ad Sext. Empir. p. 72. Recte autem *Ruhnkenius* (neque enim, quod *Heindorfius* et *Stallbaumius* tradunt, Ruhnkenius cum Fabricio facit; quod quidem iam *Boissonad.* ad Marin. vit. Procl. p. 97. admonuit) ἐπιτεϑυμμένον, *inflatum*, pro Platonico habuit, citans Moer. p. 150.: ἐπιτεϑυμμένον, ἀττικῶς, ἐπιτετυφωμένον ἢ ἐπικεκαυμένον ἑλληνικῶς, et *Hemsterh.* ad Hesych. T. I. p. 491. Anecd. gr. Bachmanni I. p. 162, 21.: ἄτυφον: ἐν Φαίδρῳ τὸ ἀβλαβές — καὶ ἐπιτεϑυμμένον ὁμοίως. Cf. *Bekker.* Anecd. gr. p. 462, 10. Atque hanc veram esse scripturam librorum declarat consensus: Clark. a. pr. m. *Δ* ΠDFGrϑ Florr. g. h. Vindd. 1. 4. 6. 7. et Mon. 407. Ceterum voce τεϑυμμένον Platonem patet nominis Τυφών (i. q. Τυφώς, a ϑύω, ϑύπω, τύφω, v. *Eustath.* ad Iliad. p. 119. Bas.) originem significasse. Est autem ἐπιτεϑυμμένον proprie *inflammatum* (ϑύω, unde ϑυμός, *excandescentia*.

Vid. Cratyl. 419. E.), h. e., *furens*, et latet simul in eo notio τοῦ τετυφωμένου (a τύφω enim ductum est τυφόω, τυφῶ, *inflo*, unde τετυφωμένος, *inflatus* s. *tumidus*. Vid. *Gatak.* ad M. Anton. II, 15. *Menag.* ad Diog. Laert. VI, 83. *Wetsten.* ad N. T. V. II. p. 329. 600. et *Reisk.* Ind. Graec. Demosth. p. 753.). Quocirca opponitur θείας τινὸς καὶ ἀ τ ύ φ ο υ μοίρας φύσει μετέχον. Respexerunt hunc locum *Plutarch.* adv. Colot. T. II. p. 1119. B. *Sext. Empir.* adv. Log. VII. §. 264. p. 423. §. 433. p. 456. *Origen.* Comment. in Matth. Opp. T. III. p. 677. D. al. *Phot.* Lexic. p. 494.: ἡ ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως συστροφὴ πρὸ τοῦ ἐκπυρωθῆναι, ὡς Πλάτων ἐν Φαίδρῳ (Cf. *Zonar.* II. p. 1755. Tittm.). Τυφῶνος πολυπλοκώτερον. Τυφὼν ὁ λεγόμενος κεραυνωθῆναι ὑπὸ Διός. τούτου ποικιλώτερον. Cf. Tim. Lexic. ibique Ruhnk. p. 218. ed. Koch. — ἡ μ ε ρ ώ τ ε ρ ο ν] mitis et simplex hominis natura opponitur furenti ac multiplici Typhoni. Legg. VI. p. 766. A. ἄνθρωπος δέ — ἥ μ ε ρ ο ν, ὅμως μὴν παιδείας ὀρθῆς τυχὸν καὶ φύσεως εὐτυχοῦς θειότατον ἡμερώτατόν τε ζῶον γίγνεσθαι φιλεῖ, μὴ ἱκανῶς δὲ ἢ μὴ καλῶς τραφὲν ἀγριώτατον ὁπόσα (corrigimus τῶν ὁπόσα) φύει γῆ. *Senec.* de ira I, 5: Quo (homine, quid est mitius, dum in recto animi habitu est? quid autem ira crudelius est? homine quid aliorum amantius? quid ira infestius! Plura alia dabit *Rudolph.* ad Ocell. Lucan. IV, 4. p. 306. Ceterum Flor. c. εἴτε καὶ ἡμερ. Ficinus vertit: „*sive placatius quoddam et simplicius animal*," ut videri possit legisse ἡμερώτερόν τι καὶ — sed τε non muto. Ita Phaed. p. 88. B: ἐστὶ ψυχὴ π. ἀθάνατόν τε καὶ ἀνώλεθρον. Phileb. 66. E: ὡς ἡδονῆς γε νοῦς εἴη ἂν μακρῷ βέλτιόν τε καὶ ἄμεινον." *Heindorfius.* — ἁ π λ ο ύ σ τ ε ρ ο ν] ἁ π λ ο ῦ ς et δ ι π λ ο ῦ ς vel π ο λ λ α π λ ο ῦ ς inter se opponuntur quemadmodum ap. Latinos *simplex* et *duplex*, v. *Ruhnken.* ad Tim. p. 86 sq. Interior videlicet veritatis ac virtutis lex in eo quod unum et simplex est sibique constat, nititur, quod vero multiplex ac varium est, id vafrum et fallax se praebet: ἑλικτά, κοὐδὲν ὑγιές, vid. *Casaubon.* ad Athen. I, 6. T. 1. p. 48 sq. Schw. Sic etiam ποικίλος et ποικίλλειν ponuntur, vid. *Abresch.* Lectt. Aristaen. p. 222. et *Jacobs.* ad Anthol. gr. T. III. p. 107. — Proxime Φ τῶν ζώων. — ἀ τ ύ φ ο υ] Tim. Lex. p. 54: τῆς ἀβλαβοῦς ὑπὸ τύφου (Cf. *Bachm.* Anecd. gr. I. p. 126, 20.) καὶ μὴ τεθυμμένης, potius τετυφωμένης. *Plutarch.* de aud. recta rat. 1. p. 43. B: πῶς οἰήματος καὶ ἀλαζονείας — ἀπολυθεὶς εἰς βίον ἄτυφον καὶ ὑγιαίνοντα καταστήσεις σαυτόν; Etenim τῦφος et ἀλαζονεία coniungi solent, v. *Toup.* ad Longin. p. 491. Weisk. Ceterum imitati sunt hunc locum *Themist.* Orat. I. p. 3. B:

ἀλλ' ἐπὶ τὸ πάντων εὐκολώτατόν τε καὶ ἡμερώτατον, θείας τε ὄντως δή τινος καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον, ζῶον οὐράνιον. *Synes.* de regno p. 20. A. (p. 35. ed. Krabing.): ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος τὸ θείας μετειληχὸς μοίρας ἄξιοῖ πάντῃ ἄτυφον εἶναι, ubi *Krabingerus*, vir doctissimus mihique amicissimus, p. 274. comparat *Synes.* de insomn. p. 143. A. et *Niceph.* Greg. p. 399. — μεταξὺ τῶν λόγων] „colloquentium est formula ab intpp. vulgo parum intellecta, in qua est excusatio quaedam abrupti subito sermonis et ad aliud deducti.“ *Heindorfius.* Similiter *Hemsterhusius* ad Lucian. Coll. Sel. p. 59: „Loquendi formula, quam usurpabant, si quid ab instituta oratione alienum sermonibus intersereretur.“ Potius μεταξὺ λόγων (*inter dicendum*) est sermonem alio translatum interrumpentis et ad propositum se revocantis (Gallorum *à propos*); nam quae sequuntur verba τόδε τὸ δένδρον ἐφ' ὅπερ ἦγες ἡμᾶς, ea non alieni vel aliud quid indicant, sed potius id ipsum unde huc digressa est oratio. Est igitur: *ne inter dicendum*, h. e., dum de hac re loquimur, *eius quod volebamus obliviscamur:* ut revocetur his verbis oratio ad praegressa unde huc declinavit: ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον; ἐκεῖ σκιά τ' ἐστὶ — καὶ πόα καθίζεσθαι ἤ, ἐὰν βουλώμεθα, κατακλιθῆναι. Ad haec spectant τόδε τὸ δένδρον ἐφ' ὅπερ ἦγες ἡμᾶς. Saepius quoque ponitur μεταξὺ λόγων ita ut sit admonentis ne inter sermonem id quod fiat vel factum sit negligamus vel attendere obliviscamur. Ceterum et μεταξὺ τῶν λόγων (ut h. l., *Apollodor.* ap. Polluc. X, 93. al.) et μεταξὺ λόγων frequentatur, ac posterius quidem ap. *Lucian.* Deor. dialog. XX, 5. (T. I. p. 104. Schm.): ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ἤδη πολὺ προϊόντες ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων. Dial. Mort. X. §. 12. p. 156: ἀλλὰ μεταξὺ λόγων οὐ κραυγή τις ἀκούεται ὥςπερ τινῶν ἀπὸ γῆς βοώντων; Contempl. 24. p. 221: ἀλλὰ μεταξὺ λόγων τίνες εἰσὶν οἱ πολεμοῦντες ἐκεῖνοι; Bis accus. 9. T. II. p. 207: ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πλησιάζομεν τῇ Ἀττικῇ. Ner. §. 11. p. 663: ἀλλὰ μεταξὺ λόγων τίς ἡ προςιοῦσα ναῦς; Cf. *Toup.* Emendatt. in Suid. P. II. p. 265. Lips. — ἦγες] *ducere volebas*, vid. ad Protag. p. 61. Imperf. ἦν non ἐστί, positum est quia respiciuntur praegressa 229. A: ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τ. ὑψ. πλάτανον; ἐκεῖ σκιά τ' ἐστὶ — καὶ πόα καθίζεσθαι κλ. Vid. ad Protag. p. 52. —

οὖν] omitt. G. F. habet ἦν. — νὴ τ. Ἥραν] De hac iurandi B formula vid. *Zeun.* ad Xenoph. Cyrop. I, 4. 12. et *Ernest.* ad Memor. I, 5. 5. — καταγωγή] Citat hunc locum *Hermog.* de form. orat. II. p. 230. Sturm. Suspicari quispiam possit, Platonem Anacreontem, huiusmodi diliciarum amatorem, iocosa

expressisse imitatione; sic enim poëta amatorius qui infra quoque p. 235. C. memoratur, Od. 22.:

Παρὰ τὴν σκιὴν, Βάθυλλε,
Κάθισον· καλὸν τὸ δένδρον·
Ἁπαλὰς σείει δὲ χαίτας
Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ·
Παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει
Πηγὴ ῥέουσα Πειθοῦς.
Τίς ἂν οὖν ὁρῶν παρέλθοι
Καταγώγιον τοιοῦτο;

Nisi statuere malis, hunc lusum poëticum e Platonis imitatione fluxisse, quem posteriores propter argumenti similitudinem Anacreonti vetusto attribuerint. Certe iocosus est hic locus, siquidem Socrates Phaedrum loci amoenitates supra 229. A. B. praedicantem ita ludit, ut, tamquam seria agat, illas magis etiam quam Phaedrus extollat. Ipse enim Plato sapientissimus quid senserit de huiusmodi rebus, statim post declarat ubi Socratem dicentem facit: φιλομαθὴς γάρ εἰμι· τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστει ἄνθρωποι. Ne in his quidem minutis rebus divinum philosophum recte videntur accepisse posterioris scriptores aetatis, qui has delicias, Ilissum, platanum, gramen molle, auram temperatam, fontem frigidum et quae sunt alia generis eiusdem, certatim frequentaverint (vid. quos laudat *Ruhnken.* ad Tim. p. 12.). Quocirca iure tot carpit *Plutarch.* Amat. 749. A., qui γλίχονται τὸν Πλάτωνος Ἰλισσὸν καὶ τὸν ἄγνον ἐκεῖνον καὶ τὴν ἠρέμα προςάντη πόαν πεφυκυῖαν προθυμότερον ἢ κάλλιον ἐπιγράφεσθαι. Cf. *Julian.* Orat. VII. p. 236. et vid. cl. *Heusd.* Init. Philos. Plat. I. p. 136. not. — ἥ τε γάρ] γάρ omittunt *Eustath.* in Odyss. κ. p. 367, 5., qui hunc citat locum, N O et Monacc. 11. 407. — πλάτανος — ἀμφιλαφής] Cui non dicta est platanus Platonica? *Cicero* de orat. I, 7: *Cur non imitamur, Crasse, Socratem illum qui est in Phaedro Platonis? nam me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis* [ἀμφιλαφής], *quam illa cuius umbram sequutus est Socrates, quae mihi videtur non tam ipsa aquula quae describitur, quam Platonis oratione crevisse* (ubi pronomine *ipsa* traiecto mihi videtur rectius scribi: *non tam aquula quae describitur, quam ipsa Platonis oratione crevisse*). Cf. *Lucian.* Amor. c. 31. T. I. p. 625. *Aristaen.* I, 3. *Philostrat.* VII, 17. p. 287. *Themist.* Orat. II, 32. C. al. Platanis autem veteres constat et umbrae et amoenitatis causa mirifice delectatos esse, vid. *Herodot.* VII, 31. *Aelian.* V. H.

II, 14. *Plin.* H. N. XII, 1. 3. XVII, 15. Cf. *Fr. Gronov.* Observatt. I, 5. interpp. ad Juvenal. I, 12. et *Voss.* ad Virgil. Georg. II, 70. Atque platani amoenitatem auget fons gelidus (χαίρει enim, ut *Eustath.* ad Il. II. p. 171. ait, ὕδασι τὸ φυτόν). *Plinius* H. N. XII, 1: gelidi fontis socia amoenitate. Praeivit *Homerus*, quem Plato (iocansne an ita sentiens, iure dubitaveris) imitari gestit, Iliad. II, 307:

Καλῇ ὑπὸ πλατανίσκῳ, ὅθεν ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ.

μάλα] Eustath. l. l. Γ Mon. 407. Florr. g. h. ϑ. μάλ', quod iure receperunt Bekker. et Stallbaum. ἀμφιλαφής] *Cicero* l. l.: patulis diffusa ramis. *Ovid.* Nuc. 20: in patulas luxuriare comas. Vox ἀμφιλαφής in arboribus, praecipue in platano, dicitur laeta coma florentibus atque umbrosis. Vid. *Apollon.* Rhod. II, 735. Epigr. III, 4. in Anthol. gr. T. II. p. 150. Jac. al. Cf. *Spanh.* ad Callim. in Apoll. 42. et in Cerer. 27. p. 769. Ern. *Perizon.* ad Aelian. V. H. II, 14. et praeter ceteros *Ruhnken.* ad Tim. p. 26 sq. (p. 23 sq. ed. Koch.), ubi vir doctissimus docet Grammaticos quidem ἀμφιλαφής idem esse tradere quod ἀμφιλαβής (quod a Grammaticis confictum est, v. *Schäfer.* melet. critt. p. 49. 120.), sed ex Hemsterhusiana ratione derivandum esse a λάφω (unde λέλαφα, λαφύω, λαφύσσω al.). Ex una eademque mihi videntur radice provenisse haec verba, eaque sine dubio fuit λάβω (unde remansit λαβεῖν, i. q. λαμβάνειν), quae transit in formas λάφω, λαφύω, λαφύσσω; hoc autem λάβειν (secundum pristinam infinitivi formam λάβεν) est germanicum *laben*, pr. capere, de cibo et potu, *zu sich nehmen*, *geniessen* (hinc λαφύσσειν *gierig zu sich nehmen*); deinde cibo recreare (unde germ. *luben* et *sich laben*). Λάβειν s. λάβεν (german. *laben*), capere, etiam in universum est *nehmen*, h. e., *greifen* et *fassen*; quocirca ἀμφιλαφής est germ. *umfassend*, h. e., *extensus*, *amplus*. Cf. *Wernick.* ad Tryphiodor. p. 116 sq. — Ceterum scriptores qui haec verba certatim imitando sua fecerunt citat *Ruhnk.* l. l. Adde *Boissonad.* ad Aristaen. p. 265. Hermog. l. l. καὶ μάλα. Post v. ἀμφιλαφής part. τέ omittit *Eustath.* l. l. — τοῦ τε ἄγνου] *Suidas* T. 1. p. 31. Küst. haec proferens scribit καὶ τοῦ ἄγνου δέ. *Eustath.* l. l. καὶ τοῦ ἄγνου τό τε. Ceterum ἄγνος s. λύγος est *vitex* (nostrum *Keuschlamm*, v. *Niclas.* ad Geopon. II, 4. 1.), cuius folia mulieres Thesmophoriis ad castitatem servandam sibi substernebant, v. *Aelian.* H. An. IX, 26. *Dioscorid.* I, 135. *Plin.* H. N. XXIV, 9. et Argum. Aristoph. Thesmoph. p. 473. Küst. *Eustathius* in Odyss. κ'. p. 367. 369: ὁ ἄγνος φυτὸν ψυχρὸν καὶ ἐκ τῆς ἀγονίας ἄγνος (quasi ἄγονος) λεγόμενον — διὸ καὶ οἱ ἁγνεύειν

θεσμοφορίοις ἐθέλοντες ὑπεστρώννυον ἑαυτοῖς τῶν τοῦ ου κλάδων, ἵνα μένοιεν ἄφυσοι. Cf. *Zonar.* Lexic. I. p. 16. ue Tittmann. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 12. — τὸ σύσκιον] *cian.* de hist. scrib. rat. §. 19. T. I. p. 421: κιττοῦ καὶ ἀίνης καὶ δάφνης ἐς ταὐτὸ συμπεφυκότων καὶ σύσκιον ιβῶς ποιούντων αὐτό. Anach. §. 16. p. 265: οὐδὲ περι-πεις σύσκιόν τι. Simile est illud in Amor. §. 18. T. I. 319: ἐπεὶ δ᾽ ἥκομεν εἴς τι συνηρεφὲς καὶ παλίνσκιον ὥρᾳ ους ἀναπαυστήριον. *Dio Chrysost.* Orat. II. de regno p. . A: τοῦτο δὲ σύσκιον δένδροις εὐθαλέσι. — καὶ ὡς μὴν ἔχει] *Stephanus* in Annot. T. III. p. 60: „Scriptum sse puto ἔχον, ut esset ὡς ἔχον pro ἅτε δὴ ἔχον.“ *Hein-fius:* „ut posterius ὡς vim superlativi εὐωδέστατον augeat. l ita vereor, ne potius scriptum legeremus ὡς εὐωδέστατον παρέχοι. — Neque ita locum accepit imitator *Aristaenet.* I, p. 7. (p. 13. Boiss.): ἦν μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἕτερα δένδρα ησίον· εὐανθῆ μὲν τοὺς ὄρπηκας, παμφόρα δὲ τὸν καρπόν, (ita ut) ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν ἐράσμιον τόπον. Mihi tur Platonis videtur καὶ οὕτως ἀκμήν — *atque ita flore vi-ut* —. Nisi quis malit scribere ὡς ἀκμὴν — ὡς ἄν, *ut* — (Polit. VII. p. 530. D: κινδυνεύει, ὡς πρὸς ἀστρονομίαν ματα πέπηγεν, ὡς πρὸς ἐναρμόνιον φορὰν ὦτα παγῆναι); ιe mihi tamen ratio non satisfacit.“ Arridet quidem quod indorfius coniecit οὕτως (nam ὡς in huiusmodi oratione, qua-haec est, pro οὕτως poni posse recte mihi videor dubitasse not. in Protag. p. 148.), neque tamen probari potest. Ete-ι sanissimus est locus; ὡς, *quam*, relativum, ponitur pro *d tam* (vid. not. ad Protag. p. 133.); quocirca id quod indorfius desiderabat, οὕτως, per se in eo latet, quum sit . ὅτι οὕτως. Verba ita sunt intelligenda: τοῦ τε ἄγνου τὸ ος καὶ σύσκιον πάγκαλον καὶ (int. τοῦτο πάγκαλόν ἐστιν) ὡς e. ὅτι οὕτως) ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης, germ. *und* (suppl. *gar ön ist auch dieses*), *dass es so in der höchsten Blüthe steht, s es den Ort zum wohlduftendsten macht.* Quae sequuntur ticulae ὡς et ἄν dici vix potest quanto opere viros exercue-doctissimos. *Reisigius*, vir eruditissimus et sagacissimus, Sophocl. Oed. Col. p. 172: „Videndum est etiam ne ὡς ἰν vel ὅπως et ἄν cum optativo iunctis et *quomodo alicuius potestas sit* significantibus male abutaris miscens cum fina-s particulis. Quod quidem eidem acciderat *Matthiae* in onis Gorgia: ἵνα οὕτω προΐῃ — ὡς ἂν καταφανὲς ποιοῖ; quam ipse moneret in Grammatica p. 736. esse: *quomodo, ut, manifestum reddat.*“ Cf. *Poppo* Diss. I. de usu part. ιpud Graec. p. 20 sq. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 996:

„Hievon muss man folgende Constructionen unterscheiden, wo ὡς nicht *dass*, sondern *wie* heisst;“ deinde affert nostrum locum quem ita cum exclamationis signo scribit: *καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν τόπον*! Quos sequutus est *Haenischius* ad Lys. Amat. p. 44: „Heindorfius in explorandis his verbis (*ὡς ἂν ἄριστα — βουλεύσαιντο*) aeque ac paulo antea (*ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν τόπον*) erravit (sic!), non sentiens, quod quidem in Plat. Gorg. p. 453. c. vidit, ὡς in eiusmodi locis non *ut*, sed *quomodo* significare.“ Ego autem non possum facere quin viris doctissimis adverser. Part. ὡς est *ut* (modo *so dass*, modo *damit*, *um*) et partic. ἂν non ad ὡς, sed ad ea quae sequuntur refertur; quocirca optativus sequitur; ἂν enim c. optativo in re ponitur *quae fieri potest*, et superlativum si sequitur, latine exprimitur verbis *quam*, v. c. maxime, *possit*. Igitur ὡς et ἂν cum optativo, etiam in re certa, non e cogitatione vel optatione nostra suspensa, ponitur, ita ut particulae ἂν vis ad superlativum vel aliam vocem interpositam pertineat. Sic Gorg. 453. C: *Τοῦ οὖν ἕνεκα δὴ — οὐκ αὐτὸς λέγω; οὐ σοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τοῦ λόγου, ἵνα οὕτω προΐῃ, ὡς μάλιστ' ἂν ἡμῖν καταφανὲς ποιοῖ περὶ ὅτου λέγεται*: *cur tandem non ipse dico? Non tua causa, sed sermonis gratia, quo ita procedat, ut, quam possit maxime, perspicuum nobis reddat hoc quod agitur.* Infra p. 231. A: *οὐ γὰρ ὑπ' ἀνάγκης, ἀλλ' ἑκόντες, ὡς ἂν ἄριστα περὶ τῶν οἰκείων βουλεύσαιντο, πρὸς τὴν δύναμιν τὴν αὑτῶν εὖ ποιοῦσιν*: *bene faciunt ita s. hactenus ut, quam possint optime, rebus suis prospiciant.* (*Schleiermacherus* vertit: *wie jeder am besten über das Seinige sich berathen mag*; immo est: *so dass sie dabei für das Ihrige so gut als möglich Sorge tragen*). Phaedon. 82. E: *ὅτι* (*ὁ εἱργμὸς*) *δι' ἐπιθυμίας ἐστὶν — ὡς ἂν μάλιστα αὐτὸς ὁ δεδεμένος ξυλλήπτωρ εἴη τῷ δεδέσθαι*: *carcerem eniti ut, quam maxime possit, ipse constrictus adiutor sit constringendi* (ubi *quomodo* ne sensum quidem haberet). Politic. 286. D: *τό τε αὖ* (int. *μῆκος*) *πρὸς τὴν τοῦ προβληθέντος ζήτησιν, ὡς ἂν ῥᾷστα καὶ τάχιστα εὕροιμεν, δεύτερον — ὁ λόγος ἀγαπᾶν παραγγέλλει*: *et eam longitudinem secundo loco oratio nos numerare iubet, quae proposito accommodata est, ut, quam facillime et celerrime possimus, inveniamus quod investigamus.* Conv. 187. D; *ὅτι τοῖς μὲν κοσμίοις τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὡς ἂν κοσμιώτεροι γίγνοιντο οἱ μήπω ὄντες, δεῖ χαρίζεσθαι*: *temperantibus hominibus gratificandum esse et his qui nondum sint, ut, quantum fieri possit* (*ἄν*), *temperantiores exsistant.* *Homeri* et *Herodoti* locos excitavit *Matth.* Gramm. gr. p. 1003.

addens, quod miramur, apud atticos scriptores partt. ὡς et ἄν cum optativo iunctas non reperiri. Haec autem particularum ὡς et ἄν vis etiam magis cernitur iis locis ubi οὕτως praecedit, ut Eryx. 392. C: ὑπὸ τῶν σμικρῶν τούτων ἂν μᾶλλον ὀργίζοιντο, οὕτως ὡς ἂν μάλιστα χαλεπώτατοι εἴησαν: *ita ut nobis quam molestissimi evadant s. ita ut quam maximam possint molestiam nobis exhibeant.* Sic etiam ap. *Xenoph.* Oecon. XX, 7: ὅτι διὰ πολεμίας πορευομένους βέλτιόν ἐστι τεταγμένους πορεύεσθαι, οὕτως ὡς ἂν ἄριστα μάχοιντο, εἰ δέοι: *ita ut, quam possint optime, pugnent s. ita ut quam optime pugnare possint.* Cyrop. I, 2. 6: ἢ ἐπιμέλονται ὡς ἂν βέλτιστοι εἶεν οἱ πολῖται, ubi ὡς esse *quomodo*, non *ut* (neque tamen dicitur *curare quomodo*, sed *curare ut*) *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1003. contendit, laudans Conviv. VII, 2: νῦν οὖν σκοπῶ ὅπως ἂν ὁ μὲν παῖς — ὡς ῥᾷστα διάγοιεν, ἡμεῖς δ' ἂν μάλιστα εὐφραινοίμεθα θεώμενοι αὐτούς, ubi verti potest: *nunc autem hoc specto s. mente agito ut* cet. Per se quidem eodem videri possit redire, utrum *quomodo*, *ea ratione qua* ponas, an *ita, ut, quo* (quod post *Hermannum* ad Sophocl. Ai. p. 148. etiam *Matthiae.* Gramm. gr. p. 1000. significavit), neque tamen, si sermonis usum definitamque particularum vim spectas, *quomodo* et *ut* idem esse possunt, quum v. c. dicere non possis *enitor* vel *curo quomodo*, sed *curo ut.* Quocirca post huiusmodi verba, qualia sunt: specto, volo, efficio al., ὅπως et ὡς non valent *quomodo*, sed *ut. Xenoph.* Cyrop. I. 3. 8: προςφέρουσιν, ὡς ἂν ἐνδοῖεν τὸ ἔκπωμα εὐληπτότατα τῷ μέλλοντι πίνειν, h. e. *ita ut poculum bibere volenti, quam commodissime possint, ministrent. Poppo* l. l. p. 20. explicat: τούτῳ τῷ τρόπῳ, ᾧ, εἰ ἐνδοῖεν τὸ ἔκπωμα, εὔληπτ. ἂν ἐνδοῖεν s. ὡς οἴονται εὔληπτ. ἐνδοῦναι ἂν τὸ ἔκπ. Quibus ambagibus supersederi potest. Similiter *Xenoph.* Cyrop. I, 6. §. 13: ἐπήρου με αὖ πάλιν εἴ τινα ἐπιμέλειαν ἐδίδαξέ με, ὡς ἂν ἕκαστα τῶν πολεμικῶν ἔργων κράτιστοι ἂν οἱ σύμμαχοι γένοιντο, *artem s. rationem procurandi ut* — IV, 2. 34: σκοπῶν δὲ ὡς ἂν ταῦτα τάχιστα καὶ κάλλιστα γένοιτο: *circumspiciens s. curans ut* —, ubi ineptissime Zeunius, qui Ind. graec. ὡς ἂν explicat *quacumque ratione*, in annotat.: „praesertim quum ὡς ἂν cum opt. non abhorreat ab auctoris elegantia (!)." De rep. Laced. VI, 1: ὁ δὲ Λυκοῦργος κατασκευάσαι βουλόμενος, ὡς ἂν μηδὲν βλάπτοντες ἀπολαύοιέν τι οἱ πολῖται ἀλλήλων ἀγαθόν, ἐποίησε κτλ. Coniunctivus autem si sequitur, ὡς ἄν est *quomodo*; etenim ὡς ἂν seq. coniunctivo (quia ἂν refertur ad ὡς) est proprie: *quomodocumque, quacumque ratione*, deinde simpliciter *quomodo, prout.* Cratyl. 424. E: οἷον ὅταν ἀνδρείκελον

σκευάζωμεν ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ὡς ἄν, οἶμαι, δοκῇ ἑκάστῃ ἡ εἰκὼν δεῖσθαι ἑκάστου φαρμάκου. Legg. IX. 881. D: πάντως ὡς ἂν ἐθέλωσιν. *Xenoph.* Cyrop. II, 4. 3: ἕπεσθαι ἐκέλευσεν, ὡς ἂν αὐτὸς ἡγῆται. IV, 2. 17: ὅτι, ὡς ἂν ὁρῶσιν αὐτοὺς προςφερομένους, οὕτω καὶ αὐτοὶ ποιήσουσιν. Aliis vero locis ὡς ἂν nihil aliud esse potest nisi *ut*, v. c. *Xenoph.* De Mag. Eq. offic. IX, 2: ἐπιμελεῖσθαι ὡς ἂν πραχθῇ, et in seqq. ἐπιμελῆται ὡς ἂν ταῦτα περαίνηται. Sic iam *Homer.* Il. XVI, 84:

Ὡς ἄν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῦδος ἄρηαι
Πρὸς πάντων Δαναῶν.

Aeschyl. Prometh. 10: τοιᾶςδέ τοι ἁμαρτίας σφε δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην, ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα στέργειν. 659. 712. (plures alios tragicorum locos affert *Matth.* Gramm. gr. p. 1003.). Particula vero ἂν quam vim habeat his locis, dubium videri possit, nec, quod sciam, quisquam aperuit. Ni fallor, ὡς ἄν, quod proprie est *quomodocumque* (ἂν enim, quum coniunctivus, non optativus, sequatur, non potest nisi ad coniunctionem ὡς referri), hic quoque ita ponitur ut in relativa dictione *quam* s. *quomodo* coniunctio ὅτι lateat; est igitur: *ut quacumque ratione*, h. e. *ut omnino, revera* s. *ut, quod fieri debet*, v. c. *Aeschyl.* Prom. 10. Quocirca universe ponitur in re certa, quae non e cogitatione, consilio vel optatione nostra pendet, sed quae peragatur necesse est. — Mon. 407. παρέχει. — ἥ τε] Libri edd., sicut ΔΕΗ ἧγε. *Stephanus* Annot.: „Non dubito quin ἥτε αὖ πηγή genuina sit lectio; sicut praecedit ἥ τε γὰρ πλάτανος.“ Et hoc, librorum confirmatum plurimorum (etiam Monacc. 11. et 407.) auctoritate, recentiores omnes, solo Beckio excepto, reposuerunt. Vindd. 3. 7. ἥτε γὰρ πηγή.

P. 132. πηγὴ κτλ.] *Aristaenet.* I, 3. p. 14: ἡ δὲ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῇ πλατάνῳ ῥεῖ ὕδατος εὖ μάλα ψυχροῦ, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι. Voc. χαριεστάτη omitt. G, deinde scribit μᾶλλον. — ὥςτε] Clark. ὥστε γε τῶι; ὥστε γε habent etiam ΔΛBCEFGHrb, Vindd. 1. 6. et Flor. a. b. c. i. θ.; ΠDNOT Flor. h. Vindd. 4. 7. *a.* et Monac. 407. ὥς τόγε, Σ ὥς τῶ γε, Vind. 3. ὥς τῷγε, Γ a. corr. m. ὅσα γε. Mon. 11. ὡςτότε. Illud ὥςτε γε merito receperunt Bekkerus et Stallbaumius. Ceterum respexit ad hunc locum *Cicero* de legg. II, 3: *nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, quum ad multa accesserim, ut vix pede tentare id possim: quod in Phaedro Platonis facit Socrates.* *Aelian.* V. H. XIII, 1: ὕδατά τε — ψυχρά, ὅσον γε ἀψαμένῳ τεκμήρασθαι. Fontem hunc commemorat *Strabo* IX, 1. §. 24. T. III. p. 383.

Vid. supra annott. ad p. 128. — *νυμφῶν τε*] τε abest a G. Proxime Clark. ἀχελώιον. Deinde E κηρῶν, F κρητῶν. *Κόραι* sunt pupae s. imagines cereae, ligneae al. Vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 165 sq. *Coraius* ad Isocrat. p. 232. et *Iacobs.* Addit. Animadv. in Athen. p. 306. *Ἀγάλματα* dicuntur h. l. donaria Nymphis et Acheloo consecrata, vid. *Ruhnk.* ad Tim. p. 5 sq. Praep. ἀπό est *propter* (v. *Matth.* Gramm. gr. p. 1130. ; igitur: ut ostendunt pupae et imagines s. simulacra. — *εἰ δ' αὖ βούλει*] *hoc porro si vis*, int. sumere, advertare vel tale quid, h. e. simpliciter: *atque etiam.* Theaet. 196.E: εἰ δὲ βούλει, καὶ νῦν ἐν τῷ παρόντι κεχρήμεθ' αὖ τῷ ἀγνοεῖν τε καὶ ξυνιέναι. Conviv. 209. D: εἰ δὲ βούλει οἵους Λυκοῦργος παῖδας κατελίπετο κ. λ. Cratyl. 392. A. 411. D. 437. B. Polit. IV. 425. D. Hipp. mai. 295. D. Proxime Mon. 407. ἔμπνουν.—
C *ὡς*] ut Latinorum *quam* (*Cicer.* ad Attic. X, 10: tuum consilium *quam* verum est. XIV, 8: *quam* severe al. V. *Ernesti* Clav. Cicer.) est *valde*, *admodum* (*Eustathius* ad Il. α'. p. 60. interpretatur λίαν). Proprie est vernaculum *wie sehr* (velut in θαυμασίως ὡς, Latin. *mirum quam* et *mire quam*, ut *Cicer.* ad Attic. I, 11: mire quam delectat), h. e. *wie sehr es nur seyn kann*, vel: *so sehr als möglich*, et in universum *sehr*; quocirca ὡς simpliciter auget (ut Latin. *quam* et *perquam*), sicut in tritis illis ὡς ἀληθῶς, ὡς ἑτέρως, ὡς μάλιστα al. Itaque miramur *Heindorfium* ad Cratyl. p. 41. et *Engelhardtium* ad Apolog. p. 210. rarum esse hunc voculae ὡς usum dixisse, itemque *Matthiaeum* Gramm. gr. p. 1283. statuisse in verbis ὡς οἰκτρὸν δῆτα (Phaedon. 90. D.) videri omissum esse θαυμάσιον. Sed de h. l. vid. *Stallbaum.* p. 132. ed. Goth. Omnium vero minime audiendus est *Weiskius* Pleon. gr. p. 207., qui cum *Berglero* ad Alciphr. I, 30. pleonasmum hunc vocis ὡς usum appellat. Locis Platonicis ab Heindorfio ad Cratyl. p. 41. citatis addi possunt: Polit. III. 414. C: ὡς ἔοικας — ὀκνοῦντι λέγειν. V. 470. D: σκόπει δὴ — ὅτι ἐν τῇ νῦν ὁμολογουμένῃ στάσει — ὡς ἀλιτηριώδης τε δοκεῖ ἡ στάσις εἶναι καὶ οὐδέτεροι αὐτῶν φιλοπόλιδες. VII. 527. D: ὡς ἡδὺς εἶ — ὅτι ἔοικας δεδιότι τοὺς πολλούς; ubi vertimus: *quam* (i. e. valde) *suavis es.* Gorg. 505. D: ὡς βίαιος εἶ, ὦ Σώκρατες· ἐὰν δὲ ἐμοὶ πείθῃ κλ. Legg. III. 676. B: τὸ δέ γε (χρόνου πλῆθος) ὡς ἄπειρόν τι καὶ ἀμήχανον ἂν εἴη. VII. 816. B: ὡς ὀρθῶς ἅμα καὶ μουσικῶς ὠνόμασεν. Epinom. 979. D: ὡς εἰκότως εἶπες ὅτι κλ. Ion. 535. C: ὡς ἐναργές μοι τοῦτο — τὸ τεκμήριον εἶπες, ubi *Nitzschius* p. 36. vertit: *haec quam manifesto mihi exemplo exhibuisti!* Immo ὡς non est exclamantis, sed valet *quam*, i. e., *valde*, *admodum.* Me-

nex. 243. E: ἔκ τε γὰρ τοῦ Πειραιῶς καὶ τοῦ ἄστεος ὡς ἀσμένως καὶ οἰκείως ἀλλήλοις συνέμιξαν οἱ πολῖται — τόν τε πρὸς τοὺς ἐν Ἐλευσῖνι πόλεμον ὡς μετρίως ἔθεντο, quae *Loersius* p. 147. ita reddidit: *quam amice — quamque moderate bellum — deposuerunt!* Sed vid. modo dicta. Atque in hanc partem accipio etiam Protagorae locum p. 328. D: ὡς χάριν σοι ἔχω, vid. ib. not. p. 115. Phaedon. 60. B: ὡς ἄτοπον — ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ· ὡς θαυμασίως πέφυκε πρὸς τὸ δοκοῦν ἐναντίον εἶναι, ubi *Stallbaumius* interpretatur: *quam mira est ratio* cet.; esse debebat *permira est ratio* cet. Parmenid. 130. A: ὡς ἄξιος εἶ ἄγασθαι τῆς ὁρμῆς τῆς ἐπὶ τοὺς λόγους: *profecto par est te admirari de studio quo ardes disputationum.* — ἀ γ α π η τ ό ν τε κ α ί] Voc. τε ab omnibus abest libris (etiam Monacc. 11. et 407.) praeter *Ξ*; quocirca recte Bekker. Stallbaum. et Buttmannus eam expulerunt. Pro ἡδύ D G ἤδη et pr. Clark. *II.* Ceterum τ ὸ ε ὔ π ν ο υ ν spectat ad superius illud πνεῦμα μέτριον. *Aristaen.* I, 3. p. 17: ἔτι δὲ τὸ ἔμπνουν τῆς αὔρας λιγυρὸν ὑπηχεῖ τῷ μουσικῷ τῶν τεττίγων χορῷ, δι' ἣν καὶ τὸ πνῖγος τῆς μεσημβρίας ἠπιώτερον ἐγεγόνει. — θ ε ρ ι ν ό ν τ ε] *Stephanus* Annot. „Magis placeret θερινόν τέ τι καὶ λιγυρόν." Sic *Suidas* T. I. p. 31. Etiam Ficinus vertit: *aestivum insuper quiddam et canorum cicadarum subresonat choro.* Similiter *Himer.* Orat. XIV, 11. p. 626: θερινόν τι καὶ ἡ λύρα περὶ τὸν θεὸν ἁβρύνεται. *Gregor. Nazianz.* Ep. 1. 768: ἡδύ τι καὶ ἐναρμόνιον. *Philostr.* Heroic. p. 66: φρικῶδές τι καὶ ὄρθιον. Sic iam *Callimach.* H. in Apoll. 4: ἐπένευσεν ὁ Δάλιος ἡδύ τι φοῖνιξ. 24. H. in Del. 60. 189. in Lav. Pall. 58. 77. 122. H. in Cer. 58. al. Pron. τι intendit (ut in *Theocr.* Idyll. I. init. ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα. Vid. ad Protag. p. 156.) et adiectivum adverbii partes sustinet. Attamen per se quoque adiectivum sic usurpatur, ut Theaet. 179. D: εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται. Politic. 275. A: οὐδὲ σαφὲς ἐρρήθη. Polit. I. 337. A: Καὶ ὃς ἀκούσας ἀνεκάγχασέ τε μάλα σαρδόνιον. *Philostrat.* Heroic. p. 12: ἡδὺ γάρ που — ἀναπνεῖ. *Aristaen.* l. l. λιγυρὸν ὑπηχεῖ. *Procop.* Gaz. Orat. (v. *Marin.* vit. Procl. Boiss.) p. 77: ἄνωθεν μὲν ἀηδὼν ἐαρινὸν ἀναφθέγξεται. Paullo post: ταῦρος μὲν ἐρωτικὸν ἐμυκήσατο. Similiter *Iuvenal.* XIV, 295: aestivum sonat. Cf. *Iacobs.* ad Callistrat. p. 683. et *Matth.* Gramm. gr. p. 833. Similia sunt δεινὸν λέγεις al. de quibus vid. ad Protagor. p. 156. Adde *Reisig.* Coniect. p. 216. et *Fritzsch.* Quaest. Lucian. p. p. 93 sq. — Ceterum θερινόν et λιγυρόν apposite dicta sunt ad ea quae sequuntur: τῷ τῶν τεττίγων χορῷ; τέττιξ est enim θ έ ρ ε ο ς γλυκὺς προφήτης,

Anacreont. XLIII, 11. ubi cf. Fischer. p. 167 sq. *Hesiod.* Scut. Herc. 393: ἠχέτα τέττιξ

Ὄζῳ ἐφεζόμενος θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδειν
Ἄρχεται.

Quocirca ipse dicitur θερινός Anthol. gr. XIII, 4. T. 1. p. 98. Etiam λιγυρόν ad stridulum ac tenuem cicadarum cantum spectat, quem nos vocamus *das Schwirren*. *Anacr.* l. l. v. 14: Φιλέει δὲ Φοῖβος αὐτός, Λιγυρὴν δ' ἔδωκεν οἴμην. Haec quoque venustas ex perenni illo omnis pulchritudinis fonte, *Homero*, videtur fluxisse, Iliad. III, 150:

ἀλλ' ἀγορηταὶ
Ἐσθλοί, τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵ τε καθ' ὕλην
Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

Nostrum expressit *Lucian.* Amor. §. 18. Tom. 1. p. 619: ἡδὺς — ὁ τόπος· καὶ γὰρ οἱ κατὰ κορυφὴν λιγυρὸν ὑπηχοῦσι τέττιγες. De cicada (cicada plebeia et orn. Linn. *Baumgrille*) vid. *Voss.* ad Virg. Eclog. V, 77. p. 272. Ceterum Δ habet ὑπηχεῖτο, G ἐπηχεῖτο. Animi causa apponere iuvat loci huius pulcherimi depravationem quam commentus est vir quidam doctus in *Classic. Iournal.* 1822. T. XXVI. p. 122: τοῦ τε ἄγνου τὸ ὑ φ ά ν τ ι κ ο ν (sic!) ποιεῖ τὸ σύσκιον ὑπ' ἀγκαλῶν (sub *ulnis!*), τό τε εὔπνουν, ὡς ἅμ' ἀκμὴν ἔχει τ. ἄ., ὡς ἅμ' εὐωδ. π α ρ έ χ ε ι τὸν τόπον· Νυμφῶν δέ τινων — ἀπὸ τῶν κ ρ ο υ ν ῶ ν — εἶναι· ἥ δ ε γ ὰ ρ πηγὴ — τεκμήρασθαι· εἰ δ' αὖ βούλει τ ι τ ο ῦ π ο τ ο ῦ, ὡς γ ά λ α εὔ π ο τ ό ν ἐστι καὶ σφόδρα ἡδὺ τῷ ε ὐ λ η θ ε ρ ο ῦ ν τ ι, καὶ λιγυρὸν ὑπ. κτλ. — ἐ ν ἠ ρ έ μ α π ρ ο σ ά ν τ ε ι] i. q. ἠρέμα προσάντης; praepos. enim ἐν, ut Latinor. *in* (v. *Drackenb.* ad Liv. T. I. p. 220.) adiectivi circumloquutionem facit, ita ut redundare videatur, v. *Hemsterh.* ad Lucian. T. II. p. 523. *Brunck.* ad Apoll. Rhod. IV, 1619. *Musgr.* ad Eurip. Iphig. Aul. 974. *Schäfer.* ad Long. p. 404. et *Matth.* Gramm. gr. p. 1139. *Aelianus* V. H. IX, 24: πόας ἐν προσάντει πεφυκυίας. *Plutarch.* Amat. p. 749. A: καὶ τὴν ἠρέμα προσάντη πόαν πεφυκυῖαν. — Δ habet vitiose προβάντα. Verbis autem his: πάντων κομψότατον haud scio an Plato Socratem Phaedri verba p. 227. C: ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ κεκόμψευται ludentem fecerit. Quod sequitur ἱ κ α ν ή non est *copiosa* vel *larga*, sed *idonea*, *commoda*, *bona*, quippe ἐν ἠρέμα προσάντει, et πόα, in qua pulchre cubare *possumus*, ipsa, ut solet, dicitur ἱκανή (*geschickt*, i. e., *bequem zum Liegen*). Recte *Mercer.* ad Aristaen. p. 264. Boiss. „leviter acclivis, ut accubantibus cervicalis loco esset." Proxime Clark. a sec. ΣDNOT Florr. g. h. θ. Vindd. 4. 7 a. et Monac. 407. κατακλίναντι. Ξ κλίναντι, superscripto έντι.

Bene *Heindorfius:* „perperam. Illud firmatur superiore illo καθακλιθῆναι 229. B. et structura ipsa; neque enim cum hoc iungendum τὴν κεφαλήν.“ Ceterum loco hoc ad Phaedrum mollem irridendum composito Plato videtur Aristophanem ante oculos habuisse Av. 121:

Εἴ τινα πόλιν φράσειας ἡμῖν, εὔερον
Ὥςπερ σισύραν, ἐγκατακλιθῆναι μαλθακήν.

ἐξενάγητ αι] i. e., *me huiusmodi amoenitatum ignarum et hospitem huc duxisti.* De v. ξεναγεῖν, peregrinum ad loca visenda ducere et memorabilia ostendere, vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 187., ubi *Hemsterhus.* ad Lucian. T. 1. p. 488. citatur. *Lucian.* Contempl. §. 1. T. 1. p. 206: ξεναγήσεις γάρ εὖ οἶδ' ὅτι με ξυμπερινοστῶν καὶ δείξεις ἕκαστα, ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα. Scyth. §. 4. p. 406: σύ με — παραλαβὼν ξενάγησόν καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῶν Ἀθήνησιν. — Σὺ δέ γε] Clark. Δ Λ Σ Φ B G Π a pr. T Florr. a. c. h. i. et Vindd. 1. 4. 6. *a.* οὐ δέ γε, F σὺ οὐ, G τι, Δ om. Proxime Ald. Bas. 1. 2. et D φαίνῃ, in D superscript. ει. Steph. φαίνῃ. Mox Σ ἐπιχωρ. γε ἔοικας.

ἔξω τείχους] Ξ ἔξω τοῦ τείχους. De re, cf. Menon. 80. B. Crit. 52. B. ubi v. *Fischer.* p. 205. — Συγγίγνωσκέ μοι] Particulam δή post v. συγγίγν., quam edd. libri cum E habent, libris suasoribus et vetustissimis cum Bekkero et Stallbaumio expunximus; abest etiam a Monacc. 11. et 407. — οὐδέν μ' ἐθέλει] *nihil omnino s. neutiquam me docent.* Plerique ἐθέλειν, in rebus inanimatis usurpatum, poni censent pro δύνασθαι (vid. *Gregor. Corinth.* p. 56. ib. Koen. *Gataker.* Advers. p. 43. *Wesseling.* ad Herodot. I, 109. *Dorvill.* ad Char. p. 429. *Weisk.* de pleon. p. 95. al.); ac videri possint verba ἐθέλειν et δύνασθαι, velle et posse, inter se permutari, ut, quemadmodum δύνασθαι pro ἐθέλειν (v. ad Protag. p. 92.), sic etiam ἐθέλειν pro δύνασθαι usurpetur, praecipue si in rebus inanimatis ponatur. Sophist. 252. E: καὶ μὴν ἕν γέ τι τούτων ἀναγκαῖον, ἢ πάντα ἢ μηδὲν ἢ τὰ μὲν ἐθέλειν, τὰ δὲ μὴ ξυμμίγνυσθαι. Seqq. Ὅτε δὴ τὰ μὲν ἐθέλει τοῦτο δρᾶν, τὰ δ' οὔ, σχεδὸν οἷον τὰ γράμματα πεπονθότ' ἂν εἴη. 254. B: ὅτ' οὖν δὴ τὰ μὲν ἡμῖν τῶν γενῶν ὡμολόγηται κοινωνεῖν ἐθέλειν ἀλλήλοις, τὰ δὲ μή. κλ. 256. B. 261. D. bis. Politic. 275. B. 295. C. 305. C. Parmen. 133. B. 145. A. 146. D. 149. A. al. Saepenumero etiam videtur ἐθέλειν, ut βούλεσθαι (v. *Böckh.* in dialog. IV. p. XIV. et *Heindorf.* ad Cratyl. p. 97.) verbi appositi circumloquutionem facere ut redundet fere: Gorg. 449. B: μὴ ψεύσῃ, ἀλλ' ἐθέλησον κατὰ βραχὺ τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι. Phaedon. 102. D. E. Conv. 185. D: ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ — παύεσθαι ἡ λύγξ.

Polit. II. 375. A. al. Vid. *Gatak.* Advers. Misc. I, 3. Opp. crit. p. 193. D. ad M. Anton. X. §. 8. p. 293. *Wesseling.* ad Herod. VII. p. 533, 16. et *Boisson.* ad Nicet. T. II. p. 80. Sic Latinorum *velle*, de quo v. *Burmann.* ad Petron. LXX. Nos quoque dicimus: *es will nicht gehen,* pro: *es geht nicht,* s. *durchaus nicht*, rebus etiam inanimatis, si voluntati nostrae vel proposito adversantur, voluntatem quasi renitentem tribuentes. At vero ἐθέλειν non mera est verbi appositi circumloquutio, sed negationi vim addit ut sit *minime*, *omnino non*, *fieri non potest*, velut Phaedon. 60. B. p. 162. D: ἐμοὶ γὰρ φαίνεται οὐ μόνον αὐτὸ τὸ μέγεθος οὐδέποτ' ἐθέλειν ἅμα μέγα καὶ σμικρὸν εἶναι cett. Et sic οὐκ ἐθέλειν non solum in rebus dicitur inanimis, sed etiam in personis, v. c. *Solon.* Eleg. in Brunck. Anal. T. I. p. 64. *Eurip.* Med. 51. *Aristoph.* Av. 580. Polit. II. 375. A. VI. 503. C. al. Aliis locis verbo ἐθέλειν ea notio adiuncta est quam exprimere possumus vocibus *ultro* vel *libenter*, ut Conv. 183. A. 184. B. al. *Isocrat.* p. 341. ubi Coraius p. 244. ἐθέλειν c. infinitivo praesentis vel aoristi pro futuri circumloquutione habet, quod mihi quidem haud probatur. Sine negatione ἐθέλειν saepe est: *non dubitare*, *non vereri* (quod nos verbum finitum ponentes exprimere possumus: *ohne Bedenken*, *ohne weiteres*, ut Conv. 205. E.). Omnino haec graecae linguae beatissima indoles est, ut nolit ad unam eandemque interpretationis normam dirigi. Ceterum similiter *Iulian.* Ep. LIV. p. 440. B: κἂν γὰρ ἐθέλῃ με διδάσκειν ἡ φύσις. — μ' ἐθέλει] Sic ΓBEHr𝔟 Florr. a. c. i. ϑ. et Vindd. 1. 6. pro eo quod libri reliqui Mss. et edd. habent με θέλει. *Hermog.* de form. orat. II. p. 234. h. l. laudans scribit οὐδὲν ἐθέλει με, in seqq. vero οὐδέν με ἐθέλει. Proxime Γ et T a corr. m. οἷα pro οἱ δ'. — ἄνθρωποι] Praeclare hic Socrates monstrosis illis et immanibus naturis, quas, ut mitigentur quasi, loci amoenissimi iocosa excipit descriptio, suum humanitatis studium opponit. — Proxime pro σύ Clark. ΔΛΠΣBGr𝔟 T a pr. Florr. a. c. g. i. ϑ. et Vindd. 1. 6. α. habent οὐ, C σύ superscr. γε; pro δοκεῖς Clark. ΔΠ G Flor. g. et pr. D T δοκεῖ. Vind. 7. σὺ δέ μοι δοκεῖ τῆς ἐ. ἐ. Mox ἐμῆς abest a Clark. ΔΠ G T Florr. ϑ. g. Vindd. 3. 4. α. et pr. D. — ἤ τινα καρπόν] Φ καρπόν τινα. Mox προσείοντες, quod *Casaubonus* iam ad Athenaeum I, 45. p. 190. Schweigh. (προσείων, καθάπερ οἱ τὰ ἄλογα τῶν ζώων τοῖς θαλλοῖς ἄγοντες, τοὺς τοιούτους καρπούς) reponi iusserat, servarunt Pal. Vat. 𝔟 et Vind. 4.; ceteri προσίοντες vel προσιόντες (ut edd.), C m g προτείνοντες κάλλιον. Θαλλὸν προσείειν est: „*viridem fruticem pecori ostentare et subinde quatere*, *ut gregem ad*

sequendum prolicias et quocunque velis ducas." *Ruhnk.* ad Tim. p. 136., ubi eruditissime hunc verbi usum explanatum multisque illustratum exemplis reperies. *Stephanus* in marg. coniiciebat προϊέντες addens „sed et οἱ scripserim." Recte annotat *Heindorfius* verborum esse traiectionem quandam, quippe sic ordinandorum: ὥσπερ γὰρ οἱ θαλλὸν ἤ τινα καρπὸν προσείοντες τὰ πεινῶντα θρέμματα ἄγουσι. Plena oratio esset: ὥσπερ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα ἄγοντες θαλλὸν ἤ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσιν, ut graeco more οἱ ἄγοντες προσείοντες ἄγουσι contractum sit in: οἱ προσείοντες ἄγουσι (v. *Hermann.* ad Viger. p. 892. ed. III.). Οἱ — προσείοντες — ἄγουσι est nostrum: *so wie man — leitet, indem man — vorhält* (Phaedon. 61. A: ὥσπερ οἱ τοῖς θέουσι διακελευόμενοι al.), vid. ad Protag. Annot. p. 71 sq. — ἐν βιβλίοις] Florr. a. c. Vind. 4. ἐν βίβλοις. — φαίνει] Sic pro φαίνῃ Clark D G N Vind. 7. Florr. g. h. et Mon. —

περιάξειν] Δ περιάξια, Ξ ἂπ περιάξειν. Mox ὅπῃ Γ Δ E Ξ Σ Fr. pr. D. Vind. 6. Florr. b. g. h. i. Deinde Pal. Vat. ϑ. Vindd. 3. 4. 7. α. Florr. b. g. i. h. et Mon. βούλει. — νῦν δ' οὖν] Clark. Δ Π Φ D F G N O T Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Mon. 11. 407. νῦν οὖν, quod Bekkerus, Stallbaum. et Buttmannus reposuerunt et nos quoque recepissimus, si apparatus Bekkeriani nobis copia fuisset utendi. — ἐγὼ μέν μοι δοκῶ] Ut graeci solent verbum ponere ita ut ad personam referatur (sic δῆλός εἰμι pro δῆλόν ἐστι, κινδυνεύω pro κιδυνεύει al. Quae contractio est verbi, quod neutraliter poni debebat, velut δῆλόν ἐστι, cum orationis sequentis subiecto. Vid. de hac contractione, quam volgo attractionem vocitant, quae posui ad Protagor. p. 97.), sic μοὶ δοκῶ adhibent pro μοὶ δοκεῖ, *mihi videtur*, i. e. *placet, lubet* (germ. est: *ich denke mich niederzulegen. Schleiermacherus* male reddidit: *werde ich mich wahrscheinlich hier niederlegen*). Saepenumero in verbis δοκῶ μοι, praesertim infinitivo futuri sequente, fortior affirmandi vis inest, ut Protag. 340. A: δοκῶ οὖν μοι ἐγὼ παρακαλεῖν σε (nos: *ich werde dich wohl zu Hülfe rufen*). Cratyl. 391. A: ἀλλὰ δοκῶ μοι ὧδε ἂν μᾶλλον πεισθήσεσθαί σοι (*aber ich werde dir wohl so eher beistimmen können, wenn* cet.) al. Pro κατακείσεσθαι libri praestantissimi Clark. Δ Π Σ D G T r Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Florr. g. h. ϑ. habent κατακεῖσθαι, quod quum de re iam constituta ac praesente agatur, recte Bekkerus et Stallbaumius alteri praetulerunt. Etenim δοκῶ non solum cum infinitivo futuri iungitur (v. exempla ab Heindorfio citata: *Aristoph.* Plut. 1187: αὐτός μοι δοκῶ — ἐνθάδ' αὐτοῦ καταμένειν. *Isocr.* ad Philipp. p. 189: ὀκνήσας εἰπεῖν,

ὃν ἤδη μοι δοκῶ δηλώσειν. Adde *Xenoph.* Cyrop. VII, 2. 28. Memor. II, 7. 11. *Lucian.* Pisc. §. 29. Dial. meretr. X. §. 4. al. Cf. *Brunck.* Suppl. ad Aristoph. Plut. v. 48. T. III. p. 194.), sed etiam cum infin. praeteriti, aoristi (Sophist. 258. E. Polit. 291. B. Conv. 186. A. Euthyd. 288. C. al.) et praesentis, ut Sophist. 229. C. Cratyl. 398. C. 402. A. Conv. init. *Xenoph.* Cyrop. I, 6. 20. III, 1. 28. V, 1. 20. *Lucian.* Paras. §. 25. p. 242. §. 45. p. 249. §. 46. p. 250. alia fere innumerab. — Proxime Coisl. τοῦϑ' pro τοῦτο, quod rite Bekkerus et Stallbaumius receperunt. —

Περὶ μ. τῶν ἐμ. πραγμ.] Part. *μέν* abest a N O Monacc. 11. 407. et Goth., post v. *πραγμάτων* posita reperitur in Coisl. De hac oratione *Taylorus* (Lys. vit. T. VI. p. 155. Reisk.) hoc fecit iudicium: „Ad sophistam Lysiam ea omnia pertinent quae sub Lysiae Ἐρωτικῶν nomine laudantur a vetustis scriptoribus, cuiusmodi sunt epistolae, quae olim circumferebantur, maxime autem oratio illa ἐρωτική, quae integra conservatur in Platonis Phaedro. Quam si quis arbitratur proficisci posse ex eadem manu, qua profectae sint orationes, eum non κρίσει aut acumine, sed omnibus potius sensibus orbum esse iudico.“ Quem satis superque refutavit cl. *Haenisch.* Comment. supra iam laudato. Cf. etiam *Lentz.* Animadvers. l. l. p. 301. Ceterum ipsum iam hoc exordium totius orationis declarat indolem, quippe quae, ad sophisticae eloquentiae naturam ac formam composita, in specie versetur inani, non in veritate. Ipsa oratio videtur tantum iusta oratio esse, quum sermonis continuati formam prae se ferat. Etenim verba *ἐπίστασαι* et *ἀκήκοας* amatorem indicant cum puero iam colloquutum esse eique rerum suarum rationem aperuisse, consilium ac propositum suum declarasse et quae alia sunt generis eiusdem; eaque significantur verbis illis infinitis *τῶν ἐμῶν πραγμάτων.* Neque tamen statuendum est sermonem revera esse praegressum qui hac oratione continuetur sed hoc fingitur tantum ab oratore qui speciem sectans simulationi ac dissimulationi totum se dedit. Hac vero inani specie cl. *Heusdius* Init. philos. Plat. I. p. 101. se induci passus est ut existimaret „non *orationem* Lysiae in amorem, sed *dialogum* a Platone significari.“ Quid? quod *Leon. Spengelius* (Artt. scriptt. Monach. 1828.) p. 126 sq. *epistolam* existimavit esse „pulchre ornateque conscriptam ut ideo iustae fere contineat orationis speciem?“ P. 129: „Platonem Lysiae epistolam in iustam mutasse orationem (sic!) ideoque easdem Lysiae res et sententias *alia collocare ratione*, quippe qui alio uteretur scribendi genere, coactum fuisse invenies.“ Quae hercle portenta mihi vi-

dentur. Oratio est amatoria et non amatoria; amatoria est, quoniam orator puerum ipsa amoris dissimulatione capere studet finemque sectatur qui amatori propositus est, non amatoria, quia orator amorem dissimulat pueroque persuadere studet non amanti potius gratificandum est quam amanti. Ipsum quoque exordium est exordium et non exordium, propterea quod orationem incipit quidem, sed non ita, ut, quod in exordio fieri oportet (237. B.), exponat quae res agatur eiusque vim ac naturam explicet; quin rerum tractandarum ordo ita invertitur, ut exordium orationis finis videatur esse (p. 264. A: *οὐδὲ ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ' ἀπὸ τελευτῆς ἐξ ὑπτίας ἀνάπαλιν διανεῖν ἐπιχειρεῖ τὸν λόγον, καὶ ἄρχεται ἀφ' ὧν πεπαυμένος ἂν ἤδη ὁ ἐραστὴς λέγοι πρὸς τὰ παιδικά.* Cf. seqq.). Hanc autem orationis Lysianae indolem si perpenderis, facile tibi persuadebis non urgenda esse verba ita ut, quid orator significare voluerit, sedulo explores ac definias, sed in hoc quoque inanem illam cui se addixerit orator cerni speciem quod saepenumero verba fundat quae certi quid ac definiti indicare videantur, nihil vero indicent ac definiant; quocirca orator ipse secum quasi ludit, quum oratorem agat, id est, verba faciat, nihil tamen agat, h. e., verba fere inania fundat. Quapropter Socratem facit Plato p. 264. B. dicentem: *ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔδοξεν — οὐκ ἀγεννῶς τὸ ἐπιὸν εἰρῆσθαι τῷ γράφοντι.* Prima igitur statim verba *περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πραγμάτων* nolim cum cl. *Haenischio* tam accurate definiri ut sensum eis subiiciamus: *quam ergo vitae rationem sequar et quid a te petam, iam cognovisti*; potius infinitum est verbum *πρᾶγμα*, quod et res, conditionem, propositum hominis et hominem ipsum (vid. ad Protag. p. 31. Sic etiam *τὸ ἐμόν* et *τὰ ἐμά* pro ipso homine poni constat, v. *Matth.* Gramm. gr. p. 865.) potest designare. — *τούτων γενομένων*] Clark. ΔΠDGNOT Florr. g. h. ϑ. et Monacc. 11. 407. *γενομένων τούτων* (Σ Flor. b. et Goth. *γινομένων τούτων*), quod tot tantisque confirmatum auctoritatibus recte Bekker., Stallbaum. et Haenisch. reposuerunt. — *ἀξιῶ*] *dignum s. aequum iudico*, h. e., *confido* (proprie: existimo, quod par est me existimare s. quod iure possum existimare), germ. *ich erwarte*, ut bene vertit *Haenischius* laudans *Lys.* orat. funebr. p. 19. Tauchn. Adv. Sim. p. 34. Defens. sacril. p. 67.

ἐραστὴς ὢν σου] Pron. *σου* om. Ambros. r Vindd. 231
6. 7. et Raudn.; *ἐραστὴς σοῦ ὢν* Flor. g. Mox Ald. Bas. 1. et 2. *μεταμέλοι*. — *ἐκείνοις — τοῖς δέ*] Quid significare voluerit orator non potest obscurum esse, neque haec res in tenebris iacere nobis visa est, quod *Haeniscbius* existimat, sed

notare tantum voluimus expositionis, quae revera nulla est expositio, perversitatem, siquidem orator ἐκείνοις μέν (quo amator designatur, ut e verbis appositis patet) et τοῖς δέ posuit, ac si in praegressis de amantibus et amore vacuis diversaque eorum ratione iam egisset. De plur. ἐκείνοις singulari ἐραστής praegresso vid. ad Protag. p. 75. 92. 172. — τῆς ἐπιθυμίας] Verba ἐπιθυμία et ἐπιθυμεῖν in amore posita bene illustravit *Haenisch.* locis Lysiae Defens. adv. Simon. p. 39: ὡς ἄρ' ἐγὼ διὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἠναγκαζόμην ἀνοητότερόν τι ποιεῖν τῶν εἰκότων. p. 34: ὅτι ἐπιθυμῆσαι μὲν ἅπασιν ἀνθρώποις ἔνεστιν. ib. ἐπεθυμήσαμεν — Πλαταϊκοῦ μειρακίου. p. 41. ὅταν ἐρῶσι καὶ ἀποστερῶνται ὧν ἐπιθυμοῦσι. — ὑπ' ἀνάγκης] ἀνάγκη, necessitas, est appetitio naturalis, libido eaque immoderata. Lys. p. 229. Reisk. ὑπὸ δαιμονίου τινὸς ἀγόμενος ἀνάγκης. Cf. infra p. 240. C. 241. B. Polit. V. 458. D: ὁμοῦ δὲ ἀναμεμιγμένων καὶ ἐν γυμνασίοις καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ τροφῇ ὑπ' ἀνάγκης, οἶμαι, τῆς ἐμφύτου ἄξονται πρὸς τὴν ἀλλήλων μῖξιν. Haenischius laudat *Aristoph.* Eccles. 966:

> *Μέθες, ἱκνοῦμαί σ', Ἔρως, καὶ ποίησον τήνδ' ἐς εὐνὴν*
> *Τὴν ἐμὴν ἱκέσθαι.*
> *Καὶ ταῦτα μέν μοι μετρίως*
> *Πρὸς τὴν ἐμὴν ἀνάγκην εἰρημέν' ἐστί.*

Saepius quoque ἐρωτική (Polit. V. l. l. οὐ γεωμετρικαῖς γε — ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις, αἳ κινδυνεύουσιν ἐκείνων δριμύτεραι εἶναι πρὸς τὸ πείθειν τε καὶ ἕλκειν τὸν πολὺν λεών) etiam ἔρωτος et Κύπριδος apponitur (v. *Paul. Silent.* Epigr. VII, 5. Anthol. gr. T. III. p. 43. *Plutarch.* π. παραλλ. Ἑλλην. κ. Ῥωμ. T. II. p. 310. F. *Theodor.* in Stob. Serm. LXII. p. 404. *Nonn.* Dion. XLII. 1092. al.). — ὡς ἂν ἄριστα κλ.] Vind. 6. ὡς ἂν ἄρ. ἔχοντες, *Δ* ἑκὼν τις ὡς ἂν ἄρ., ἔχοντες ὡς ἄρ. Proxime Vind. 6. βουλεύσωνται, C βουλεύσαιντο, superscr. ωνται. Ceterum ὡς ἄν est *hactenus* s. *ita ut;* vid. supra notat. ad p. 130. — πρὸς τὴν δύναμιν τ. αὐτ.] *pro facultate sua,* vid. *Duker.* ad Thucyd. VI, 31. et *Fischer.* ad Weller. III, 2. p. 261. Alterum τήν om. *Π* N O Monacc. 11. 407. et Goth. Mox Clark. Florr. g. h. ϑ. Goth. Raudn. et Ald. Bas. 1. 2. αὐτῶν — ἔτι δέ] Perversum harum partt. usum, quae praeterea tam crebro adhibentur in hac oratione (ut infra B. 232. A. 233. D. al.), recte notavit *Haenischius,* addens etiam in reliquis Lysiae orationibus huiusmodi exempla reperiri, v. c. Accus. Agorat. p. 139. Acc. Nicomach. p. 253. Etenim novi quid sequuturum esse indicare videntur particulae, id vero quod sequitur nihil est aliud nisi praecedentium repetitio, explicatio vel amplifica-

tio. Quocirca etiam in particularum usu inanem orator sectatur speciem. Ceterum Flor. g. ἔτι, οἱ μέν.

P. 134. διέθεντο] N Mon. 11. et Goth. διέθετο. Proxime Florr. g. h. ϑ. Monacc. 11. 407. Goth. Raudn. et Bas. 1. 2. αὑτῶν. Haenischius affert quoque Clark., sed αὐτῶν ap. Bekk. p. 16. spectat ad priora illa τὴν αὑτῶν, ubi Clark. scribit τὴν αὐτῶν, v. *Gaisf.* Lectt. Plat. p. 98. Mox Σ et Vind. 4. καὶ ὃν δὲ εἶχ.

πάλαι] C F T πάλιν. Proxime Δ τῆς ἐρωμένης. — διὰ τοῦτο] *Haenischius* accipit: *per amorem non licet*, i. e. *propterea quod non amant*, *non licet*; ita autem verba sic, ni fallor, collocari debuerunt: τοῖς δὲ μὴ ἐρῶσι διὰ τοῦτο (int. τὸ μὴ ἐρᾶν s. ὅτι οὐκ ἐρῶσιν) οὔτε τὴν τῶν οἰκείων ἀμέλειαν ἔστι προφασίζεσθαι οὔτε τοὺς — πόνους ὑπολογίζεσθαι; nunc autem διὰ τοῦτο artificiose videtur verbis τὴν τ. οἰκ. ἀμέλειαν subiectum esse, ut sit id fere quod: τὴν τῶν οἰκείων ἀμέλειαν, ἣν οἱ ἐρῶντες διὰ τοῦτο (h. e., διὰ τὸ ἐρᾶν s. τὸν ἔρωτα) προφασίζονται: *quam amantes praetendunt et ipsi quoque* (οἱ μὴ ἐρῶντες) *praetenturi essent, si amarent.* Sic infra quoque διὰ τοῦτο, int. τὸ ἐρᾶν, positum est praecedente τοῖς μὴ ἐρῶσιν p. 234. B: τοῖς δὲ μὴ ἐρῶσιν οὐδεὶς πώποτε τῶν οἰκείων ἐμέμψατο, ὡς διὰ τοῦτο κακῶς βουλευομένοις περὶ ἑαυτῶν. Ceterum putide, sed more oratorum illorum a sophistis profecto in fine positi sunt infinitivi προφασίζεσθαι, ὑπολογίζεσθαι et αἰτιάσασθαι, ut orationis membra similiter desinant. — τὰς πρ. τ. προσήκοντας] Vind. 1. τά. Mon. et Goth. τὰς πρὸς τάς. — οὐδὲν — ἀλλ' ἤ] *nihil nisi* s. *praeterquam*, i. q. οὐδὲν ἄλλο ἤ, vid. ad Protag. p. 102. Proxime G πράξοντες, Σ πλέξαντες. — ἔτι δὲ εἰ] Coniunctio εἰ abest a G; idem mox τοῦ ἐρῶντος. B

μάλιστά φασι φιλεῖν] significare non potest, ut *Heindorfius* putabat: *quod hos potissimum vulgo dicunt amare*, addens: „ad φασί intelligi οἱ πολλοί, homines;" cui adversantur seqq. καὶ ἕτοιμοί εἰσι, sed φασί refertur ad τοὺς ἐρῶντας et τούτους cohaeret cum ὧν ἂν ἐρῶσι. In hanc vero partem Schleiermacherus quoque et Haenischius verba acceperunt. Sensus est: amatores ipsi quidem se maxime hos profitentur diligere quos ament, omnique modo his gratificantur; sed instabilis est hic eorum amor, propterea quod, quos postea amant, pluris aestimant quam priores hasque delicias, si illis videatur, etiam male tractant. Corrigenda est igitur interpretatio nostra latina sic: *quod hos maxime se profitentur diligere quos ament, paratique sunt* cet. Ceterum G a rc. m. ἂν μὴ ἐρῶσι. Proxime v. καὶ ἕτοιμοί εἰσι desunt in Δ G T et a pr. in Clark. C

Π. Mox καὶ ἐκ τῶν ἔργων omitt. *Δ*. Flor. i. et pr. F., H καὶ ἐκ τῶν ἄλλων, omiss. τοῖς ἄλλοις. — εἰ ἀληθῆ λέγουσιν] *facile est intelligere, si verum dicunt*, h. e., *facile perspicitur eos, si verum est quod dicunt* (int. se maxime colere hos quos ament), *quos amaverint et amare iam desiverint, hos novis deliciis postposituros atque etiam, si his visum fuerit, male tractaturos esse.* Similiter *Haenischius* interpretatur: *facile intelligitur, siquidem verum est quod dicunt, fore ut.* Quamquam nihil vetamur hunc locum sic quoque intelligere: facile est ad cognoscendum an verum sit quod dicant (pro: falso illos hoc profiteri), quoniam, quos postea amant, hos ipsis praeferunt, atque adeo, si illis visum fuerit, ipsos male tractant. Quam rationem si sequimur (eamque sequutus est *Schleiermacherus*, licet improbaverit *Haenischius*), αὐτῶν et τούτους argute positum est in his quos amatores nunc colunt et in posterum quoque diligere deberent, si stabilis eorum esset amor, ἐκείνους vero et ἐκείνοις in eis quos postero tempore amant. Atque haec ambigua loci interpretatio forsitan magis fuerit ex oratoris mente ac sententia. Ceterum ἐκ τῶν λόγων καὶ ἐκ τῶν ἔργων posita sunt addito articulo, quia gravior in eis vis inest, quam in vulgari illo λόγῳ et ἔργῳ inesse solet; est enim: *his quae vel dicunt vel agunt* s. *quaque et oratione et actione.* Florr. g. h. ϑ. Vind. 4. (in marg. a sec. manu additum ὅτι ὅσων) ὅπι ὁπόσον, *Σ* ὁπόσων et a corr. m. *Π*DT Clark. Vindd. 3. 7. α. Monacc. 11. 407. et Goth. ὁπόσον, *Δ* G N O et a pr. m. *Π*DF ὅτι ὅσον, nonnulli pro ὅτι habent ἔτι. Proxime pro αὐτῶν DEN Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Goth. αὐτούς (in hoc a m. sec. ου in ω mutatum). Monacc. 11. 407. αὐτοῖς. Mox Vind. 3. ποιήσωνται, superscr. ο; idem comparet in Flor. g. Vind. 4. 7. α. (Haenisch. praeterea affert Bas. 1.; hic tamen liber dat ποιήσονται). In Mon. 407. ποιήσαται. Goth. ποιήσατε, superscr. a m. sec. ουσι. Ceterum περὶ πλείονος ποιήσονται frigida est hic, ubi aliud idque gravius verbum exspectabas, praegressi περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι repetitio. — ἐκείνοις] Mon. 11. ἐκείνης. Proxime Goth. et Bas. 1. 2. δοκεῖ. Mon. 11. δεχῇ. — τούτους] N. Florr. g. h. Vind. 4. Monacc. 11. 407. et Goth. τούτοις. Proxime *Π*TD a pr. m. Vind. α. et Flor. g. ποιήσωσι. Mon. 11. ποιήσατε. — καίτοι] Particula haec, Latin. *quamquam*, ea quae sequuntur indicat cohaerere cum praegressis; at vero nulla hic est coniunctio, sed videtur tantummodo esse; qua quidem inani specie, ut saepenumero iam significavimus, oratoris ars luxuriat. Dicere voluit orator: *et in universum qui decet amorem profundere hominique proiicere in-*

sano? More suo voces adhibuit infinitas πρᾶγμα et συμφοράν, illo tecte gratiam significans quam puer amatori gratificetur (ut cum *Sallustio* loquar), dum iuventutis florem ei tradat (vid. *Xenoph*. Memor. Socr. I, 6. 13.), hoc amorem designans amatoris tamquam animi morbum vel insaniam, ut *Lys*. orat. p. 137. Reisk. Et opposita inter se sunt τοιοῦτον πρᾶγμα et τοιαύτην συμφοράν. Ita accipienda esse verba τοιοῦτον πρᾶγμα προέσθαι docent infra posita p. 232. B: προειμένου σοῦ ἃ περὶ πλείστου ποιεῖ. *Haenischius* vero, qui propter part. καίτοι haec cum proxime antecedentibus cohaerere existimabat, verba τοιοῦτον πρᾶγμα de eo intelligi volebat, „utrum amatores alios aliquando pueros maiore benevolentia prosequuturi, an in fide perseveraturi sint. Haec res tam gravis, inquit orator, non relinquenda est eorum arbitrio, qui ipsi profitentur insanabili se quodam morbo teneri." Equidem assentiri non possum. Pro ἔχοντι Ξ a pr. m. ἔχον, Σ Flor. g. Vind. 4. ἔχον τήν, G. ἔχοντι τήν.

ἀποτρέπειν] N ἀποτέρπειν, H. Vind. 4. et a corr. m. Flor. b. Cr. ἐπιτρέπειν. Ficinus quoque: *quam nunquam expertus quisquam concesserit*. Quod *Stephanus* rite improbans Annotatt. p. 60. sic hunc locum interpretatur: „*Quomodo autem rationi consentaneum fuerit talem rem arbitrio eius permittere qui tali premitur calamitate ut ne conaturus quidem sit eam propulsare* (vel depellere) *quicumque eam est expertus*, vel, *cuicumque perspecta est atque explorata*. Eum autem ideo minime id esse conaturum, quoniam operam se perditurum esse sciret, apparet ex iis quae proxime sequuntur." — αὑτῶν κρατεῖν] Florr. g. i. Mon. Goth. et Raudn. αὐτῶν. — εὖ φρον.] εὖ om. NO Monacc. et Goth.; in Mon. 11. φρονήσαντες et ταῦτα nulla distincta sunt interpunctione, in Mon. 407. in marg. πῶς ἂν φρονήσαντι ταῦτα. — ἡγήσαιντο] Sic Clark. Γ Δ Π Σ Φ D G T Florr. g. h. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 7. α. Mon. 407. Raudn. et a corr. m. C. Cl. *Hasius* in Not. et Extr. des Manuscr. de la Bibl. impér. T. IX. P. II. p. 242. „codd. nostri paene cuncti ἡγήσαιντο." Quod reposuerunt Bekk., Stallb., Haenisch. et Buttm. Δ ἡγήσονται (quod *Dissenius* Disquis. Phil. I. p. 11. legi iubebat, merito improbante *Reisigio* in Comment. de vi et usu ἄν part. p. 100 sq.). NO Goth. ἡγήσαντο, Ald. Bas. 1. 2. Steph. al. ἡγήσωνται. Proxime οὕτω exstat in F mg., r a rec. m. οὑτωσί, C οὗτοι superscr. οὑτωσί. Libri edd. cum Monacc. οὗτοι. Ficinus vertit ac si legisset: οἱ οὕτω διακείμενοι: *quonam pacto eorum, qui sic affecti sunt, consilia voluntatesque probabunt?* Articulum ferri non posse, nisi etiam adiiciatur ad εὖ φρονήσαντες *Haenischius* D

arbitratur. Quod viro docto assentiri non possum; etenim articulo ad v. *οὕτω διακείμενοι* apposito oratio generalis quasi sententiae induit formam: *amantes ita statuunt non solum de semet ipsis, sed de omnibus qui hac flagrant cupiditate*; hinc praesens *βούλονται* (*qui hoc appetunt*) sequitur; et argute οἱ *οὕτω διακείμενοι* positum esset, quasi non ipsi qui cupiditate flagrassent, sed alii adhuc insanientes significarentur; quippe ipsi, qui cupiditate flagrarunt, quum ad sanitatem se converterunt, alii et a semet ipsis diversi exsistunt. Quocirca *εὖ φρονήσαντες* et *οἱ οὕτω διακείμενοι* diversi quasi homines essent, illi ad sanitatem reversi, hi cupiditate adhuc ardentes; et *εὖ φρονήσαντες* essent ipsi de quibus ageretur (quocirca articulus recte abesset), contra *οἱ οὕτω διακείμενοι* in universum qui hac flagrarent cupiditate. Quamquam in vulgata satius sit acquiescere. — Deinde libri omnes *βούλονται*, in quo stare debemus. *Stephanus* corrigebat *οὕτω διακ. βουλεύονται* (probante Lentzio p. 303.): „Ego — non de aliis, sed de iisdem dici haec puto *πῶς ἂν εὖ φρονήσαντες* cet. ac, postquam dixit, illos qui amore tenentur, fateri se insana potius quam sana mente esse scireque se desipere, sed sui impotentes esse minimeque se continere posse, addit: Si igitur postea contingat ut hi ipsi sapiant, quomodo fieri poterit ut recta esse illa censeant de quibus consilium inierint dum ita affecti essent? Hunc esse germanum loci huius sensum arbitror, vel potius affirmo." *Heindorfius*: „qui tamen (Stephanus) reponens *περὶ ὧν οὕτω διακ. βουλεύονται* praegressum illud *εὖ φρονήσαντες*, *postquam resipuerunt*, non respexit. Igitur reposui *βεβούλευνται*." „Quod nemo probabit" recte iudicat *Haenischius*. Idem vir doctissimus haec dicta esse censet pro: *περὶ ὧν οὕτω διάκεινται καὶ ἃ οὕτω διακείμενοι βούλονται* (quod vereor ut cuiquam probari possit), aut *περὶ ὧν* ad verbum *βούλονται* solum referri, ut *περί* cum genitivo pro simplici accusativo positum sit. Hoc verum iudico. Ita, quos ipse locos affert, *Lys.* Acc. Agor. p. 137: *οὐ προςήκει περὶ τούτων ἀποδέχεσθαι* pro: *ταῦτα ἀποδέχεσθαι*. Accus. Alcib. p. 141: *περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων Ἀρχεστρατίδης ἱκανῶς κατηγόρησε*, pro: *τὰ μὲν οὖν ἄλλα*; in purg. sacril. in ol. 5. sacr. incus. p. 69: *περὶ ὧν αὐτοὶ σύνιστε ταῦτ'* — pro: *ἃ αὐτοὶ σύνιστε*. Adde Plat. Phaedr. 277. A: *ὧν δὴ πέρι βουληθέντες ἰδεῖν ἀφικόμεθα εἰς τόδε*. 277. E: *τὸ γὰρ ἀγνοεῖν ὕπαρ τε καὶ ὄναρ δικαίων τε καὶ ἀδίκων πέρι καὶ κακῶν καὶ ἀγαθῶν*. Gorg. 464. D: *πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρηστῶν σιτίων καὶ πονηρῶν*. 472. C: *περὶ ὧν εἰδέναι τε κάλλιστον μὴ εἰδέναι τε αἴσχιστον*. 495. E: *ἀνάγκη περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὥςπερ περὶ ὑγιείας ἔχει καὶ νόσου*. 512. E:

ἀλλ' ἐπιτρέψαντα περὶ τούτων τῷ θεῷ. Tim. 27. A: περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι. al. innum. Praeterea adverti oportet, βούλεσθαι graviorem h. l. habere significationem, ut sit i. q. *expetere* vel *appetere* (sic v. c. Legg. V. 733. B: λύπην δὲ οὐθ' αἱρούμεθα οὔτε βουλόμεθα, v. seqq.). Sensus est igitur hic: quomodo, quum ad suam mentem redierint, probare poterunt hoc quod insana flagrantes cupiditate appetiverint (int. fructus voluptatis s. libidinis; hos enim callidus orator tecte significat). Ac recte habet praesens βούλονται, quod significat hoc illos improbaturos esse et in se et in aliis; quocirca verba περὶ ὧν οὕτω διακείμενοι βούλονται sententiae generalis prae se ferunt speciem ut subiectum sit infinitum illud *man* (*was man in einer solchen Gemüthsbeschaffenheit begehrt*). Vid. ad Phaedr. p. 26. Quod si ita hunc locum acceperis, nihil, opinor, erit quod in eo offendas. — καὶ μὲν δή] *atque etiam*. Saepius has quoque adhibet particulas Lysias, quippe qui singulas quas profert sententias non ex altiore quodam unoque principio, tamquam e fonte, hauriat haustasque arte componat, sed alteram alteri agglutinet cunctasque coacervet. — ἐκ τῶν ἐρώντων] H ὁρώντων. Deinde ΔΕΝΟ et Goth. τὸ βέλτιστον. Mox Clark. Δ Flor. θ αἱροῖτο, ΠGT a corr. m. ut libri edd. Mon. 407. αἱροῖς. Quae sequuntur εἰ δ' ἐκ — πολλῶν Monacc. et Goth. post v. φιλίας habent. Praeterea Monacc. cum Raudn. scribunt εἰ δὲ ἐκ. — πλείων] ΣDNO Vindd. 3. 4. 7. α. Florr. g. h. Monacc. et Goth. πλέον, F πλεῖον.

ὄντα τυχεῖν] Flor. c. τὸν ἄξιον ὄντα τυχεῖν. — τὸν E νόμον τ. καθεστηκότα] F ἀνθεστηκότα, superscr. κα. Ceterum hic νόμος est, quem veteres dixerunt, ἄγραφος (Legg. VIII. 841. B: παρ' αὐτοῖς ἔστω νόμιμον, ἔθει καὶ ἀγράφῳ νομισθὲν νόμῳ. Ib. 838. A. VII. 793. A. Polit. VIII. 563. D. Politic. 295. E. 298. D. Cf. *Sophocl.* Antig. 450 sq. *Xenoph.* Memor. IV, 4. 19. *Artemidor.* Oneirocr. IV, 2. ubi v. Reiff. p. 442 sq. *Dio Chrysost.* Orat. LXXVI. p. 648. A.): lex non scripta, sed hominibus quasi innata, usu et consuetudine recepta, i. e., communis hominum sententia consuetaque opinio vel mos. Sic Gorg. 512. B: διὰ ταῦτα οὐ νόμος ἐστὶ σεμνύνεσθαι τὸν κυβερνήτην. al. Cf. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 35. et *Spalding.* ad Demosth. in Mid. p. 72. Sic in seqq. τὸ νομιζόμενον. Quamquam Lentzius l. l. p. 304. existimavit Lysiam legem scriptam (quam *Aeschines* affert in Timarch. p. 47. ed. Reisk. Cf. *S. Petit.* Legg. Attic. p. 572. Wessel.) ob oculos habuisse. — πυθομένων] ΦT Mon. 407. Goth., πειθομένων. Proxime in Vind. α. post δέδοικας subscriptum

est: ὅτι χαρίζῃ τοῖς μὴ ἐρῶσι; tum sequitur μὴ πυθομένων. Mox *Δ* C E F H Florr. a. b. c. i. Mon. 407. γενήσεται. Proxime Mon. 407. ὁρῶντας. Quod sequitur οὕτως ad praecedens πυθομένων τῶν ἀνθρώπων, quam ad sequens ὥςπερ, referri malebat *Haenischius* interpretans: *tum demum, cum omnes homines illam consuetudinem cognoverint, sperantes fore, ut ab aliis quoque beati praedicentur, sicuti se ipsi beatos praedicent.* Attamen hoc *quum homines compererint* per se latet in ὑπὸ τῶν ἄλλων; reliqui enim beatos praedicare non possunt amatores, nisi compererint illos quod concupivissent assequutos esse. Quocirca οὕτως rectius refertur ad seq. ὥςπερ: *ceteris non minus pro felicibus ipsos habituros esse, quam se ipsi habeant.* Male vertit Ficinus: *qui ita se amandos censent, ut ipsi alios amant.* Itaque interpretatio nostra sic corrigenda est: *amantes quidem, qui nihilo minus se arbitrentur a ceteris pro felicibus habitum iri, quam se ipsi habeant* cet.

ζηλοῦσθαι] ζηλοῦν, proprie *invidere* (h. e., nimis intueri fortunam alterius, *Cicer.* Tusc. III, 9.), est *beatum praedicare* vel *habere*, ut 233. B: ὥςτε πολὺ μᾶλλον ἐλεεῖν τοὺς ἐρωμένους ἢ ζηλοῦν αὐτοὺς προςήκει. Gorg. 468. E: οὐδὲ ζηλοῖς ὅταν ἴδῃς τινὰ ἢ ἀποκτείναντα ὃν ἔδοξεν αὐτῷ cet. 522. B. Conv. 209. D. Polit. VII. 516. D. VIII. 553. A. Ion. 530. B. C. Cf. *Valcken.* ad Thom. Mag. in Ruhnk. al. epist. p. 162. — Ceterum καί om. Σ. Proxime *Φ* πολλῶν superscr. ἄλλ, πολλῶν r et Raudn. Mox Ξ et Vind. 4. ἑαυτῶν, Flor. h. ὑφ᾽ ὧ, in marg. ab alia m. γρ αι ὑφ᾽ αὐτῶν. — ἐπαρθῆναι — λέγειν] Libri plurimi tam scripti quam editi habent ἐπαρθῆναι τῷ λέγειν, quod sensui adversatur; esset enim *efferri dicto* s. *oratione*, quum sensus postulet: ut (int. quod putant a ceteris se non minus beatos iudicatum iri quam se ipsi iudicent) *incitari* s. *impelli ut dicant* cet. Etenim ἐπαίρεσθαι cum dativo est *aliqua re efferri ac superbire*, ut Polit. IV. 434. A: ἐπαιρόμενος ἢ πλούτῳ ἢ πλήθει ἢ ἰσχύϊ ἢ ἄλλῳ τῳ τοιούτῳ. X, 608. B: ὥςτε οὔτε τιμῇ ἐπαρθέντα οὔτε χρήμασιν οὔτε ἀρχῇ οὐδεμιᾷ οὐδέ γε ποιητικῇ ἄξιον ἀμελῆσαι δικαιοσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς. Leg. IV. 716. A: ἢ χρήμασιν ἐπαιρόμενος ἢ τιμαῖς ἢ καὶ σώματος εὐμορφίᾳ. Cf. *Wetsten.* ad 2. Corinth. 11, 20. Contra ἐπαίρεσθαι cum simplici infinitivo est *incitari* s. *impelli ut.* — Sic Politic. III. 416. C: κακουργεῖν τε μὴ ἐπαρεῖ (corr. ἐπαροῖ) περὶ τοὺς ἄλλους πολίτας. Hipp. min. 373. A: σὺ γάρ με ἐπῆρας Ἱππία διαλέγεσθαι. *Aristoph.* Nub. 42: ἥτις με γῆμαι ἐπῆρε τὴν σὴν μητέρα. *Thucyd.* 1, 25: ναυτικῷ δὲ καὶ πολὺ προέχειν ἔστιν ὅτε ἐπαιρόμενοι. *Xenoph.* Anab. V. 9. 21: τὰ μὲν δὴ

τοιαῦτα ἐνθυμήματα ἐπῆρεν αὐτὸν ἐπιθυμεῖν αὐτοκράτορα γενέσθαι ἄρχοντα. VII, 7. 25: ἐπῆρας τοσούτους ἀνθρώπους συστρατεύσασθαί τε καὶ συγκατεργάσασθαί σοι ἀρχήν. *Lysias* p. 585. T. V. Reisk. (p. 161. Tauchn.): τίς οὐκ ἂν ἐπαρθείη πράττειν καὶ λέγειν ὑπὲρ τῆς πόλεως; *Isocrat.* Bus. p. 230. Cor.: εἴ τις τῶν σοι συνόντων ἐπαρθείη ποιεῖν, ἃ σὺ τυγχάνεις εὐλογῶν. *Demosth.* T. II. p. 1403: διὸ δὴ καὶ μᾶλλον ἐπήρθην τοῦτον γράψαι τὸν λόγον. Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 119., qui citavit *Küster.* ad Aristoph. Nub. 42. Adde *Boissonad.* ad Philostrat. p. 347. Itaque perspicitur τῷ locum habere non posse, licet *Schleiermacherus* τῷ expresserit vertens: *sich brüsten werden mit erzählen.* Illud τῷ a grammaticis mihi videtur profectum esse qui verbum ἐπαρθῆναι vi superbiendi capientes dativum putassent restituendum esse. Libri *Π* D N pr. T Monacc. et Goth. habent τό, quod e τῷ natum esse liquet, quamquam *Buttmannus* τὸ λέγειν („abundante articulo, ut in illo *Sophocl.* Ai. 1143: ναύτας ἐφορμήσαντα χειμῶνος τὸ πλεῖν") pro vera habet scriptura. Flor. h. in marg. dat ἐπαρθῆναί τε, quod receperunt *Stallbaumius* et *Haenischius*; sed haec scriptura nescio quomodo mihi displicet, licet Stallbaumius glorietur: „Persanavi tandem locum varie tentatum, adhibita medicina quam obtulit Flor. h., qui in marg. liquido scriptum exhibet: ἐπαρθῆναί τε λέγειν." At vide ne et τό et τε nihil aliud sint nisi varietates scripturae τῷ, quae plurimos occupavit libros. *Heindorfius* corrigebat τούτῳ: *verisimile est, eos illa opinione incitari ut dicant atque adeo ambitiose se iactent apud omnes, non irritos labores suos fuisse.* Valde autem langueret τούτῳ, quum proxime praecesserit οἰομένους, quo referretur τούτῳ; nec minus friget quod *Boeckhius* Ephem. litt. Ien. 1808. n. 177. p. 185. reponi iubebat τοῦτο. *Haenischium* autem miror in Comment. de auctore orat. p. 34 scribentem: „Postremum — rideas, quem ad modum p. 232. a. ἐπαρθῆναι τῷ λέγειν et in orat. κατὰ Φίλωνος p. 870. τῷ δύνασθαι — ἐπαρθείς sit usurpatum; utroque loco est, *spem repositam habere in aliqua re.*" Sane ἐπαίρεσθαί τινι, proprie efferri, esse quoque potest *confidere aliqua* re, iactationis cuiusdam adiuncta notione; hoc autem a nostro loco abhorret. Omnes vero in se habet veritatis numeros id quod Venet. Σ., qui librorum est praestantissimorum, suppeditat: ἐπαρθῆναι καὶ λέγειν καὶ φιλοτ. ἐπιδείκνυσθαι πρὸς ἅπαντας; quod quidem, si mihi apparatu Bekkeriano iam tum uti licuisset quum Platonis opp. T. I. ederem, non dubitassem restituere. — φιλοτιμουμένους] Ξ a pr. m. φιλοτιμουμένη, Flor. θ φιλοτίμους. Proxime ἄλλως proprie est *aliter*

(int. atque putaras vel optaveras), i. e., *frustra*, germ. *umsonst*, quod ductum a voc. *sonst*, gr. ἄλλως. Vid. *D. Heins.* ad Hesiod. opp. 344. Pro οὐκ ἄλλως Clark. *Δ Π* N O Florr. g. h. ϑ. Mon. Goth. et pr. D T οὐ καλῶς, G corr. D., Vind. 4. et Monacc. οὐ κακῶς, (de qua frequentissima confusione vid. *Iacobs.* ad Callistrat. p. 726.), H οὐ μάτην. Οὐκ ἄλλως, quod libri edd. habent, exstat in Σ a corr. m. — κρείττους] Verba κρείττους — ἐρῶντας om. Mon. 407. et Goth.; Raudn. Stob. Ald. Bas. 1. 2. Steph. Bip. al. αὑτῶν. Ceterum κρείττους αὑτῶν est: *sibi temperantes*, *cupiditatem coërcentes*, et in univ. *prudentes ac moderatos*, i. q. p. 256. B: ἐγκρατεῖς αὑτῶν καὶ κόσμιοι ὄντες. Gorg. 491. D: σώφρονα ὄντα καὶ ἐγκρατῆ αὐτὸν ἑαυτοῦ, τῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἄρχοντα τῶν ἐν ἑαυτῷ al. innum. Obscure autem, ut assolet, posuit κρείττους αὑτῶν et τὸ βέλτιστον; etenim ex sermonis usu οἱ κρείττονες αὑτῶν *sunt qui sibi temperant*, h. e., *qui non voluptatem sectantur*, sed *temperantiae et omnino virtuti adhaerescunt.* Polit. IV. 431. B: κρείττω γὰρ αὐτὴν αὑτῆς δικαίως φήσεις προσαγορεύεσθαι, εἴπερ, οὗ τὸ ἄμεινον τοῦ χείρονος ἄρχει, σῶφρον κλητέον καὶ κρεῖττον αὑτοῦ. Huic adiungitur τὸ βέλτιστον (ut Protag. 353. A: ὅ φασιν ὑπὸ τῶν ἡδονῶν ἡττᾶσθαι καὶ οὐ πράττειν διὰ ταῦτα τὰ βέλτιστα), quod, ut τὸ ἄριστον, bonum et honestum absoluta quadam ratione, i. e., modo virtutem in universum, modo temperantiam, prudentiam al., designat. Sic Gorg. 463. A: τοῦ ἡδέος στοχάζεται ἄνευ τοῦ βελτίστου. 501. B. Phaedon. 97. D. 98. B. 99. A. Polit. I. 339. D. 341. A. 345. C. D. al. Infra quoque Lysias 233. A: ἐκεῖνον μὲν γὰρ καὶ παρὰ τὸ βέλτιστον τά τε λεγόμενα καὶ τὰ πραττόμενα ἐπαινοῦσιν. Hac igitur voces quum in virtute, praecipue in temperantia, ponantur, orator videtur hoc voluisse dicere: *amore contra vacui*, *quippe qui sibi temperent et cupiditatem coërceant*, *virtutem vanae apud homines consequendae gloriae antepenunt*; hoc autem, quum amore vacui nulli alii sint Lysiae nisi amoris dissimulatores, videtur tantum dicere voluisse, reapse autem dicere volt, qui amorem dissimulent, hos prudenter eum ita occultaturos esse ut homines nihil omnino comperiant; quocirca non esse timendum ne de amore suo eiusque fructu apud alios sese iactent. Lysias igitur qui usquequaque tamquam pro luce umbram, ita pro veritate speciem captat, hoc quoque loco virtutis, praecipue temperantiae, nomine voluptatem clandestinumque amoris fructum obtegit. Quocirca τὸ βέλτιστον recte *Heindorfius* intellexit *clandestinum amoris fructum*, cui *Haenischius* obloquitur dicens hunc amatores

quoque auferre; at vero ex Lysiae sententia hoc ipsum differt inter amantes et amore vacuos, quod illi de hoc fructu apud alios se iactant, hi vero eum occultant; idque orator, qui hac fallacia puerum et decipere et capere volt, *τὸ βέλτιστον* vocat, quasi de temperantia, non de clandestino amoris fructu, loquatur; iccirco etiam non amantes dicit *κρείττους αὐτῶν*, non qui sibi temperent et amore abstineant, sed qui sibi temperent quominus amorem prodant, qui prudenter eum occultent. Atque his verbis se ipse quasi significavit orator, quippe qui amore dissimulando puerum capere eoque coram aliis occultando quo tectius, eo securius voluptate frui gestiverit. *Haenischius τὸ βέλτιστον* de solo silentio cepit interpretans: *qui non amant, eos sibi temperantes, quod utilissimum sit, sequi*, i. e., *in re turpi silentio malle uti quam vanam apud homines gloriam sibi parare.* Ceterum idem vir doctus male me accepit, quasi verbis *rebus suis potius consulunt* reddere voluissem graeca *κρείττους αὐτῶν ὄντας*; hoc tantum spectavi ut totius loci sensum adumbrarem. — *ἀντί*] Clark. *Δ Π* C D G N Vindd. 4. 7. *α*. Florr. g. h. *ϑ*. et pr. T *ἄν*, a *Σ* deest.— *τ. ἀνθρώπων*] G *τοὺς πολλούς*.

P. 136. *πολλούς*] Ficinus vertit *vulgus*, ut videri possit *τοὺς πολλούς* legisse, hoc tamen nihil opus est. Ceterum quum grammatica verborum consequentia haec fuisset: *ἔτι δὲ ἀνάγκη πολλοὺς πυθέσθαι καὶ ἰδεῖν τοὺς ἐρῶντας ἀκολουθοῦντας τοῖς ἐρωμένοις*, verba *τοὺς ἐρῶντας*, addito *μέν*, propter opposita *τοὺς δὲ μὴ ἐρῶντας* praemissa sunt. — *ἀκολουθοῦντας*] Moris enim erat amatorum apud veteres ut catervatim pueros in publico sectarentur; vid. infra 233. E. Charm. 154. A. Euthyd. 273. al.— *ἔργον τοῦτο ποιουμένους*] *Lentzius* l. l. p. 305. corrigebat *τοιοῦτο*: *et tale quid facientes unde illa suspicio nascatur.* Quod a sensu oratoris aversum est. *Τοῦτο* refertur ad praegressum *ἀκολουθοῦντας* et *ἔργον τι ποιεῖσθαι* (ut *ἔργον* per se quoque est officium, v. c. *ἐμὸν ἔργον*, Latin. *officium meum*, Protag. 335. D. *σὸν ἔργον*. Gorg. 459. E. Theaet. 150. B. Sophist. 263. A. al. innum. Cf. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 165.) valet: *pro officio aliquid habere* germ. *sich etwas zur Pflicht* vel *zum Geschäft machen*, quod graeco plane respondet), hinc etiam *sedulo aliquid agere.* Nimis vaga et infinita est Heindorfii explicatio: *in eoque studii et operae plurimum ponentes.* Tim. 27. A: *περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένον.* Eryx. 392. C: *μή τις ἔργον ποιησάμενος σφόδρα μεγάλῳ στόλῳ ἥξει ἐκεῖσε.* *Xenoph.* Hier. IX. 10: *πολλοὺς ἂν καὶ τοῦτο ἐξορμήσειν ἔργον ποιεῖσθαι τὸ σκοπεῖν τι ἀγαθόν.* *Dio Chrysost.* Orat.

p. 394. D: ταῦτα — ἀκούετε τῶν τε ποιητῶν καὶ ἄλλων ἀνδρῶν αὐτὸ τοῦτο ἔργον πεποιημένων ἐγκωμιάζειν. *Themist.* X. p. 234: δεινότητα τοσαύτην — οὐδὲ ἐν ῥήτορι τοῦτο ἔργον ποιουμένῳ ῥᾳδίως κατεῖδον. al.

ἢ γεγενημένης — τ. ἐπιθυμίας] *una esse, quia voluptatem iam perceperint*, quia amoris fructus eos coniunxerit et hanc effecerit consuetudinem. Propter genitivum autem perfecti γεγενημένης sequitur quoque genitivus futuri μελλούσης ἔσεσθαι, qui finem designat: *ut voluptate posthac fruantur*. Vox ἐπιθυμία id quod cupiditas appetit (cupiditatis obiectum, ut recentiores loquuntur) indicat, i. e., *voluptatem, amoris fructum* vel *fructus* (ut exprimere possumus vernaculum *Liebesgenuss*). Graeca vox ἐπιθυμία est germ. *Lust*, quod similiter et desiderium vel cupiditatem et desiderii expletionem s. voluptatem designat; hinc ἐπιθυμίαι, germ. *Lüste*. Sic Phaedon. 68. C: τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι. 82. C: οἱ ὀρθῶς φιλόσοφοι ἀπέχονται τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν ἁπασῶν (nos: *die wahrhaften Philosophen enthalten sich aller sinnlichen Lüste*). al. Latinos vicissim *voluptatem* pro *cupiditate* ponere constat. Itaque audiri non debet *Heindorfius* annotans: „pro τῆς ἐπιθυμίας magis placeret τῆς ἀπολαύσεως.“ — οὐδ᾽ αἰτιᾶσθαι — ἐπιχειροῦσιν] *Haenischius*: „*non audent accusare*; est periphrasis, qualem amat Lysias. Cf. orat. fun. p. 17. ed. T. defens. vet. em. p. 78. orat. in Eratosth. p. 112.“ Quod mihi non probatur; potius v. ἐπιχειρεῖν vim suam propriam habet verboque apposito pondus addit: *nec instituunt*, h. e., *nec cogitant* (nos: *sie denken gar nicht daran*, s. *es fällt ihnen gar nicht ein*, *ihnen den Umgang zum Vorwurfe zu machen*). Sic ἐπιχειρεῖν saepenumero est *cogitare*, etiam *aliquid cogitare* (germ. *gedenken*), h. e., *spectare*, *propositum habere*, ut Conv. 218. E: εἰ δὴ καθορῶν αὐτὸ κοινώσασθαί τέ μοι ἐπιχειρεῖς καὶ ἀλλάξασθαι κάλλος ἀντὶ κάλλους, vel simpliciter *velle*, ut Protag. 311. B: παρὰ Πρωταγόραν νῦν ἐπιχειρεῖς ἰέναι. 319. C: ὁ ἐπιχειρῶν λέγειν. 323. D: τίς οὕτως ἀνόητος ὥστε τι τούτων ἐπιχειρεῖν ποιεῖν; 324. B: ὁ δὲ μετὰ λόγου ἐπιχειρῶν κολάζειν. Conv. 212. C: τὸν δὲ Ἀριστοφάνη λέγειν τι ἐπιχειρεῖν. 213. D: ἐὰν ἐπιχειρῇ βιάζεσθαι. al. innumer. — ἢ διὰ φιλίαν] *A* γεγενημένης διά. Flor. i. ἢ γεγενημένης ἢ διά. Proxime Florr. a. b. c. Raudn. et Bas. 2. τῷ διαλέγεσθαι, G τὸ διαλέγεσθαι. Verba τῷ διαλέγεσθαι — εἶναι φιλίαν desunt in Goth. In Mon. 407. absunt verba τῷ διαλέγεσθαι — φιλίαν. *Heindorfius*: „magis placeret ἢ δι᾽ ἄλλην τινὰ ἀνάγκην seu χρείαν. Ita ne in singulis quidem verbis laudandus est libelli huius

scriptor, ne quid dicam de absurdis sententiis, vix sophista dignis." Neque tamen perspicio cur *Heindorfius* tanto opere in voce ἡδονήν offenderit. Etenim ἡδονή non semper est voluptas, sed saepenumero in omnibus ponitur quibus oblectamur; igitur est: *vel etiam oblectationis alicuius causa* (ut v. c. sermonem cum aliquo conferentes suaviter tempus teramus). Sic Sophist. 225. D: δι' ἡδονὴν τῆς περὶ ταῦτα διατριβῆς. Polit. II. 364. C: ἀκεῖσθαι μεθ' ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν. E: διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν. Hinc ἡδονή etiam in amoenitate ponitur, ut Critia 116. B: τὰ δὲ (οἰκοδομήματα) — ποικίλα ὕφαινον παιδιᾶς χάριν, ἡδονὴν αὐτοῖς σύμφυτον ἀπονέμοντες. 217. A: ἡδονῇ δὲ καὶ ἀρετῇ τῶν ὑδάτων ἑκατέρου πρὸς (sic scribendum videtur pro: πρὸς ἑκατέρου) τὴν χρῆσιν θαυμαστοῦ πεφυκότος. *Haenischius:* „est enim h. l. ἡδονή idem quod χάρις, *gratia*, *benevolentia* et vertendum erat: *es geschehe nun aus Freundschaft oder aus irgend einer andern Zuneigung* (*Wohlwollen, Wohlgefallen*)." Etenim *Schleiermacherus* verterat: *es geschehe nun aus Zuneigung oder eines andern Vergnügens wegen*; quod quum rite reprobasset vir doctissimus, ipse tamen a vero huius loci sensu mihi videtur deflexisse. Equidem verterim: *es geschehe nun aus Freundschaft oder auch eines Vergnügens* (v. c. *der angenehmen Unterhaltung*) *wegen*. Enimvero ἄλλην non est *aliam*, ut Schleierm. et Haenisch. ceperunt, sed ita ponitur ut id quod latius patet vel generale est adiungatur; et Graeci ἄλλο et οἱ ἄλλοι his in loquutionibus ponunt, ubi nos adverbium usurpamus, v. c. *im Allgemeinen*, *überhaupt*, vel *sonst*, *auch*. Vid. *Schäfer*. in Iacobs. Annott. ad Anthol. Palat. p. 973. et Ind. gr. ad Porson. Med. p. 126. ed. III. Lips. Sic Polit. II. 368. B: τεκμαίρομαι δὲ ἐκ τοῦ ἄλλου τοῦ ὑμετέρου τρόπου (*aus eurem sonstigen Betragen*, h. e., *aus eurem Betragen im Allgemeinen*). Tenendum est autem, sive res quae commemorantur ad unum genus pertinent sive diversi sunt generis, singulare praecedere et generale vel id quod latius patet et gravius est sequi, ut h. l. ἄλλην est: *aus Freundschaft oder sonst eines Vergnügens wegen*; ad oblectationes enim vitaeque iucunditates etiam amicitia pertinet; iam quia voce ἄλλην generale adiungitur speciali, eam etiam simpliciter exprimere possumus nostra particula *auch: oder auch des Vergnügens wegen*. Pronomen τί infinitum illud universalis notionem auget. Si porro res diversi generis componuntur, τὸ ἄλλο (etiamsi non indicat quod latius patet) reddere possumus *nicht nur — sondern auch*, *sowohl — als auch*. Gorg. 473. C: εὐδαιμονιζόμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων ξένων: proprie: *a civibus et reliquis*,

h. e., *et omnino ab hominibus, licet cives non sint*, h. e., *non solum a civibus, verum etiam a peregrinis.* Igitur ξένων non cohaeret cum v. τῶν ἄλλων ut sit: *a ceteris peregrinis*, sed appositionem facit: *a ceteris*, sc. *peregrinis*. Quocirca τῶν ἄλλων per se positum est et adverbii (*omnino, universe*) vim habet. Cf. *Hermann.* ad Soph. Philoct. 38. *Krüger.* ad Dionys. H. de Thuc. iud. p. 139. et *Fritzsch.* Quaest. Lucian. p. 54 sq. Sic 480. D: κατήγορον ὄντα καὶ αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων (*non solum suimet ipsius, sed etiam familiarium* vel: *quum sui ipsius, tum familiarium*). Phaedon. 110. E: ἃ καὶ λίθοις καὶ γῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις τε καὶ φυτοῖς αἴσχη — παρέχει: *non modo lapidibus et terrae, sed etiam animalibus et plantis.* Apolog. 36. B: καὶ δημηγοριῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν; *non solum conciones, verum etiam magistratus.* Alcib. I. 112. B: καὶ αἱ μάχαι γε καὶ οἱ θανατοὶ διὰ ταύτην τὴν διαφορὰν τοῖς τε Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις Τρωσὶν ἐγένοντο. Saepenumero est vernac. *sonst*, ut Conv. 216. E: οὔτ' εἴ τις πλούσιος, οὔτ' εἰ ἄλλην τινὰ τιμὴν ἔχων τῶν ὑπὸ πλήθους μακαριζομένων: *oder wenn er sonst einen Vorzug besitzt, dergleichen von der Menge gepriesen werden.* Simpliciter verti potest *auch* Conviv. 191. A: ὑπὸ λιμοῦ καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας. Cf. *Eurip.* Med. 298. ib. Schäfer. ad Porsoni annot. p. 47. ed. Lips. III. Quemadmodum vero in hoc speciosa Lysiae oratione semper quaeri oportet quid e sermonis ratione videatur orator dicere voluisse et quid reapse dicere voluerit (hoc enim ex orationis proposito a Phaedro p. 227. C. indicato perspicitur), sic hic quoque speciosus verborum sensus distinguendus est a vero. Ac posteriorem quidem si spectas, facile est intellectu ἡδονὴν oratorem ambigue dixisse ita ut ratione habita τοῦ μὴ ἐρῶντος significare videatur oblectationem, qualis e sermone et consuetudine in universum percipiatur, reapse autem voluptatem s. amoris fructum indicet, siquidem ὁ μὴ ἐρῶν oratori non is dicitur, qui amore reapse vacuus est, sed qui amore vacuum se esse simulat, h. e., qui amorem dissimulat ut puerum fallaciter capiat clamque voluptatem percipiat. — εἰ — δέος παρέστηκεν] *si metus tibi* (sic Latini dativum ponunt) *invaserit* s. *animum subierit.* Παρίστασθαι enim cogitatio, opinio, spes, metus al. dicuntur quae animum subeunt et sua sponte quasi (h. e., vel ex ipso rerum statu praesenti vel ex eis quae ante facta sunt) exsistunt. Infra 233. C: εἰ δ' ἄρα σοι τοῦτο παρέστηκεν ὡς κλ. Atque etiam absolute παρίστασθαι usurpatur ita ut subiectum non sit δόξα vel γνώμη vel tale quid, quod nonnulli suppleri volunt, sed pron. in ipso verbo latens (nostr. *es*). Sic Phaedon. 58. E:

ὥςτ᾽ ἔμοιγ᾽ ἐκεῖνον παρίστασθαι μηδ᾽ εἰς Ἅιδου ἰόντα ἄνευ θείας μοίρας ἰέναι. Sat exemplorum collegerunt viri docti *Hemsterhus*. Lucian. T. III. p. 392 sq. *Dorvill*. ad Char. p. 438. Lips. *Taylor*. ad Lys. T. V. p. 83. *Lennep*. ad Phalar. p. 244. et *Haenisch*. ad h. l. p. 54. Ceterum Flor. h δὴ οἴσει, superscripto εἰ σοι (sic). G ἄρ᾽ ἔστηκεν. Proxime Σ χαλεπὸν ἡγουμένῳ φιλίαν εἶναι. Mox Monacc. et Goth. συμβαίνειν. Quod ad rem attinet, hic quoque quaesita quaedam reperitur obscuritas, neque tamen tanta quantam *Heindorfius* ponit scribens: „Sed in hac obscuritate harioli munere fungendum, non interpretis." Quin sensus perspicuus est: Si vereris ut stabilis sit amicitia, hoc potius in amore te vereri oportet, propterea quod amator facile irritatur; accedit quod, si *amicitia* dissolvitur, malum inde nascens (discordia, ira, hoc quod alter alterius consuetudine et officiis caret, et quae alia sunt generis eiusdem) utriusque commune est; *amor* vero si dissolvitur, *tu* magnum accipis detrimentum, quippe qui in amatoris gratiam ea, quae carissima tibi esse debent (iuventutis florem, famam, ceterorum familiaritates al.), dedideris et frustra dedideris, quum amore dissoluto remunerationis spes tibi adimatur. Opposita inter se sunt ἄλλῳ τρόπῳ, quod ad amicitiam spectat, et προεμένου σοῦ ὃ περὶ πλείστου ποιεῖ (vid. p. 231. C.), deinde κοινὴν ἀμφοτέροις — συμφοράν et μεγάλην σοὶ βλάβην. Aliam proponit *Haenischius* explicandi rationem: „ut ἄλλῳ τρόπῳ sit: *quod ad universam vitae rationem pertinet* et ad ἀμφοτέροις subaudiatur ὑμῖν (*tibi et amatori vel non — amanti*): in aliis quidem rebus, simultate orta, communem vobis utrique esse iacturam, tibi vero (praeterea) quod — amiseris, grave importari detrimentum." Sed nimis vaga hinc exsisteret sententia eaque ab oratoris proposito aliena, ut qui nihil spectet nisi hoc ut, quem dissimulat, amorem deprimat, extollat amicitiam. Illud igitur ἄλλῳ τρόπῳ, *alias*, licet per se universe videatur dictum esse, tamen, ut ex opposito προεμένου σοῦ ἃ περὶ πλείστου ποιεῖ perspicitur, separatim ad amicitiam trahi oportet. Restat ut quae in libris discrepantiae inveniantur indicemus. Pro ἄλλῳ Mon. 407. ἄλλων, pro ἀμφοτέροις Σ habet ἀμφοτέρας. Proxime libri ante Bekkerum editi (Steph. Heindorf. et Tauchn.) recte scribunt δὲ σοῦ, Monac. 407. Goth. Raudn. Ald. Bas. 1. 2. Bekk., Stallb. et Haenisch. δέ σου; sed σοῦ, non aliunde pendens, sed per se positum (quippe subiectum quod dicitur orationis) accentum non potest deponere. Flor. g. ἂν σου. —

ποιεῖ] Sic Clark. G T Flor. i et pr. Γ (Goth. cum libris C edd. ποιῇ. Mon. 407. ποιῆ.), Α ποιεῖν. Proxime *Haeni-*

schius scripsit ἄν σοί pro ἄν σοι, idque probandum, quum σοί praegresso ἀμφοτέροις oppositum sit. Deinde ἄν γενέσθαι Clark. Δ Π Τ (in libro Clark. ἄν additum esse diserte tradit *Gaisf.* Lectt. Plat. p. 98.). Mox μᾶλλον ἄν scribunt Clark. ΔΠΣDGNOT Florr. h. ϑ. Vindd. 3. 4. 7. α. Monacc. et Goth. In Flor. c. scribitur εἰκότως ἄν τοὺς ἐρῶντας φοβοῖο. Duplex ἄν tot tantisque confirmatum auctoritatibus recte Bekker., Stallbaum. et Haenisch. receperunt; neque tamen repetita est particula (ut *Haenischius* sumit laudans *Reisig.* de vi et usu ἄν partic. p. 119. Adde *Matth.* Gramm. gr. p. 1203 sq.), sed prior ad εἰκότως (*wohl billig* s. *mit Recht*) refertur (conferenda sunt τάχ' ἄν, ἴσως ἄν al. Vid. *Schäfer.* Apparat. ad Demosth. I. p. 604.), posterior ad sententiae conformationem spectat (v. *Hermann.* ad Viger. p. 815. 943.). — τὰ λυποῦντα] art. abest a Φ r Vind. 1. et Raudn., qui praeterea λιποῦντα scribunt. Proxime pro αὐτῶν, quod Monacc. Goth. Raudn. ed. Ald. Bas. 1. et 2. habent, corrigendum αὑτῶν. Monac. 407. βλάβην — νομίζουσιν. Deinde Α γενέσθαι νομίζουσι. — διόπερ] Ξ διό. — τὰς πρὸς τ. ἄλλους] Sic de coniectura scripseramus, quod librorum MSS. a Bekkero et Stallbaumio postea collatorum auctoritas confirmavit. Etenim libri edd. et corr. Ξ scribunt τῆς, Clark. τά, ΑΟ Monacc. et Goth. τούς. *Heindorfius* τῆς retinens scripsit τὸν ἐρώμενον. Verbum ἀποτρέπειν non solum iungitur cum accusativo personae et genitivo rei (τινά τινος), verum etiam cum accusativo rei et genitivo personae (τί τινος), si est, *aliquid, tamquam malum, avertere,* quasi *averruncare*, h. e., *aliquid ab aliquo depellere.* Sic c. accus. rei supra 231. D: ἣν (συμφορὰν) οὐδ' ἂν ἐπιχειρήσειεν οὐδεὶς ἔμπειρος ὢν ἀποτρέπειν. Infra p. 233. C: τὰ δὲ ἑκούσια πειρώμενος ἀποτρέπειν. 238. D: ἴσως γὰρ ἂν ἀποτράποιτο τὸ ἐπιόν. Polit. VIII. D: ὥς τε οὐκ ἂν οἷοί τ' εἶμεν ἀποτρέψαι. Theag. 128. D: ταὐτὸν τοῦτο ἀποτρέπει καὶ οὐκ ἐᾷ πράττειν. Etiam ubi esse videtur *impedire* et in re bona ponitur, propria ei subiecta vis est eius quod timemus vel non cupimus avertendi s. depellendi, ut *Xenoph.* Hist. gr. VI, 3. 13: ἃ δὲ βουλόμενοί τινες ἀποτρέπειν τὴν εἰρήνην διαβάλλουσι — ἐνθυμήθητε ὡς φλυαροῦσι. Cum accus. rei et genitivo personae Gorg. 509. B: ἆρ' οὐ ταύτην (τ. βοήθειαν), ἥτις ἀποτρέψει τὴν μεγίστην ἡμῶν βλάβην. Iam si cogitaveris τὰς συνουσίας ambigue posuisse oratorem, ut consuetudinem videretur significare voluisse, reapse autem congressum venereum s. concubitum (haec enim vox etiam in flagitiosissimo illo puerorum amore usurpatur) intellexerit, facile perspicies oratorem

non aliter dicere potuisse nisi *τὰς συνουσίας ἀποτρέπουσιν*, ut significaret, hoc quasi malorum omnium postremum esse quod amatori summa vi esset avertendum s. depellendum (quocirca haec optime cohaerent cum proxime praegressis: *πάντ' ἐπὶ τῇ αὐτῶν βλάβῃ νομίζουσι γίγνεσθαι*), contra frigere quod Heindorfius reposuit *τῆς πρὸς τοὺς ἄλλους τὸν ἐρώμενον συνουσίας ἀποτρέπουσι*: a consuetudine cum ceteris colenda amatum avertunt s. abstrahunt. — Ceterum *Δ* habet *συνουσίαν*. Proxime Monacc. et Goth. *τοὺς ἐρωμένων*. — *τοὺς μέν*] *Γ τὴν μέν*, *Δ οὐσίας*. Deinde verba *μὴ χρ.* — *πεπαιδευμένους* om. H. Ceterum hic quoque orator sibi placet in verbis similiter desinentibus (quod loquendi genus *ὁμοιοτέλευτον* vel *παρομοίωσιν* veteres dixisse constat, v. *G. I. Voss.* Instit. Orat. V, 2. p. 328.): *κεκτημένους — πεπαιδευμένους* et *ὑπερβάλωνται — γένωνται*. Mox. *Δ*FNOT pr. D. et Monacc. *ὑπερβάλλωνται*. Deinde *τῶν δὲ ἄλλο* Goth. et Raudn. Mon. 407. *τῶν δὲ ἄλλωτι*. Pron. *τι* abest a *Δ*, *ἀγαθῶν* ΦHT. —

φυλάττονται] Mon 407. Ald. Bas. 1. *φυλάττωνται*. — D *ἀπέχθεσθαί σε τούτοις*] Libri edd. cum codd. pluribus *ἀπέχεσθαί σε τούτοις*, quod posterius sine dubio natum est ex altera scriptura *ἀπέχθεσθαι*, quae exstat in Bas. 1. 2. F. Flor. a. *α*. Vind. 1. et Raudn., quamque Schleiermachero auctore recepit *Heindorfius* provocans ad p. 233. A: *τὰ μὲν δεδιότες μὴ ἀπέχθωνται*. Huius tamen loci alia est ratio; quocirca nihil confert ad v. *ἀπέχθεσθαι* hic confirmandum. Quamquam Bekkerus quoque, Schleiermacheri sui vestigiis insistens, *ἀπέχθεσθαι* reposuit. Minime vero aptum h. l. est v. *ἀπέχθεσθαι*, quum orator nihil aliud nisi hoc dicere potuerit: amatorem persuadere puero ut eorum fugiat consuetudinem qui aliqua re excellant, non hoc: persuadere puero ut in eorum odia incurrat. Quocirca verissimam nunc habemus libr. Vindob. *α*. 3. 4. scripturam *ἀπέχεσθαί σε τούτων*, quam Stallbaumius et Haenischius rite revocarunt. *Ἀπέχεσθαι* autem non est *abstinere*, ut in rebus dicitur quibus frui licet, sed *procul se tenere, non attingere*, hinc etiam, ut h. l. *nullum habere commercium* (germ. *sich fern halten*, *in keine Berührung kommen*). Sic Xenoph. de re equestr. VI, 10: *ἀθρόοι δὲ δὴ ἵπποι πῶς ἂν ποτε ἀλλήλων δύναιντο ἀπέχεσθαι οὕτως ἀγόμενοι;* Cyrop. V, 1. 13. *οἱ δέ γε καλοὶ κἀγαθοὶ ἐπιθυμοῦντες καὶ χρυσίου — καὶ γυναικῶν καλῶν, ὅμως ἁπάντων τούτων ῥᾳδίως ἀπέχονται, ὥστε μὴ ἅπτεσθαι αὐτῶν παρὰ τὸ δίκαιον*. Histor. gr. V, 2. 6: *μισοῦντες αὐτοὺς ὅμως ἀπείχοντο αὐτῶν*. Ceterum Vind. 1. et Raudn. *σοι*, *Φr σοι*, superscripto *ε*. Proxime C *τούτοις*, superscr. *ων*, *Φr τούτους*, superscr. *ων* (sic Bekker.

tradit), Vind. 1. 6. et Monacc. τούτοις. — **καθιστᾶσιν**] int. σέ, ut solent pronomina personalia omitti; sic Protag. 316. B. Theaet. 151. C. Gorg. 463. D. Phaedon. 96. A. 100 C. Polit. I. 327. C. 349. A. X. 614. A. Tim. 41. C. Hipp. mai. 281. A. al. innum. Citavit *Haenischius* Lys. Orat. funebr. p. 30. T: ἐρήμους δ' ἀδελφοὺς καὶ πατέρας καὶ μητέρας κατέστησαν, annotans formulam καθιστάναι εἴς τι Lysiam perdite amare et plerumque de rebus adversis usurpare, ut εἰς κίνδυνον, κρίσιν, συμφοράς, διαβολάς, πτωχείαν al. Proxime Monacc. φίλον. — **ἂν**] Clark. N Flor. g. h. ϑ. Monacc. et Goth. ἐάν, quod Stallbaumius recepit. Proxime δέ abest a G. Deinde Clark. ΔΠΣDGNOT Flor. g. h. ϑ. Mon. 407. Goth. σεαυτοῦ, quod merito Bekk., Stallb. et Haenisch. receperunt. Recte *Haenischius* haec interpretatur: *Sin vero tuum commodum spectans aliorum amicitia carere nolis.* — **μὴ ἐρῶντες ἔτυχον**] *Haenischius* annotat: „ἔτυχον Schleiermacherus refert ad ὧν ἐδέοντο; equidem malim coniungere cum part. ἐρῶντες.“ Sed ieiuna foret sententia: *qui non amant vel amarunt, sed virtute impetrarunt quod conceperant*, nec vera adesset, quam noster tanto opere adamat, oppositio; potius μὴ ἐρῶντες (*non amantes*, h. e., *non amando s. amore*) et δι' ἀρετήν, ἔτυχον et ἔπραξαν inter se sunt opposita; ἔτυχον enim in amantem cadit, cui caeca inflammato cupiditate fortuitu id obtingit quod cupit; ἔπραξαν contra in callidum amoris dissimulatorem convenit qui meditando, ratione et via quasi id consequi studet quod appetit; πράττειν est enim sedulo aliquid agere, agitare et moliri, deinde etiam consequi quod molitus fuerit (ut Polit. 307. E. Epinom. 992. C. Apolog. 40. Alcib. II. 141. D. Theag. 130. E. al.), et h. l., ut infra p. 233. A., sensum habet obscoenum (est enim *amoris fructum percipere*), licet oppositum δι' ἀρετήν aliud quid videatur significare; etenim ἀρετή nostro est considerata illa, vel potius callida amoris dissimulatio quae continentiam mentitur. Eodem spectat quod sequitur ἐκ τοῦ πράγματος (*ex prava illa consuetudine*). — **ὑπ' ἐκείνων**] int. τῶν μὴ ἐθελόντων συνεῖναι; sic solet pron. ἐκεῖνος ad nomen proxime praegressum referri. Supra 231. A: ὅτι οὐκ ἐραστὴς ὤν σου τυγχάνω· ὡς ἐκείνοις (int. τοῖς ἐρασταῖς) κτλ. 231. C: ὅσων ἂν ὕστερον ἐρασθῶσιν, ἐκείνους αὐτῶν περὶ πλείονος ποιήσονται. Infra 233. A: ἢ ἐραστῇ· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ κλ. B. al. Theaet. 154. B: ὡς φαίη ἂν Πρωταγόρας τε καὶ πᾶς ὁ τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ ἐπιχειρῶν λέγειν. 200. C: ὅτι οὐκ ὀρθῶς ψευδῆ δόξαν προτέραν ζητοῦμεν ἐπιστήμης, ἐκείνην (int. τὴν ἐπιστήμην) ἀφέντες. 203. E: χρῆν — τίθεσθαι μὴ τὰ στοιχεῖα,

ἀλλ' ἐξ ἐκείνων (ex his) ἕν τε γεγονὸς εἶδος. Sophist. 235. C: ξυλλαβεῖν αὐτὸν μετὰ τὰ ἐπεσταλμένα ὑπὸ τοῦ βασιλικοῦ λόγου, κἀκείνῳ παραδόντας ἀποφῆναι τὴν ἄγραν. 257. C: ἐπιστήμη — Μία μέν ἐστί που καὶ ἐκείνη. Parm. 153. C: τοῦ ὅλου τε καὶ ἑνός, αὐτὸ δὲ ἐκεῖνο (ipsum vero *hoc*) ἅμα τῇ τελευτῇ γεγονέναι ἕν τε καὶ ὅλον. 160. D: οὐκοῦν καὶ τἄλλα ἕτερ' αὐτοῦ εἶναι, ἢ μηδὲ ἐκεῖνο ἕτερον τῶν ἄλλων λέγεσθαι; Sic etiam Cratyl. 422. A. 435. B. Phileb. 12. C. Polit. III. 410. B. VIII. 558. D. X. 616. E. 620. D. Euthyphr. 9. B. Alcib. I. 119. A. bis. Euthyd. 271. B. 272. D. Apponimus haec exempla ut probemus, neque durinsculum (quod *Heindorfius* ad Lys. p. 19. et Append. p. 357. dixit. Cf. *Schäfer.* Appar. ad Demosth. II. p. 215.) neque rariorem (id quod *Haenischius* ad h. l. annotat) hunc esse pron. ἐκεῖνος usum. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 874. et *Schäfer.* Appar. ad Demosth. T. V. p. 322. — ὑπερορᾶσθαι] Heindorfius: „*putantes ab illis te despici, a familiaribus autem adiuvari.* Nam σε ne excidit, tacite id subaudiendum ad ὑπερορᾶσθαι; ut ante σοι ad συνοῦσι, neque id dure omissum.“ Recte vero *Haenischius* statuit verba ὑπερορᾶσθαι et ὠφελεῖσθαι non ad puerum referri, sed ad eos qui eo utantur (τοὺς μὴ ἐρῶντας). Etenim opponuntur inter se amator et amoris dissimulator vel amicus; ille, ut ne puer aliis se tradat, a consuetudine cum ceteris colenda eum abstrahit, quam sibi perniciosam fore putat (ἐπὶ τῇ αὑτῶν βλάβῃ νομίζουσι γίγνεσθαι), amicus autem se adiuvari existimat, si alii (quos scilicet admiserit vel puero commendaverit) cum puero consuetudinem iungant: hos enim causae suae patronos existimat; quocirca eos, qui hoc patrocinium recusent, negligere ipsum atque contemnere putat. Hunc in modum *Schleiermacherus* quoque in vers. ed. II., Heindorfiana explicatione abdicata, locum accepit. Corrigend. in vers. *existimantes ab his se negligi.* Ceterum ξυνόντων Coisl., libri reliqui omnes συνόντων. — ὥστε πολὺ πλείων ἐλπίς] Florr. a. c. ὡς, F. πλεῖον. Ceterum eadem utitur conclusione qua supra 231. D. Quae sequuntur, ad priora referuntur χαλεπὸν εἶναι φιλίαν συμμένειν, quasi dicere voluerit orator, amicitiam neque esse neque stabilem esse posse in amore, propterea quod amator invidus et suspiciosus facile irritetur odiumque concipiat, amicus vero ex hoc ipso, quod amator quacumque ope possit propulsare studeat (e consuetudine videlicet quam puer cum aliis colat), utilitatem se capturum esse speret. Quod sequitur αὐτοῖς ad pueros spectat, sicut supra 231. B. et statim post E: ἄδηλον αὐτοῖς εἰ ἔτι τότε βουλήσονται φίλοι εἶναι. 233. D: πλείστην χάριν αὐτοῖς εἴσονται. Orator enim modo

puerum, cui se verba facere fingit, alloquitur, modo pueros in universum designat. Quocirca haud mirabile est αὐτοῖς, quod Schleiermachero videbatur. Quod sequitur ἐκ τοῦ πράγματος est *ex hac* quam pueri colunt cum amico (amorem scilicet dissimulante) *consuetudine*; vid. supra.

ἢ] abest a *Δ* E. Pro γενήσεσθαι *ΓΔΦ* B C E F r Florr. E a. b. c. i. Vind. 1. et Raudn. γενέσθαι, quem aoristum, quippe rem certius designantem quam futurum (vid. ad Protag. p. 56 sq. Adde quem Haenischius citavit *Bremi* Excurs. VIII. ad Lys. orat. 445.), cum Haenischio praeferendum esse existimo. N γεννήσεσθαι. — Καὶ μὲν δή] μέν abest a G, E scribit μήν. Proxime τῶν μὲν ἐρώντων pro τῶν ἐρώντων cum Bekk., Stallb. et Haenisch. recepimus e Clark. *ΓΔΠΣ* B C D F G N Or Florr. a. c. g. h. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. Monacc. Goth. et Raudn. Mox πολύ *Π* G T et pr. r, *Δ* τόπον. — τῶν ἄλλων οἰκείων] Οἰκεῖα in universum dicuntur quae alicuius propria sunt, ut οἰκείων ἐπιμελεῖσθαι, *res suas curare*; sic supra 231. A: ὡς ἂν ἄριστα περὶ τῶν οἰκείων βουλεύσαιντο. B: τὴν τῶν οἰκείων ἀμέλειαν. Sophist. 225. D: ἀμελὲς τῶν οἰκείων. Polit. I. 343. E: τά γε οἰκεῖα δι' — ἀμέλειαν μοχθηροτέρως ἔχειν. al. innum. Τῶν ἄλλων per se positum est ita ut voce apposita οἰκείων explicetur; quocirca germanica lingua reddere possumus: *ehe sie sowohl seinen Charakter kennen gelernt, als auch seine Verhältnisse erfahren haben.* De v. ἄλλος vid. quae supra disputavimus ad p. 232. B. — εἰ ἔτι αὐτοῖς] Pronom. αὐτοῖς Clark. *ΓΔΠΣ* D G N O T Florr. g. h. ϑ. Vindd. 3. 4. 7. Monacc. Goth. et Raudn. ante partt. εἰ ἔτι ponunt, quos recte sequuti sunt post Bekkerum Stallbaum. et Haenisch. Αὐτοῖς cohaeret cum ἄδηλον. *Φ* r post βουλήσονται ponunt, *Ξ* βουλήσονται τότε αὐτοῖς. Voc. τότε deest in *ΔΠΣ* G N O et Monac. 407. —

οἳ καὶ πρότερον κτλ.] *Σ* D O Florr. b. g. Vindd. α. 233
4. Mon. 407. et Goth. εἰ καί, *Δ* φιλιῶντες. Proxime ταῦτ' ἔπραξαν et ταῦτ' εἰκός G, quod receperunt Bekkerus et Haenischius. Mon. 407. ταυτὰ εἰκός. Mox E cum Ald. Bas. 1. ἐλάττων. Plur. ταῦτα, ut solet, in una re eaque multiplici (h. l. consuetudine illa venerea) positum, vid. *Schäfer.* ad Dionys. Hal. de c. v. p. 80 sq. Ind. ad Melet. critt. p. 161. a. *Boissonad.* ad Aristaen. p. 436 sq. et *Fritzsch.* Quaest. Lucian. p. 127. Ceterum ταῦτ' ἔπραξαν (de quo vid. supra) repetitur quodammodo verbis εὖ πάθωσι, et huic passivo apponitur activum ποιῆσαι, quasi dicere voluerit, id quo afficiantur amici, efficiendi vim habere non posse. Verba οἳ καὶ πρότερον ἀλλήλοις φίλοι ὄντες ταῦτ' ἔπραξαν: *qui, amicitia iam iuncta,*

voluptate fruuntur, opposita sunt praegressis τῶν μ. ἐρώντων πολλοὶ πρότερον τοῦ σώματος ἐπεθύμησαν κτλ.: *amatores, antequam pueri mores rationesque cognoverunt*, i. e., in familiaritatem eius venerunt, *amoris fructum appetunt; amatores igitur nihil nisi voluptatem spectant, quam quum perceperint libidinemque satiaverint, plane incertum est utrum amici esse velint necne; non amantes contra ab amicitia* (hoc nimirum fingit orator) *consuetudinem exordiuntur, et si amor eiusque fructus accesserit, haud verisimile est hoc, unde voluptatem capiant, amicitiam esse imminuturum, quum potius consentaneum sit hanc quae accedat voluptatem aucturam esse amicitiam.* Verba igitur ταῦτα ἐξ ὧν ἂν εὖ πάθωσι consuetudinem illam indicant impuram, e qua voluptatem capiunt s. per quam amore fruuntur οἱ μὴ ἐρῶντες, quos fingit orator: hoc autem suavissimum amicitiae additamentum (id enim tecte dicit orator) ut amicitiam imminuat? — Proxime αὐτοῖς, quod F omittit, more post dativ. τοῖς μὴ ἐρῶσιν illatum est. Sic Conv. 195. A. 200. A. al. innum. Vid. *Heindorf.* ad Gorg. p. 119. *Sturz.* Lexic. Xenoph. T. I. p. 483 sq. Mox Σ ποιήσειν. — μνημεῖα] *Heindorfius: „monumenta rerum futurarum* non vereor ne quis oxymori nomine excuset; adeo hoc est absonum. Repone σημεῖα.“ At μνημεῖον, *monumentum*, non solum refertur ad praeteritum tempus cuius memoriam conservat, sed etiam ad futurum, in quod memoria rei conservatur; est igitur non solum id quod memoriam alicuius rei conservat, sed etiam id quod in posterum eam repetit nosque rei admonet atque etiam ad imitandum s. idem faciundum adhortatur. Igitur relatum ad praeteritum est monumentum (μνημόσυνον), futur. autem ratione habita est documentum (παράδειγμα, τεκμήριον), h. e., id quod non solum nos docet vel nobis indicat quid agendum sit, sed etiam ad idem faciundum admonet. Sic Lys. de rep. Athen. T. V. p. 917. (278. T.): ἐνομίζομεν — τὰς γεγενημένας συμφορὰς ἱκανὰ μνημεῖα τῇ πόλει καταλελεῖφθαι, ὥςτε μηδ' ἂν τοὺς ἐπιγινομένους ἑτέρας πολιτείας ἐπιθυμεῖν. *Haenischius* citat *Lycurg.* c. Leocr. XXX, 16: ὑπόμνημα — ὡς δεῖ (int. in posterum) πρὸς τοὺς τοιούτους ἔχειν. Similiter *Isocrat.* π. ἀντιδ. p. 3. Orell. μνημεῖόν μου καταλειφθήσεσθαι. p. 31.: μνημεῖον καταλιπεῖν. Proxime N Mon. 407. et Goth. καταληφθῆναι, quae frequentissima est permutatio, vid. nostra ad Conviv. p. 363. interpr. german. Mox N et Goth. βέλτιον ἴσον, Monacc. βελτίον ἴσον. Vindd. 1. 3. 4. 7. α. et Stob. Serm. LXII. p. 404. βέλτιον.

P. 138. πειθομένῳ] Mon. 407. πειθομένων. — ἢ ἐραστῇ] i. e., ἢ πειθομένῳ ἐραστῇ. Sine causa Lentzius

p. 307. ante ἤ excidisse putavit *μᾶλλον*. Proxime *ἐκεῖνοι* refertur ad singularem *ἐραστῇ* eumque collective, quod dicunt, positum, simulque ad nomen spectat proxime positum, de quo vide quae supra exposuimus. In seqq. *καί* ante *παρά* om. Σ, Stob. *παρὰ τὸ βέλτιον*. De voce *βέλτιστον* supra disputavi. *Xenoph.* Cyrop. V, 1. 8: *οἴει — ἱκανὸν εἶναι κάλλος ἀνθρώπου ἀναγκάζειν τὸν μὴ βουλόμενον πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον* (*contra atque decet et oportet*). Cf. *Heindorf.* ad Gorg. p. 192 sq. et *Krüger.* ad Dionys. H. p. 11. — *καὶ τά*] Φr *τά τε*. Proxime *ἐπαινοῦσι* habent Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Monacc. Goth. Raudn. Stob. Bekk. Stallb. Haen., Σ *ἐνεργοῦσιν*. Retinendum *ἐπαινοῦσιν* (sic libri et scripti et editi Ald. Bas. 1. 2. Steph.), licet consonans sequatur, vid. ad Protagor. p. 30. 128. — *τὰ μέν*] *τὰ μέν* et *τὰ δέ* referuntur ad *ἐπαινοῦσιν*, ut vertere possis: *partim timentes s. quia timent ne vituperando in offensionem incurrant, partim quia propter cupiditatem minus habent intelligentiae et animadversionis.* Proxime ΣD N O Vindd. 3. 4. Mon. 407. et Goth. *ἀπεχθάνωνται*. Vind. 7. *ἀπεχθάνονται*, Mon. 11. *ἀπεχθάνανται*. Mox Σ *χείρω*, E *χείρους*, superscr. *ον*.

γιγνώσκοντες] Flor. g. Monacc. Goth. *γινώσκοντες*. — B
τοιαῦτα] Λ *τοῖς αὐτοῖς*. Quod sequitur *ἐπιδείκνυται* simpliciter est: *facit*, *quasi opera edit*; sic enim Graeci usurpant *ἐπιδείκνυσθαι ἔργον* vel *ἔργα*. *Xenoph.* Cyrop. VIII, 4. 8: *καὶ ἐπιδείκνυμαι τὰ ἔργα πολὺ ἥδιον φιλανθρωπίας ἢ στρατηγίας*. Cf. VII, 5. 64. de venal. 1, 13: *ὅσα ἐπεδείξαντο ἐν τῇ Ἑλλάδι τῶν παρὰ Χείρωνος*. Marg. equit. III, 8: *ἢν μὲν πιστεύωσι δυνήσεσθαι ταχὺ ἐλαύνειν, πάνυ ἂν ἡδέως ἐπιδείξαιντο* (ubi simpliciter est *facere*). De re equestr. XI, 6: *ἀλλὰ δεῖ — πάντα τὰ κάλλιστα καὶ λαμπρότατα ἐπιδείκνυσθαι*. — In seqq. *μέν* abest a G, H *παρέχοι*; ΣΦDTr Vindd. 1. 3. 4. et Raudn. *ποιεῖν*, D a pr. m. *νομίζει*. Ceterum *δυστυχοῦντες* in hac oratione amatoria alii non possunt esse nisi qui quod concupiscunt non assequuntur, ut recte *Haenischius* annotavit, *εὐτυχοῦντες* vero qui optatum impetrarunt. Participium vero *εὐτυχοῦντας* mutata verborum structura, quam pro *ἐπαινεῖν* orator dixerit *ἐπαίνου τυγχάνειν*, quasi absolute positum est: *quod vero ad felices attinet, efficit ut etiam res gaudio indignae laudem ab his consequantur.* N G Monac. 407. *ἐπαίνοις*. Stob. *ἐπαίνων*, N T Mon. 407. *ἀναγκάζειν*. Proxime T *ἐλθεῖν* pro *ἐλεεῖν*. — *τοὺς ἐρωμένους*] Sic libri edd., membranae vero et praestantissimae et plurimae, Clark. ΓΔΛ ΠΣBCDHNOTr Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 7. *a*. Mon. 407. Goth. Raudn. et *γρ*. F. dant *τοῖς ἐρωμένοις* (Ξ

E τοὺς ἐρωμένους, superscr. οῖς — οις, Φ τοῖς ἐρωμένοις, superscr. οὺς — ους), quod Bekkerus, Stallbaumius et Haenischius reposuerunt. Hoc autem licet in tot librorum auctoritate nitatur, tamen propter sensum mihi videtur τοὺς ἐρωμένους magis commendari: *ut eorum qui amantur*, i. e. puerorum, *rationem miserabilem potius quam felicem iudicari oporteat*, s. *ut puerorum nos potius misereri, quam felices eos habere oporteat.* Spectant enim haec ad propositionem antegressam: βελτίονί σοι προςήκει γενέσθαι ἐμοὶ πειθομένῳ, ἢ ἐραστῇ; deinde exponit orator, cur amator ad pueri cultum et perfectionem nihil possit conferre; etenim tantum abesse dicit, ut amator, quae vitia sint in puero, ea animadvertat, castiget et ita, ut par est, bona ac mala discernat, ut, si perinde ut optat ipsi successerit, omnia laudet, etiam ea quae reprobanda et vituperanda sint, contra si non assequatur quod concupiverit, omnia vituperet et in omnibus offendat, etiamsi nihil habeant offensionis. Talis autem consuetudo puerum magis depravet quam emendet atque excolat necesse est. Quocirca (ὥςτε πολὺ μᾶλλον — προςήκει, quod Lysias in conclusione adhibere solet, ut supra 232. D. al.) puerorum rationem magis miserabilem quam prosperam haberi oportet. In pronomine αὐτούς non est quod offendas; solet enim ita poni ut redundet, vid. supra annot. Attamen ζηλοῦν illud in puero dictum displicet, hoc enim in solum amatorem cadit, p. 232. A. Quodsi τοῖς ἐρωμένοις legimus sensus exsistit: *ut multo magis pueris conveniat amatorum misereri, quam felices eos iudicare*; hoc autem et per se ab huius orationis consilio alienum est (nam quid est quod amati amatoribus invideant vel felices eos iudicent?), neque cum praegressis cohaeret, quibus orator exponit, puerum nihil proficere in cultu suo, si cum amatore consuetudinem iungat, immo potius fieri non posse quin depravetur eiusque vitia confirmentur. De pueri igitur, non de amatoris causa agi videtur. Quod quidem sentiens *Haenischius* annotat: „nisi fortasse aut cum Stephano τοὺς ἐρωμένους scribere aut mecum αὐτούς in αὑτούς mutare velis. Saepe apud Lysiam homines sui ipsorum miseret, ut p. 22. 30. 243. ed. T. et passim alibi. — αὐτοῖς quod plurimi praebent codd., retineri licebit, si de verbo ζηλοῦν idem potuerit probari, quod de ἐλεεῖν duobus Lysiae locis probatum esse opinor: simplex activum significare ἐλεεῖν ἑαυτόν. Cf. Lys. p. 200. Tauchn. οὐδ' εἴ ποτε κινδυνεύσειν ἐν ταῖς ναυμαχίαις μέλλοιμι, οὐδεπώποτ' ἠλέησα οὐδ' ἐδάκρυσα — p. 120: οὐκ ἐλεοῦντες (i. e. οὐ λυπούμενοι), ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι: τὰ τείχη εἰ πεσεῖται.“ At ἐλεεῖν, ni fallor, non ad hominem, sed ad rem s. id, quod

fit vel eventurum esse cogitamus, relatum est nostratium es *bedauern*. Ipsa vero sententia quam Haenischius constituit: *ut pueri illos magis misericordia quam admiratione prosequantur*, neque cum praegressis satis cohaeret et alieni quid infert. Omnino autem tam multa in his verbis turbata et fluctuantia reperiuntur ut, quid Lysias ipse scripserit, dubium esse debeat; libri enim quemadmodum inter *τοῖς ἐρωμένοις* et *τοὺς ἐρωμένους* fluctuant, sic etiam inter *αὐτούς* et *αὑτοῖς*; namque *ΛΦ*BFNOTr Florr. c. i. *ϑ*. Vindd. 1. 7. *u*. Monacc. Goth. Raudn. Ald. Bas. 1. cum pr. *ΓΔΠ*CDE habent *αὑτοῖς*, quod, ut Haenischius annotavit, non possit retineri nisi et *ἐλεεῖν* et *ζηλοῦν* sensu, qui dicitur, reflexivo (ut sit: *suimet ipsius misereri* et *semet ipsum felicem iudicare*) accipiantur; hoc autem vereor ut cuiquam probari possit. Iam si, id quod supra iam significavimus, neque *τοὺς ἐρωμένους* neque *τοῖς ἐρωμένοις* satis apte dici potest (illud enim significat *pueros posse felices iudicari*, quum tamen *τὸ ζηλοῦν* non possit nisi in amatores cadere *οἰομένους ὑπὸ τῶν ἄλλων ζηλοῦσθαι ὥςπερ αὐτοὺς ἐφ' αὑτῶν*, p. 232. A.; hoc autem dicit, *pueros oportere amatorum potius misereri, quam felices eos iudicare*: quod non videmus quomodo in puerum cadat), nihil aliud relinquitur nisi hoc ut amati significationem (*τοὺς ἐρωμένους* vel, ut alii libri scribunt, *τοῖς ἐρωμένοις*) pro insitiva habeamus; fieri enim potuit ut librarius aliquis sequens *αὐτούς* de amatis intelligeret et *τοὺς ἐρωμένους*, tamquam cogitatione supplendum, adscriberet, quod deinde in ipsam immigrare potuit orationem. Exterminato autem *τοὺς ἐρωμένους* vel, quod alii libri habent, *τοῖς ἐρωμένοις*, sensus exsistit perspicuus reique accommodatissimus: exposita enim amatorum perversitate conclusionem addit orator: *quocirca eorum* (amatorum, de quibus in proxime praegressis egerat) *potius misereri nos oportet, quam eis invidere* vel *felices eos iudicare*. Hoc autem non modo cum proxime antecedentibus aptissime cohaeret, verum etiam ad id declarandum, quod tota oratio spectat, est appositissimum. Nimirum enim orator callidus ac dolosus, ut puerum decipiat deceptumque capiat, amatorem omni modo deprimere, amore autem vacuum (licet reapse amator sit) extollere studet; hanc ob causam hoc quoque loco probare conatur, amatorem non invidia, sed miseratione dignum, h. e., miserandum et contemnendum fere hominem esse. Atque hanc suspicionem sane quam confirmat *Ficinus* qui verterit: *Quapropter miserari eos magis oportet quam diligere.* — *δ' ἐ μ ο ί*] Sic *Ξ*, ceteri *δέ μοι* (Monacc. et Goth. *μή*), quod Heindorf. iam correxit. *Haenisch.* attulit Lysiae loc. p. 278: *ἂν ἔμοιγε πειθώμεθα*. p. 279. *ἂν ἔμοιγε πείθησθε*. ib. *ἐὰν*

μὴ πείθω. p. 169: ἂν δ' ἐμοὶ πείθησθε. 198. 244. De re, conf. *Lucian.* Somn. §. 10. T. 1. p. 7. Schm., qui nostrum imitatus est. Proximo T θεραπεύσιον. — ἀλλὰ τὴν μελλ.] Part. καί post ἀλλά addunt Clark. ceterique a Bekkero collati libri (praeter ENO et edd.); accedunt Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Bas. 2.; recte igitur revocarunt Bekker., Stallbaum. et Haenischius. Goth. omitt. ὠφέλειαν.

ὑπ'] Flor. g. Monacc. Goth. ὑπό, pr. D ὑπέρ, F ἡττημένος, Mon. 407. ἡττώμενος. T κρείττων, N διὰ μὲν σμικρά, Flor. g. μικρά; Mon. 11. et Goth. μακρά, Monac. 407. μακρὰν, omisso deinde ἔχθραν. Ceterum confert cum hoc loco Gorgianis illis artificiis (v. *Cicer.* Orat. 50.) mirum quam affluente *Haenischius* Lys. de inval. p. 216. T. 218. 221. al. Atque notandum est contrariis h. l. ita opponi contraria (ἰσχυρὰν — ὀλίγην, ἀναιρούμενος — ποιούμενος) ut simul verba similiter cadant, sensus igitur oppositio soni ac numeri similitudine tollatur quodammodo, velut ἀναιρούμενος — ποιούμενος. Quibus quidem artificiis puerilibus, quae veram, nativam et masculam plane exstinguunt orationem, inprimis referta reperitur oratio illa celebratissima quam Plato Convivio Agathonem facit habentem. Vid. inprimis Conv. p. 197. D. — ξυγγνώμην] G γνώμην. In praecedd. Mon. 407. τῶν διὰ μὲν ἀκουσίων. Verbis ἀκούσια et ἑκούσια similiter ludit *Lysias* p. 18. 21. 121. al. quae *Haenischius* citavit. Proxime Flor. g. Monacc. et Goth. τὰ δ', Vind. 4. ἀποτρέπειν, superscr. ἀνα. G ταῦτα μὲν γάρ, Vind. 3. ἐσόμενα τεκμήρια. — ἐνθυμεῖσθαι χρή] *Haenischius*: „perpetua haec est apud Lysiam auditorum cohortatio: unius tantum orationis (pro bonis Aristoph.) locos, quibus hac voce auditores compellat, indicabo; sunt illi p. 172. 177. 179. 182. 184. 185.“ Proxime ὅτι deest in Flor. g. C

ἐκεκτήμεθα] *A* et pr. *Γ* κεκτήμεθα, *Φ* et Raudn. ἐμεμνήμεθα. — τοῖς δεομένοις] οἱ δεόμενοι, id quod sequentia declarant, esse non possunt *rogitantes*, ut Heindorfius intellexit, sed *indigentes* s. *egeni*. Bene *Haenischius*: „neque recte dici poterat, qui maxime rogitassent, eos plurimum gratiae habituros esse, cum id de egenis tantum, quorum inopiam sublevaveris, valeat.“ — τῶν ἄλλων] Sic libri edd. (Ald. Bas. 1. Steph.) et Clark. (nihil enim quod a libro Stephan. discrepet in *Gaisford.* Lectt. Plat. notatum reperitur); τῶν ἄλλων esset amatoribus oppositum (etiam e ceterorum, non solum amantium, numero egentissimis), ut sensus sit: si egentibus gratificandum est, in universum non optimis, sed egentissimis bene nos facere par est, quippe qui, quo gravior fuerit D

inopia quam sublevaverimus, eo plus nobis gratiae habituri sint. Spectant autem haec (χρὴ — χαρίζεσθαι et προσήκει) ad pueros, ad quos item refertur sequens αὐτοῖς (ut infra 233. E: πολλὰ ἀγαθὰ αὐτοῖς εὔξονται), quo, ut iam indicavimus, orator eximia quadam ratione pueros designat, quorum scilicet captat gratiam. Vid. ad p. 232. E. Hoc autem καὶ τῶν ἄλλων confirmatur exemplo quod apponitur: καὶ μὲν καὶ ἐν ταῖς ἰδίαις δαπάναις cet.: ut de beneficentia in universum, non de sola erga amatorem benivolentia agere videatur orator, tecte vero eos significet qui amoris *indigeant*, i. e., τοὺς μὴ ἐρῶντας, quibus, quo egentiores sint (i. e., quo magis amore carere videantur, reapse vero: quo magis amorem et cupiditatem suam dissimulent atque obtegant), eo magis gratificari debeant pueri. Verba καὶ τῶν ἄλλων ita collocata sunt ut absolute videantur posita esse, et genitivum sic poni constat ut sit: *quod — attinet ad*, *ratione*, nos: *in Rücksicht* s. *Beziehung auf*, ut h. l.: *par est*, *etiam quod ad ceteros attinet*, *non optimis* cet. Libri autem plurimi (omnes Bekkeri praeter G, qui habet τοὺς ἄλλους, etiam Bas. 2. Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 7. Monacc. Goth. et Raudn.) scribunt τοῖς ἄλλοις, Vind. α. καὶ τοῖς ἄλλοις ἄνοις. *Haenischius*: „οἱ ἄλλοι sunt hi ad quos haec de amore disputatio non pertinet, qui in aliis rebus benevolentiae et humanitatis laudem quaerunt.“ *Buttmannus*: „omni medeberis incommodo si cum Be. — legas τοῖς ἄλλοις, h. e., iis quibus cetera omnia dispensandi copia est.“ Atque hanc scripturam tot tantisque stabilitam auctoritatibus Bekkerus et Haenischius sequuti sunt; quamquam equidem τῶν ἄλλων praetulerim, ut orator more suo, quid puerum (non ceteros: τοὺς ἄλλους) facere oporteat, exponat; quocirca αὐτοῖς illud, aperte ad pueros spectans, bis sequitur. Ac facile fieri potuit ut τῶν ἄλλων a librariis mutaretur in τοῖς ἄλλοις, ut προσήκει scilicet haberet quocum necti posset. Quocirca laudandus mihi videtur Stallbaumius qui τῶν ἄλλων retinuerit. — τοὺς βελτίστους] τούς abest a F, deinde Δ εὐπορωτάτους, G ἀπορωτέρους, G ἀπαλλαγέντων. — αὐτοῖς] *Heindorfius*: „Tum in verbis μεγ. γὰρ — εἴσονται pro αὐτοῖς mallem οὗτοι, ni mox eodem modo inferretur αὐτοῖς in illis πολλὰ ἀγαθὰ αὐτοῖς εὔξονται. Sed dure est utique hoc οὗτοι omissum. αὐτοῖς int. τοῖς ἀπαλλάξασι κακῶν seu τοῖς εὖ ποιοῦσι.“ Nihil plane vidisse h. l. Heindorfium patet. E praegr. τοὺς ἀπορωτάτους subiectum verbi εἴσονται (nostrum *sie*) sua sponte suppletur; quocirca cur separatim pronomine aliquo exprimeretur nulla erat causa; quin οὗτοι officeret quodammodo pronomini αὐτοῖς, quod primarium est totius orationis quod dicitur sub-

iectum. — *καὶ μὲν δὴ καί*] prius *καί* deest in *ΓΠΣ*DN O Flor. g. Vindd. 3. 4. et Goth., a Monacc. posterius abest. Bekkerus: *„mihi suspectum est μέν."* Quamquam partt. *καὶ μὲν δὴ καί* non semper valent: *quin etiam*, sed leniorem affirmandi vel confirmandi vim habent, ut verti possint: *enimvero*, *certe*, *atque etiam*, prout loci cuiusque ratio postulat. Sic Gorg. 458. D: *Νὴ τοὺς θεούς*, — *καὶ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς πολλοῖς ἤδη λόγοις παραγενόμενος οὐκ οἶδ' εἴ πώποτε ἥσθην οὕτως ὥσπερ νυνί.* Polit. V. 464. B: *καὶ μὲν δὴ καὶ τοῖς πρόσθεν γε ὁμολογοῦμεν.* Tim. 18. B: *καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ γυναικῶν ἐπεμνήσθημεν κτλ.* *Xenoph.* Cyrop. VIII, 4. 8: *Νὴ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος· καὶ μὲν δὴ καὶ ἐπιδείκνυμαι τὰ ἔργα πολὺ ἥδιον φιλανθρωπίας ἢ στρατηγίας.* *Isocrat.* Panegyr. p. 24. Mor. al. innum.

παρακαλεῖν] N *παραβαλεῖν*. Mon. 407. *παραλαβεῖν*. *Δ* et Flor. i. *προσαιροῦντας*. Monac. 407. *προσετοῦντας*. Proxime *καί* ante v. *δεομ.* abest a *Σ* et Vind. 4. In seqq. *καί* ante v. *ἀγαπ.* omitt. G. Deinde in Monac. 407. desunt v. *καὶ ἀκολουθήσουσι.* — *ἥσθήσονται*] Vind. 7. *καθήσονται*, Mon. *καθήσωνται*, Vind. 1. om. Verba *καὶ οὐκ* — *εἴσονται* absunt a *Φ*r Vind. 1. et Raudn., *Δ* Flor. i. *ἐλαχίστου*, *Δ* et Florr. b. i. *αὐτοὶ ἄξονται.* E

Ἀλλ' ἴσως] Monac. 407. Goth. *ἀλλά*, deinde N et Goth. *ἴσον*, Monacc. *ἴσον*. Hoc, quod miramur, sequutus est *Schleiermacherus* vertens: *Sondern es ist gleicherweise rathsam*, *ἴσως* scilicet pro nimis tenui habens; attamen *ἴσως* etiam in rebus certis et exploratis ponitur, ut sit *sane*, *sine dubio* vel tale quid (nostr. *wohl*, *unstreitig*). *Haenischius* laudat Lys. Agor. p. 128: *ἀλλ' ἴσως φήσει ἄκων τοσαῦτα κακὰ ἐργάσασθαι.* Cf. *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 188. et *Schäfer.* ad Long. p. 357. nostra ad Legg. p. 78. al. Proxime Monac. 407. *προσήκοι.* — *δυναμένοις*] *Σ*T *δεομένοις.* Proxime Clark. *ΔΠΣ*D GNOT Florr. g. h. i. Vindd. 3. 4. 7. *a.* Monacc. et Goth. *προσερῶσι* pro *ἐρῶσι.* Mira haec scriptura, quam libri quum optimi tum plurimi praestant, ut e vulgata *ἐρῶσι* per librariorum errorem nata videatur? Potius *ἐρῶσι* e librorum vetustissimorum scriptura *προσερῶσι*, quae vitiosa videri debuerit, videtur profectum esse. Ac vide ne in hoc *προσερῶσι* genuina lateat scriptura. Etenim res ipsa postulat *αἰτοῦσι* vel *προσαιτοῦσι*, et posterioris prior pars remansit in scriptura vitiosa *προσερῶσι.* Nimirum enim pro *αἰτεῖν*, *αἰτῶν* al. scribebatur *ἐτεῖν*, *ἐτῶν* (sic p. 233. E. Mon. 407. scribit *προσποῦντας* pro *προσαιτοῦντας*. p. 241. A. pro *ἀπαιτεῖ* habet *ἀπετεῖ*); et pro vitioso hoc *ἐτῶν*, *ἐτοῦσι* al. in oratione hac

amatoria sua sponte se offerebant ἐρῶν, ἐρῶσι al. Accedit quod τοῖς ἐρῶσι oratoris consilio plane adversatur, quum id agat ut pueris persuadeat non amatori, sed amico amoris experti esse gratificandum. — Proxime Δ μόνοις, Γ ἀλλὰ καὶ τοῖς; longe vero gravius est ἀλλ ά sine part. καὶ positum, vid. notat. ad Protag. p. 75. — Quod sequitur τοῦ πράγματος refertur ad praegressum χαρίζεσθαι.

ὅσοι] Δ ὅσον, σῆς om. Σ, Goth. ἀπολαύσωνται, G. 2 Florr. g. h. ϑ. Vind. 7. (ἀλλ' εἴτινες). Monac. 407. et Goth. ἀλλ' pro ἀλλά, idque rite sequuti sunt Bekker., Stallbaum et Haenisch.

P. 140. γενομένῳ] H γενομένῳ, Clark. a pr. m. ΔΠ G T γενόμενοι, N et Mon. 407. γενομένων. Mox F ἀγαπῶν, superscr. ϑ. Proximum οἳ om. Γ. — διαπραξάμενοι] *quum consequuti sunt s. impetrarunt quod concupiverunt*; et hoc quidem sensu quavis fere pagina in Platonis, Xenophontis, aliorum scriptis usurpatum reperitur hoc verbum; quid vero sit illud quod quis concupiscere vel concupivisse dicatur, e cuiusque loci sententia colligi oportet; nam in omnibus, tam bonis quam malis, tam honestis quam turpibus, potest hoc verbum poni. In nostra autem oratione et perversissima et flagitiosissima significatur consuetudo illa turpis amorisque fructus quem amicus vel amator concupiscit. Sic infra quoque in re venerea ponitur p. 256. C. Similiter Conv. 181. B: ἐρῶσι — τῶν σωμάτων μᾶλλον ἢ τῶν ψυχῶν — πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς ἢ μή, ubi v. διαπράξασθαι amoris fructum vel voluptatis expletionem designare praegressa docent. Cf. *Xenoph.* Conv. IV, 18. *Plutarch.* Alcib. 210. E. Praec. coniug. 138. D. al. De latinis (facere, opus peragere al.) cf. *Burmann.* ad Petron. I. p. 522. — ἀλλ' — σιωπήσονται] absunt a G T Monac. 407. Goth. Pro ἅπαντας F. Ald. et Bas. 1. ἅπαντα. — σπουδάζουσιν] *Stephanus* in marg. „malim scribere σπουδάσουσιν.“ *Heindorfius* in Corrig. p. 361. „σπουδάσω pro σπουδάσομαι vereor ne soloecum sit [sed vid. *Schäfer.* Appar. ad Demosth. III. p. 487. *A.*], atque σπουδάζουσιν hoc respondet prioribus δεομένοις, δυναμένοις, ἐρῶσι.“ Ceterum σπουδάζειν, *diligere et colere*, illustravit *Bergl.* ad Alciphr. p. 120. — ὁμοίως] ὁμοίοις ΠΣDGNT Florr. g. h. Vindd. 3. 4. 7. Monacc. et Goth. Deinde εἴτινες r. — παυσάμενοι τῆς ὥρας] Recte *Heindorfius* annotat: „in extrema hac verborum comprehensione vitium insedit manifestum. Nimirum amatores quomodo dici queant παυσάμενοι τῆς ὥρας, non intelligo, quum ὥρα h. l., ut paullo ante, dictum sit de *eximia cor-*

oris forma [potius de flore aetatis, quem Latini simpliciter uoque florem vocant. A.]. Imo hi παύονται ἀπολαύσεως τῆς ὥρας. Olim igitur reponendum videbatur παυσαμένῳ [ad hoc Heindorfio ed. alt. p. 226. redire visum est; idque etiam Haenischius scripturus erat, nisi Flor. g. παυομένης obtulisset. A.]; sed tamen praegressa illa παυόμενοι τῆς ἐπιθυμίας requirere h. l. videntur aliud participium quod ad ipsos referatur amatores. Itaque nunc vix dubito quin Plato scripserit ἀπολαυσάμενοι τῆς ὥρ., quod optime respondet prioribus illis οὐδὲ ὅσοι τῆς σῆς ὥρας ἀπολαύσονται." Hoc vero ipse Heindorfius (p. 226. ed. alt.) contra usum esse postea intellexit. Boeckhius Ephem. Ienens. 1808. n. 177. p. 185., quum forma ἀπολαυσάμενοι ne usitata quidem fuerit, ἐπαυράμενοι τῆς ὥρας, i. e. καρπωσάμενοι, scribendum esse censebat, compar. Herod. VII, 158. Thucyd. II, 53. Andocid. de redit. T. V. p. 75. Reisk. et Suid. s. v. ἐπαύρασθαι. Quam coniecturam viris doctis non potuisse satisfacere non est quod miremur. Propius abest a vulgatae scripturae ductibus quod in ed. Phaedri 1810. Lips. emissa scripsimus πασάμενοι τῆς ὥρας. Verbum πάσασθαι, quod ap. Homer. est vesci s. comedere, Il. I, 464. IX, 483. XIX, 160. XXIV, 641. Odyss. III, 9. IX, 87. X, 384. al., posterioribus est satiari, velut. Sophocl. Antig. 202: αἵματος κοινοῦ πάσασθαι. Callimach. fragm. p. 333. Vid. Athen. 1, 43. p. 89 sq. ed. Schweigh. Valckenar. ad Ammon. p. 187 sq. et ad Theocr. Adoniaz. p. 383 sq. Vox ὥρα esset iuventutis flos quo amator frueretur ad cupiditatem saturandam. Legg. VIII. 837. C: ὁ μὲν γὰρ τοῦ σώματος ἐρῶν καὶ τῆς ὥρας καθάπερ ὀπώρας πειρῶν ἐμπλησθῆναι. Xenoph. Conv. VIII, 25: ἀλλ' ὅπως αὐτὸς ὅτι πλεῖστα ὡραῖα καρπώσεται. Himer. Soph. p. 68: ἵνα τὴν ὥραν τὴν τῶν χρωμένων καρπώσηται. al. Verendum tamen ne vox haec magis poetica a Lysiae oratione abhorreat, de qua recte iudicavit Dionys. Halic. T. V. p. 455: ἥκιστα γὰρ ἄν τις εὕροι Λυσίαν τροπικῇ φράσει χρησάμενον — τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασι καὶ ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος κατασκευῆς. In notis vers. german. subiectis p. 201. ita mihi videbatur locus restituendus esse ut ὥρας et ἐπιθυμίας transponerentur: οὐδὲ οἵτινες παυομένῳ τῆς ὥρας (i. e., deflorescere incipienti) ἔχθρας πρόφασιν ζητήσουσιν, ἀλλ' οἱ παυσάμενοι τῆς ἐπιθυμίας τότε τὴν αὐτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξονται. Iam pro παυομένῳ scribere etiam possis cum Florent. παυομένης. Vid. infra. Denique Iacobsius ad Achill. Tat. p. 594. γευσάμενοι τῆς ὥρας corrigebat, quod, ut ab aliis rationibus discedatur, iam sensus mihi videtur repudiari; γευσάμενοι enim,

quum degustarunt, nimis tenue foret atque ieiunum in hac oratione ubi cupiditatis expletio (i. e., plenus, non degustando contentus, amoris fructus) et virtus inter se opponuntur. Florent. g. habet παυομένης, quod Stallbaumio praeeunte recepit Haenischius. Ac Ficinus quidem id confirmare videtur qui verterit: *forma deflorescente.* Attamen quum libri reliqui omnes παυσάμενοι tueantur, ex uno Florentino reponere παυομένης vereor ne audacius sit; accedit quod τότε non παυομένης, sed παυσαμένης videtur efflagitare. Quocirca haud scio an π α υ σ α μ έ ν η ς (quod e conflatis scripturis παυσάμενοι et παυομένης sua sponte quasi proficisci videatur) omnes tollat difficultates. Opponuntur ut in praegressis τῆς ἐπιθυμίας et ἔχθρας, sic h. l. τῆς ὥρας et τὴν ἀρετήν, et quod in praegressis lenius significatur, id in hoc orationis membro et fortius designatur et amplificatur quodammodo: *nec qui, quando desinunt amare (παυόμενοι), inimicitiae causam quaerunt, sed qui, quum tua iuventus defloruerit* (π α υ σ α μ έ ν η ς), *tum suam ipsi virtutem ostendent:* ut inter se opposita sint τῆς ὥρας (quod ad puerum refertur, ergo i. q. τῆς σῆς ὥρας) et τὴν αὐτῶν ἀρετήν. Hoc igitur vel alterum quod supra proposui: παυομένῳ τῆς ὥρας ἔχθρας πρόφασιν ζητήσουσιν, ἀλλ' οἱ παυσάμενοι τῆς ἐπιθυμίας (supra 231. A. 232. E: ἐπειδὰν τῆς ἐπιθυμίας παύσωνται) τότε τὴν αὐτῶν ἀρετὴν ἐπιδείξονται, reponendum esse arbitror; ac posterius quidem fortasse magis placebit, siquidem propter idem participium oppositum παυομένῳ (int. σοί) et παυσάμενοι (quae inter se opposita essent, quoniam unum ad puerum, alterum ad amatorem referretur) facile traiici potuerunt nomina ὥρας et ἐπιθυμίας (quamquam Stallbaumius audaciorem hanc iudicat „transpositionem quam ut possit omni ex parte probari"). Nomine autem ἐπιθυμίας praeposito participium παυομένῳ mutandum erat in παυόμενοι. Ceterum verba παυομένῳ τῆς ὥρας ἔχθρας πρόφασιν ζητήσουσι comparari possunt cum loco Conviv. 183. E: ἅμα γὰρ τῷ τοῦ σώματος ἄνθει λήγοντι — οἴχεται ἀποπτάμενος. *Aristot.* Ethic. Nicom. VIII, 4. §. 1: ληγούσης δὲ τῆς ὥρας ἐνίοτε καὶ ἡ φιλία λήγει. Cf. Alcib. I. 131. E.

α ὐ τ ῶ ν] Florr. a. b. c. g. h. i. Monacc., Goth. et Rauda. αὐτῶν. G αὐτήν. Proxime Mon. 407. μέμνησον. Deinde *Π* ἐκείνου, T ἐκεῖνον, N et Mon. 407. ἐκεῖνος; deinde Flor. b. ἔρωτας. — ὄ ν τ ο ς] T ὄντες. Flor. i. ὄντος κἀμοῦ. Proxime *Λ* ἐμέμψαντο, *Ξ* τοῦ, Flor. c. καλῶς, *Λ* et pr. *Ξ* F βουλομένοις, *Λ* ἑαυτοῖς, Mon. 407. et Goth. αὐτῶν. — ἴσως ἂν οὖν] Clark. *ΔΠΣ* (i. e., libri praestantissimi), praeterea CDGNOT Florr. g. h. Vindd. 1. 2. et Monacc. ἴσως

(Mon. 407. ἴσων) μὲν οὖν, Φ et a re. m. C ἴσως οὖν ἄν, Vind. 4. ἴσως μὲν οὖν ἄν, quod Stallbaumius reposuit. Ac sane part. μέν optimorum librorum confirmatam testimonio interponi oportet (sic etiam Gorg. 465. E: ἴσως μὲν οὖν ἄτοπον πεποίηκα, al. innum.) et ἄν aliis quoque multis locis particulam οὖν excipit, ut Sophist. 233. A: Πῶς οὖν ἄν ποτέ τις — δύναιτο ὑγιές τι λέγων ἀντειπεῖν. Ib. Τί ποτ' οὖν ἄν εἴη τὸ — θαῦμα. al. Etiam, ut nostro loco, μὲν οὖν praecedit, ut *Xenoph.* de rep. Athen. 1, 8: εἴη μὲν οὖν ἄν. Cf. *Stallbaum.* ad Phileb. p. 169. Errat ad hanc pag. et *Bornemann.* ad Xenoph. Anab. II, 5. 20. Proxime Mon. 407. ὁροιόμε — ἐρῶσιν χαρ. — ἐγὼ δὲ οἶμαι] Clark. ΔΠΣDGNOT Florr. g. h. Vindd. 3. 7. (in 4. superscriptum exstat δέ), Monacc. et Goth. μέν pro δέ habent, idque, ut videtur, e vitiosa praegressi μέν repetitione fluxit. *Haenischius* hos Lysiae citavit locos: acc. Agor. p. 128: ἴσως φήσει ἄκων τοσαῦτα κακὰ ἐργάσασθαι, ἐγὼ δ' οὐκ οἶμαι. de pecun. publ. p. 161: ἴσως τινὲς — ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω —. pro bon. Arist. p. 177: ἴσως ἐνίοις ὑμῶν — δοκεῖ ὀλίγα εἶναι· ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνθυμεῖσθε κλ. In seqq. Σ et Vind. 4. ἔρωτα, Δ ἐρωτῶντα; deinde ΔGN Vind. 1. Mon. 407. et pr. Γ ἅπαντα.

τῷ λαμβάνοντι] Clark. (τῶι λόγωι) ΔΠDNOTr C
Vind. 1. Flor. g. et Monac. 407. τῷ λόγῳ λαμβάνοντι, Σ τῷ λόγον λαμβάνοντι, Φ τῷ λόγῳ λαμβ., super ῳ scripto ον. Mon. 11. ἄξιον τῷ λόγῳ, Vind. 4. additum habet λόγῳ, ita ut tamquam vitiosum notatum sit. Bekkerus scripsit τῷ λόγῳ λαμβάνοντι, quod *Schleiermacherus* ed. II. sequutus est vertens: *denn weder würde es dem, der es sich recht überlegt, gleichen Dankes werth seyn.* Vereor autem ne recte iudicaverit Stallbaumius: „quod ex glossemate ortum non debebat a Bekkero probari." Etenim λόγῳ, cui hic nihil loci est, a librario videtur profectum esse cui intempestive in mentem venisset trita illa loquutio λόγῳ λαμβάνειν (vid. nostra ad Legg. p. 58.); et alii qui margini appictum vel superscriptum id invenissent, infercire potuerunt ad orationem scilicet explendam; etenim nudum illud et tectum τῷ λαμβάνοντι si non cepissent, fieri non potuit quin orationem mancam iudicarent. Ceterum bene *Haenischius*: „sensus est: neque enim tuum illud officium illi, qui amoris fructum colligit, eadem est gratia dignum, ac si tu eius esses unius studiosus, neque tu pluribus gratificatus bonam famam aeque facile poteris conservare." — ἴσης] ΔΠT οὔσης, Clark. οισης, ΣΦGNr Vind. 1. 3. 4. 7. Flor. g. Monacc. Goth. Raudn. cum pr. D et re. C οἴσεις. Deinde E ἄξιος. — δεῖ] Clark. ΔΠΣGNOT Monacc. et

Goth. αἰεί, Vind. 4. δεῖ δή. Deinde ΓΔΦBCEHr Florr. a. b. c. ϑ. Vind. 1. et Raudn. ἐπ' αὐτοῦ. Ξ αὐτῶν. Mox O Monacc. et Goth. οὐδεμίαν. — μὲν οὖν] οὖν om. pr. Ξ; mox Flor. g. ἱκανά σοι. — εἰ δέ τι σὺ ποϑεῖς] Sic emendavit Heindorfius (v. not. Schleierm. p. 372. ed. prim.) id quod editi libri cum plurimis scriptis habent ὑποϑῇς (ortum illud quidem e: σὺ ποϑεῖς), quod nomine sensus pariter atque constructionis damnandum (de part. εἰ constructione vid. quae collegit *Matth.* Gramm. gr. p. 1020 sq. Adde *Krüger.* Commentt. crit. et hist. p. 270 sq. et *Iacob.* ad Lucian. Toxar. p. 52. sq.); hanc confirmat emendationem Σ, et eodem ducit vitiosa scriptura ὑποϑεὶς in ΓΔBEH Florr. a. c. i. ϑ.; CF Goth. ὑποϑεὶς superscripto ῇς. Iure igitur hanc Heindorfii scripturam receperunt Bekkerus et Stallbaumius. Idem vir ille praestantissimus ad Theaet. p. 428. praeterea pro εἰ δέ τι scribi iussit εἰ δ' ἔτι τι. Sic Protag. 329. D: τοῦτ' ἔστιν ὃ ἔτι ἐπιποϑῶ. Polit. IX. 571. A: οἶσϑ' οὖν — ὃ ποϑῶ ἔτι; Tim. 19. A: ἦ ποϑοῦμεν ἔτι τι τῶν ῥηϑέντων — ἀπολειπόμενον (malim ὡς ἀπολειπόμενον). Idem post Heindorfium (huius enim ed. Theaeteti prodit a. 1805. et Boeckhii spec. a. 1807.) visum est *Boeckhio* Spec. edit. Timaei Plat. p. XXVI. Atque hanc scripturam recepit Buttmannus in edit. Heindorf. secunda p. 227. Vulgatam tamen retinere possumus, si scribimus εἰ δέ τι σὺ ἐπιποϑεῖς, e quo vitiosae illae scripturae proficisci potuerunt. Etenim si pro ἐπιποϑεῖς e sollenni praepositionum ὑπό et ἐπί in compositis confusione (v. *Schäfer.* melet. critt. p. 105 sq.) scriptum erat ὑποποϑεῖς, alterum syllabam πο pro vitiosa repetitione habere potuit librarius; et ita deleto πο exstitit ὑποϑεῖς quod in ὑποϑεὶς et ὑποϑῇς transit. Atque his quidem rationibus adducor fere ut hoc: εἰ δέ τι σὺ ἐπιποϑεῖς pro genuina habeam scriptura. Sic Protag. l. l. τοῦτ' ἔστιν ὃ ἔτι ἐπιποϑῶ. Legg. IX. 855. E: χρὴ διεξελϑεῖν ὅ τι ἂν — ἐπιποϑῇ τινὰ τρόπον. — Deinde Mon. 407. et Goth. παραλελῆφϑαι, Flor. b. παρελεῖφϑαι. Mox Clark. ἔρωτα. — τί σοι φαίνεται — ὁ λόγος;] Charmid. 154. D: Τί σοι φαίνεται ὁ νεανίσκος; al. Cf. *Iacob.* ad Lucian. Toxar. p. 87. et *Fritzsch.* Ep. crit. Luciani dial. Deor. praemissa p. XXXIII.

ὦ ἑταῖρε] ὦ deest in Florr. b. i. Deinde Flor. i. μοι ἐκπλαγῆναι. Similiter Socrates quem Plato fingit irrisor Conviv. 198. B: τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ κάλλους τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τίς οὐκ ἂν ἐξεπλάγη ἀκούων; Bene *Lentzius* l. l. p. 309: „Haec et similia non temere sive tantum παιδιᾶς causa a Platone dicta putes, sed rhetorum quoddam genus sive sophistas, vanam et corruptam eloquentiam sectantes, tangere D

videntur „ — τοῦτο] E Coisl. Bekkerus et Stallbaumius reposuerunt τοῦτ᾽; recte. — διά σέ, ὦ Φαῖδρε, πρὸς σὲ ἀποβλέπων] Monac. 407. πρό σε. Ipsa iam pronominis σέ repetitio et verba πρὸς σὲ ἀποβλέπων hoc ὦ Φαῖδρε significanter esse positum declarant; ludit videlicet Socrates. Phaedrum gaudio elatum ac paene desipientem inter recitandam Lysiae orationem et ineptissimam et flagitiosissimam. Nomen Phaedri (Φαῖδρος) et sequens γάνυσθαι sibi respondent, sicut infra συνεκβάκχευσα μετὰ σοῦ et τῆς θείας κεφαλῆς. Etenim adiect. φαιδρός est hilaris, qui gaudium vultu subridente declarat. Sic *Aeschyl.* Agam. 503. 704. 1200. *Xenoph.* Anab. II, 6. 11: καὶ γὰρ τὸ στυγνὸν τότε φαιδρὸν αὐτοῦ ἐν τοῖς προςώποις ἔφασαν φαίνεσθαι. Ages. 1, 13: μάλα φαιδρῷ τῷ προςώπῳ. *Lucian.* Eunuch. §. 1: Πόθεν — ἢ τί γελῶν ἡμῖν ἀφῖξαι; ἀεὶ μὲν γὰρ φαιδρὸς ὢν τυγχάνεις. Amor. §. 52: ἱλαρῷ τῷ προςώπῳ φαιδρὸς ἀναπήδησας. Chronosolon. §. 16: καὶ τοῦτο λαμβανέτω ὁ πλούσιος πάνυ φαιδρῷ τῷ προςώπῳ. *Philostrat.* Imagg. I, 8. p. 775: ἐνταῦθα δὲ φαιδρὸς γέγραπται καὶ ἱλαρὸν βλέπων. Heroic. p. 112. (ed. Boisson.): φαιδρὸς — καὶ ἐν ὁρμῇ μειδιάματος. Cf. Miscell. Observv. V. III. T. 1. p. 56. Recte igitur Schol. p. 312. Bekk. γάννυσθαι] φαιδρύνεσθαι, χαίρειν, διακεῖσθαι. — ἐδόκεις] *Δ* E T Florr. b. i. δοκεῖς, G ἐδόκει. Deinde e Clark. et Vatic. *Δ*, qui librorum sunt primae notae, revocandum est γάνυσθαι pro γάννυσθαι, id quod e recentioribus solus fecit Buttmannus in ed. Heind. II. Compara *Xenophont.* Conv. VIII, 30: καὶ ἐγὼ δέ φημι καὶ Γανυμήδην οὐ σώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἕνεκα ὑπὸ Διὸς εἰς Ὄλυμπον ἀνενεχθῆναι. μαρτυρεῖ δὲ καὶ τοὔνομα αὐτοῦ· ἔστι γάρ δήπου κἂν Ὁμήρῳ

— — γάνυται δέ τ᾽ ἀκούων.

τοῦτο δὲ φράζει ὅτι ἥδεται δέ τ᾽ ἀκούων. Praeterea conferri potest *Aristaenet.* II, 21. p. 193: σὺ δὲ ἀπὸ τῶν ὀμμάτων τῇ θέᾳ γαννυμένους ἄγεις ἡμᾶς. — σοὶ ἑπόμην] „*tecum in furorem quendam rapi me passus sum.*“ *Heindorfius.* Immo est simpliciter: *te*, tamquam praeeuntem, *sequutus sum et ad tuam me affectionem accommodavi.* — συνεβάκχευσα] Supra 228. B: ὅτι ἕξοι τὸν συγκορυβαντιῶντα. Similiter *Philostrat.* Imagg. II, 17. p. 838: ξυνεξαίρουσι βοὴν κύνες ἀνδράσιν, ὡς καὶ τὴν ἠχὼ φάναι ξυμβακχεύειν τῇ θήρᾳ. Heroic. p. 24: καὶ τὸ χρησμῶδες αὐταῖς προςβακχεύει. Cf. *Olear.* ad Philostr. vit. sophist. I, 19. p. 511. Ad nostrum locum conformatus est ille in arte rhetor., quae *Dionysio Halicarn.* tribuitur, c. 2. p. 20. ed. Schott.: ἀναβακχεύοντα μετὰ σοῦ τῆς φίλης ἐμοὶ κεφαλῆς. Βακχεύειν est nostrum *schwärmen*,

et *βακχεία Schwärmerei.* Conv. 218. B: *πάντες γὰρ κεκοινωνήκατε τῆς φιλοσόφου μανίας τε καὶ βακχείας (der philosophischen Entzückung und Schwärmerei).* Proprio sensu legitur Legg. II. 672. B: *διὸ τάς τε βακχείας καὶ πᾶσαν τὴν μανικὴν ἐμβάλλειν χορείαν τιμωρούμενος.* Huic autem verbo egregie respondet quod sequitur *μετὰ σοῦ τῆς θείας κεφαλῆς; θεῖος* est enim *divino instinctu concitatus, mente permotus (entzückt, begeistert).* Sic 238. C: *θεῖον πάθος πεπονθέναι.* Conviv. 209. B: *θεῖος ὤν.* al. Commode citavit Heindorfius *Euripid.* Hecub. 87: *θεία Ἑλένου ψυχά.* Quocirca probare non possum *Schleiermacheri* interpretationem: *bin ich immer entzückt gewesen mit dir herrlichen* (sic!) *Seele.* Reddendum erat: *habe ich mit dir entzücktem Haupte geschwärmt. Κεφαλῆς* ad Homericum illud *Τεῦκρε, φίλη κεφαλή* Iliad. VIII, 281.) fictum est, ut e loco infra posito 264. A: *Φαῖδρε, φίλη κεφαλή* patet. Gorg. 513. C: *ὦ φίλη κεφαλή.* Euthydem. 293. E: *μετὰ Διονυσοδώρου τοῦδε, φίλης κεφαλῆς.* Ion. 531. D: *ὦ φίλη κεφαλὴ Ἴων.* Posterioris scriptores aetatis in hoc quoque certatim imitando mirum quam sibi placuerunt. Locis a *Berglero* ad Alciphron. Epist. I. p. 250. (p. 349. Wagner.) allatis addi possunt praeter *Athenaeum* III, 68. p. 414. Schweigh. *Maxim. Tyr.* Diss. XXIV, 4. p. 287. XXXVIII, 4. p. 449. *Themist.* Oratt. III. p. 46. B. XIV, p. 138. D. *Liban.* Ep. III. p. 271. *Synesii* Epist. 56. p. 191. A: *ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή.* Ep. 105. p. 249. C: *καὶ νὴ τὴν ἱεράν σου κεφαλήν. Himer.* Oratt. XIII. p. 600: *ὦ θείας κεφαλῆς παῖ!* Cf. *Suid.* T. II. p. 357. *Eustath.* ad Iliad. 6. p. 1182, 32. et *Gataker.* Advers. XXXVIII. Ceterum Vindob. 6. *μετὰ σοῦ τῆς θείας μοι κεφαλῆς.* — *Εἶεν οὕτω δὴ κτλ.*] Rectius interpunctio post *εἶεν* deletur, quum hoc non ad praegressa referatur, sed cum sequentibus in unam coalescat orationem. Est admirationis, h. l. improbationis ac fere indignationis index. Quocirca male vertit *Schleiermacherus: Wohl! auf diese Art meinst du also zu scherzen?* Potius est: *Wie! so beliebt es zu scherzen?* Vid. ad Protagor. p. 27 sq. Proxime Monac. 407. *οὕτω δέ.* Verbum *δοκεῖ* ante *παίζειν* abest a Flor. *θ. Δ* G T et pr. *Π.* Deinde Coisl. *οὐχί* pro *οὐκ*, omitt. pr. *Φ*r. De vv. oppositis *παίζειν* et *ἐσπουδακέναι* vid. *Boissonad.* ad Philostr. Heroic. p. 525.

Μηδαμῶς] *Heindorfius:* „*(Nicht doch)*, int. *ἐσπούδακας.*" Hoc vetat et particula *μηδαμῶς* (esse enim deberet *οὐδαμῶς*) et sequens imperativus *εἰπέ*; suppleri igitur e praecedentibus oportet imperativum *παῖζε* vel in universum *τοῦτο ποίει*, vid. *Engelhardt.* ad Lachet. p. 62. et Menex. p. 248. et E

Stallbaum. ad Gorg. p. 180. Sic enim μή et μηδαμῶς elliptice quod dicitur frequentantur, vid. ad Protagor. p. 67. et *Stallbaum.* ad Menon. p. 25. Buttmannus supplendum esse arbitrabatur οὕτω παῖζε, sed particulam οὕτω respuit iam id quod sequitur: ἀλλ' ὡς ἀληθῶς εἰπέ. A sensu aberravit *Schleiermacherus* qui verterit: *Freilich nicht, o Socrates. Aber* cet. Germanicum erat: *Nein, Socrates, sage mir im Ernste* cet., i. e., *Scherze nicht* (vel: *Nicht so*), *sondern sage mir im Ernste* cet. — In seqq. part. ὡς om. G. — πρὸς Διὸς φιλίου] Iupiter φίλιος, amicitiae praeses (ὁ τὰ περὶ φιλίας ἐπισκοπῶν, Schol. p. 312. Bekk. τοῦ τὰ περὶ φιλίας ἐπισκοποῦντος. Cf. Suid. v. φίλιος) Megalopoli in Arcadia templum habebat, v. *Pausan.* VIII, 31. Gorg. 500. B: Καὶ πρὸς Φιλίου, ὦ Καλλίκλεις. 519. E: ἀλλ', ὦ 'γαθέ, εἰπὲ πρὸς Φιλίου. Alcibiad. I. 109. D: Μὰ τὸν Φίλιον τὸν ἐμόν τε καὶ σόν. De leg. (Min.) 321. C: Φέρε δὴ πρὸς Διὸς φιλίου. *Lucian.* Tim. §. 1. Toxar. §. 12. Praec. rhet. §. 4. al. Cf. *Forster.* ad Euthyphr. p. 329. *Gottleb.* ad Alcib. I. p. 140. ed. Nürnberger. *Creuzer.* ad Procl. in Alcib. I. p. 223. interpp. ad Aristaenet. p. 693. sq. Boisson. et *Iacob.* ad Lucian. Toxar. p. 62. — ἄν τιν'] Sic Coisl. et Bekker. Vulgo ἄν τινα. — ἄλλον] Hoc in omnibus Bekkeri et Stallbaumii libris comparet (solus G scribit ἄλλα), etiam in Ald. et Bas. 1. 2., pro vulgato (in Steph. et Bip.) ἄλλων, quod Monac. quoque 407. exhibet. Etiam Ficinus qui vertit: *putasne quemquam Graecorum*, et Cornarius (*putasne alium aliquem ex Graecis*) ἄλλον reddiderunt. Ante Heindorfium iam edit. Vindob. (1784. 8.) id receperat.

P. 142. μείζω τούτων] Plurimi et optimi libri (etiam Monacc.) τούτων μείζω, quos recte sequuti sunt Bekker., Stallbaum. et Buttm. — τί δέ;] Σ ἔχε τί. In seqq. Flor. ϑ. εὑρηκότος. Quod sequitur τοῦ ποιητοῦ, in oratore s. scriptore et prosae orationis auctore, ut nonnumquam solent verba ποιεῖν, ποιητής et ποίημα (v. *Dorvill.* ad Charit. p. 289. et annot. in libro qui est *de Platonis Phaedro* p. 132 sq.), positum est. Infra 236. D: παρ' ἀγαθὸν ποιητὴν ἰδιώτης κτλ. In seqq. Φ a corr. m. μᾶλλον pro μόνον exhibet. — σαφῆ καὶ στρογγύλα — ἀποτετόρνευται] *Plutarch.* de recta audiendi rat. 45. A: καὶ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν Λυσίου λόγον οὔτε κατὰ τὴν εὕρεσιν ἐπαινῶν καὶ τῆς ἀταξίας αἰτιώμενος, ὅμως αὐτοῦ τὴν ἀπαγγελίαν ἐπαινεῖ καὶ ὅτι τῶν ὀνομάτων σαφῶς καὶ στρογγύλως ἕκαστον ἀποτετόρνευται. Vox στρογγύλος, ut Latinorum *rotundus* (*Horat.* Satir. II, 7. 86: *in se ipso totus, teres atque rotundus*, ubi v.

Heindorf. p. 419. Art. poët. 523: *Grais dedit ore rotundo loqui.* Cf. *Cicer.* Brut. 78. Orat. 13. al.) in eo ponitur, quod instar globi nihil habet asperi, nihil inaequale, h. e., quod perpolitum et perfectum est, vid. *Lambin.* ad Horat. Satir. I. I. p. 187. F. et *Ernesti* Lexic. Techn. gr. rhet. p. 320. Eodem spectat verbum *ἀποτορνεύειν*, Latin. *tornare*, v. *Bentl.* ad Horat. Art. poët. 441. *Aristoph.* Thesmophor. 59. in Agathone poëta: *τὰ δὲ τορνεύει.* Hinc *τορευτὸν ἔπος* Callimacho tribuitur Analect. Brunck. II. p. 144. Cf. *Fr. Matthaei* Animadvv. in II. Homil. Chrysost. (Viteberg. 1801.) p. 5. *Schneider.* Lexic. gr. v. *τορεύω* et quae *Creuzerus* collegit ad Bekkeri specim. Philostr. p. 66 sq. Respexit h. l. *Hermogen.* de form. orat. I. p. 166. Sturm. Coisl. *Δ* B r b Florr. a. b. c. i. *ϑ.* et Vindd. 1. 6. *α.* *ἀποτετόρνωται*, *Ξ* *ἀποτετόρνευται* superscr. *ωται*, F *ἀποτετόρνωται* superscr. *ευται*, H *ἀποτετόρνηται.* Mon. 407. *ἀποτόρνευται.* Ceterum de verbis *καὶ ἀκριβῶς* bene iam *Heindorfius:* „quod (*ἀκριβῶς*) post adiectiva illa *σαφῆ καὶ στρογγύλα* parum placet.“ Accedit quod neque Plutarch. l. l. neque Hermias (p. 79. Cod. 407. fol. 26. vers.) ea norunt. Quocirca cancellis ea circumscripsi. Mox Mon. 407. *δή* pro *δεῖ.* In seqq. G. *ἔλαβεν.* Mox libri et scripti et editi *οὐδενείας*, Bekker. et Stallb. *οὐδενίας.* Vind. 4. *οὐθενείας.* *Δ* *οὐθενίας.*

τῷ γὰρ ῥητορικῷ κτλ.] Sensus est: ad eloquutionem 235
tantum s. orationis formam (*τὸ σαφῆ καὶ στρογγύλα ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτορνεύειν*) animum attendi, non ad sententiam (germ. *Inhalt*). *Τοῦτο* refertur ad superiora *τὸ τὰ δέοντα λέγειν*, ad sententiarum inventionem veramque et idoneam rei de qua agitur expositionem; in hac enim, dicit Socrates, facultate ne ipsum quidem Lysiam (quippe *oratorem*, non philosophum) arbitrabar se parem esse existimaturum. Quo quidem factum est ut sententiarum inopia laborans veramque rei naturam ignorans bis terque idem dixerit, quasi ostendere gloriose voluerit se posse eadem aliter atque aliter exponere et utraque ratione optime dicere. — Pro *μόνῳ* *Δ Σ* D N O T Florr. g. h. Vind. 1. et Monacc. *μόνον*, quod haud scio an praestet, vid. *Heindorf.* ad Euthydem. p. 389. *Φ* r *νόμῳ.* Ceterum bene iam *Heindorfius:* „in qua (verborum sententia) aegre careo particula *ἄν.*“ Facile *ἄν* post v. *Λυσίαν* excidere potuit; salvo sensu abesse nequit, quum hic sit: *in jenem aber glaubte ich würde sich wohl Lysias selbst nicht für tüchtig halten.* A sensu, si quid video, aberraverunt et Heindorfius („*in hoc autem ne ipse quidem Lysias*, *opinor* [est vero *ᾤμην* in graec. oratione, non *οἴομαι*], *satisfecisse se putabit*“) et *Schleiermacherus* vertens: *und dieses, dachte ich, würde Lysias selbst*

nicht für hinreichend halten. In not. p. 373. τὸ ῥητορικὸν intelligit: „*das scheinbare und überredende in den Gedanken und ihrer Zusammenstellung.*“ Similiter *Heindorfius*: „alteri disputationis parti, cui persuadendi vis inesse debet.“ Non de persuasione, sed de verbis lectis, artificiose positis constructisque agi liquet, quam rhetores vocitant λέξιν s. *elocutionem*, v. *Hermog.* p. 166. Pron. videlicet τοῦτο non ad τὸ ῥητορικόν, sed ad remotius τὸ τὰ δέοντα λέγειν, quod in verbis ὡς τὰ δέοντα εἰρηκότος latet, refertur ita ut hoc, tamquam quod maxime causam contineat, extollatur (hinc B: αὐτὸ τοῦτο καὶ μάλιστα ὁ λόγος ἔχει· τῶν γὰρ ἐνόντων ἀξίως ῥηθῆναι ἐν τῷ πράγματι οὐδὲν παραλέλοιπεν); ἱκανὸν vero non est neutrum, sed masculinum (cum voce *Λυσίαν* cohaerens), e quo τοῦτο pendet (vid. ad Protagor. p. 312. D. Annot. p. 32.). Ceterum ᾤμην — οἴεσθαι positum est ut Polit. IX. 584. D: οἴει οὖν ἄν τινα — οἴεσθαι κτλ. Ib. οὐκ ἔγωγε — ἄλλως οἶμαι οἰηθῆναι ἂν τὸν τοιοῦτον. De lucri cupid. (Hipparch.) 226. A: ἆρ' ἔστιν ὅντινα οἴει — οἴεσθαι ἀπὸ τούτου κερδαίνειν; al. — καὶ δὴ οὖν] Clark. ΔΠDGT Flor. g. δικαιοῦν, ΛΣ B δικαιοῦν οὖν, ΓCEFNOr Florr. a. b. c. h. i. ϑ. Monacc. δίκαιον οὖν, Ald. Bas. 1. et 2. δίκαι' οὖν. Scripturae δικαιοῦν et δίκαιον natae sunt e verbis transpositis δὴ καὶ οὖν (sic Ξ in litura). — λέγεις] Clark. λέγῃς. Flor. ϑ. λέγης. Mon. 407. εἰ μή τις σὺ ἄλλος. In seqq. cum Bekkero pro τὰ αὐτά dedi ταὐτά (Λ ταῦτα). Mox Σ αὐτοῦ sine art. τοῦ. — ἴσως] Libri omnes Bekkeri et Stallbaumi (accedunt Monacc.) praestant ἢ ἴσως, quod recte sequuti sunt libri recentiores; est: *vel nihil fortasse hoc curans* s. *curavit*, h. e., *vel quia fortasse hoc nihil curavit.* Ald. Bas. 1. μέλλον. Bas. 2. ἢ μέλλον. Vind. 4. αὐτὸ μέλον. In Coisl. a corr. m. μέλει. Sed μέλον, ut δέον, ἐξόν al. solent, positum est ita ut verbo quod dicitur substantivo possit expleri. Vid. *Iahrb. f. wissensch. Kritik.* 1829. N. 5. 6. p. 37. In seqq. Coisl. ἐφαίνετο καί. Proxime Λ δήμων, E δήμῳ. — ταὐτά] Sic cum Heindorfio scripsi. Ficinus: *eandem rem.* Bekkerus et Stallbaumius retinuerunt vulgatum ταῦτα. Mox part. τέ post ἑτέρως omitt. Φ pr. Deinde ἀμφότερα ΣNO Flor. g. Vindd. 3. 7. et Monacc. In Vind. 4. ἀμφοτέρως, superscr. α.

αὐτὸ μὲν γὰρ τοῦτο] Sic cum edd. unus Ξ; reliqui omnes et Bekkeri et Stallbaumi (accedunt Monacc.) particulam μέν ignorant, quibus iure Bekk., Stallb. et Buttm. obtemperaverunt. — τῶν γὰρ ἐνόντων — ῥηθῆναι] proprie: *quae inerant in causa* (ἐν τῷ πράγματι) *digna quae commemorarentur* s. *quae digne poterant in medium proferri.* Duplex B

est enim participii *ἐνόντων* sensus et constructio; relatum ad v. *ἐν τῷ πράγματι* est *ἐνεῖναι* *inesse*, ratione vero habita vocum *ἀξίως ῥηθῆναι* Latinorum *esse* (ut: *est dicere*, *non est dicere*, i. e., *potest dici*. Sic nos quoque: *es ist noch viel zu sagen*, i. q., *man kann* — s. *es lässt sich* — *sagen*). Quocirca Grammatici *ἔνεστιν* interpretantur verbo *ἔξεστι* s. *δυνατόν ἐστιν*. Ac posteriore quidem significatione praecipue cum verbis dicendi iungitur, velut *Thucyd.* IV, 59: *τί ἄν τις πᾶν τὸ ἐνὸν ἐκλέγων ἐν εἰδόσι μακρηγοροίη*; *Isocrat.* Busir. 230. ed. Cor.: *πολλῶν δ' ἐνόντων εἰπεῖν*. Contra Sophist. 293: *ὥςτε μηδὲν τῶν ἐνόντων ἐν τοῖς πράγμασι παραλιπεῖν*. p. 296: *μείζω λέγειν τῶν ἐνόντων*. Orat. Platae. p. 309: *πολλῶν δὲ ἐνόντων εἰπεῖν*. De permut. p. 355: *τὸν ὄχλον τῶν ἐνόντων εἰπεῖν*. *Π. τ. ζεύγ.* p. 355: *διὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων εἰπεῖν*. *Aeschin.* Orat. falsae legationis. T. III. p. 222. Reisk.: *ἴσως γὰρ οὐδὲν τῶν ἐνόντων εἰπεῖν, ὥς γε οἶμαι, παρέλιπον*. *Dionys.* H. Epist. ad Cn. Pomp. p. 42. ed. Krüger. v. Ind. verb. p. 475. al. Ceterum in Venet. Σ omissa sunt *ἐν τῷ*; deinde scrib. *πρᾶγμά τι*. Vind. 4. *τῷ πράγματι*. — *μηδὲν' ἄν ποτε*] Sic Ald. et Steph. *Δ Α Π* G et Bas. 1. *μηδέν*, Clark. *Γ Ξ* D E F H N O T r Florr. a. b. c. i. *ϑ*. Vindd. 1. et 6. (ut Stallbaum memorat; nam Bekkerus librum *Φ*, qui est Stallbaumio Vind. 6., refert *μηδέν* scribere) *μηδένα*, Σ B C *μηδ' ἄν γρ.* Sic etiam Bas. 2. Deinde D N O Florr. g. h. Vindd. *α*. 3. 4. 7. *πώποτε*, Monacc. 11. *μηδένα πώποτε* (407. *μηδ. πόποτε*). — *οἷός τε*] *οἷός γε* vel *γ'* B C H r Florr. a. b. c. i. *ϑ*. et Vindd. 1. 6. Mon. 407. *οἷός τ' ἔσομαι*. Deinde Clark. *Δ* G *πιθέσθαι*. In seqq. prius *καί* om. N et Mon. — *ἐξελέγξουσι*] Σ D N O Ξ pr. Florr. g. h. et Monacc. *ἐλέγξουσί με*. Proxime v. *ποῦ σύ* absunt a H.

βελτίω τούτων] G *τούτων βελτίω*, *Α* H *βελτίων* omisso *τούτων*, quod abest etiam a Ξ rc. Mox F. *μὲν οὖν*. — *οὕτως*] *sic*, est *sic statim*, h. e., nulla praegressa meditatione. Infra 272. C: *ἀλλ' οὔτι νῦν γ' οὕτως ἔχει*. Apposite laudat *Heindorfius* Theaet. 158. B: *εἴ τις ἔροιτο νῦν οὕτως ἐν τῷ παρόντι*. Legg. IV. 712. D: *οὐκ ἔχω σοι φράζειν οὕτως κτλ.* E: *ἐγὼ δὲ οὕτω νῦν ἐξαίφνης ἀνερωθεὶς — οὐκ ἔχω — εἰπεῖν τίς τούτων ἐστὶ τῶν πολιτειῶν*. *Xenoph.* Memor. III, 6. 9: *οὐκ ἂν ἔχοιμί σοι οὕτως γε ἀπὸ στόματος εἰπεῖν*. Adde Gorg. 464. B: *τὴν δὲ ἐπὶ τῷ σώματι μίαν μὲν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω σοι*. Cf. *Markland.* ad Maxim. Tyr. Dissertt. XVI, 1. Ceterum Σ et Vind. 4. *οὐκ ἂν ἔχ. εἰπ.* Deinde pro *ὅτι* Ξ pr. *ὅ*. — *τινῶν ἀκήκοα*] Cum hoc et superioribus *παλαιοὶ — σοφοὶ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες* conf. Menon. 81. A.:

ἀκήκοα γὰρ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν σοφῶν περὶ τὰ θεῖα πράγματα. Qui quidem locus, ut plures alii illius dialogi *Socratici* (non *Platonis*) ad nostrum est compositus. — τῆς καλῆς] *Plutarch.* Amat. 763. A: ἐν οἷς ἡ καλὴ Σαπφὼ λέγει. *Themist.* Oratt. XX. p. 236. C: Σαπφώ τε ἡ καλή. Καλός vulgare est Atticae urbanitatis blandimentum, v. *Dorvill.* ad Charit. p. 23. *Heindorf.* ad Hipp. mai. p. 131. ed. II. *Creuzer.* ad Plotin. de pulchrit. p. XVI. et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 306. et Aristaenet. p. 295. Quamquam aliam in partem accepit *Maxim. Tyr.* Diss. XXIV, 7: ἤπου Σαπφοῦς τῆς καλῆς· οὕτω γὰρ αὐτὴν ὀνομάζων χαίρει διὰ τὴν ὥραν τῶν μελῶν; καίτοι μικρὰν οὖσαν καὶ μέλαιναν. Vid. ib. Davis. p. 590 sq. Cf. *Volger.* de Sapph. vit. et scriptt. p. 24. *Aelian.* V. H. XII, 19: τὴν ποιήτριαν Σαπφὼ — καὶ Πλάτων — σοφὴν ἀναγράφει, ubi vid. interpp. Quod sequitur σοφός (ut Latinor. *doctus*, v. c. Propert. *docta* puella, v. *Heyn.* Observatt. ad Tibull. IV, 6. 2.) per se quidem ad poesis studium videtur spectare, sed a Platone non sine aliqua irrisione positum est in poëta a veri (s. philosophi) amoris intelligentia alienissimo. — Pro ἢ lib. r scrib. καί. — συγγραφέων] Sic συγγραφεῖς et συγγράμματα poëtis et carminibus opponuntur. Cf. *Sext. Empir.* c. Grammat. 1, 13. p. 297. *Sallier.* ad Thom. Mag. p. 813. et *Heindorf.* ad Lys. p. 7. — Part. καί ante v. συγγραφέων om. Σ. — πόθεν δὴ — λέγω;] Σ et Monac. 407. πόθεν δὲ — λέγω. Idem Heindorfius scripsit Ficinum sequutus vertentem: *unde vero hoc ipse coniecto?* De part. δέ sic poni solita in directa quae dicitur interrogatione vid. ad Protagor. p. 18. Attamen praeferenda mihi videtur h. l. particula δή (nostratium *nun*), quae itidem in oratione interrogante solet adhiberi, vid. *Zeun.* ad Viger. p. 502. Lexic. Xenophont. I. p. 655. Bene igitur δή recentiores retinuerunt. — πλῆρές περ — τὸ στῆθος ἔχων] Sic Stephanus cum Ald. dedit, Bas. 1. et 2. πλῆρές πως. Heindorfius: „Sunt autem haec haud dubie ex poëta desumpta, ut nolim illud πέρ mutari in γάρ.“ Attamen omnium consensus librorum (etiam Monacc.) scribi iubet πλῆρές πως (Φ πω). Etenim particula πώς (proprie: *aliquo modo, quodammodo, fere*; Attici vero urbani lenius pro fortiore ponere solent; quocirca multis locis πώς verti possis germ. *gar* s. *sehr*, *ganz*) adverbiis et adiectivis sic adiungitur, velut Protag. 315. B: εὖ πως (*gar* schön) καὶ ἐν κόσμῳ περιεσχίζοντο. 328. D: μόγις πως. Legg. X. 886. E: λόγοισι δὲ ταῦτα εὖ πως εἰς τὸ πιθανὸν περιπεπεμμένα. al. Eandem igitur intendendi vim habet h. l., ut reddere possis: *die Brust ganz angefüllt fühle ich.* Sic etiam acceperim

Conviv. 174. D: *Σωκράτη ἑαυτῷ πως προςέχοντα τὸν νοῦν*: *ganz mit sich selbst beschäftigt.* Respexit h. l. *Maxim. Tyr.* l. l. et imitatus est *Themist.* Orat. I. p. 13: *ἰδοῦ γὰρ αἰσθάνομαι, ὦ μακάριοι, τὸ στῆθος ὑποπιμπλάμενος.* Ceterum meâ quidem sententiâ haec non a poëta sumpta Plato posuit, sed propter poëtas in praegressis memoratos simulque Lysiae ieiuni planeque prosi ridendi causa oratio assurgit spiritumque sumit fere poëticum. Haudquaquam hercle Platoni, si quid poëtici erat prolaturus, poëtis opus erat a quibus mutuum sumeret. — *παρά γε ἐμαυτοῦ*] Sic libri fere omnes Bekkeri et Stallbaumi, etiam Monacc.; soli *Δ* et E cum libr. editt. faciunt scribentes *παρά τε ἐμαυτοῦ*. In *Ξ* *γε* omiss.; deinde Coisl. *ἐμαυτῷ*, G *αὐτῷ*, om. T et *Φ* pr. Proxime N et Monac. 407. *ἀμαθεία*. — *ἐξ ἀλλοτρίων — ναμάτων*] *Νᾶμα, latex, rivus* (v. *Eustath.* ad Il. T. III p. 1059. ed. Polit. *Ruhnken.* ad Longin. p. 483. Weisk. et *Hase* Epist. Paris. p. 246.), est h. l. *fons. Maxim. Tyr.* l. l. *πλῆρες τὸ στῆθος ἔχων, ὥςπερ ἀγγεῖον, ἀλλοτρίων ναμάτων. Longin.* XIII. §. 3: *ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ ἐκείνου νάματος — ἀποχετευσάμενος.* al.

δίκην ἀγγείου] Socratem hac inscitiae simulatione Phaedros patet irridere, qui non solum omnia statim audire et scire cupiant, verum etiam memoriae mandent, ut aliis ea recitantes sese iactare possint; eosque iure cum vasis comparat, quae, quum nihil in se habeant, alienis demum rebus implentur. Eadem usus est imagine *Plutarch.* de recta audiendi rat. 48. C: *οὐ γάρ, ὡς ἀγγεῖον, ὁ νοῦς ἀποπληρώσεως — δεῖται.* In Monac. 407. pronom. *μέ* post v. *πεπληρῶσθαι* deest. D

P. 144. *αὐτὸ τοῦτο*] G *τοῦτο αὐτό*. — *ὥντινων μέν*] G *τέ* pro *μέν* exhibet. Deinde H *εἴποις*. Flor. i. *εἶπε*. Proxime *βελτίω* om. T. Deinde r *ἐλάσσω*. — *ἕτερα ὑποσχέθητι*] Sic libri edd. Clark. *ἑτέραι ὑποσχέσει*. Etiam ΓΣ EH *ἑτέραι* (i. e., *ἑτέρα*, ut in Ald. scribitur) vel *ἑτέρα* (sic etiam Bas. 1. 2.), Ambr. r *δευτέρα*. Deinde libri fere omnes (etiam Monacc.) *ὑποσχέσει*, quod cum voce *ἑτέρα* reduxerunt Bekkerus et Stallbaumius. *Buttmannus:* „Illud *ὑποσχέθητι*, inauditam loco legitimi *ὑπόσχου* formam, solus Ven. *Ξ* praebet, proximum *ἕτερα* praeter Stephanum nemo.“ *Lentzius* p. 311. scribi volebat *ὑποσχόμενος εἰπέ*, et C. Fr. *Wexius* in Comment. de loco mathem. in Plat. Menone p. 42: *ἕτερα ὑπόσχες εἰπεῖν*, „*sustine dicere, in te recipe dicere, fac ipse periculum dicendi βελτίω ἕτερά τε καὶ μὴ ἐλάττω: unterziehe dich der Erfüllung dessen, was du andeutetest.*“ At vero *ὑπόσχες* esset *sine s. permitte*, ut Gorg. 497. B: *ἀλλ' ὑπόσχες Σωκράτει*

ἐξελέγξαι ὅπως ἂν βούληται. Idem vir doctus ἕτερα vindicare studuit locis 234. E: οἴει ἄν τινα ἔχειν εἰπεῖν — ἕτερα τούτων μείζω καὶ πλείω. 235. B: ὥςτε παρὰ τὰ ἐκείνῳ εἰρημένα μηδέν' ἄν ποτε δύνασθαι εἰπεῖν ἄλλα πλείω καὶ πλείονος ἄξια. C: παρὰ ταῦτα ἂν ἔχειν εἰπεῖν ἕτερα μὴ χείρω. 236. B: τῶν δὲ λοιπῶν ἕτερα πλείω καὶ πλείονος ἄξια εἰπὼν τῶν Λυσίου. ib. εἰπεῖν παρὰ τὴν ἐκείνου σοφίαν ἕτερόν τι ποικιλώτερον. Ac sane ἕτερα magis placet quam ἑτέρᾳ, quod, cum ὑποσχέσει coniunctum, quum nulla praecesserit promissionis commemoratio, non posset nisi ad sequentia: καί σοι ἐγὼ — ὑπισχνοῦμαι referri, ut esset: *ita s. itidem promittens — ut ego tibi promitto* (ἕτερον enim ita poni constat). Ipsum tamen ὑποσχέσει sequente εἰπεῖν (quod pro imperativo positum esset) insolentius videtur quam ut ferri possit. Quocirca videndum ne ἕτερα ὑπόσχου εἰπεῖν pristina fuerit scriptura. Ὑπόσχου facile permutari potuit cum aliis imperativi formis (ut ὑποσχέθητι et ὑπόσχες) et e verbis ὑπόσχες εἰπεῖν (ει, ut millies factum est, voci praegressae adiuncto) exstitit ὑποσχέσει εἰπεῖν. Ita et sensus et oratio restitueretur: ἕτερα ὑπόσχου εἰπεῖν — καί σοι ἐγὼ — ὑπισχνοῦμαι. — οἱ ἐννέα ἄρχοντες] „Novem archontes (eponymus, rex, polemarchus et sex thesmothetae), quum magistratum inirent, publice iurabant se observaturos esse leges neque passuros fidem suam donis muneribusve corrumpi: si quis ipsorum secus fecisset, eum multae nomine auream statuam suam pensuram esse.“ *Muret.* Var. Lectt. VIII, 18. Cf. *Plutarch.* Solon. c. 25. V. I. p. 367. *Pollux* VIII, 9. ib. interpp. *Sigon.* de rep. Athen. IV, 3. *Corsin.* Fast. Attic. T. I. p. 23. *Toup.* Emend. in Suid. p. 300. Lips. Eiusd. Curae noviss. in Suid. p. 147. Lond. Quod igitur alias summi erat honoris documentum, statua donari aurea vel aureum, aeneum cet. stare (ut ap. *Horat.* II, 3. 183: *aeneus ut stes*), unde χρυσοῦν ἀναστῆσαί τινα proverbialiter fere in eo ponitur qui summo afficitur honore (vid. *Bergler.* ad Alciphr. Ep. I, 30. p. 127. Lips.), hoc in archontibus, qui ipsi sumptus debebant tolerare, poenae loco habebatur. Quocirca Phaedrus, qui gloriatus erat neminem fore qui et plura et meliora diceret eis quae Lysias in medium protulisset, sponsione quasi facta cum Socrate, hanc poenam in se constituit, ut, si secus evenerit ac spoponderit et Socrates sponsione vicerit, non modo suam ipse, verum etiam Socratis statuam positurus sit auream. — Pro ἐννέα *A* scribit ἐν ἑτέρῳ. — ἰσομέτρητον] *eiusdem magnitudinis et staturae.* Cf. *Plin.* H. N. XXXIV, 9. ubi c. Harduin. T. II. p. 642. *Dorvill.* ad Charit. p. 314. et *Wyttenbach.* ad Eunap. p. 322 sq. Sic *Anyt.* Epigr. XVI, 3. Antholog. gr. T. I. p. 133.:

μέτρον τε τεὺν καὶ κάλλος ἔχουσαν, ubi vid. *Iacobs.* Animadv. T. I. p. 432. — Ceterum pro ἀναθήσειν N et Monacc. 407. vitiose αἰσθήσει.

χρυσοῦς] quod tam in rebus, quam in hominibus praestantissimis dicitur (vid. *Wesseling.* ad Diod. Sic. T. I. p. 109. interpp. ad Diogen. Laert. IV, 2. *Bergler.* ad Alciphr. Ep. III. p. 17. p. 314. et *Iacobs.* ad Antholog. gr. T. II. P. I. p. 9.), h. l. iocose (parodice) positum est; spectat enim ad Phaedri verba χρυσῆν εἰκόνα — ἀναθήσειν. Accedit quod χρυσοῦς per se quoque ironice adhibetur, ut *Lucian.* de laps. in salut. §. 1. (T. I. p. 333. Schmied.): ἐγὼ δὲ ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος. *Liban.* Ep. XLVIII. p. 25. Wolf.: Ἡρόδοτος δὲ ὁ χρυσοῦς κτλ. Cf. *Mercer.* ad Aristaen. Ep. I. — εἴ με] ΔT Flor. g. et D a pr. m. οἶμαι. N et Monacc. ὅς με (Stallb. „ὥς με οἴει Mon.“). Mox pro δή F. δεῖν. — παρὰ ταῦτα πάντα] Clark. ΔΠBCDHNOT r Florr. a. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. a. et Monacc. παρὰ πάντα ταῦτα, idque iure reposuerunt post Bekkerum Stallb. et Buttm. In libb. ΔΘ EG et pr. Ξ πάντα deest, in Florr. b. i. ταῦτα. — τὸν φαυλότατον] Δ Flor. i. τὸ φ. — αὐτίκα] *statim*, h. e., ut exemplo quod in promptu est utar. Vid. ad Protag. p. 259. E. Sensus est: etiam vilissimus orator, qui rem aliquam sic tractat ut quod probaturus est argumentis confirmet, haec ipsa ad probationem necessaria (τὰ ἀναγκαῖα) in medium proferet; iam si nihil aliud, nisi argumenta necessaria, proponit, hoc ei permittendum atque concedendum est (ἐατέα καὶ συγγνωστέα), nec ulterius quid ab eo postulandum, quod vel noluerit vel non potuerit praestare. In huiusmodi igitur oratione quae nihil nisi necessaria profert rerum tantum tractatio et dispositio laudari poterit, siquidem nihil novi altiusve repetiti affert, ut praeter dispositionem etiam inventio laudari possit. — τί οἴει] Clark. ΓΔΞΠΣBGHNOTr corr. F Florr. a. b. c. g. h. ϑ. Vindd. 1. 4. 6. 7. et Monacc. cum Bas. 2. (in quo est τίνα εἰ λέγ.) τίνα, quod merito receperunt post Bekkerum Stallb. et Buttm. Cohaerent τίνα (*quemnam*) οἴει — εἶτ᾽ ἄλλ᾽ ἅττα ἕξειν λέγειν. Flor. i. τί οἴει λέγοντι (hoc exstat etiam in Δ et pr. Ξ). *Heindorfius* quidem ita defendere studuit vulg. τί, ut compararet Phaedri loc. 269. A: Τί δαί; τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα κτλ., ipse tamen significavit post Τί δαί interrogationem verbo πότερον retexi. Neque conferri potest Conviv. 211. D: τί δῆτα, ἔφη, οἰόμεθα; hic enim oratio pluribus interpositis interrupta nec ad finem adducta redintegratur interrogatione repetita: ἆρ᾽ οἴει — φαῦλον βίον γίγνεσθαι κτλ.: ut *Matthiaeum* Gramm. gr. p. 917. mirer pron.

τί redundare existimasse. *Τίνα* vero sic positum est ut simul respiciat praegressum τὸν φαυλότατον ξυγγραφέα. — Pro οἴει *Δ* ὄνει; *Φ* r εἴη. Bas. 2. *Τίνα* εἰ. In seqq. ὡς abest a *Δ*. Mox *Δ* σπαρέντα. — τοῦ] F τοῦτο, superscr. τοῦ, T τοῦτο, ut in seqq.

ἀναγκαῖα] GT ἀναγκαῖον. Proxime N et Monacc. 236 οὖν. Ceterum *necessaria* haec sunt argumenta quae praetermittere non potest orator qui persuadere volt homini amoris experti potius gratificandum est quam amore flagranti; ut enim hoc persuadeat ostendere debet, illum esse prudentem ac temperantem, hunc vero insanum; illius igitur temperantiam laudet, huius vero insaniam vituperet necesse est; nihil aliud praeter haec orator, qui hoc tantum spectat ut persuadeat *homini amore vacuo* (proprie, sic orationis Lysianae rationem habes, amorem dissimulanti), non *amanti* (h. e., amorem prae se ferenti) esse gratificandum, habebit quod in medium proferat. — εἶτ' ἄλλ' ἄττα] In Florr. i. ϑ. omiss. εἶτ'. Flor. g. ἄλλα τὰ ἕξειν, Flor. c. ἄλλα ἄττ' ἕξειν, C H a rc. m. B Florr. a. b. ἄττ' ἄν. — τὰ μὲν τοιαῦτα] Sic *ΓΔΠΣ* BDGNOTN Florr. a. b. c. g. h. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. *α*. et Monacc., idque etiam Heindorfius pro vulg. τὰ μέντοι τοιαῦτα (in qua scribarum errore τοι bis positum) scribi iussit. Part. μὲν om. r. In seqq. Monac. 407. τὸ μὲν τοιοῦτον. Schol. Bekk. p. 313: τοιαῦτα καὶ τοιούτων (in proxime seqq.) περὶ τῶν ἀναγκαίων φησίν, ὧν τὴν εὕρεσιν ἡ φύσις πορίζει, τὴν δὲ διάθεσιν ἡμεῖς — τῶν δὲ μὴ ἀναγκαίων λέγει τῶν χρησίμων, ὧν καὶ ἡ εὕρεσις καὶ ἡ διάθεσις ἐξ ἡμῶν. — τοιαῦτα] Coisl. τοιαῦτ', quod iure Bekkerus recepit. In seqq. μή abest a N. Mox Monacc. (11. et 407.) ποιήσω γοῦν.

δώσω σοι] T δώσουσι. In seqq. Clark. *ΔΠ*GNOT B cum pr. D et γρ. F et Monac. 407. εἰπόντος, Σ corr. D. Florr. g. h. Vindd. *α*. 3. 4. εἰπὼν τοῦ, quod sequutus sum. Ficinus quoque: *si plura et praestantiora, quam Lysias, dixeris.* Libri edd. (Ald. Bas. 1. 2. Steph. al.), etiam recentissimi, εἰπὼν τῶν, *Δ*EFH pr. B. Florr. a. b. c. i. ϑ. Vindd. 1. 6. εἰπὼν τῶν δὲ Λυσίου. — παρὰ τὸ Κυψελιδῶν] N et Mon. 407. τῶν. Ceterum Iovis colossus significatur a *Cypselo* post tyrannidem occupatam, ut nonnulli tradunt, Olympiae dedicatus, vid. *Aristot.* Pol. V, 11. (9. §. 4. Schneid.) Schol. p. 313. Bekk. Adde *Pausan.* V, 2. p. 378. *Strabo* VIII. T. III. p. 128. Tzschuck.: ὧν ἦν καὶ ὁ χρυσοῦς σφυρήλατος Ζεύς, ἀνάθημα Κυψέλου τοῦ Κορινθίων τυράννου. p. 262: τὸ Ὀλυμπίασιν ἀνάθημα Κυψέλου σφυρήλατος χρυσοῦς ἀν-

δριὰς εὐμεγέθης. Cf. *Suidas* T. II. p. 406. Ceterum Clark. ΔΠGT κυψελίδων. *Phot.* Lex. p. 142. Herm. *Κυψελῃδόν.* — σφυρήλατος] *malleo cusus* (non conflatus s. fusus, quod nos dicimus *gegossen*). Quae vox ponitur in artis statuariae et fabrilis operibus, inprimis in statuis solidis, quae totae sunt ex aere vel auro (*Theocrit.* XXII, 47: σφυρήλατος οἷα κολοσσός. Cf. *Pausan.* III, 17. p. 406. Fac.). Vid. *Quatremère de Quincy* Iupit. Olymp. P. 3. §. 3. *Schneider.* in Lexic. gr. h. v.); in universum deinde in eo dicitur quod est *solidum*, nostr. *gediegen*, *fest*, ut σφυρηλάτοις ἀνάγκαις. *Pindar.* fragm. XXVIII. T. III. p. 94. Heyn. σφυρήλατος νοῦς. *Plutarch.* de Pyth. orac. p. 408. E. de adulat. ab amico discern. 65. B: πρὸς ἀληθινὴν καὶ ἐμβριθῆ φιλίαν καὶ σφυρήλατον. Cf. *Wyttenbach.* ad Plutarch. V. VI. P. I. p. 501. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 206. Ceterum similiter κόλοσσος σφυρήλατος in Epigr. CXCIII, 1. Antholog. gr. T. III. p. 157. — ἐν Ὀλυμπίᾳ] urbe Elidis, certaminibus Olympicis (p. 256. B.). Iovisque Olympii templo celebratissima. Solebant autem virorum illustrium statuae vel imagines locis maxime sacris poni, vid. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 636. — στάθητι] dicunt enim non solum Graeci εἰκόνα τινὸς στῆσαι (v. *Wolf.* ad Demosth. Leptin. p. 289.), verum etiam στῆσαι, ἀναστῆσαι et ἱστάναι τινὰ χρυσοῦν vel χαλκοῦν. Sic *Aristot.* Rhet. III, 9. §. 9: ἄξιος δὲ σταθῆναι χαλκοῦς, οὐκ ἄξιος ὢν χαλκοῦ. *Dinarch.* adv. Demosth. T. IV. p. 69: ἀλλὰ περιεῖδες αὐτὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ χαλκοῦν σταθέντα. *Demosth.* π. συντάξ. p. 172: οὐ χαλκοῦς ἵστασαν. *Plutarch.* de superstit. p. 170. E: καὶ γὰρ τοὺς τυράννους — χρυσοῦς ἀνιστᾶσιν. al. Cf. *Bergler.* ad Alciphr. Ep. I, 30. p. 127. Vind. α. σταθήσεται.

Ἐσπούδακας κτλ.] Laudant haec *Suidas* T. III. p. 67. v. παιδικά, qui ἐρεσχελήσωσε scribit, Phot. Lex. p. 269. ἐλαβόμην ἐρεσχελήσων σε. Schol. ad Aristoph. Vesp. 1021. (p. 314. Küster.), Schol. ad Parmen. p. 39. Ruhnk. Anecd. gr. Siebenk. p. 48. Bekk. p. 329. Lexic. Coislin. p. 474. (*Bachmann.* Anecd. gr. I. p. 325, 8.) et imitantur Platonem *Aristides* T. I. p. 334. T. II. p. 430. *Liban.* T. I. p. 311. A. al. Verbum ἐσπούδακας, quod in amantibus ponitur per iocum dicta in serium convertentibus, iocose de Phaedro usurpatur, qui, quod Socrates Lysiam, delicias ipsius (hinc: τῶν παιδικῶν), vituperaverat, offensum se exhibuerit. De v. τῶν παιδικῶν *Photius* Lex. p. 269: οὐχὶ δὲ μόνον οἱ ἐρώμενοι καλοῦνται τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ σπουδαζόμενοι πάνυ, κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπ' ἐκείνων. — ἐρεσχελῶν] Flor. b. ἐρεσχελιῶν, H ἐρέσχελίων, contra Clark. ΔΔΠBD

EG pr. Γ et Vindd. 1. 2. ἐρεσχηλῶν, de quo vid. *Piers.* ad Moer. p. 159. Iure id Bekkerus et hoc et aliis locis Platoni restituit. Ἐρεσχηλεῖν (Anecd. Bekk. I. p. 258: ἐρεσχηλεῖν, σκώπτειν. Bachm. Anecd. gr. II. p. 323, 11: ἐπὶ τῶν φιλίως διαλεγομένων ἐρεσχηλεῖν, λέγεται.) proprie *ioco irritare* (ductum videlicet, ut videtur, a. v. ἐρίζειν. Quamquam Photius Lex. p. 16: γέγονε ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν καὶ ἀπὸ τῆς λέσχης.), est in universum *ludificare* s. *ludere*, nostr. *necken*. Minus recte *Schleiermacherus*: *um dich aufzuziehen*. Vid. quae collegit *Stallbaum.* ad Phileb. p. 172. Partic. quae sequitur δή irridendi vim habet. Vid. ad Protag. p. 320. A. Annott. p. 162. — ποικιλώτερον] Egregie hoc positum est praegresso σοφίαν, h. e., artem, in Lysia *artificium*, adiecta falsitatis vel fallaciae cuiusdam notione, siquidem Lysias id spectavit ut persuaderet aliquid quod a natura et veritate aversum esset; et haec falsitatis vel fallaciae (fraudulenti artificii) significatio eminet in voce adiecta ποικιλώτερον, quae, quia simplici, i. e., naturali ac vero, opponitur, falsi et fraudulenti habet sententiam. Sic Polit. II. 365. C: τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν κερδαλέαν καὶ ποικίλην. Cf. ad verba superiora πολυπλοκώτερον — εἴτε ἁπλούστερον ζῶον loc. p. 230. A. In Vind. 7. scribitur ποικιλότερον, in Λ πολιτικώτερον. In seqq. pro φίλε pr. B. ἑταῖρε. — εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐλήλυθας] Sensus est: *effugium quod quaeris nihil tibi prodest; nam eandem ad prehendendum ansam das, ut quod semel promiseris evitare non possis.* Loquutio a luctantibus sumpta est qui eandem ad prehendendum ansam dant adversario, ut elabi atque effugere non possint. Sic *Plutarch.* Apophthegm. 186. D: Ἀλκιβιάδης ἔτι παῖς ὢν ἐλήφθη λαβὴν ἐν παλαίστρᾳ, καὶ μὴ δυνάμενος διαφυγεῖν ἔδακε τὴν χεῖρα τοῦ καταπαλαίοντος. Conf. Polit. VIII. 544. B: Πάλιν τοίνυν, ὥςπερ παλαιστής, τὴν αὐτὴν λαβὴν πάρεχε. Legg. III. 682. E: καὶ ὁ λόγος ἡμῖν οἷον λαβὴν ἀποδίδωσιν. *Aristoph.* Nub. 547: ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος. Idem Equitt. 837: ἐπειδή σοι λαβὴν δέδωκεν. 843: λαβὴν γὰρ ἐνδέδωκας. Lysistr. 673: εἰ γὰρ ἐνδώσει τις ἡμῶν ταῖσδε κἂν σμικρὰν λαβήν. *Aristid.* Oratt. I. T. II. p. 111: οὐκ εἰς τὰς ἴσας λαβὰς ἥκομεν. Cf. *Themist.* Oratt. II. p. 36. A. *Plutarch.* de adul. ab amico disc. 61. F. *Lucian.* Hermot. §. 70. T. I. p. 384. Schmied. Schol. Hom. Il. XXIII, 724. p. 500. Heyn. Herm. p. 82. Schol. p. 313. Bekk. — Pro ἐλήλυθας Clark. ΔΠ GNOT Flor. g. et Vindd. a. 7. ἐλήλυθα.

εἶ] F. ἦ. Monac. 407. οἷός τ' εἶ, quod recipiendum. C

Proxime δέ abest a Clark. ΔΠΣDGNOTr Florr. g. h. ϑ.

et Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Mon. 407. — τὸ τῶν κωμῳδῶν φορτικόν] Schol. ἔθος ἦν αὐτοῖς τὸ τοῖς ἐρωτῶσιν, οἷον δέδωκάς μοι τόδε, πάλιν τὸ αὐτὸ λέγειν τοὺς ἀποκρινομένους, δέδωκάς μοι τοῦτο. Cf. Herm. p. 82. Res illustratur sequentt. Sic *Aristoph.* Equitt. 286 sq. 361 sq. Etiam Tragici, velut *Sophocl.* Oedip. T. 546 sq. al. — Pro φορτικόν G φροντικόν. Φορτικά dicuntur putida, quae ab aurium approbatione abhorrent, vid. *Heindorf.* ad Cratyl. p. 58. *Zelle* in Creuz. II. Melet. II. p. 84. et *Iacob.* ad Lucian. Toxar. p. 64.

P. 146. ἀνταποδιδόντες] G. ἀνταποδιδόντε. Mox pro βούλου με ΔΝΟ Flor. i. et Mon. 407. βούλομαι, F βούλεσθε, Ald. et Bas. 1. βούλει. Proxime G ἀναγκάσειν. Quae sequuntur λέγειν — ἄπιμεν omitt. Σ. Verba εἰ ἐγὼ — ἐπιλέλησμαι respondent superiori Socratis orationi p. 228. A: Ὦ Φαῖδρε, εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ κτλ., ut sequentia ἐπεθύμει μὲν λέγειν, ἐθρύπτετο δέ, illis p. 228. C: ἐθρύπτετο ὡς δὴ οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν. — διανοήθητι] Clark. ΔT pr. Π διανοήθητε. Deinde Florr. b. i. ἄπειμεν pro ἄπιμεν, quod abest a Σ, qui mox scribit εἴποις. — ἴσμὲν δέ] ΣDNO Florr. g. h. Vindd. 3. 4. 7. α. et Monacc. ἴσμὲν γάρ, quod nollem Stallbaumius recepisset. Etenim γάρ nihil aliud est nisi particulae δέ interpretatio, et sexcentis locis γάρ et δέ inter se permutata reperiuntur, v. *Bornem.* ad Xenoph. Conviv. p. 117. et *Schäfer.* in Steph. Thesaur. c. 2905. Particula vero δέ huiusmodi locis neque pro γάρ ponitur (ut sit *nempe*, quemadmodum sunt qui accipiant Homer. Il. VIII, 10. Odyss. III, 382. al.) neque adversativum illud *autem* est, sed simplicem habet vim orationum vel orationis membrorum inter se nectendorum (velut 229. E. al. innum.); quocirca si oratio per part. δέ praegressis adiungitur, qua haec explicantur vel illustrantur, explicandi vis non in partic. δέ inest, sed in ipsius orationis adiunctae sententia. Itaque oratio cum part. δέ adiuncta novi aliquid addit, quo praegressa vel explicantur vel exaggerantur. Sic iam Homer. Il. XIV, 416:

— Τὸν δ' οὔπερ ἔχει θράσος, ὅς κεν ἴδηται
Ἐγγὺς ἐών· χαλεπὸς δὲ Διὸς μεγάλοιο κεραυνός.

ubi Heynius: „δέ pro γάρ· terribile enim fulmen est.“ Quo ipse perverteretur loci pulcherrimi sensus; ita enim esset: *timet qui prope videt fulmen torqueri*: *nam* (i. e., propterea quod) *grave est Iovis fulmen*, h. e., *timet fulmen quia grave est.* Immo hic est sensus: *timet qui fulmen videt immitti; et grave est Iovis fulmen* (vertere possimus: *dem bleibet der Muth nicht, welcher es ansieht Nahe dabei; und schwer ist des mächtigen Donnerers Blitzstrahl*, ubi *und* pronuntiatione acuendum est),

h. e., *timet fulmen per se; accedit quod grave est*, s. *fulmen per se est terribile; accedit quod etiam grave est* (adspectus eius terribilis est, et vis gravis s. perniciosa). Itaque videmus quantum differat inter partic. γάρ et part. δέ; illa si ponitur, praegressa oratio non in se consistit, sed suspensa est ex eo orationis membro in quo part. γάρ inest, quo quidem multum ponderis sui amittit; contra si oratio adiungitur particulà δέ interpositā, praegressa non sunt ex hac suspensa, sed in se consistunt ac per se posita sunt. Sic Gorg. 461. D: *καὶ νῦν εἴ τι ἐγὼ καὶ Γοργίας ἐν τοῖς λόγοις σφαλλόμεθα, σὺ παρὼν ἐπανόρθου· δίκαιος δ' εἶ*, ubi, si pro δέ positum esset γάρ, praegressa e sequentibus essent suspensa (*tu praesens nos, si labimur, erige; nam par est te hoc facere*, i. e., *nos erige quoniam par est te hoc facere*); nunc autem δέ sequitur: *et* s. *etiam* (i. q. accedit quod) *par est te hoc facere;* quocirca enuntiatio praegressa *nos, si labimur, erige* per se posita et absoluta est (non aliunde pendet). Cf. cum his quae disputaverunt *Hermannus* ad Viger. p. 845 sq. *Bremi* ad Epist. Socrat. ed. Orell. p. 323. et *Bornem.* ad Conviv. l. l. Adde *Elmsl.* ad Eurip. Bacch. 343. et *Matthiaei* Gramm. gr. p. 1244 sq. Sic etiam nostro loco praegressa *μὴ βούλου με ἀναγκάσαι λέγειν — ἀλλὰ διανοήθητι ὅτι ἐντεῦθεν οὐκ ἄπιμεν κτλ.* multo maiorem vim habent, si per se s. absolute posita cogitantur, et ita cogitari ea oportet, siquidem nihil sequitur unde pendeant, h. e., quae sequuntur, non cum part. γάρ sic inferuntur, ut praegressorum rationem reddant, sed per part. δέ tantum annectuntur. Partic. δέ h. l. respondet Latinorum particulae *autem* (quae tum non adversandi, sed asseverandi vim habet, v. *Görenz.* ad Cicer. de legg. I, 17. p. 75. ad fin. bon. et mal. II, 7. p. 148. Academ. I, 12. p. 67.). — Ceterum post *μόνῳ* vulgo legitur *μέν*, quod cum ΔΠΣDGNOT pr. Ξ. Florr. g. h. ϑ. Vindd. 3. 4. 7. *α.* et Monacc. recte deleverunt post Bekkerum Stallbaum. et Buttmann. De re ipsa, conferendi sunt simillimi loci Polit. I. 327. E: *Ὁρᾷς οὖν ἡμᾶς, ἔφη, ὅσοι ἐσμέν; Πῶς γὰρ οὔ; Ἢ τοίνυν τούτων, ἔφη, κρείττους γένεσθε, ἢ μένετ' αὐτοῦ.* Phileb. 16. A: *Ἆρ', ὦ Σώκρατες, οὐχ ὁρᾷς ἡμῶν τὸ πλῆθος, ὅτι νέοι πάντες ἐσμέν, καὶ οὐ φοβεῖ μή σοι μετὰ Φιλήβου ξυνεπιθώμεθα, ἐὰν ἡμᾶς λοιδορῇς;* Eandem iocosam adhibuit minationem *Horat.* Satir. I, 4. 141:

Multa poëtarum veniet manus auxilio quae
Sit mihi: *nam multo plures sumus.*

δὲ ἐγώ] Florr. a. c. h. ϑ. Ambros. r. et Mon. 407. δ' ἐγώ, quod recipiendum videtur.

ἐκ δ' ἁπάντων] N et Monacc. δή, Florr. a. h. ϑ. δὲ D

ἁπάντων. Quae sequuntur ξύνες ὅ σοι λέγω notissima sunt Pindari verba (v. Fragm. T. III. p. 12 sq. Heyn. ib. Schneider. Cf. *Boeckh.* ad Pind. fragm. 71.). Menon. 76. D: Ἐκ τούτων δὴ ξύνες ὅ τοι λέγω, ἔφη Πίνδαρος. Sic enim scribendum esse librorum plurimorum et eorundem optimorum docet auctoritas (v. *Bekker.* Comment. T. I. p. 233. ad p. 338, 9. *Stallbaum.* Var. Lectt. T. X. p. 371.). Etiam *Aristoph.* Av. 946: ξύνες ὅ τοι λέγω, ubi *Brunckius*: „sic scriptum est in membr. et in B. Doricum est τοι pro σοι. Vulgo ὅ τι λέγω.“ Quocirca, licet Pindaricum illud vulgo scribatur ὅ τι λέγω (v. *Schneid.* ad Pindar. fragm. l. l. Etiam ap. *Procl.* in Tim. B. p. 88: ἐκ δὴ τούτων ξύνες ὅ τι λέγω), tamen Menone, ubi Pindarus diserte citatur, ὅ τοι λέγω, hoc autem loco, ubi Socrates Pindaricum illud festive in rem suam convertit, ὅ σοι λέγω (i. e., quid *tibi* miniter) tenendum videtur. Etenim Schneiderus monuerat Heindorfium hic quoque scribendum videri ὅ τι λέγω pro ὅ σοι λέγω, suffragante, ut Heindorfius addit, Ficino: *ex his omnibus intellige, quid dicam.* Ceterum Ald. et Bas. 2. ὅσοι. — πρὸς βίαν] Clark. ΔΠGT pr. Vind. 1. πρὸς βίας, quod, quippe rarius magisque poëticum (sic *Sophocl.* Electr. 1202: πρὸς δίκης γὰρ οὐ στένεις. Oedip. T. 1007: πρὸς δίκης οὐδὲν τρέμων. Cf. interpp. ad Aristaenet. p. 254. Boissonad. *Fischer.* ad Weller. III, 2. p. 262 sq. et *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. Schol. 1686. p. 786.), haud scio an Platoni restitui oporteat. Certe Clarkiani libri auctoritas satis πρὸς βίας tuetur; accedit Platonis festivitas Phaedrum, quippe hominem qui levissimo momento concitetur, ita ludens, ut Pindaricis eum citatis faciat poëtice loquentem. Eadem festivitate (s. ironia) Lysiam, Phaedri delicias, at hominem a poësi alienissimum, in seqq. vocat ἀγαθὸν ποιητήν. Licet enim vox ποιητής etiam in oratore (s. scriptore proso) ponatur, tamen apud Platonem, cuius oratio summis et philosophiae et poësis excellit luminibus, de industria sic poni liquet, ut Phaedrus, Lysiae ieiuni amator, irrideatur. — Pro ἑκών T scribit ἄκων. — οἶσθ' ὡς ἔχει;] „Scin' quid sim facturus? desine delicias facere; alioquin dicam, quo te sum ad dicendum coacturus.“ *Heindorfius.* Nostrum est: *weisst du was?* Proxime Ξ πᾶσαι pro παῦσαι. Deinde Heindorfius πρὸς ἐμέ scripserat; recte Buttmannus vulgatum πρός με revocavit. De v. καλλωπίζεσθαι vid. ad Protag. 333. D. — σχεδὸν γὰρ ἔχω] h. e., *statim enim in promptu mihi est* quod memorans te cogam ad dicendum, s. *illico habeo quod dicam ut te — cogam:* nos: *denn auf der Stelle weiss ich etwas zu sagen, wodurch ich dich zum Reden zwingen kann.* Σχεδόν (ut σχέ-

διος, a verbo σχεῖν, i. q. ἔχειν, ductum) proprie est *ad manum* s. *statim*, *illico* (nos: *sogleich* s. *auf der Stelle*). Sic accipio *Xenoph.* Cyrop. II, 1. §. 10: καὶ σχεδόν τε ἕτοιμα ἦν. VIII, 7. §. 2: καὶ σχεδὸν ἐδόκει εἰδέναι ὅτι τοῦ βίου ἡ τελευτὴ παρείη; quibus quidem locis σχεδόν nihil aliud potest valere nisi *statim*, licet lexica hanc vocis vim ignorent. Etenim σχεδόν per se est *ad manum*, *prope*, *cominus* (i. q. πλησίον, ἐγγύς); hinc etiam, si proprie ponitur, *illico*, *statim*, et, si transfertur, *prope*, h. e., *propemodum*, *ferme*, *fere* (*nahe* — *beinahe*, i. e., *fast*), praecipue adiuncto pron. τί. Σχεδόν autem etiam affirmandi (ut in responsione, v. c. Sophist. 250. C. 255. C. 263. B. al.) et asseverandi vi ponitur, ut Phaedon. 61. C. Phileb. 41. A. Epist. VII. 224. A. al.— εἴπῃς] Σ εἴποις. In seqq. O pr. N et Mon. 407. οὔ ἀλλά. Post part. οὔκ interrogationis signum comparet in Bas. 1. 2. Steph. Bip. al. (Ald. Οὔκ. ἀλλά), quod recte Heindorfius sustulit laudans Parmen. 128. A: ἢ ἐγὼ οὐκ ὀρθῶς καταμανθάνω; Οὔκ, ἀλλά, φάναι τὸν Ζήνωνα, καλῶς συνῆκας ὅλον τὸ γράμμα ὃ βούλεται. Gorg. 453. D: πείθει, ἢ οὔ; Οὐ δῆτα, ἀλλὰ πάντων μάλιστα πείθει. Similiter Protag. 343. D: οὐκ, ἀλλὰ γενέσθαι κτλ., ubi plura attulit Stallbaumius p. 120. Etenim voce οὔκ negatur vel recusatur id quod alter postremo posuit vel petivit. Sic h. l. est: *Non* (int. e postremis: *reticeo*), *immo vero dico*. In seqq. *Hoegeveenius* ad Viger. de idiotism. p. 474. Herm. particulas ἀλλὰ καὶ δή transpositas esse censebat pro ἀλλὰ δὴ καί; at enim ἀλλά oppositum est praegressae negationi οὔκ, et καὶ δή est *vero*, *sane* s. *profecto*, v. *Matthiaei* Gramm. gr. p. 1208 sq. Part. καί om. *Α* pr. *Ξ* et Florr. b. i. Verba quae sequuntur ὁ δέ μοι λόγος ὅρκος ἔσται ad Homerica illa videntur ficta esse Iliad. I, 233:

Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι,

239:

— ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος.

ὄμνυμι γάρ σοι κτλ.] Locus, ut videtur, sic scribendus et interpungendus: ὄμνυμι γάρ σοι — τίνα μέντοι, τίνα θεῶν; ἢ βούλει τὴν πλάτανον ταυτηνί; — ἦ μὴν κτλ. *iure enim tibi — per quem potissimum, per quem deorum? an vis per hancce platanum? — me* cet. Oratio plane mimica est. Phaedrus enim cupidissime id agens ut Socratem ad dicendum cogat, iureiurando eum adigere studet, et vix minatus est se iuraturum esse, quum iuret (ὄμνυμι γάρ σοι ; prae trepidatione vero secum non reputavit per quem iurari oporteret; quocirca trepidans et secum quasi deliberans subiicit τίνα μέντοι, τίνα θεῶν (repetitum τίνα egregie depingit Phaedrum dubium et trepidan-

tem; vide de hac quae dicitur conduplicatione s. ἐπαναλήψει nostra ad Legg. p. 5 sq. Cf. supra 228. B.); nesciens vero per quem deum iuret, platanum suam adhibet, quam divino scilicet honore afficit homo huiusmodi amoenitatum amantissimus (vid. 229. A. B. 230. B.). — Libri ΓΞDNOr habent τίνα μέντοι τίνα, reliqui (ut editi praeter Heind., Bekk. et Stallb.) τινὰ μέντοι τίνα; illud recte iam *Abreschius* Observv. Misc. V. X. T. II. p. 212. reponendum esse monuit. Partic. μέντοι sic in interrogatione ponitur (nostrum *doch*), ut *Aristoph.* Nub. 787: τί μέντοι πρῶτον ἦν, τί πρῶτον ἦν; *Eubul.* in Except. H. Grot. p. 650: χρηστὴ τίς ἦν μέντοι, τίς; Theaet. 163. E: μνήμην οὐ λέγεις μέντοι τι; al. Vid. *Wyttenbach.* Philomath. P. II. p. 13. Hanc quoque venustatem (τίνα μέντοι, τίνα) scriptores posteriores certatim sectati reperiuntur, ut *Max. Tyr.* Diss. XXXII, 1. p. 377: τίνα μέντοι θεῶν; ἢ (sic scrib.). *Synes.* calvit. encom. 63. C: τίνα μὲν θεῶν, τίνα δὲ δαιμόνων παρῆλθον ἀκατηγόρητον; Ep. 81. 94. p. 234. D. *Liban.* Orat. IX. 252. A: τίνα μέντοι, τίνα θεῶν αἰτιατέον. al. Vid. *Boissonad.* ad Aristaenet. p. 632. et *Wyttenbach.* l. l. Conferendus est *Cicero* Academ. prior. II, 40: *vincam animum, cuique assentiar deligam. Quem potissimum? quem?* — Lib. r. et Monacc. θεόν scribunt. — ἢ βούλει] „Vel ἢ εἰ βούλει, vel εἰ δὲ βούλει scriptum fuisse existimo. Non immerito autem fortasse dubitari possit et de iis quae proxime praecedunt, an ita scripta fuerint.“ *Stephanus.* Etenim Stephanus scripsit εἰ βούλει, quum libri omnes (praeter *ΔEH*r Flor. i. Vind. 6. qui cum Ald. Bas. 1. et 2. ἤ scribunt) ἢ βούλει exhibeant, cuius mutandi nulla est causa, licet Ficinus verterit: *vel si vis.* Part. ἢ est *an* (*oder*), v. ad Protag. init. *Stallbaumius:* „*Sed quid quaero? visne per hanc platanum?*“ quod in nostrum locum non quadrat. Bene *Schleiermacherus* vertit: *Ich schwöre dir also, ja bei welchem Gotte doch? oder willst du bei dieser Platane? dass wahrlich* cet. Imitando expressit hunc locum *Aristaenet.* II, 2. p. 134: ὄμνυμι δέ σοι, φιλτάτη, τίνα μέντοι θεῶν; εἰ βούλει μᾶλλον (*Boissonadius* emendat εἰ βούλει μᾶλλον οὕς) ἐπηυξάμην ἀρτίως θεούς. Qui quidem locus videtur *Boissonadium*, elegantissimi virum iudicii, adduxisse ut scriberet ad Aristaenet. p. 632: „Prave mutavit εἰ in ἢ. Revoca εἰ βούλει et subaudi ὄμνυμι: *Iuro; per quem deorum? Si vis, per platanum istam.*“ Sed vide supra posita. — Ceterum hoc quoque, quod Plato festivus Phaedrum facit per platanum iurantem, posterioris scriptores aetatis frequenter vel imitati sunt vel respexerunt, ut *Lucian.* vitar. auct. §. 16. (T. I. p. 239. Schmied.): καὶ μὴν ὀμνύω γέ σοι τὸν κύνα καὶ

ὴν πλάτανον οὕτω ταῦτ' ἔχειν. Icaromenipp. §. 9. (T. II. p. 181.): οἱ δὲ κατὰ κυνῶν καὶ χηνῶν καὶ πλατάνων ἐπόμνυν-το. Cf. *Philostrat.* p. 257. *Theophil.* ad Autolyc. III, 2. p. 272. Wolf. *Himer.* p. 880. *Eustath.* ad Hom. Il. α'. p. 69. al. De Socraticis iurisiurandi formulis vid. *Menag.* ad. Diogen. Laert. p. 92 sq. 277. et *Spanhem.* ad Aristoph. Nub. 627.

ταυτηνί] N Flor. h. et Mon. 407. ταύτην. Mox Mon. 407. εἴποις. Deinde ἐναντίον αὐτ. ταύτης, *coram hac ipsa*, tamquam persona vel dea, festive Plato facit Phaedrum dicentem. Coisl. scribit αὐτοῖς, deinde omittit ταύτης. Proxime *Δ* λέγων pro λόγον. In Clark. prius μήτ' desideratur Flor. θ. et Monacc. μηδενός τ' ἐπιδ. Mon. 407. μηδ' ἑνὸς τ' ἐπίδεξιν.), et pro altero μήτ' *ΔΠ*DGNOT exhibent τ'. Deinde *ΔΠ*BDHNOT Florr. a. b. c. g. h. i. Vindd. 3. 4. 7. Monacc. et *Γ*C a pr. m. ἐξαγγέλλειν, *Δ*FG ἐξαγγέλειν, Vind. 5. ἐξαγγείλειν. *Stallbaumius*: „In ed. Steph. vitiose scriptum est ἐξαγγελλεῖν." Immo ἐξαγγελεῖν dat lib. Stephan., ut Ald. Bas. 1. et 2. Ceterum voces negativae more cumulatae sunt μηδένα μηδενὸς μήτε, ut Phileb. 19. B: οὐδεὶς εἰς οὐδὲν οὐδενὸς — οὐδέποτε. Plura huiusmodi exempla collegerunt *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 199. et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 446. — ὡς εὖ ἀνεῦρες] Flor. θ. et Monacc. ἂν εὕρες Mox φιλολόγῳ est *disserendi amanti* s. *disputandi studioso* hic est enim proprie φιλόλογος, non, ut volgo scribunt, φιλολόγος, quod, quum vocis φίλος s. φιλεῖν notio emineat (ut in φιλόμουσος, φιλόδωρος, φιλόθηρος, φιλόκαλος al.), pro vitioso habeo; quocirca recte v. c. Legg. I. 641. E. Clark. *Ξ* *Ω* v 𝔥 𝔯 et Vind. scribunt φιλόλογος, quod quomodo Stallbaumius in Var. Lectt. T. XII. p. 13. reiicere potuerit non perspicio. Neque satisfacit *Schweighaeuserus* ad Athen. T. II. p. 103. 209., qui vocem φιλολόγος [sic scribit] in exceptionibus numerat. Φιλολόγος esset enim ὃς φίλον τι s. φίλα λέγει, ut μακρολόγος, πολυλόγος, ψευδολόγος al., non ὃς φιλεῖ τὸ λέγειν s. τοὺς λόγους; hic est φιλόλογος. Verum sequutus est *Lobeckius* ad Phrynich. p. 392 sq. Proprio illo sensu posita reperitur vox φιλόλογος Theaet. 161. A. Polit. IX. 582. E. Lachet. 188. C. E. Legg. I. 641. E. Similiter φιλολογία *disputandi* s. *colloquendi studium* significat Theaet. 146. A: οὔτι που — ἐγὼ ὑπὸ φιλολογίας ἀγροικίζομαι προθυμούμενος ὑμᾶς ποιῆσαι διαλέγεσθαι κτλ. — κελεύῃς] Ald. Bas. 1. 2. *Δ*EF Florr. b. i. et rc. *Ξ* κελεύοις, G et pr. *Ξ* κελεύεις. Flor. g. et Mon. 407. ὃ ἐὰν κελεύῃς. — τί δῆτα ἔχων στρέφει;] *Quid tandem ita tergiversaris?* Nos: *warum sträubst du dich denn so?* h. e., sane excogitanda mihi erat ratio te co-

gendi, quoniam ita tergiversaris. Male *Schleiermacherus: Was hast du also, dass du dich noch sträubst?* Etenim τί — ἔχων στρέφει non est: τί — ἔχεις ὅτι στρέφει (quamquam *Stallbaumius* ad Gorg. 490. E. ita accepisse videtur, verba ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων sic vertens: *was hast du nur, dass du doch immer von Schuhen schwatzest?* Potius est: *was schwatzest du da von Schuhen?*), sed ἔχων, ni fallor, etiam cum verbo iunctum eandem habet significationem ac per se habet; est enim *habere* vel *se habere*, h. e., *animatum, affectum* vel *comparatum esse* (nostrum: *sich verhalten*), et in universum *esse*. Sic ἐρωτικῶς ἔχειν, εὖ ἔχειν, et cum participio θαυμάσας ἔχω (nostrum: *ich bin verwundert*), ἐρασθεὶς ἔχω (*ich bin verliebt*, ut Cratyl. 404. C., quod significantius esse simplici verbo per se patet). Graeci vero, quod ad Protagoram iam exposui, orationis membra ita solent connectere ut unam efficiant enuntiationem; participio enim exprimunt unum, alterum modo qui dicitur finito; et hunc in eo orationis membro adhibent quod potiorem habet significationem vel graviorem sensum. Sic h. l. στρέφει modo positum est finito, ἔχων vero participio, quia illud eminet. Per se enim duo sunt membra: *cur ita te habes ut tergiverserе* (*warum bist du so, dass du dich sträubst*, h. e., *warum sträubst du dich so?*). Quod Graecus, attractionis amantissimus, ita effert, ut verbum quod potiorem vim habet, στρέφεσθαι, modo exprimat finito, alterum vero (quod esse debebat ἔχεις) participium adiungat; itaque dicit: τί — ἔχων στρέφει; Etiam extra interrogationem sic componuntur modus finitus et participium ἔχων (v. c. ληρεῖς ἔχων, φλυαρεῖς ἔχων al.), ut ἔχων redundare videatur. Quamquam per se non redundat; usus enim hic loquendi, quod *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1120. iam suspicatus est, ita videtur invaluisse, ut ἔχων etiam extra interrogationem poneretur et colorem quendam orationi induceret; est enim proprie: *sic te habes* (int. si hoc dicis) *ut nugere* (nos: *da schwatzest du*). Participii ἔχων sensum optime, ni fallor, particulis nostris *so* vel *da*, prout orationis sententia postulat, exprimere poteris. Varias huius loquendi usus explicandi vias inierunt viri docti (vid. inprimis *Hermann.* ad Viger. p. 777.), quos citatos reperies in *Matthiaei* Gramm. gr. p. 1120. Apposite vero Heindorfius attulit *Aristophanis* locum Acharn. 384: τί ταῦτα στρέφει, τεχνάζει τε καὶ πορίζεις τριβάς; Στρέφεσθαι in eo dicitur qui modo huc modo illuc se versat ut elabatur, h. e., qui *tergiversatur.* Sic Lachet. 196. B: ἀλλὰ στρέφεται ἄνω καὶ κάτω ἐπικρυπτόμενος τὴν αὑτοῦ ἀπορίαν. Ib. in seqq. Ion. 541. E: ἀλλ' ἀτεχνῶς ὥσπερ ὁ Πρωτεὺς παντοδαπὸς

ίγνει στρεφόμενος ἄνω καὶ κάτω. Cf. *Bergler.* ad Aristoph. Nub. 131. Ceterum libri edd. στρέφῃ, Clark. στρέφει, G T στρέφειν. Flor. g. δῆτα στρέφῃ. Mon. 407. στρέφῃ. Proxime idem liber ὠμόμοκας, Ald. Bas. 1. 2. ὀμώμοκας. — εἴην] G εἴη, Γ ἦν. De v. θοίνη vid. ad p. 227. B.

λέγε δή] om. pr. r. Deinde οὖν post οἶσθ' desideratur 237 n Σ. Mox Mon. 407. οἶσθα, T ὅ pro ὡς. Φ ποιήσων. — τοῦ πέρι] int. λέγεις, *quid intelligis* s. *significas* (*was meinst du?*). Legg. II. 658. B: *Τοῦ πέρι λέγεις;* IV. 708. E: *Τοῦ δὴ πέρι λέγεις;* Etenim praepos. περί cum secundo casu ponitur pro accusativo simplici, vid. ad p. 231. D. disputata. — ἐγκαλυψάμενος ἐρῶ] *A. Gellius* Noct. Att. XIX, 9: *permittite mihi, quaeso, operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socratem fecisse aiunt.* Ludit autem Socrates Phaedrum se pudore simulans affici, quod cum Lysia, egregio oratore, certaturus sit coram Phaedro, elegantissimo earum rerum existimatore; revera autem pudet Socratem de amore, tamquam insania mentisque morbo, orationem habere tam impiam quam Lysianae opponat. Quocirca infra p. 243. B: *πρὶν γάρ τι παθεῖν*, inquit, *διὰ τὴν τοῦ Ἔρωτος κατηγορίαν, πειράσομαι αὐτῷ ἀποδοῦναι τὴν παλινῳδίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, καὶ οὐχ, ὥςπερ τότε, ὑπ' αἰσχύνης ἐγκεκαλυμμένος.* Etenim non solum pudoris erat signum caput obvolvere (*Xenoph.* Conv. 1, 14. Cyrop. V, 1. 3. *Aeschines* adv. Ctesiph. T. III. p. 443: *ἀλλ' ἐγκαλύπτομαι καὶ ἀποδιδράσκω.* Adv. Timarch. p. 53: *ὥςτε τούς γε εὖ φρονοῦντας ἐγκαλύψασθαι αἰσχυνθέντας ὑπὲρ τῆς πόλεως, εἰ τοιούτοις συμβούλοις χρώμεθα.* Cf. *L. Bos.* Exercitt. ad D. Marc. XIV, 22. *Dorvill.* ad Charit. p. 366. Lips.), verum etiam religionis ac piae cuiusdam venerationis. *Plutarch.* Quaest. Rom. p. 266. B. sq. ubi inter alia: *τοὺς δὲ θεοὺς οὕτω προσεκύνουν ἢ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς τῇ ἐπικρύψει τῆς κεφαλῆς κτλ.* Cf. *Lakemacher.* Observv. philol. P. II. p. 209 sq. — ἵνα ὅτι τάχ.] Coisl. ἵν' pro ἵνα, quod Stallbaumius post Bekkerum reposuit. Flor. θ. ἵνα ὡς τάχ. Deinde Φ r τὸν λόγον διαδράμω. Proxime F μήν. Proxime cum Stephano scripserim πρός σε (vid. ad Protagor. p. 11.) pro eo quod in libris fere omnibus exstat πρός σέ. N αἰσχύναις, F διαποροῦμαι.

Ἄγετε — λίγειαι] Laudant haec *Dionys. Halic.* Ep. ad Cn. Pompei. p. 21. Krüg. et *Hermogen.* de form. orat. II. p. 244. Respexit *Lucian.* de domo §. 4. Monac. 407. ἄγεται. Clark. λιγιαι, Δ G et pr. Π λίγιαι, T et Flor. θ. λίγυαι. *Heindorfius* cum *Heerenio* ad Menandr. rhet. p. 34. vocem λίγειαι suspicatus erat post v. Μοῦσαι ponendam esse, ut Ficinus vertit:

Sic agito, o Musae ligio i. *camene* (sic ed. Venet. 1491.) Recte autem *Heindorfius* posthac nihil omnino hic movendum esse statuit: „quippe ad λίγειαι petendum haud dubie ἐπονομάζεσθε vel tale aliquid ex proximis his ταύτην ἔσχετ' ἐπωνυμίαν.“ Festive autem Socrates Musas invocat tamquam carmen et gravissimi et difficillimi argumenti contexturus. Similiter Euthydem. 275. C: οὐ γὰρ σμικρὸν τὸ ἔργον δύνασθαι ἀναλαβεῖν διεξιόντα σοφίαν ἀμήχανον ὅσην· ὥςτ' ἔγωγε, καθάπερ οἱ ποιηταί, δέομαι ἀρχόμενος τῆς διηγήσεως Μούσας τε καὶ Μνημοσύνην ἐπικαλεῖσθαι. De hoc hymnorum exordio vid. *Meineckii* Cur. critt. in Comic. fragm. p. 28 sq. et *Welckeri* Fragm. Alcman. p. 17. Neque tamen Plato haec putandus est ex hymno veteris alicuius poëtae sumpsisse vel poëtam certum imitando expressisse; licet enim *Stesichorus* (ap. *Eustath.* Il. α'. p. 10. Rom.) similiter cecinerit *Δεῦρ' ἄγε, Καλλιόπεια λιγεῖα*, et: *Ἄγε, Μῶσα λιγεῖα, ἄρξον ἀοιδᾶς* (ap. Strab. VIII, 3. T. III. p. 95.), itemque *Alcman.*: *Μῶσ', ἄγε, Μῶσα λιγαῖα (v. Welcker.* I. l. et cf. *Ursin.* Lyr. carm. p. 79.), tamen λιγύς (i. q. λιγυρός. Vid. ad p. 230. C.) de Musis (ut *Homeric.* Hymn. XIV, 2. XVII, 1. XX, 1. al.), de Sirenibus (*Hom.* Odyss. XII, 44. Una de Sirenibus dicebatur Ligea, v. *Aristot.* Mir. Auscult. CX. ibique Beckm. p. 223 sq.), de cantu, de voce (*Eustath.* ad Il. ο'. p. 1040. 48: λιγὺς δὲ — καὶ ἁπλῶς ἐπὶ φωνῆς ὀξείας) al. eximie quasi usurpatur, ut pro communi ac generali in hac re voce haberi oporteat (Cf. *Anacr.* VI, 11. Fragm. I, 1. Etiam de luscinia *Aeschyl.* Agam. 1155. *Sophocl.* Oed. Colon. 663. al. Cf. *Stephan.* Thes. Lond. c. 5789 sq.). Accedit quod Platonem poëticum ipsum Phaedri ludendi causa hoc finxisse e sequentibus patet, ubi verba εἴτε δι' ᾠδῆς εἶδος λίγειαι (int. ἐπονομάζεσθε) germanissimam illam spirant qua prae ceteris divinum Platonis ingenium floret festivitatem. Irridentur videlicet Lysias orator, Phaedrus, eius amator, et quicumque rhetoricam in ipso stare artis fastigio videntur indicasse. Nimirum enim ᾠδῆς εἶδος, carminis s. poësis et in universum artis species est; ni fallor, *eloquentia*, quae iocose λιγεῖα dicitur, propterea quod Homero (qui simul tangitur, vel, ut proprie dicam, quem Plato dum tangere videtur caecos eius carpit amatores) celeberrimus ille orator, Nestor, λιγὺς ἀγορητής dicitur, Iliad. I, 248:

τοῖσι δὲ Νέστωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητής.

Etiam Iliad. II, 246. in Thersite: λιγύς περ ἐὼν ἀγορητής. — διὰ γένος — τὸ Λιγύων] Δ N τῶν. Mon. 407. τὸν. G λιγυῶν. *Stephanus* in marg. „Affertur alia lectio λιγυρὸν pro

Λιγύων, at Ficinus λιγυρῶν videtur legisse." Vertit videlicet Ficinus: *sive propter speciem cantus, sive propter musicum genus illud ligium et canorum hoc habetis cognomen. Cornarius* Eclog. III. p. 47. corrigebat λιγυρόν, sine dubio Ficinum sequutus. Sed recte habet *Λιγύων*; significatur enim Ligyum gens illa cantus tanto opere amans ut ne bello quidem cantu abstinuisse perhiberetur, vid. Hermias p. 84. Schol. p. 314. Bekk.: ἔθνος τι ἠπειρωτικὸν τῶν ἑσπερίων τὸ *Λιγύων* (: *Ligyes* vel *Ligures*, vid. *Ruhkopf*. ad Senec. T. I. p. 172.). *Pausanias* I, 30. §. 3., ubi inter alia *Λιγύων* τῶν Ἠριδανοῦ πέραν. Quocirca equidem non traxerim hoc cum Heindorfio ad canoros illos apud Ligures cycnos (de quibus vid. *I. H. Voss*. Mytholog. Br. T. II. p. 98.), quo admirabilis loci festivitas exstingueretur. Etenim gente Ligyum (voce a λιγύς ducta), h. e., *gente semper stridente* insana Phaedri Atheniensiumque tangitur loquacitas (vid. ad p. 259. B. C.). Ceterum *Dionys. Halic.* Ep. ad Pomp. T. VI. p. 763. Reisk. p. 21. (Krüger.): διὰ γένος τὸ *Λιγύων* μουσικόν. Vind. 4. λιγίων, superscr. ο, *Stob.* Serm. p. 404. τὸ λιγὺ ὄν. Mox Ambros. r. Flor. b. Vind. 1. ἔχετ', Vindd. 6. 7. ἔχετε, F. pr. ἔσχ'. Deinde *Dionys. Halic.* l. l. cum ΣDNO Florr. g. h. et Vindd. α. 4. 6. 7. τὴν ἐπωνυμίαν (in Florr. g. h. Vindd. α. 4. et Monac. 407. praeterea ἔσχετε exhibetur, ut Gramm. Mss. ap. Creuz. Lectt. Plat. p. 462. ed. Plotin. de pulchrit.), idque Stallbaumius recepit; sed articulo nihil est opus, vid. ad Protag. p. 89. 159. His vero expositis compara, quaeso, *Schleiermacheri* interpretationem ut videas, quanto opere Platonis qui celebratur restitutor lepidissimam hanc orationem depravaverit. Vertit enim vir cetera ingeniosissimus: *mögt ihr nun wegen einer Art des Gesanges die hochgekehlten* (sic!) *heissen, oder nach dem langhalsigen* (!) *Geschlecht der tonreichen Schwäne* (!) *diesen Namen führen.* Nimirum hoc non est vertere, sed pervertere vel in partem deteriorem mutare (quod dicimus *travestiren*). Perperam, ut assolet, de hoc loco, cuius festivitatem non percepit, *Dionys. Halic.* Ep. ad Pomp. T. VI. p. 763. 969 sq. iudicavit. — ξύμ μοι λάβεσθε τ. μύθου] „Miretur quispiam ita hic loquutum esse Socratem ξύμ μοι λάβεσθε τοῦ μύθου pro ξυλλάβεσθέ μοι τοῦ μύθου; sed eum ex carmine quopiam verba haec sumpsisse puto." *Stephanus.* Etiam *Heindorfius*: „ex poëta manifesto desumpta sunt." Quasi vero tmesis quae dicitur usus ab oratione abhorreat et solius poësis proprius sit. Compara Gorg. 520. E: ἀντ' εὖ ποιεῖν — ἀντ' εὖ πείσεται. *Thucyd.* III, 13: μὴ ξὺν κακῶς ποιεῖν — ἀλλὰ ξυνελευθεροῦν. Cf. *Toup*. Emendd. in Suid. I. p. 162.

Schäfer. melet. critt. p. 68. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 620. *Krüger.* ad Dionys. H. Ep. ad Pomp. p. 21. *Matth.* Gramm. gr. p. 1190. et *Boissonad.* ad Eunap. p. 153. Totus quidem hic locus poëticae dictionis speciem praebet, neque tamen ita ut Platonem iure possis existimare singula verba a poëta quoquam sumpta posuisse; quin festive ficta est species illa et propter rem de qua acturus est Socrates tamquam grandem et vero etiam Phaedri irridendi causa. Ob eam ipsam causam orationem quam habiturus est Socrates irrisor *μῦθον* vocat; ficta est enim eius propositio, ei qui non amet potius gratificandum esse quam amanti, fingitur porro puer adesse (*ἦν οὕτω δὴ παῖς.* Cf. 243. E.), et ipsam orationem, tamquam opus grande, nomine extollit poëtico (*μῦθον* eam appellans). Hoc quoque in rem suam converterunt posterioris scriptores aetatis, ut *Clemens Alexandr.* Cohort. ad Gent. c. VI. (T. 1. p. 59. Pott.): *ξύμ μοι λαβοῦ τῆς ζητήσεως τἀγαθοῦ πέρι.* *Themistius* Orat. V. p. 138: *Δεῦρ' ἴτε οὖν, ὦ φίλαι Μοῦσαι — σύμ μοι λάβεσθε τοῦ ὕμνου κτλ.* al. Ceterum H *ξύμβοι*, Mon. 407. *ξύμοι.* G *λάβετε*, D Florr. g. h. Vindd. 4. 7. et Mon. 11. *λάβοισθε*, Mon. 407. *λάβησθαι.* Proxime Florr. a. c. *ὅτου* pro *ὅν.* Mon. 407. *ὃν μέν.* Ξ *ἐπεί.*

P. 148. *ἵνα*] Coisl. *ἵν'*, quod Bekkerus sequutus est.

τούτῳ] DN et Mon. 407. *τοῦτο.* In seqq. T *δόξης.* — *ἦν οὕτω δὴ παῖς*] Vocula *οὕτω* (*ἦν οὕτω*, nos: *es war einmal*) sic in narratione frequentatur. *Aristoph.* Vesp. 1177: *οὕτω ποτ' ἦν μῦς καὶ γαλῆ*, ubi v. Schol., qui scrib. *οὕτω* et deinde *δή* omittit. Cf. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de Ser. N. Vind. p. 89. Respexit hunc locum Synes. Dion. p. 58. C. — *μειρακίσκος*] „Atticis usurpatur de *molli* et *pathico* potissimum adolescente, vid. *Oudendorp.* ad Thom. Mag. p. 604." *Heindorfius.* De v. *μεῖραξ* vid. *Boisson.* ad Eunap. p. 291. Quod volgo legitur post v. *μειρακίσκος*, *ἁπαλός*, id iure libri Bekkeri et Stallbaumi longe plurimi praestantissimique (ut Clark. Vatic. *Δ* Venet. *Π.* al.) omittunt, quippe e proximo *μάλα καλός* (Flor. a. *μαλακός*) ortum, eosque recte audiverunt Bekk., Stallb. et Buttm. — *πάνυ πολλοί*] Ambros. r. et Vind. 7. *μάλα πολλοί.* Deinde Vind. 3. et Flor. o. *οὐδὲν ἧττον.* Mon. 407. *οὐκέρη.* — *αὐτὸν αἰτῶν*] *αἰτῶν*, int. *τὴν χάριν*, *eum tentans.* Clark. *αὐτὸν ἐρῶν.* Vind. a. *ἐρῶν αὐτόν*, Vindd. 3. 7. *καί ποτ' αὐτὸν ἐρῶν*, H *αὐτῶν*, Σ *αὐτῶν* a. corr. m. *αὐτῶν.* Mon. 407. *αὐτοῦ ἐρῶν.* Deinde B *τοῦτ' αὐτό*, superscr. *ω*, C *τοῦτ' αὐτῷ γρ. τό*, ΣD N Ο *τούτω αὐτῶ*, H *τούτω τ' αὐτῶ*, Vindd. 3. 7. Florr. g. h. et Monacc. *τούτῳ αὐτῷ.* Mox Ξ a pr. m. *ἔρωτος.* Vind. 7. *ἔλεγέ τοι ὧδε.*

Mon. 407. ἐλεγέται. — ὦ παῖ] παῖ abest a G et pr. T. Ceterum laudat haec *Albin.* Introduct. in Plat. dial. c. 1. p. 127. ed. Fischer. et seqq. *Sext. Empir.* adv. Mathem. VII, 140. *Procl.* in Tim. II. p. 84. Cf. Conv. 195. A. 199. C. *Theag.* 122. B. *Cicer.* de Orat. I, 48: *Ego vero — pergam et id faciam, quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo, ut, quid illud sit de quo disputetur, explanetur, ne vagari et errare cogatur oratio, si ii, qui inter se dissenserint, non idem illud, quo de agitur, intelligant.* De finib. II, 1.3: *Omnis autem in quaerendo, quae via quadam et ratione habetur, oratio praescribere primum debet — ut, inter quos disseritur, conveniat quid sit id de quo disseratur. Hoc positum in Phaedro a Platone probavit Epicurus.* Cf. Offic. I, 2. 12. Orat. 33. init. — καλῶς] Γ κακῶς, Proxime Ξ θουλεύεσθαι, superscr. σ, ΓΒb βουλεύσεσθαι, G βούλεσθαι. — εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ] „h. e. εἰδέναι δεῖ περὶ τούτου s. τοῦτο, περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλή, *oportet cognitum habere quid sit id de quo deliberatur, quicquid id est.*“ *Heindorfius.* Libri ΓΔΣEFHrb Florr. a. b. c. et Vindd. 1. 4. 6. εἰδέναι ἃ δεῖ. Mon. 407. εἰδέναι δὴ περὶ ὄν. Mox ᾖ om. H et Monacc., ἡ om. T. Deinde Clark. ΔΠΣDGT Florr. g. h. Vindd. 3. 4. et Mon. παντός pro eo quod volgo legitur ἅπαντος, idque post Bekk. et Stallb. sequutus sum. NO Mon. 407. πάντως. Deinde Φr ἀναγκαῖον. — τοὺς δὲ πολλοὺς κτλ.] „τοὺς δὲ — λέληθεν ὅτι male interpretatum ab *Hoegeven.* Part. Gr. p. 588. ed. *Schütz.* (cf. *Zeun.* ad Viger. p. 551. b. qui ὅτι *quod, quia* intelligit), dictum puta pro οἱ δὲ πολλοὶ λελήθασιν ἑαυτοὺς οὐκ εἰδότες.“ *Heindorfius.* — διομολογοῦνται] „*Non conveniunt inter se de re de qua sunt disputaturi.*“ *Heindorfius.* De v. διομολογεῖσθαι vid. *Graser.* Spec. Adversar. in Serm. Plat. p. 78 sq. Vind. α. superscriptum habet διαμάχονται. In seqq. Clark. ΔΛΠBEGNOT Σ a corr. m. Florr. a. b. c. i. ϑ. Vind. α. et Mon. 407. προςελθόντες. — ἀποδιδόασιν] „*exhibent s. faciunt quod poterat exspectari.*“ *Heindorfius* ed. alter. et ad Theaet. p. 398. Immo ἀποδιδόασιν (ἀποδιδόναι, *reddere, persolvere,* proprie: debitum, vid. *Wyttenb.* ad Iulian. p. 211. Schäf.) est h. l. *pendunt id quod par est,* h. e., *accidit eis quod par est;* nos: *im Fortgange geschieht ihnen, was ihnen gebührt.* Sic Theaet. 175. D: πάλιν αὖ τὰ ἀντίστροφα ἀποδίδωσιν. — ἑαυτοῖς] Ambros. r. αὑτοῖς. Deinde Clark. ΓΔΠΣDGH Florr. g. h. et Vindd. 3. 4. 7. α. ἀλλήλοις pro ἄλλοις, quod in reliquis exstat et edd. Ald. Bas. 2. Steph. al. habent (Bas. 1. ἄλλης). Illud *Heusdius* quoque Spec. crit. p. 119. reponi iusserat. Fi-

cinus ἄλλοις reddidit: *ut nec sibi nec aliis consentanea loquantur.* Apposite Heindorfius citavit Alcib. I. p. 111. E: τί δὲ δὴ νῦν — οἱ πολλοὶ δοκοῦσί σοι ὁμολογεῖν αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἢ ἀλλήλοις; Recte hoc recentiores sequuti sunt. — μὴ πάθωμεν] Laudat haec *Pollux* IX, 139. p. 1124. Deinde pro ἄλλοις F Flor. ϑ. et Vind. 4. ἀλλήλοις. Mon. 407. ἄλλως. Proxime G πρόκειται ὁ λόγος. — πότερα] om. Clark. *Δ* G T et pr. *Π*., libri ΣDr Florr. g. h. Vindd. 3. 7. *a*. Monacc. et *Π* a rc. m. πότερον, quod Stallbaumius recepit. — οἷόν τέ ἐστι] Heindorfius malebat τί ἐστι pro τέ ἐστι. Causa vero nulla est particulae τέ mutandae; refertur non ad οἷον, sed ad seqq. καὶ ἣν ἔχ. δύναμιν; etenim pronomen, ut solet, eam attraxit. Flor. ϑ. οἷόν τ' ἐστι. Deinde Clark. *ΔΠ* G T et Flor. ϑ. εἶχε. — ὁμολογίᾳ] Scribitur ὁμολογία. *Stephanus* in marg.: „Videtur scribendum ὁμολογίᾳ in dandi casu." Sic Clark. B. ὁμολογίαι (i. e. ὁμολογίᾳ); idque recentiores merito sequuti sunt. Ficinus: *definitione ex consensu posita cognoscamus.*

εἰς τοῦτο] *Stephanus* in marg.: „Sed et τοῦτον fortasse rectius scriberetur, referendo ad ὅρον." Bene contra *Heindorfius*: „huic adversatur satis vulgata utriusque sermonis consuetudo, vulgatumque etiam Ficinus *(atque ad id respicientes)* expressit." Cf. *Schäfer*. ad Theocrit. p. 219. Coisl. scribit. τοῦτ'. In seqq. T μέμψιν pro σκέψιν. Quod praecedit ἀναφέροντες reciproco, qui dicitur, sensu positum est (nostrum: *sich beziehen*, h. e., *sich berufen*). Cratyl. 425. D: οὐ γὰρ ἔχομεν τούτου βέλτιον εἰς ὅ τι ἐπανενέγκωμεν περὶ ἀληθείας τῶν πρώτων ὀνομάτων. Alcibiad. I. 110. E: οὐκ εἰς σπουδαίους γε διδασκάλους καταφεύγεις εἰς τοὺς πολλοὺς ἀναφέρων (*ad multitudinem provocans*). 111. A: εἰς τοὺς αὐτοὺς ἀναφέρω. 112. D: οὐκοῦν εἰς τοὺς τοιούτους διδασκάλους ἀναφέρεις, οὓς ὁμολογεῖς αὐτὸς μὴ εἰδέναι; Similis fere verbi ἀναφέρειν usus est quando sine accusativo ponitur, ubi viri docti τὸ γένος supplendum esse censent (v. *L. Bos*. Ellips. gr. p. 76 sq., ibique Schäf. *Heindorf*. ad Theaet. p. 395.); hic quoque ἀναφέρειν verbum est reciprocum: *se referre* ad aliquem, quippe gentis principem, h. e., gentem ab aliquo repetere. Verbum autem ἀναφέροντες si cum praegressis connectimus, cohaerent τὴν σκέψιν ποιώμεθα (neque scripto σκοπώμεθα opus est). In seqq. Flor. a. ὠφελίαν.

οὖν δή] Part. δή abest a N O r et Mon. 407.; ante οὖν ponit Σ. Mox ΣDNO Flor. h. Vindd. 3. 4. et Mon. 407. τίς ἐστιν ὁ ἔρως, quod fortasse praeferendum. Deinde Flor. c. δῆλος. Verb. ἴσμεν om. r cum pr. *Φ*. In seqq. post v. κρινοῦμεν

Ald. Bas. 1. 2. Florr. a. c. et Vind. *a*. commate distinguunt. *Stephanus* in marg. „For. κρινοῦμεν; δεῖ αὖ νοῆσαι ὅτι etc.“; idque recte sequuti sunt recentiores. Vid. ad Protag. Annot. p. 106. — δύο τινέ] Clark. δυο τινε (sic); reliqui libri Bekkeri (praeter *Δ ΠΕ*, qui cum libr. edd. δύω scribunt) et Stallbaumi (Flor. c. et Vindd. 1. 3. 7.) δύο τινέ, quod Heindorfius quoque e *Stobaei* Serm. LXII. p. 404. recepit. Mon. 407. δύο τινί. Deinde Stob. εἴδέε. E ἰστέα, om. pr. *Ξ*. Stephanus affert scripturam ἰδίᾳ, addens: „alioqui certe ἰδίᾳ legendo dixissem subaudiri ἔρωτε, quum ea quae sequuntur nomina dualia masculini generis optime conveniant (quae cum *ἰδέα* feminino non conveniant quidem, sed ferri possunt, veluti quum dicunt τὼ χεῖρε et quaedam alia).“ Sed dualis masculini generis more cum nomine feminino iunctus est; v. *Valcken*. ad Eurip. Hippol. p. 386. *Duker*. ad Thucyd. V, 79. et alii quos citavit *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 813. Pro ἄρχοντε litteris primis transpositis Ald. ῥάχοντε, Bas. 1. ῥάχοντε. Mon. 407. ἄρχονται. Ficinus: *dominantes atque ducentes*. *Cornarius* Eclog. p. 47: „Pro ῥάχοντε — legendum est ἄρχοντε, ut apparet. Alioqui φέροντε legendum arbitrarer quum sequatur ἄγοντε: ut ad proverbiale illud referretur τὸ ἄγειν καὶ φέρειν, itemque ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι.“ Huic autem nihil hic loci est. Bene comparat *Lentzius* p. 319. Phaedon. 94. E: ὡς ἄγεσθαι ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος παθημάτων, ἀλλ' οὐχ οἵας ἄγειν τε ταῦτα καὶ δεσπόζειν. In libro *Δ* scribitur ἄρχονται καὶ ἄγονται. — οἶν] *Δ*ENOT et Mon. 407. οἷον, D οἷον superscr. αἷν, οἷν *Ξ*F, a corr. m. αἷν mg. T. Vind. 1. οἷν superscr. αἷν. Deinde Florr. c. *ϑ*. οἷ ἄν pro ᾗ ἄν. *Heindorfius*: „Ficin. *quocumque ducunt*, ut οἷ ἄν placeret, ni post p. 31. itidem legeremus ἐπιθυμία — τὸν κεκτημένον ταύτῃ ἄγουσα.“ Sed οἷ et ᾗ, ut ποῖ et πῇ (Latin. *quo* et *qua*), οὐδαμοῖ et οὐδαμῇ al. idem per se valent; prius est enim neutrius generis, posterius feminini, vid. *Blomfield*. ad Aeschyl. Agamemn. 1510. *Schäfer*. Apparat. ad Demosth. T. IV. p. 128. et *Stallbaum*. ad Euthyphr. p. 94 sq. Pro ἄγητον Bas. 2. ἄγετον, Monacc. ἄγοιτο. Mon. 407. ᾗ ἄν. — ἡ μὲν ἔμφυτος] Unum principium idque natura insitum est voluptatum appetitio (τὸ ἐπιθυμητικόν: nobis: *das Begehrungsvermögen s. die Sinnlichkeit*. Cf. *Plutarch*. Amat. p. 746. D.), alterum, quod nobis comparamus s. acquirimus (*Plutarch*. l. l. ἐπείσακτον), est iudicium optimi appetens, i. e., τὸ λογιστικόν. Polit. IV. 439. D: Οὐ δὴ ἀλόγως — ἀξιώσομεν αὐτὰ διττά τε καὶ ἕτερα ἀλλήλων εἶναι, τὸ μὲν ᾧ λογίζεται λογιστικὸν προσαγορεύοντες τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ ᾧ ἐρᾷ τε καὶ πει-

νῇ καὶ δίψῃ καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἐπτόηται, ἀλόγιστόν τε καὶ ἐπιθυμητικόν, πληρώσεών τινων καὶ ἡδονῶν ἑταῖρον. — Ταῦτα μὲν τοίνυν — δύο ἡμῖν ὡρίσθω εἴδη ἐν ψυχῇ ἐνόντα κτλ. Vox δόξα, ἐπιθυμίᾳ opposita (Sophist. 228. B: ἐν ψυχῇ δόξας ἐπιθυμίαις καὶ θυμὸν ἡδοναῖς καὶ λόγον λύπαις — οὐκ ᾐσθήμεθα διαφερόμενα), est iudicium vel sententia maxime rata certoque conclusa (Sophist. 264. A: δόξα δὲ διανοίας ἀποτελεύτησις). Hinc Legg. IX. p. 863. E. inter se opponuntur ἡ τοῦ θυμοῦ καὶ φόβου καὶ ἡδονῆς καὶ φθόνου καὶ ἐπιθυμιῶν ἐν ψυχῇ τυραννίς et ἡ τοῦ ἀρίστου δόξα. 864. B: ἡδονῆς δ᾽ αὖ καὶ ἐπιθυμιῶν δεύτερον, ἐλπίδων δὲ καὶ δόξης τῆς ἀληθοῦς περὶ τὸ ἄριστον ἔφεσις τρίτον ἕτερον. Ante v. ἐπιθυμία Δ artic. ἡ inserit. Deinde Clark. δῆ ἡδονῶν, Δ δῆλον ὤν, G δηλόνων, T δῆλον ὤν, adscripto in marg. ἡδονῶν. In seqq. Monac. 407. δόξα καὶ ἐφιεμένη. Mox Δ τοῦτο; deinde Σ ποτέ pro τοτέ, Flor. a. b. c. i. τότε.

ἔστι — ὅτε] G ὥστε. Proxime Ambros. r. βιάζεσθαι. Pro τοτὲ μέν Vind. 3. et Stob. ποτὲ μέν. — τῷ κράτει — ὄνομα] Sic Conviv. 192. E: τοῦ ὅλου οὖν τῇ ἐπιθυμίᾳ καὶ διώξει ἔρως ὄνομα. His respondet in seqq. τῇ ἀρχῇ ὕβρις ἐπωνομάσθη.

ἀλόγως] N ἀναλόγως superscr. ἀ. Deinde pro ἐπί Ν Ξ O et Mon. 407. πρός. — ἐπωνομάσθη] solent enim verba appellandi cum dativo rei vel personae, cui nomen imponitur, iungi, ut Cratyl. 420. B: δόξα μὲν — τῇ διώξει ἐπωνομάσθη. Theaet. 185. C: ᾧ τὸ ἔστιν ἐπονομάζεις καὶ τὸ οὐκ ἔστιν. Cf. *Heindorf.* ad Cratyl. p. 11. et *Matthiaei* Gramm. gr. p. 770.

P. 150. δὲ δή] Part. δή deest in G et pr. Ξ. — πολυμελές] Volgo scribitur πολυμερές, quod praestare Heindorfius arbitrabatur: „quum proprie alias iungantur μέρη et εἴδη." At πολυμελές non solum Stobaeus, verum etiam et plurimi et optimi libri (Clark. Δ Π D G N O T Vind. 7. Flor. g.) exhibent. Cod. Mon. 407. πολυμελὲς γὰρ πολυειδές. Ceterum similiter *Aristoxenus* in Stob. Serm. X. p. 132, 41. de ἐπιθυμίᾳ: εἶναι τὸ πάθος τοῦτο ποικίλον καὶ πολύπονον καὶ πολυειδέστατον. In seqq. Clark. ἰδέων, T ἠδέων. Deinde Vind. a. εὐπρεπής, Mon. 407. ἢ ἄν. Stob. ἢ ἄν. Bas. 1. 2. ἢ ἄν. Σ et Vind. 4. τύχοι. — τὴν αὑτῆς] Ξ ἑαυτῆς. Σ αὐτὴν αὑτῆς, Flor. a. b. c. g. h. i. Mon. 407. αὑτῆς, Vind. 3. τῆς αὑτῆς, Vind. 4. τὴν αὐτὴν αὑτῆς. — ὀνομαζόμενον] Stob. ἐπονομαζόμενον, quod Heindorfius recepit, sine causa. Phaedon. 103. B: ὧν ἐνόντων ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν τὰ ὀνομαζόμενα. Sensus est: et harum quidem libidinis formarum quaecumque eminet,

mo haec nomine nuncupatum exhibet eum qui ea tenetur, h. e., efficit ut ab ipsa denominetur. Infra B: κεκλημένον παρέξεται. Sophist. 224. A: ἀλλὰ ἕτερα τῆς ψυχῆς — ἔμπορον ὀρθῶς ἂν λεγόμενον παράσχειν. Cf. *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 271 sq. In seqq. Mon. 407. οὔτ' ἐπαξίαν. — κεκτῆσθαι] Sic Clark. ΔΠΣDGNOT Florr. g. h. ϑ. Vindd. 3. 7. et Monacc. Vulgo κεκλῆσθαι, quod esset *nomen appellatione indignum*; neque tamen nomen, sed res dici potest appellatione indigna. Οὐκ ἐπάξιον κεκτῆσθαι dicitur quod inutile est, pretium non habet, contrarium ἄξιον κεκτῆσθαι. Polit. II. 367. C: ἃ τῶν ἀποβαινόντων ἀπ' αὐτῶν ἕνεκα ἄξια κεκτῆσθαι. *Xenoph.* Conv. IV, 64: καὶ πολλοῦ ἂν ἄξιος εἶναι καὶ πόλεσι καὶ φίλοις καὶ συμμάχοις κεκτῆσθαι. Flor. h. ἐπ' ἀξίαν. — περὶ μὲν γάρ] Part. μέν abest a DN Florr. g. h. Vind. 3. et Mon. 407. Deinde volgo scribitur τοῦ λόγου τε τοῦ ἀρίστου non, quod Stallbaumius narrat, τοῦ τε λόγου τ. ἀρ.). Clark. ignorat part. τε post v. λόγου (ut Gaisf. tradit p. 99.) libri ΔΠΣDGNOT τοῦ τε λόγου τοῦ ἀρ., Coisl. λόγου τε καὶ τοῦ, Florr. g. h. ϑ. Vind. 3. 7. et Mon. 407. (qui praeterea scribit κρατοῦσαν) τοῦ λόγου τοῦ ἀρίστου, idque recepit post Bekkerum Stallbaumius; mihi vero praestare videtur τοῦ τε λόγου τοῦ ἀρίστου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν, quod Buttmannus quoque sequutus est. Ceterum ὁ λόγος τοῦ ἀρίστου, *ratio honesti*, est i. q. τὸ ἄριστον s. τὸ βέλτιστον: Phaedon. 97. D. Gorg. 463. A. 501. B. Tim. 48. A. Alcib. II, 144. D. 145. C. al. Proxime ἐπιθυμία om. N et Mon. 407. — γαστριμαργία] *Isidorus* Pelusiot. Ep. 384. Lib. I. p. 83. (ed. Commel.): γαστριμαργία δέ ἐστιν ἡ περὶ γαστέρα μανία, ἐπεὶ μαργὸς ὁ μεμηνώς. Cf. *Muson.* in Stob. Serm. XVIII. p. 166, 11. *Clemens Alexandr.* Paedag. II, 1. T. 1. p. 171. Potter. Cf. Tim. 73. A. Ad v. γαστριμαργία e seqq. κεκλημένον παρέξεται intell. κληθήσεται, ut supra 237. A.

ταὐτὸν τοῦτο] ΣΦr ταὐτό, T τοῦτον. *Stephanus* in marg.: „Fortasse deest adiect. γαστρίμαργον ante vel post partic. κεκλημένον, et ταὐτὸν τοῦτο signif. *eodem modo.* „Immo ταὐτὸν τοῦτο est *eodem hoc nomine*; sic enim solent verba nominandi cum pronomine neutrius generis iungi, modo addita modo omissa voce ὄνομα, ut infra 252. B: ὃ καλοῦσιν. Sophist. 224. B: οὐκοῦν καὶ τὸν μαθήματα ξυνωνούμενον — ταὐτὸν προσερεῖς ὄνομα. *Xenoph.* Memor. Socr. II, 2. 1: τοὺς τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν; Oecon. 7, 3: ἀλλ' εἰ μὲν — καλοῦσί με τοῦτο τὸ ὄνομα, οὐκ οἶδα. Contra Gorg. 448. B: τί ἂν αὐτὸν ὠνομάζομεν δικαίως; οὐχ ὅπερ ἐκεῖνον; Polit. I. 340. E: ὃ προσαγορεύομεν αὐτόν. Tim. B

28. B: ὃ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ τί ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω. *Lucian.* Ver. Hist. I, 36: τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο. al. Cf. *Iens.* ad Lucian. T. II. p. 283. Bip. et *Matth.* Gramm. gr. p. 769. Ceterum Δ κεκτημένον. — περὶ δὲ αὖ] Pal. Vat. d. libri Florentt. et Mon. 407. περὶ δ' αὖ, quod Stallbaumius iure recepit. Proxime Ξ μέθην, superscripto ας, Σ μέθης. Deinde BH et Florr. a. b. c. κεκλημένον. Ad v. κεκτημένον int. αὐτήν; est vero id quod supra τὸν ἔχοντα. — ταύτῃ] ΣΝΟ Vind. 1. Mon. 407. ταύτην. Mox pro τἄλλα G καλά. Deinde καί abest a T. Proxime pr. Ξ ὀνόματι, H ὄματα. — τῆς ἀεὶ δ.] ΔΠΣΦBDG Flor. ϑ. αἰεί. Sensus: *et quod ad reliqua his similia similiumque cupiditatum nomina attinet, quomodo, quaecumque dominatur s. principatum tenet, appellari* (s. *quomodo ex quaque cupiditate dominante appellari*, h. e., *poni*) *oporteat liquet.* Volgo scribitur ἣ προςήκει καλεῖσθαι, in Stob. vero et Paris. A. comparet ὃ προςήκ. καλ. „idque antiquorum ratio flagitare videtur" *Heindorfius.* Vid. supra posita. Accedit quod Graeci καλεῖν ὄνομα, (*nomen usurpare* et *ponere*) frequentant (ut Polit. 279. E. al. Vid. *Heindorf.* ad Cratyl. Init.); quocirca ὃ (int. ὄνομα) ad praegressum ὀνόματα referetur: *quomodo nomina appellanda*, h. e., *ponenda sint* (int. ex quaque cupiditate dominante). Itaque ὃ sine dubio vera est scriptura, ἣ vero eius interpretatio ad latinum magis, quam graecum sermonem conformata. Genitivus τῆς — δυναστευούσης more sic positus est ut, unde aliquid proficiscatur vel petatur, indicet. Sic Polit. 279. E: τὰ μὲν νεύρινα φυτῶν ἐκ γῆς. Cratyl. 406. C: διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν. al. Vid. quae collegit *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 687. 688. Ceterum Vind. 4. et Σ καλεῖσθαι προςήκει. — ἧς δ'] δ' om. T. et Mon. 407. In seqq. scribe λεχθὲν δὲ ἢ μὴ λεχθὲν πάντως σαφ. Πάντως dant Vind. 7. ΣT et Stob., quod cum Heindorfio recepi; volgo πᾶν πως (G πᾶν πως ἤδη), quod Bekk. et Stallb. retinuerunt. Mox ἂν εὐλόγους G pro ἄνευ λόγου.

ἀχθεῖσα] Clark. in marg. ἄγουσα; sic etiam Flor. ϑ. (et *Dionys. Halic.* de Demosth. grav. p. 167. (Epist. ad Pompei. T. VI. p. 763. p. 22. Krüg. eundem citat locum nulla fere scripturae discrepantia). Ficinus: *rapitque ad voluptatem formae.* Clark. in marg. ἐν ἄλλοις. Ἡ γὰρ ἄνευ λόγου δόξης ἐπὶ τἀγαθὸν (etiam Dionys. Halic. Ind. de Demosth. l. l. ἐπὶ τἀγαθὸν) ὁρμώσης κρατήσασα ἐπιθυμία πρὸς ἡδονὴν ἄγουσα (ut Dionys. l. l.) κάλλους καὶ τῶν ἑαυτῆς συγγενῶν ἐπιθυμιῶν ἐπὶ σωμάτων κάλλος ἐῤῥωμένως ῥωσθεῖσαν (Dionys. l. l. ἐπιθυμίαν λαβοῦσα, ἐῤῥ. ῥωσθ. καὶ νικήσασα) νικήσασα ἀγωγῇ,

ἀπ' αὐτῆς τῆς ῥώμης ἐπιθυμίαν λαβοῦσα ἔρως ἐκλήθη. Libri vero reliqui omnes (etiam Dionys. Ep. l. l.) ἐπὶ τὸ ὀρθόν et ἀχθεῖσα (Mon. 407. ἀχθεῖσαν) praestant. In mentem mihi venerat ταχθεῖσα, quod nunc pro nihilo duco; etenim nulla omnino est causa vocis ἀχθεῖσα mutandae, ut e sequentt. patebit. Deinde scribe: καὶ ὑπὸ αὖ τῶν — ῥωσθεῖσα νικήσασα ἀγωγῇ. Pro ὑπό Coisl. ὑπ'; deinde pro αὖ τῶν T ἑαυτῶν, Mon. 407. αὐτῶν, Flor. ϑ. καὶ τῶν ἑαυτῇ; etiam Clark. ἑαυτῆι, ΔΠΣDGT Florr. g. h. ἑαυτῇ. Et hoc praeferendum, quippe rarius in hac fere dithyrambica (vid. infra D.) oratione. Sic Polit. X. 611. E: ὡς συγγενὴς οὖσα τῷ τε θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ ἀεὶ ὄντι. Mox κάλλος om. Δ, Mon. 11. κάλλει. Deinde Clark. ΓΔΑΠΣBCGHTrð Vindd. 1. 3. et pr. ΦD ἀγωγῇ, quod et horum consensus librorum et ipse, ni fallor, sensus restitui iubent. Etenim oratio haec, qua amoris continetur definitio, data opera ita conformata est, ut amorem declaret rem esse et admirabilem et secum ipsam pugnantem. Carpit videlicet Plato Lysias et Phaedros, qui, omnes virtutis igniculos in amore exstinguentes, caecam intelligant libidinem, quae, quippe caeca cupiditas, semet ipsam pervertit ac tollit propterea quod admirabilis eius sic constituta est natura ut, utrum abripiatur an abripiat, dubitare possis. Caeca videlicet libido, iudicium et rationem quae rectum et honestum sequitur superans, per se abripitur et corripitur (ἀχθεῖσα) a pulchri cupiditate, ipsa vero etiam a cognatis voluptatibus (v. c. cibi et potus) corroborata corripit ita ut magis corripiat, quam corripiatur (h. e., νικήσασα ἀγωγῇ, quasi *ducendo s. corripiendo vincens*; latet vero in voce ἀγωγῇ simul expeditionis militaris notio, ut praegressa quoque ἐ ῤ ῥ ω μ έ ν ω ς ῥ ω σ θ ε ῖ σ α, quasi *copiis auxiliaribus*, et sequens νικήσασα videntur significare. Quamquam *Krügerus*, vir doctissimus, ad Dionys. H. p. 22. adversatur). Egregie igitur, ut perversus hominum illorum amor ludatur, inter se opponuntur activum κρατήσασα et passivum ἀχθεῖσα, et passivo praecedente ῥωσθεῖσα activum νικήσασα ἀγωγῇ (*ducendo s. imperando vincens*), quo passivum ἀχθεῖσα iocose quasi tollitur. Praeterea advertenda est verborum in re per se perversa et confusa perversitas atque confusio: ἐπὶ σωμάτων κάλλος ἐῤῥωμένως ῥωσθεῖσα νικήσασα ἀγωγῇ, quum cohaereant νικήσασα ἀγωγῇ ἐπὶ σωμάτων κάλλος: *vincens dum corporum pulchritudinem hostiliter aggreditur* (hoc est enim ἀγωγῇ ἐπὶ σωμάτων κάλλος, ut dicitur ἄγειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, aggredi s. impetum facere; de hac praepos. ἐπί vi cf. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. v. 79. *Fischer.* ad Weller. T. III. P. II. p. 242. et de v. ἄγειν Lexic. Xenoph.

fer. Melet. critt. p. 43 sq. Verbum autem ἀποστερεῖν τινά, *privare aliquem*, est in universum quoque *aliquem fraudare*, h. e., non reddere vel solvere quod ei debes, quod promisisti, mutuum ab eo sumpsisti et quae alia sunt generis eiusdem. Sic Gorg. 519. C: ὡς ἀδικοῦσι σφᾶς τούς τε μισθοὺς ἀποστεροῦντες καὶ ἄλλην χάριν οὐκ ἀποδιδόντες. 420. C: ἴσως ἂν ἀποστερήσειε τὴν χάριν. Cf. Lexic. Xenoph. I. p. 367. Nostrum igitur est quod volgari sermone usurpamus: *nachdem er den angeführt s. geprellt hat, dessen Liebhaber er zuvor war.* — μεταπεσόντος] Δ et pr. Π μεταμεσόντος. Ceterum ὀστράκου μεταπεσόντος s. περιστραφέντος, *testa conversa*, proverbii loco dicitur in repentina et necopinata rei conversione (simile est nostrum proverbium: *nachdem sich das Blättchen gewendet hat*). Schol. ad D. Chrysost. p. 19. ed. Morell. παροιμία ἐπὶ τῶν ἀθρόως καὶ ἀνελπίστως ὑφισταμένων. *Eustath.* ad Il. 6. p. 1219, 35. *Erasm.* Adag. II, 1. 51. p. 311 sq. Graecum ductum est a ludo illo ὀστρακίνδα s. ὀστράκου περιστροφή, in quo testa, cuius interior pars pice oblita, exterior candida erat, ad lineam in medio ductam mittebatur; iam prout vel interior vel exterior testulae pars superne ceciderat, ita vel haec vel illa puerorum turba fugiebat et altera persequebatur fugientes. Cf. Herm. p. 90. Schol. ad Polit. VII. 521. C: (τοῦτο δὴ — οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφή, ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγή) p. 59. Ruhnk. *Pollux* IX. 3. ib. interpp. p. 1097. *Meurs.* de lud. Graec. in Gronov. Thes. ant. gr. T. VII. p. 979 sq. Hoc quoque posterioris scriptores aetatis frequenter adhibuerunt, ut *Lucian.* Apol. pro merc. cond. §. 1. T. I. p. 324. Schmied. *Dio Chrysostom.* Orat. IV. p. 77. A. Orat. XI. p. 174. A. XV. p. 242. B. *Liban.* Ep. 423. p. 216. ed. Wolf. Cf. *Fabric.* ad Marin. vit. Procl. p. 100. ed. Boisson. collatis *Boisson.* ad Eunap. p. 364. et *Wyttenbach.* ad eundem p. 299. T. II. — φυγῇ μεταβαλών] T μεταβαλὼν φυγῇ, pr. N φυγῇ καὶ μεταβαλών, Ξ φυγῇ μετάβαλων. Ceterum μεταβάλλειν sensu qui dicitur reciproco est *se mutare* s. *mutari* (Latinorum enim passivum saepenumero est reflexiva quae dicitur verbi forma, Graecorum medio respondens, ut exerceri, *sich üben*, lavari, *sich baden* al. innumerab.). Parmen. 156. C: ὅταν ἑστὸς ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι μεταβάλλῃ. Theaet. 182. D: ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ τοῦτο μένει — ἀλλὰ μεταβάλλει. Politic. 273. E. 274. B. Cratyl. 439. E. Polit. V. 473. B. C. VIII. 545. D. al. Cf. *Gataker.* ad M. Antonin. T. II. Opp. p. 156. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 179. *Orelli* ad Opusc. gr. vett. sentent. T. I. p. 455. et *Schäfer.* ad L. Bos. Ellips. graec. p. 312. — διώκειν] Clark.

*ΔΛΠ*GT διώκων. Proxime Clark. *ΔΠΣ*GTr Flor. θ. et Vindd. 6. α. ἐπιθειάζων.

P. 158. καί] om. *Γ*, verb. καὶ ὑπ' — μὴ ἐρῶντι καὶ desiderantur in *Δ*H. Ceterum ὑπ' ἀνάγκης non est *necessario*, sed *prae libidine*, vid. ad p. 231. A.

εἰ δὲ μή] ex totius orationis conformatione explendae sunt hae particulae, ut h. l.: *quod si non faceret* s. *observaret*, *sin minus*, h. e., *alioqui* (vernac. *sonst*, *ausserdem*). Vid. *Devar.* de gr. ling. particc. p. 123. ed. Reusmann. *Heindorf.* ad Hipp. mai. p. 134. (145. ed. alt.), ad Parmen. p. 208. et *Schäfer.* Appar. ad Demosth. I. p. 795. — εἴη] *Δ* ἤδη. Proxime Clark. Florr. g. θ. et Mon. 407. αὐτόν. — Deinde G βλαβερόν, T συνουσίαν, G iterum βλαβερόν. Mox articulum τοῦ ante v. σώματος, qui a libris edd. abest, servarunt Clark. *ΓΔΞΠΣ*BCGNTrb Florr. a. b. c. g. h. θ. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. α. Monacc. Stob. Serm. LXII. p. 406, 37. Receperunt eum Heind., Bekk. et Stallb. Mox *Δ* δὲ μᾶλλον. Ceterum similis eiusdem verbi repetitio reperitur *Xenoph.* Oecon. I, 13: διὰ ταύτην κάκιον μὲν τὸ σῶμα ἔχοι, κάκιον δὲ τὴν ψυχήν, κάκιον δὲ τὸν οἶκον. — ἧς] *Δ* Florr. g. h. θ. ἣν, T Flor. h. οἷς. Similiter Legg. XII, 942. C: τούτου γὰρ οὔτ' ἔστιν οὔτε ποτὲ μὴ γένηται κρεῖττον οὔτε ἄμεινον οὔτε τεχνικώτερον εἰς σωτηρίαν τὴν κατὰ πόλεμον καὶ νίκην. *Heindorfius* annotat.: „In his subaudiendum οὐδέν, non τί, quod male aliquis inserere iubebat ante ἐστί." Sed nihil, opinor, intelligendum; potius contracta est oratio, ut τιμιώτερον οὔτε ἔστιν οὔτε — ἔσται positum sit pro οὔτε ἔστιν οὔτε — ἔσται ὃ τιμιώτερόν ἐστιν — ἔσται; pronomen igitur τί (in oratione negativa οὐδέν) latet in relativo ὃ quod in oratione dilatata ponendum esset. Vid. ad Protagor. 340. D. Annott. p. 156. Ceterum Ambr. r οὔτ' ἐστιν, deinde G ἐστίν pro ἔσται. Mon. 407. ποτ' ἔσται. De re, vid. not. ad p. 239. B. Adde *Plutarchi* cuius fertur libell. de puer. educ. p. 5. E: παιδεία δὲ τῶν ἐν ἡμῖν μόνον ἐστὶν ἀθάνατον καὶ θεῖον.

Ταῦτά τε] Mon. 11. τάτε. Deinde *Σ* ὦ παῖ χρή. Mox *Δ* ἐραστῶν. Varba τὴν ἐραστοῦ φιλίαν post v. γίγνεται ponit T. — σιτίου τρόπον] *Cornarius* Eclog. p. 47: „σιτίου vox mihi suspecta est. Neque enim praeclaram sententiam exhibet, si dicas, sed *cibi modo expletionis gratia*. Pro σιτίου igitur voce legendam puto θηρίου vocem, ut accipiamus, quod amator velut bestia sit, et amicitia eius bestiae more expletionis gratia fiat. Et huic sententiae consentit versus qui mox sequitur: ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ', ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί." Quem quidem respiciens *Stephanus* annotat: „Affertur

t alia lectio, sed ex coniectura, θηρίου pro σιτίου, propterea uod in versu qui subiungitur dicitur ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσι; ed non video cur σιτίου displicere debeat, quum etiam λύκοι ment ἄρνα, quod sibi sit σιτίον." Iure assentitur Heindorfius, unc sumens verborum ordinem: ὅτι οὐ μετ' εὐνοίας γίγνεται, λλ' ἐρασταὶ φιλοῦσι παῖδα σιτίου τρόπον χάριν πλησμονῆς. imiliter σιτία et πλησμονήν ad amatoris libidinem accommoavit *Xenoph.* Conviv. VIII, 15: καὶ μὴν ἐν μὲν τῇ τῆς μορῆς χρήσει ἔνεστί τις καὶ κόρος, ὥςτε ἅπερ καὶ πρὸς τὰ σιτία ὰ πλησμονήν, ταῦτα ἀνάγκη καὶ πρὸς τὰ παιδικὰ πάσχειν. is autem verbis Lysiam carpi amorem nihil aliud intelligentem isi libidinis satiandae cupiditatem, nihil attinet exponi. Ceterum G τρόπον τινὰ χάριν.

ἄρν' ἀγαπῶσι] Sic Vindd. 3. 7. et Mon. 11. NO et D on. 407. ἄρνα ἀγαπῶσιν, Bas. 2. ἄρνα ἀγαπῶσι. Clark. orr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 4. 6. α. ceterique Bekk. ori ἄρνας ἀγαπῶσιν, Schol. Hermogen. cod. Paris. 1983. f. 86. αἶγ' ἀγαπῶσιν. Etiam *Aristaenet.* II, 20. p. 189: ὡς ερ λύκοι τοὺς ἄρνας ἀγαπῶσιν, οὕτω τὰ γύναια ποθοῦσιν νέοι· καὶ λυκοφιλία τούτων ὁ πόθος. Libri editi exhibent λοῦσ', ut in Schol. Homer. Il. X. ap. Valcken. p. 34: οὕτω λοῦσι λύκοι τοὺς ἄρνας, ὡς φιλέουσιν ἀντερασταί. Ald. Bas. Steph. Lugd. Bip. Heindorf. ed. I. ἄρνα φιλοῦσ'. Ceterum ermias p. 90. et Schol. p. 314. Bekk.: παρῳδεῖ τὸ Ὁμηριν εἰρημένον ἐν τῇ χ' ῥαψῳδίᾳ

ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἄρνασιν ὅρκια πιστά,
οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν.

cus est Iliad. XXII, 262 sq. Quod Grammatici sumunt, id ve cum Heindorfio pro nugis habeas. Quemadmodum enim hoc Homerico οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυν ἔχουσιν sine dubio exstiterunt quae proverbii fere loco dici ebant, ἄρνες λύκον et λυκοφιλία (vid. *Lucil.* Epigr. V, 5. thol. gr. T. III. p. 30. *Strat.* Epigr. LXXXIX, 2. p. 88. *Gatak.* ad M. Antonin. XI. §. 15. p. 328. *Valcken.* ad rip. Phoeniss. 841. p. 315. et interpp. ad Aristaenet. l. l. p. 7 sq. Boisson.), sic etiam Plato ad eundem poëtam hunc xisse versum tamquam parodiam putandus est, partim ut inos illius poëtae amatores, quorum Phaedrus erat, luderet, tim ut orationem suam, quippe ieiunae Lysianae oppositam, sibus extolleret interiectis eisque herois. Iccirco Socratem llo post facit dicentem: Οὐκ ᾔσθου, ὦ μακάριε, ὅτι ἤδη η (i. e., versus heroos) φθέγγομαι, ἀλλ' οὐκέτι διθυμβους;

Τοῦτ' ἐκεῖνο] *En quod dixi, hoc erat* (v. *Barth.* Ad-

vers. XLV, 8. *Burmann.* ad Petron. 93.), nos: *da haben wir es.* Etenim τοῦτο est δεικτικῶς positum *hic*, *en* (nostrum *da*) et ἐκεῖνο refertur ad ea quae supra dixit Socrates p. 238. D., non futurum esse quod miraretur Phaedrus, si ipse oratione progrediente divino instinctu concitaretur. Plene *Aristoph.* Acharn. 41: τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ ˝λεγον. Lysistr. 241: ταῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ ˝λεγον. *Xenoph.* Anab. VII, 3. 47: Τάδε δή, ὦ Ξενοφῶν, ἃ σὺ ἔλεγες. Euthyd. 296. B: τοῦτ' ἐκεῖνο (*da haben wir es*)· ἥκει τὸ αὐτὸ παράφθεγμα. Locus Conviv. 210. E., quem *Heindorfius* excitavit: τοῦτο ἐκεῖνο — οὗ δὴ ἕνεκα καὶ οἱ ἔμπροσθεν πάντες πόνοι ἦσαν, alius est generis, etenim τοῦτ' ἐκεῖνο non est: *hoc illud est* (ut Stallbaumius quoque interpretatur p. 129. ed. Goth.), sed nostrum *eben das* (ut 252. C: ὅμως δὲ — τὸ πάθος τῶν ἐρώντων τοῦτ' ἐκεῖνο τυγχάνει ὄν). Sic enim pronomen οὗτος usurpatur ubi accuratius aliquid definitur (v. *Matth.* Gramm. gr. p. 873.); et ἐκεῖνο positum est ratione habita sequentium: οὗ δὴ ἕνεκα καὶ οἱ ἔμπροσθεν πάντες πόνοι ἦσαν. Plura collegerunt *Dorvill.* ad Charit. p. 180. *Elmsl.* ad Eurip. Med. 97. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 874. et vir doctus in libro qui inscribitur *Iahrbücher f. Philolog. u. Paedag.* Iahrg. I. T. I. Fasc. 2. p. 271. Ceterum Florentini τοῦτο ἐκεῖνο, N et Mon. 407. τοῦτο ἐκεῖνος. Deinde ὦ om. F, C scribit ὅ. — πέρα] Sic Ald. Bas. 1. Steph. Heind. Libri autem fere omnes Ms. artic. τό ante πέρα (ut Bas. 2.) interponunt: Clark. τὸ περαί, ΓΔΞΠBCDGHN Or Florentt. Vindd. 1. 3. 5. 6. 7. et Monacc. τὸ πέρα, ΔΣ τὸ πέρας; unde Bekkerus et Stallbaumius receperunt τὸ πέρα; quod sane, quum tot libris confirmetur, nunc mihi videtur retinendum esse, ut sensus sit: *quod ultra est, non audies, me* (ἐμοῦ) *dicente s. referente*; (Socrates enim fingit quae in medium proferat aliis se accepta referre); contra verba: οὐκέτ' ἂν πέρα ἀκούσαις μου (sic enim pro ἐμοῦ scribendum esset) λέγοντος hunc haberent sensum: *iam ultra me non audies dicentem.* Illud quanto opere festivitate excellat, non desiderat orationem meam. — ἤδη σοι] Sic Clark. ΔΠΣDGNOT Florentt. Vind. 7. et Monacc. (γρ. in C. E.); reliqui, ut edd., ἀλλὰ δή. Etiam Ficinus: *sed iam finem habeat sermo.* — τέλος] Sic libri omnes scripti praeter E et F, qui cum editis exhibent πέρας, quod e praegresso πέρα, ubi libri aliquot πέρας habent, videtur fluxisse. *Heindorfius* annotat: „Sed recte videtur Lentzius in verbis πέρα et πέρας paronomasiam agnoscere, Platoni quoque satis frequentatam, e. g. Hipp. mai. 48: Ἡμεῖς γάρ, ὦ βέλτιστε, οὕτως ἀβέλτεροι ἦμεν. Charm. 49: Οὐ γὰρ ἄν που — τοῦτο ἡμῖν ἀνωφελὲς ἐφά-

νη, εἴ τι ἐμοῦ ὄφελος ἦν." Bene contra *Buttmannus*: „Hic tamen huius lusus tam parum gratiae esset, simulque codicum EF tam exigua est auctoritas, ut nefas foret ceterorum omnium τέλος prae illo spernere." — καίτοι ᾤμην γε] Sic libri scripti (etiam Monacc.); in solis E et F exstat καίτοι γε ᾤμην γε, quod editi libri dant, idque erunt fortasse qui defendant (vid. Comment. in Aristoph. V. VI. p. 426. et adde quos *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1208. not. l. citavit auctores). Quamquam vero particula γε bis posita saepenumero reperitur (vid. praeter laudatos *Heindorf.* ad Euthyd. p. 319. *Stallbaum.* ad Phileb. p. 213 sq. et nostra ad Politiam p. 570.), tamen numquam, quod sciam, sic repetitur ut altera utra redundet; in his vero καίτοι γε ᾤμην γε alterutrum, opinor, supervacaneum esset, siquidem γε nisi ad καίτοι non posset referri; sic enim solent Graeci particulam γε addere voci καίτοι ut eius vim augeant (v. *Hermann.* ad Viger. p. 840.), nec solum usurpant καίτοι γε, sed etiam καίτοι — γε (alia voce interposita), ut *Thucyd.* III, 58: καίτοι ἀξιοῦμέν γε. IV, 85: καίτοι στρατιᾷ γε τῇδ᾽. al. Cf. *Krüger.* Commentatt. crit. ad calc. Dionys. Historiogr. p. 266 sq. — αὐτόν] Clark. ΓΔ ΛΠ B E G T pr. F. Vindd. 1. 6. Florentt. a. b. c. αὐτοῦ, Π αὐτόν τι. Mox Mon. 407. ὡς δή. Pro ἐκείνῳ T ἐρῶντος scribit, ex vitiosa praegressi ἐρῶντος repetitione. — λέγων] ΠT λέγω, om. Σ. *Stephanus* annotat: „Non video quomodo λέγων ferri hic queat; atque adeo in λέγοντα mutandum censeo: quum aliter intelligi non posse existimen quam ᾤμην τὸν λόγον (sicut μεσοῦν αὐτὸν intelligitur τὸν λόγον) ἐρεῖν τὰ ἴσα περὶ τοῦ μὴ ἐρῶντος, ὡς δεῖ etc. λέγοντα αὖ ὅσα. Non placet autem mihi nec cuiquam placere posse arbitror verba haec καίτοι γε ᾤμην etc. a Socrate dici, suum sermonem continuante: usque ad νῦν δὲ δή etc. quae a Phaedro dicantur. Apud Ficinum tamen illa verba a Socrate dicuntur, haec sola a Phaedro. Interpretatur autem ille μεσοῦν αὐτὸν, *dimidium disputationis transactum esse.*" *Heindorfius*: „Mox λέγων, pro quo sane accuratior stili ratio requirebat accusativum; nolim tamen cum Stephano mutare in λέγοντα. Quidni hic potius ἀνακολουθίαν quandam esse putemus, Platoni quidem non adeo raram?" Participium vero λέγων non ad grammaticam verborum constructionem, sed ad sensum positum est; et hoc graeci sermonis proprium esse in eoque egregiam eius indolem elucere saepius significavi. Etenim si participium praegressi subiecti (h. l. αὐτόν, τὸν λόγον) casum non sequitur, sed absolute ponitur, verbi vis effertur. Sic h. l. λέγων non est *dicentem* (int. τὸν λόγον), sed *ita ut dicat* s. *exponat.* Plura

invenies collecta in not. ad Phaedr. ed. prior. p. 269. ad Legg. p. 164., ibique laudatis adde *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. 292. *Boeckh.* ad Plat. Min. p. 102. et *Iacobs.* ad Achill. Tat. p. 860. — *αὖ ὅσα*] Clark. Monacc. al. ὅσα αὖ, idque recepit *Buttmannus*; reliqui quos Bekkerus contulit cum Florentt. a. b. c. g. h. i. ϑ. et Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. ὅσ' αὖ, quod sequuti sunt Bekker. et Stallbaum. In seqq. T ἔχω. Proxime ἀποπαύει servarunt pro vulgato ἀποπαύῃ Clark. D G O T Florr. g. h. Vind. 4. et Monacc. — *ἤδη ἔπη*] Ξ ἔπη ἤδη. Ceterum ἔπη non sunt h. l. in universum *versus legitimo numero adstricti*, ut Heindorfius interpretatur, sed *versus heroi*; ἔπη sunt enim modo carmina (integra) epica, modo versus (singuli) heroi. Polit. II. 379. A: ἐάν τέ τις αὐτὸν ἐν ἔπεσι ποιῇ ἐάν τε ἐν μέλεσιν ἐάν τε ἐν τραγῳδίᾳ. III. 394. C: ἐν — τῇ τῶν ἐπῶν ποιήσει. X. 602. B: ἐν ἰαμβείοις καὶ ἐν ἔπεσι. 607. A: εἰ δὲ τὴν ἡδυσμένην μοῦσαν παραδέξει ἐν μέλεσιν ἢ ἔπεσιν. al. Cf. *Aristotel.* Poët. 4, 13. 5, 9. 25, 4. *Lambin.* ad Horat. T. II. p. 92. E. Francof. *Schäfer.* ad Dionys. H. de comp. verb. p. 30. Iccirco sequitur ἀλλ' οὐκέτι διθυράμβους (cf. supra 238. D.), sicuti Plato solet poësin epicam, quippe quae et imitatione (μιμήσει) et poëtae ipsius expositione (ἀπαγγελίᾳ) nitatur, opponere lyricae, quae in ἀπαγγελίᾳ αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ versetur, v. Polit. III, 394. C. ubi additur: εὕροις δ' ἂν αὐτὴν (τὴν ἀπαγγελίαν αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ) μάλιστά που ἐν διθυράμβοις. Eodem spectant quae paullo post sequuntur verba: καὶ ταῦτα ψέγων (int. ἔπη φθέγγομαι); etenim versus heroi et carmina epica proprie ad heroas al. laudandos funduntur. Pro ἔπη φθέγγομαι Γ Δ N et Mon. 407. ἐπιφθέγγομαι. Respexit h. l. *Athen.* VI, 100. T. II. p. 537. Schweigh. Socrates autem hoc perinde dicit ac si concitatio mentis, quam simulat ut Lysiae et Phaedri irrisionem ea praetendat, invitum ipsum invaserit Phaedri culpa, qui, ut coram Nymphis et loco divino orationem haberet, cum coëgerit.

ἄρξωμαι] Vind. 7. ἄρξομαι. Proxime T μὲν pro με. E Mon. 407. τίμαι. — *προὔβαλες*] Π et Vind. 7. προὔβαλες (λ β), Vind. 6. προὔλαβες (β λ), r προὔλαβες. Ceterum προβάλλειν, proiicere, est *obiicere*, sensu malo (nos dicimus: *als Beute hingeben* s. *Preis geben*), vid. Hesych. T. II. p. 857 sq. Thom. Mag. p. 658. et *Abresch.* Dilucidd. Thucyd. p. 214. Quae sequuntur ἐκ προνοίας (*dedita opera* s. *consulto*, vern. *vorsätzlich*, ut *Antiph.* p. 607. 616. 773. al. T. VII. Reisk. Legg. IV. 721. C. VIII. 838. E. IX. 871. A. 873. A. 874.

E. 877. B. C. XI. 932. E. al.) cum praecedentibus *αἷς με σὺ προὔβαλες* connectenda esse animadverterant iam *Lennepius* ad Phalar. p. 143. (p. 159 sq. Lips.) et Lentzius p. 325., et sic etiam in Vind. 1. 4. verba reperiuntur distincta. In Mon. 407. et Ald. sine distinctione (quod mihi probatur) leguntur verba: *Νυμφῶν αἷς — ἐκ προνοίας σαφῶς ἐνθ.* Vulgo (Bas. 1. 2. Steph. al.): *προὔβαλες, ἐκ προνοίας σαφῶς ἐνθουσιάσω; —* Proxime Σ *σοφῶς*. Deinde Clark. *ἐνθυσιάσω*, ΔH *ἐνθουσιάζω*. — *ἑνὶ λόγῳ ὅτι*] Abest *ὅτι* a Flor. h. In seqq. Mon. 407. *τί δή*. Pro *μακροῦ λόγου* Σ *μακρὰ λέγειν*. — *καὶ οὕτω δὴ ὁ μῦθος* κλ.] *Heindorfius:* „*atque ita haec disputatio seu laudabitur seu vituperabitur, quamcumque in partem accipi merebitur, accipiatur.*" *Μῦθος* est oratio fere poëtica et ficta, vid. supra 237. A. Pro *ὅτι* Florr. a. h. δ. Mon. 407. *προσήκειν*. Mox T *αὐτὸ* pro *αὐτῷ*. Proxime pro *καὶ ἐγὼ* Clark. ΔΠΣD G Glorr. a. ϑ. et Mon. 407. *κἀγώ*, quod iure sequuti sunt Bekk., Stallb. et Buttm.

ἀπέρχομαι] E cum Ald. et Bas. 1. *ὑπέρχομαι*. Pro- 242 xime Σ et Vind. 3. *πρὶν ἂν ὑπὸ σοῦ*. *Stephanus* in marg.: „Vel *εἰς* ante *τὶ*, vel *εἰπεῖν* (aut tale aliquod verbum) ante sive post *ἀναγκασθῆναι* videtur deesse." Sed, ut Heindorfius iam indicavit, nihil hac structura est frequentius, v. c. Polit. V. 473. A: *Τοῦτο μὲν δὴ μὴ ἀνάγκαζέ με*. Phaedr. 254. A: *ἀγανακτοῦντε ὡς δεινὰ καὶ παράνομα ἀναγκαζομένω*. Sic etiam *προςαναγκάζειν* (Conv. 181. E: *χρῆν δὲ καὶ τούτους τοὺς πανδήμους ἐραστὰς προςαναγκάζειν τὸ τοιοῦτον*), *βιάζεσθαι* (*Sophocl.* Antig. 66: *ὡς βιάζομαι τάδε*. Vid. ad Protag. 337. D. p. 144. Annott.) al. Latinis quoque dicitur aliquis aliquid cogi, vid. *F. Gronov.* ad Liv. IV, 26. Addit *Heindorfius:* „Hunc in modum, opinor, scripturam h. l. tueri debebat *Dorvill.* ad Charit. p. 455. Iam intellige Socratem surgentem et versus Ilissum discedentem." — *παρέλθῃ*] ΞΣ Vind. 3. *παρέλθοι*. In praegressis *Photius* Lex. p. 393. *ἤπως, ὦ* Σ. scribit. Proxime *ἢ* pro *ἦ* (in Ald. Bas. 1. 2. Steph. al.) libri et plurimi et praestantissimi scribunt, idque iam *Bergler.* ad Alciphr. p. 304. correxerat. Δ exhibet *οὐχί*. — *ἤδη μεσημβρία* κλ.] Volgo (etiam ap. Phot. Lex. p. 393. Herm.) legitur: *ὡς σχεδὸν ἤδη μεσημβρία ἵσταται ἡ δὴ καλουμένη σταθερά*, in quo „verba *ἡ δὴ καλουμένη σταθερά* a Grammatico locutionem *μεσημβρία ἵσταται* explicante proficisci potuerunt, a Platone non potuerunt." *Ruhnken.* ad Tim. p. 235. (p. 196. Koch.) eumque audivit Heindorfius. Recentiores contra, Bekker., Stallb. et Buttmann. vulgatam reduxerunt scripturam, cuius patrocinium *Schneiderus* quoque

(in scriptione: De locis nonnullis Phaedri Platonici p. 14.) suscepit. Ac σταθερά quidem et ἵστασθαι (licet adi. σταθερός eiusdem sit originis atque v. ἵστασθαι) et sermonis usu et Grammaticorum explicationibus (v. Herm. p. 93. Phot. Lex. Ms. ap. Ruhnk. l. l. p. 393. ed. Hermann. Tim. Lex. Plat. Hesych. Suid. T. III. p. 367. Thom. Mag. p. 302. al.) et posterioris aetatis scriptorum imitationibus (v. *Ruhnken.* p. 235 sq. collato *Wyttenbachio* ad Eunap. p. 273 sq.) satis sese tutantur; σταθερόν dicitur enim in meridie, in sole, in aliis, quae ad medium vel summum venerunt, in quo tamquam termino subsistunt et stabilia quasi manent; unde σταθερὰ μεσημβρία est meridies summus s. ferventissimus (*Photius* l. l. τὸ μεσαίτατον καὶ πνιγηρότερον τῆς ἡμέρας. Cf. quae excitavit exempla *Ruhnkenius* l. l. Adde *Schellenberg.* de Antimach. vit. et rell. p. 109 sq.); et in universum ponitur in eo, quod summum, perfectissimum vel purissimum est (vid. quae collegit *Lobeckius* ad Phrynich. p. 215.); ἵστασθαι vero, *stare*, h. e., nondum ad finem vergere, est *modo esse* et in universum *esse* (ut Latinor. *stare*, v. *Broukhus.* ad Tibull. I, 7.). Cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 383. *Wagner.* ad Alciphr. III, 12. *Fac.* ad Eurip. Orest. 656. *Wyttenbach.* Animadv. in Iulian. Orat. I. p. 43. *Heinrich.* ad Mus. v. 305. Quocirca nihil omnino in his verbis est in quo offendas, nec audiendus *Ruhnkenius*, qui Damascii quoque loco ap. Phot. c. 242. p. 1039, 54: μεσημβρίας σταθερᾶς ἱσταμένης alterutrum omitti potuisse existimabat. Similiter *Philostrat.* Heroic. p. 54: καὶ γὰρ ἀ κ μ ά ζ ο υ σ α μεσημβρία περὶ τὴν πυγμὴν ε ἱ σ τ ή κ ε ι, ubi Schol. p. 403: σταθερὰ μεσημβρία καὶ ἀκμάζουσα μεσημβρία τὸ μεσαίτατον τῆς ἡμέρας. Cf. *Synes.* p. 202. B. *Liban.* Ep. 173. C. al. Illud vero ἡ δ ὴ κ α λ ο υ μ έ ν η adiectio est intolerabilis, quam miror post Bekkerum Stallbaumium et Buttmannum revocare potuisse. Ac posterior quidem excusationis causa addit: „et quid si, quod Platonem fortasse dedecet, non item a persona quam loquentem ille facit, abhorrere pronuntiamus?" Sane quidem irrisionis causa homines etiam inepte loquentes (ut Phaedros, Pausanias et Eryximachos Convivio) inducit Plato; qualis vero in fatuo hoc ἡ δὴ καλουμένη σταθερά (quasi in eo quod quotidianus sermonis usus sanxit et frequentat adhiberi possit: *quod ita dicitur*) insit irrisio, equidem exputare non possum. Sed quid multa? ἡ δὴ natum e confusione cum ἤδη et ad ἡ δὴ orationis complendae causa interpositum est καλουμένη: ut exsisteret ἡ δὴ καλουμένη σταθερά. Etenim pro ἡ δὴ (Ald. ἤδη) Clark. *Π* D G N O T Flor. g. Vindd. α. 7. et Monacc. scribunt ἤδη; ut

ɪristina sine dubio scriptura fuerit: ὡς σχεδὸν μεσημβρία ίσταται ἤδη σταθερά. Vocum ἤδη et ἡ δή confusione factum est ut et genuinum ἤδη et adulterinum ἡ δή, completum participio καλουμένη, servarentur et oratio sic conformaretur: ὡς σχεδὸν ἤδη μεσημβρία ἵσταται ἡ δὴ καλουμένη σταθερά. Flor. h. exhibet ἤδὺ καλουμένη, Flor. ϑ. ἵσταται καλουμένη, don. 407. ἵστασθαι. Palat. ἡ καλουμένη σταθερά. In Bas. 2. non Bas. 1., ut Stallbaumius Var. Lectt. p. 396. memorat. Nec Ruhnkenius l. l. satis accuratus est in Basilienses tradens rrepsisse hoc scholion.) scribitur στατερόν, his adiectis: τὸ σφόδρα θερμὸν ἀπὸ τῆς ἐν τῷ θέρει μεσημβρίας, quae rectè am *Berglerus* ad Alciphr. p. 305. glossae nomine damnavit. Ceterum *Δ* scribit σταθηρά, quae vocis forma rarius usurpatur, vid. interpp. ad Dionys. Halic. de compos. verb. p. 338. ed. Schäfer. et *Lobeck.* ad Phrynich. p. 216. — τῶν εἰρημένων] G τὸν εἰρημένον. — τάχα ἐπειδάν] *statim ut*, i. e., *simul atque*, quod dici solet ἐπειδὰν τάχιστα; τάχα est enim modo *mox*, modo *statim*, *confestim*, ut supra 228. C: ὅπερ τάχα πάντως ποιήσει. Polit. X. 596. C: *Δ*ειvὸν τινα λέγεις καὶ θαυμαστὸν ἄνδρα. Οὔπω γε, ἀλλὰ τάχα μᾶλλον φήσεις. Cratyl. 410. E: Τάχα μᾶλλον φήσεις. Sophist. 247. D: λέγε καὶ τάχα εἰσόμεθα. 254. B: τάχα ἐπισκεψόμεθα σαφέστερον. Euthyphr. 9. E: Τάχ', ὦ 'γαθέ, βέλτιον εἰσόμεθα. De leg. (Min.) 314. C. al. Sic apud alios quoque Atticos, ut *Aeschyl.* Choeph. 303: εἰ δὲ μή, τάχ' εἴσεται. *Sophocl.* Oed. Ty . 84: Τάχ' εἰσόμεσθα· ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν. *Aristoph.* Nub. 1147: Τάχα δ' εἴσομαι, κόψας τὸ φροντιστήριον. *Xenoph.* Anab. I, 8. 8; ὅτι δὲ ἐγγύτερον ἐγίγνοντο, τάχα δὴ καὶ χαλκός τις ἤστραπτε. IV, 4. 12: ἐπεὶ δὲ Ξενοφῶν ἐτόλμησε γυμνὸς ὢν ἀναστὰς σχίζειν ξύλα, τάχα ἀναστάς τις — ἔσχισεν. V, 7. 21: καὶ τάχα δὴ ὁρῶμεν πολλοὺς προςθέοντας. VI, 5. 13: καὶ τάχα ἀκούων τὴν παρεγγυήν. Cyrop. III, 3. 66: τάχα δὲ καὶ καταμαθόντες τῶν Περσῶν τινὰς διακεκοφότας πρὸς τὰς εἰσόδους τοῦ ἐρύματος ἐτράποντο καὶ ἀπὸ τῶν κεφαλῶν ἔφυγον. al. Cf. *Lennep.* ad Phalar. Ep. 95. p. 266. *Schäfer.* ad Aristoph. Plut. p. 538. et *Fritzsch.* Quaest. Lucian. p. 71. Etenim τάχα, ut per se patet, prout loci fert ratio, modo leniorem modo fortiorem habet significationem, ut nunc sit *mox* (nostr. *bald*, *bald darauf*) nunc *statim* s. *confestim* (*gleich*, *sogleich*). Quocirca non est audiendus *Ruhnkenius* ad Tim. p. 251. (p. 127. Koch.) scribens: „ubi (de nostro loco agitur) τάχα pro *statim* capere licet, *usu* apud prosae orationis scriptores *rariore*.“ Quamquam obtemperaverunt viro erudi-

tissimo *Heindorfius* ad Phaedr. p. 207. et *Schleiermacherus* ad Euthyphr. l. l. p. 400. annotans: „Dies scheint fast eine von den *seltenen* Stellen zu sein, wo τάχα *bald* heisst, wenigstens würde sonst nichts ohne grosse Härte fehlen." — ἀποψύξῃ] Sic libri editi cum Vindobb. 1. 6. 7. α. Σr cum mg. F; libri contra praestantissimi partim ἀποψυχῇ partim ἀποψυχῆμεν scribunt; unde coniicere possis ἀποψυχῶμεν (ab aor. 2. ἀποψυχῆναι ductum, de quo vid. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 318. et *Matthiaei* Gramm. gr. p. 340. not. 2.), ut sit: *simul atque refrigerati sumus (sobald wir uns abgekühlt haben)*; in quo festivitas quaedam et Phaedri irrisio inesse posset; etenim non Socratem, sed Phaedrum mollem haec dicentem faceret Plato, quasi ipse, non Socrates, orationem praegressam eamque fervore quodam poëtico incitatam ipso meridie habuisset eoque incaluisset. At vero μέν natum manifesto est e truncato quod sequitur ἴμεν. Liber videlicet Clark. exhibet ἀποψυχῆμεν ϑ. (h. e., ἀποψυχῇ ἴμεν. Θεῖος κλ.), Π ἀποψυχῆμεν (h. e., ἀποψυχῇ ἴμεν), D ἀποψυχῇ, O ἀπὸ ψυχῆ, N et Mon. 407. ἀπὸ ψυχὴν, T ἀποψυχῇ, G ἀποψυχῆ, Δ ἀποψυχημεν, Γ ἀποψύχη, quae omnia ad genuinam ducunt scripturam ἀποψυχῇ, quae exstat etiam in Vind. 4. et Florr. g. h. ϑ. Atque iure hanc revocavit Bekkerus; Stallbaumius contra ἀποψύξῃ retinuit. Mox pro ἴωμεν, quod editi libri habent cum scriptis Γ, Vind. 3. (τάχα ἂν ἀποψύχῃ ἴωμεν) al. revocandum est e libris et praestantissimis et plurimis ἴμεν (hoc latet in Clarkiani libri scriptura ἀποψυχῆι μεν; accedunt ΠDNΣr Vindd. 1. 6. 7. α. et Monacc. Utrumque, ἀποψυχῇ et ἴμεν, servarunt Vind. 4. et Florr. g. h. ϑ. Sic etiam legit *Timaeus* Lex. voc. Plat. p. 151. (127. Koch.): καὶ τάχε (corrigendum τάχα. Vid. *Bast.* Ep. crit. App. p. 21.) ἴμεν· καὶ ταχέως πορευσόμεθα, ubi v. Ruhnken. *Phrynich.* in Appar. Sophist. (Bekker. Anecd. gr. I. p. 26, 13.): ὅταν τὸ καῦμα λήγῃ καὶ εἰς ψῦχος τρέπηται. Πλάτων ἐν Φαίδρῳ· ἐπειδὰν ἀποψύχῃ (sic), ἄπιμεν. Quocirca recte Bekkerus et Stallbaumius receperunt ἴμεν. — ϑεῖός γ' εἶ π. τ. λόγους] Consulto, ut videtur, ambigue dictum est; etenim et eum significare potest qui eximius est in hominibus ad orationes habendas excitandis (paullo post: μηδένα πλείους ἢ σὲ πεποιηκέναι γεγενῆσθαι) et eum qui qualibet incitatur oratione (supra: καὶ ἑπόμενος συνεβάκχευσα μετὰ σοῦ τῆς ϑείας κεφαλῆς).

P. 160. γεγονότων λόγων] Vocem λόγων, quae e praegressis per se intelligitur, iure exterminarunt Bekkerus et Stallbaumius librorum optimorum (Clark. ΔΠΣDGNO

Tr Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Florr. a. c. g. h. ϑ. Accedit Mon. 407.) sequuti auctoritatem. Proxime Flor. g. h. N et Mon. 407. μηδὲν ἂν, „quod fortasse in μηδέν' ἂν mutandum, ut est in Vind. 4." *Stallbaumius*. Id ipsum comparet in ΣΟ et rc. D.; C et rc. F. μηδένα ἂν, H μηδένα τι. Hoc autem μηδέν' ἂν equidem pro genuino habuerim; est enim: *neminem fere plurium orationum quam te auctorem fuisse* (nos: *dass wohl keiner mehr Reden veranlasst hat, als du*); in quo latet: siquidem orationum auctor fuerit. Hanc enim, ut constat, vim habet particula ἂν (nostrum *wohl*), ut orationem conditione aliqua (quam recentiores vocant modificationem) afficiat, v. *Hermann.* ad Viger. p. 943. et *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1196 sq.

πεποιηκέναι] „Scribendum esset πεποιηκότα, ut μηδένα γεγενῆσθαι πεποιηκότα intelligeremus Neminem fuisse qui scripserit vel composuerit. Videtur tamen Ficinus infinitivum γεγενῆσθαι mendose pro participio positum non existimasse, quippe qui vertit: Arbitror equidem, orationum quae nis temporibus habitae sunt, neminem pluribus auctorem causamque fuisse quam te, sive ultro dicendo, sive quoquo modo alios compellendo. Quam interpretationem, prima fronte alioqui non satis aptam, confirmare videtur quod sequitur: καὶ νῦν αὖ δοκεῖς αἴτιός μοι γεγενῆσθαι λόγῳ τινὶ ῥηθῆναι. Siquidem μηδένα πλείους πεποιηκέναι γεγενῆσθαι idem valet quod μηδένα γενέσθαι αἴτιον τοῦ πλείους γεγενῆσθαι. Sed αὐτόν non video cur debuerit *ultro* interpretari." *Stephanus* in Annott. Recte autem *Heindorfius*: „Facilem haec habent explicatum, ut in his non videam cur Stephanus haeserit: οἶμαι γὰρ ἐγὼ ὡς μηδεὶς πλείους τῶν ἐπὶ τοῦ σοῦ βίου γεγονότων λόγων γεγενῆσθαι πεποίηκεν ἢ σύ." Quod Stephanus corrigebat πεποιηκότα comparet in Γ a correct. manu. B C et corr. D F πεπονηκέναι, Σ H Flor. g. et in marg. B C Florr. a. c. Vindd. 1. 3. 7. α. πεπειχέναι (quod ex itacismo qui dicitur fluxisse liquet). — ἤτοι] E F ἢ. Proxime F ἄλλως, superscr. ου. — ἑνί γέ τῳ τρόπῳ] *una aliqua ratione*, i. e., *quacumque ratione* (nos: *auf irgend eine Weise*, h. e., *auf iede mögliche Weise*). Sic enim Graeci εἷς et τίς (ut Latini *unus aliquis*, vid. *Beier.* ad Cicer. Offic. II, 12. Nos: *irgend einer*) nectunt *Homer.* Odyss. XV, 83: δώσει δέ τι ἕν γε φέρεσθαι. Phaedon. 85. C: δεῖ γὰρ περὶ αὐτὰ ἕν γέ τι τούτων διαπράξασθαι. Sophist. 235. B: τὸ μὴ οὐ τοῦ γένους εἶναι τοῦ τῶν θαυματοποιῶν τις εἷς. 257. D: ὡς ἀνάγκη τὸν τὶ λέγοντα (*den, der etwas sagt*) ἕν γέ τι λέγειν. Polit. V. 478. B: ἀλλ' ἕν γέ τι δοξάζει ὁ δοξάζων; — οὐχ ἕν

τι. VI. 485. D: ὅτῳ γε εἰς ἕν τι αἱ ἐπιθυμίαι σφόδρα ῥέπουσιν κτλ. Hinc ἑνί γέ τῳ s. τινι τρόπῳ (Etym. Magn. 95, 20. v. ἀμωςγέπως. Πλάτων τὸ ἐκ παντὸς τρόπου, ἑνί γέ τῳ. Harpocrat. ἀμωςγέπως ἀντὶ τοῦ ἑνί γέ τινι τρόπῳ), velut Menon. 96. D: ζητητέον ὅςτις ἡμᾶς ἑνί γέ τῳ τρόπῳ βελτίους ποιήσει. Laudat Heindorfius *Aristoph.* Plut. 402. Thesmoph. 430. ibique Brunck. et Bergl. *Thucyd.* VI, 34: ἐξ ἑνός γέ του τρόπου. Ceterum volgo scribitur ἑνί γε τρόπῳ. *Stephanus*: „Vel ἑνὶ mutandum in τινὶ, vel post ἑνί γε addendum τινὶ arbitror, i. vel legendum, ἢ ἄλλους τινί γε τρόπῳ προςαναγκάζοντα, vel ita, ἢ ἄλλους ἑνί γε τινὶ (potius: γέ τινι. A.) τρόπῳ προςαναγκάζοντα. Ficinum quoque τινὶ legisse aut certe legendum censuisse, sive solum sive cum ἑνί, ostendere videtur haec eius interpretatio: *sive ultro dicendo, sive quoquomodo alios compellendo.*" Verum vidit Heindorfius qui τῳ inseruit ex Atticorum more, idque confirmant Clark. (qui habet τῶι τρόπωι. Mon. 407. τῷ τρόπῳ.) ΓΔΠΣBCDGHNOT Florr. a. b. c. g. h. ϑ. Vindd. 3. 4. Monacc. 11. et Ξ rc. Quod sequuti sunt Bekker. et Stallbaum. Ald. Bas. 1. 2. ἑνί γε τρόπῳ. Mon. 407. ἄλλοις — προςαναγκάζοντας. — Σιμμίαν] *Simmiam Thebanum*, Socrati amicissimum, vid. Criton. 45. B. Phaedon. 59. C sq. Epist. XIII. 363. A. *Diogen. Laert.* II, 124. Ceterum Γ rc. σιμμίαν δὲ θηβαῖον. — ἐξαιρῶ] *eximo*, h. e., *excipio*. Sic pro vulgato ἐξαίρω (quod esset *extollo*) scribi iussit *Heindorfius* ad Theaet. p. 352. Cf. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de s. N. V. p. 141. Legg. V. 727. B: ἑαυτὸν δὲ ἀεὶ ἀναίτιον ἐξαιρῇ. Libri ΠΣDT Flor. h. Vindd. 3. 7. α. ἐξαίρων. Vind. 1. 6. ἐξαίρω τοῦ λόγου. Etiam Ambros. r. τοῦ λόγου. Sed licet posterioris scriptores aetatis articulum adiiciant (ut *Aristid.* Orat. II. p. 269. ed. Iebb. Πλάτωνα ἐξαιρῶ τοῦ λόγου. *Liban.* Orat. in Iulian. I. p. 379: Φοίνικα δ' ἐξαιρῶ τοῦ λόγου. al.), tamen locis Platonicis, Conviv. 176. C: Σωκράτη δ' ἐξαιρῶ λόγου et Polit. VI. 492. E: θεῖον μέντοι — ἐξαιρῶμεν λόγου, sine articulo vox λόγου adiuncta reperitur. Paris. E. λόγῳ. — τῶν δὲ ἄλλων] Ambros. r. δ' ἄλλων. Γ ἄλλων δέ. Proxime T αὖ μοι δοκεῖς. Deinde ad v. λόγῳ τινί *Heindorfius* bene annotat: „λόγῳ τινί, in quo offendit Lentzius (p. 326.), cape de ea, quae mox a Socrate proferetur, amoris laudatione."

Οὐ πόλεμόν γε ἀγγ.] *Stephanus* Annot.: „Neque enim dubito quin haec verba Οὐ π. γ. ἀγγ. male sint Socrati assignata, et Phaedro tribui debeant, haud minus quam ea quae proxime sequuntur: ἀλλὰ πῶς δὴ καὶ τίνι τούτῳ;" cet. Veram hanc verborum attribuendorum rationem praebent etiam

ΣBCDFHr et Vindd. α. 6. Ceterum Schol. p. 315. Bekk.: ὁ πόλεμον ἀγγέλλεις, ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν ἀγγελλόντων· ἐμνήσθη ταύτης καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Νόμων (p. 702. D: Οὐ πόλεμόν γε ἐπαγγέλλεις). *Stephanus:* „quum οὐ πόλεμον ἀγγέλλειν proverbialiter dicatur qui laetum nuntium affert, aut altem quod minime est triste.“ Cf. *Erasm.* Adag. p. 527. ...cose autem Plato his verbis Phaedrum facit orationum audiendarum cupiditatem suam prodentem. — Pro οὐ Γ corr. οὖ, Ambros. r. ἀπαγγέλλεις. Proxime δεῖ pro δὴ Σ D et Vind. . — ἡνίκ' ἔμελλον] Flor. h. et Mon. ἡνίκα ἔμελλον. Proxime Γ τὸν ποταμὸν ὠγαθέ. Respexit haec *Maxim. Tyr.* Dissert. XIV. 6. p. 157. Ceterum *Appuleius* de deo Socratis p. 52. (ed. Elmenhorst.): *Quippe etiam semotis arbitris una cum Phaedro extra pomoerium sub quodam arboris opacae umbraculo signum illud adnuntium sensit, ne prius transcenderet Ilissi amnis modicum fluentum, quam increpitu indignatum Amorem recinendo placasset.* — τὸ δαιμόνιον — σημεῖον] Φ pro τε exhibet μοι, deinde Vind. 4. κατὰ τὸ εἰωθός, Flor. c. καὶ εἰωθός. Proxime pron. μοι deest in ΣΦDNO Florr. g. h. Vindd. 3. 4. et Mon. 407. — ἀεὶ δέ με ἐπίσχει κλ.] ΔΠΣBDGO Mon. 407. *al.* In seqq. ...ν om. H. „De Socratis hoc δαιμονίῳ conf. Apolog. 31. D. Theag. 128. D. *Xenoph.* Mem. I, 1. 4. *Plutarch.* de genio Socrat. *Maxim. Tyr.* Diss. XIV. et XV. *Appulei.* de deo Socratis.“ *Heindorfius.* Adde *Diogen. Laert.* II, 32. ibique Menag. Interpp. ad Minuc. Felic. Octav. p. 243. ed. Ouzel. *Meiers.* über den Genius des Socrates in: Vermischt. Schrift. T. III. nostra in libro: *Platon's Leb. u. Schrift.* p. 482 sq. Classic. Iourn. 1817. T. XV. p. 206 sq. T. XVI. p. 160 sq. et *Solger.* Nachgelass. Werk. T. II. p. 666. Similiter τὸ δαιμόνιον dicitur Polit. VI. 496. C: τὸ δαιμόνιον σημεῖον. Euthyd. 272. E: ἀνισταμένου δ' ἐμοῦ ἐγένετο τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον. Theag. 129. B: γέγονε γάρ μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον. al. Verbum γίγνεσθαι est Latinorum *exsistere s. obiici* (vern. *erscheinen, sich zeigen s. anmelden*), ut Theag. 128. D. bis. E. 129. B. C. al. Addit *Heindorfius:* „Sed haereo in verbis ἀεὶ δέ με — πράττειν. Quid? num dicere eum putas, *semper se illo signo deterreri, quicquid sit acturus?* Ergo obsequenti nihil plane facere licebat. Quanto melius in Apolog. 31. D.: Ἐμοὶ δὲ τοῦτ' ἔστιν ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον, φωνή τις γιγνομένη, ἣ ὅταν γένηται, ἀεὶ ἀποτρέπει με τούτου ὃ ἂν μέλλω πράττειν, προτρέπει δὲ οὔποτε. Hinc igitur verba haec intrusa suspicor.“ Lenitur quodammodo haec oratio: *semper autem me prohibet si quid sum fa-*

cturus (e quo colligi posset Socratem nihil umquam facere potuisse: id quod foret absurdissimum), si ἀεί ad praegressum εἰωθὸς — γίγνεσθαι ἐγένετο trahimus, igitur ex his verbi γίγνεσθαι participium supplemus, ut Apol. l. l. ἣ ὅταν γένηται ἀεὶ ἀποτρέπει κτλ. et Theag. 128. D: ἔστι δὲ τοῦτο φωνή, ἣ ὅταν γένηται ἀεί μοι σημαίνει, ὃ ἂν μέλλω πράττειν τούτου ἀποτροπήν, προτρέπει δὲ οὔποτε. Etiam *Ficinus* sic vertit: *quod sane, quoties accidit, quod facturus eram, agere prohibet.* Et hac quidem ratione ipse (Phaedri edit. 1810. p. 272.) verba illa conatus sum tueri. Postea eandem ingressi sunt viam *Thierschius*, collega mihi amicissimus, in Annal. Vindob. (*Wiener Iahrb. d. Litteratur.* 1818. T. III. p. 85.) et *Buttmannus* in ed. Heind. alt., qui haec annotavit: „Cum relativus fere sit vocis ἀεί sensus, verba ὅταν γένηται non praeter usum, opinor, etiam subaudiuntur.“ Sed non tam verborum interpretatio, quam ipse sensus magnam habet difficultatem. Etenim verba hoc dicunt, divinum illud signum, quoties exsistat s. obiiciatur, revocare vel prohibere Socratem facere id quod facturus sit, ergo τὸ δαιμόνιον vocem esse revocantem s. prohibentem, non impellentem. Quod quidem confirmari videtur locis illis Apologiae et Theagis laudatis; accedunt *Cicero* de divinat. I, 54: *Hoc nimirum est illud quod de Socrate accepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum saepe dicitur; esse divinum quiddam quod daemonion appellat, cui semper ipse paruerit, numquam impellenti, saepe revocanti.* Vid. ib. Davis. et *Appulei.* de deo Socrat. p. 52: „*Quod autem incepta Socrati quispiam daemon ille ferme prohibitum ibat, numquam adhortatum, quodammodo ratio praedicta est. Enimvero Socrates, utpote vir apprime perfectus ex sese et ad omnina congruentia sibi officia promptus, nullo adhortatore umquam indigebat, at vero prohibitore nonnumquam, si quibus forte conatibus eius periculum suberat, ut monitus praecaveret, omitteret coepta impraesentiarum, quae tutius vel postea capesseret vel alia via adoriretur. In huiuscemodi rebus vocem quampiam divinitus exortam dicebat se audire.*“ Cf. cum his quae more suo nugatur *Hermias* p. 94. ed. nostra. Attamen neque Apologiae scriptori, qui, ut mea fert sententia, non divinus Plato, sed rhetor nescio quis fuit, neque Theagis conditori, qui Apologiae locum expressit et amplificavit, neque denique ipsi Ciceroni, qui item illum Apologiae locum videtur respexisse (id quod intelligitur ex libro eius qui est de divinatione I, 54. ad fin.) tantum equidem tribuerim, ut quae tradant vera existimen, quum plane ad-

versentur aliorum scriptorum narrationibus, inprimis *Xenophontis*, cuius maxima esse debet hac in re auctoritas. Hic enim aperte tradit, signum illud divinitus datum non solum eiusmodi fuisse quod prohiberet s. revocaret, verum etiam tale quod iuberet et impelleret. Memor. Socr. I, 1. 4: *ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖστοί φασιν ὑπό τε τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν ἀπαντώντων ἀποτρέπεσθαί τε καὶ προτρέπεσθαι, Σωκράτης δέ, ὥςπερ ἐγίγνωσκεν, οὕτως ἔλεγε· τὸ δαιμόνιον γὰρ ἔφη σημαίνειν* (i. e., *ἀποτρέπειν* et *προτρέπειν*)· *καὶ πολλοῖς τῶν ξυνόντων προηγόρευε τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μὴ ποιεῖν, ὡς τοῦ δαιμονίου προσημαίνοντος.* IV, 8. 1: *φάσκοντος αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ προσημαίνειν ἅ τε δέοι καὶ ἃ μὴ δέοι ποιεῖν.* Hinc Apologiae quae Xenophontis fertur auctor §. 12: *ὅτι θεοῦ μοι φωνὴ φαίνεται σημαίνουσα ὅ τι χρὴ ποιεῖν.* Sic etiam *Plutarchus* de Socrat. genio p. 581. A: *ὅτι τὸ Σωκράτους δαιμόνιον πταρμὸς ἦν ὅ τε παρ' αὐτοῦ καὶ ὁ παρ' ἄλλων· ἑτέρου μὲν παρόντος ἐκ δεξιᾶς εἴτ' ὄπισθεν εἴτ' ἔμπροσθεν ὁρμᾶν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν, εἰ δ' ἐξ ἀριστερᾶς ἀποτρέπεσθαι· τῶν δὲ αὐτοῦ πταρμῶν τὸν μὲν ἔτι μέλλοντος βεβαιοῦν, τὸν δὲ ἤδη πράσσοντος ἐπέχειν καὶ κωλύειν τὴν ὁρμήν.* Signum igitur illud divinitus datum (*δαιμόνιον*) et iubebat impellebatque Socratem, quotiescumque boni aliquid prospereque cessuri facturus erat, et prohibebat mali aliquid maleque cessuri facturum. Quocirca dici simpliciter non debuit *ἀεὶ δέ με ἐπίσχει ὃ ἂν μέλλω πράττειν* (hoc enim indicaret, signum omnino, quotiescumque obiiciatur, prohibere si quid facturus sit, igitur etiam: si quid boni prospereque cessuri facturus sit), sed *ἀεὶ δέ με ἐπίσχει ὃ ἂν μέλλω μὴ ὀρθῶς πράττειν*: semper prohibet, si quid mali atque infelix facturus sum. Sic Apolog. 40. A: *ἡ γὰρ εἰωθυῖά μοι μαντικὴ ἡ τοῦ δαιμονίου — πάνυ πυκνὴ ἦν καὶ πάνυ ἐπὶ σμικροῖς ἐναντιουμένη, εἴ τι μέλλοιμι μὴ ὀρθῶς πράξειν.* Quae copiosius quum exposuissem in libro qui est *Platon's Leb. u. Schrift.* p. 484 sq., exstitit loci nostri ab Heindorfio et me damnati patronus cl. *Thierschius*, nostrae scriptionis censor in Annal. Vindob. l. l. p. 85., cuius verba iuvat apponere: „*Indess liegt dem Abwehren das Zulassen zur Seite, ist oft in jenem schon enthalten, und insofern kann das abmahnende Götterzeichen auch ein Zulassen einschliessen, ohne desshalb aufzuhören, ein bloss* (!) *abwehrendes zu seyn.*" Mira narrat vir ingeniosissimus. Etenim signum divinitus datum si nihil aliud quam prohibet, tantum abest ut nihil aliud quam prohibeat, ut omnino non *prohibeat*, si quid *permittit* s. *concedit.* Confirmare quidem sen-

tentiam suam studet vir doctissimus Theaeteti loco 151. A: *ἐνίοις μὲν τὸ γιγνόμενόν μοι δαιμόνιον ἀποκωλύει ξυνεῖναι, ἐνίοις δὲ ἐᾷ;* sed miror virum sagacissimum fugere potuisse hoc loco non confirmari, sed refelli sententiam suam; inter se enim opposita sunt *ἀποκωλύει* et *ἐᾷ* (non in v. *ἀποκωλύειν* involutum latet *τὸ ἐᾶν*); est videlicet: nonnullis me uti prohibet, nonnullis vero mihi permittit, igitur: modo prohibet, modo permittit, non, quod vir doctus volt, prohibet simulque permittit, quo nihil repugnantius dici posset. Quocirca in hac persevero sententia ut verba *ἀεὶ δέ με ἐπίσχει ὃ ἂν μέλλω πράττειν*, ex Apologiae loco: *ἀεὶ ἀποτρέπει με τοῦτον ὃ ἂν μέλλω πράττειν* sumpta, primum explicationis causa margini adscripta (eaque truncata, omissis videlicet *ὅταν γένηται*), deinde, ut millies factum est, in ipsam Platonis orationem illata fuisse existimem. Atque Heindorfii quidem iudicium secutus quoque est *Schleiermacherus*, quamquam in ed. alt. haec verba, quae in priore omiserat, expressit ita vertendo: *das mich immer abhält, wenn ich etwas thun will*, annotatione p. 377. subiecta: „*Noch immer nicht mit recht grossem Vertrauen habe ich diese vorher verworfenen Worte jetzt aufgenommen, denen man auch im deutschen das überflüssige und schiefe anfühlen* (sic) *möge.*" Accedit quod his exterminatis faciliorem oratio nanciscitur cursum: *τὸ δαιμόνιόν τε καὶ τὸ εἰωθὸς σημεῖόν μοι γίγνεσθαι ἐγένετο, καί τινα φωνὴν ἔδοξα αὐτόθεν ἀκοῦσαι κτλ.*

φωνήν. — αὐτόθεν] *Appuleius* l. l. *vocem quampiam divinitus exortam.* *Σημεῖον* igitur illud non est signum vel visum quod extrinsecus abiicitur s. a diis hominibus portenditur (*Xenoph.* Mem. Socr. I, 1. 4: *οἱ μὲν πλεῖστοί φασιν ὑπό τε τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν ἀπαντώντων ἀποτρέπεσθαί τε καὶ προτρέπεσθαι*: quibus in seqq. Socratis opponitur *τὸ δαιμόνιον*, in quo ponitur *σημαίνειν* et *προσημαίνειν*), sed indicium interius quod quasi voce datur, h. e., praesensio boni prospereque cessuri ac mali maleque cessuri, s. vox interior per quam deus nobis significat quid prospere divinoque consilio convenienter cessurum sit (et tunc iubet et impellit) et quid divino consilio supremoque rerum et causarum ordini adversetur (tunc revocat, prohibet vel deterret). Ita perspicitur, hoc quod Socrates dixit *τὸ δαιμόνιον* esse perfectissimam, quam homo assequi possit, agendi rationem, quippe quae non suspensa sit e principiis ac legibus virtutis, quas homo sibi statuit fragiles illas quidem ac mutabiles, sed ex ipsa divinitate animo nostro insita atque innata manet, qui quidem absolutae atque aeternae veritatis, virtutis ac pulchritudinis fons

st perennis. Atque hanc Socraticam agendi vivendique raionem perficit atque consummat quodammodo Christianus, uem divinus amor atque gratia inspirant. — ὥς τι] Γ ὅτι, I et Vind. 7. ὥστε. — εἰμί] Δ et Mon. 407. εἰ μή. lox Δ μέν τις. Deinde G οὐ πάνυ γε, et in seqq. ὅσῳ. — σον] Clark. ΔΠΣDGNOT Florr. g. h. Vindd. 3. 4. et Ionacc. particulam μέν interponunt, quam recte Bekkerus et Stallbaumius revocarunt. Constat enim μέν, non sequente δέ, ic poni ut sit *quidem* (nostr. *wohl*, *doch*, *wenigstens*), praeipue cum pronominibus. Ac videri quidem possit ea oratioiis pars in qua δέ sequi debebat omissa esse (v. *Hermann.* d Viger. p. 841 sq. *Heindorf.* ad Sophist. p. 288.), sed antum, opinor, abest ut omittatur, ut in altera involuta laeat; μέν enim habet vim coërcendi s. restringendi ideoque tiam excludendi. Velut Apolog. 21. D: πρὸς ἐμαυτὸν — λογιζόμην, ὅτι τούτου μὲν τοῦ ἀνθρώπου ἐγὼ σοφώτερός ἰμι, in quibus, quum verba σοφώτερός εἰμι ad hunc unum ominem restringantur, ceteros excludi per se intelligitur; aec igitur exclusio (in qua poni deberet δέ) ipsa particula ιέν restringendi vi praedita significatur, h. e., non omittitur, ed tecte exprimitur s. involuta latet. Hunc particulae μέν isum exemplis illustrarunt *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 226. *Heindorf.* ad Theaet. p. 468. Cratyl. p. 25. Phaedon. p. 5. *Stallbaum.* ad Criton. p. 105 sq. Adde quos *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1264. citavit. — μόνον] N et Mon. 407. ιόνοις. Mox Clark. ΔΠGHN ἱκανῶς. Ceterum similiter *Maxim. Tyr.* Diss. XIV, 3. p. 153: καὶ τοῦτο, ὅσον αὐτῷ κανὸν εἶναι, χρησμῳδεῖν. — ὡς δή τι] ΔΞBHr marg. Γ. Florr. a. c. g. h. i. Vindd. 1. 6. ὡς δή τοι, Clark. ὥσδε ποιῶ ταῖρε. F corr. δή πη ὦ, ΣDNO Vindd. 3. 4. 7. et Monacc. ή ποι ὦ, ΔG et pr. Π δὲ ποιῶ. T δὲ ποίῳ. Illud ὡς δή τοι equuti sunt Bekkerus, Stallbaumius et Buttmannus. Etenim οί (nostr. *doch*) particulae δή sic adiungitur ut eius vim augeat (*doch wirklich* s. *in der That*) Polit. II. 366. C: ὡς δή τοι — πολλήν που ξυγγνώμην ἔχει (ubi servandam esse vulgaam nunc persuasum habeo, licet Flor. *a.* id quod coniiciebam ί pro τοί confirmet). Tim. 26. B: ὡς δή τοι (sic libri scripti ro δή τι) — τὰ παίδων μαθήματα θαυμαστὸν ἔχει τι μνηιεῖον. Lachet. 195. C: οἱ δὲ δή τοι τοσοῦτον μόνον ἴσαιν. Menex. 245. C: οὕτω δή τοι τό γε τῆς πόλεως γενναῖον τλ. Neque huc pertinent loci *Lucian.* Mort. dial. XXIV. 2: ὡς δή τι μέγα οἰκοδόμημα αὐτοῖς ἐστί. *Dio Chrysost.* Orat. VII. p. 127. D. al., ubi recte ὡς δή τι legitur, quoniam pron. τί ad sequens aliquod refertur, et pronomen hoc particulae δή

solet annecti (v. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 220. et *Boissonad.* ad Philostr. Heroic. p. 299.). Ceterum ὥς et per se (vid. ad Protag. p. 310. D.) et cum part. δή coniunctum est *quippe*, *nimirum*, non vern. *wie*, ut Heindorfius, Schleiermacherus (qui vertit: *wie* ein weissagendes Wesen ist doch auch die Seele) et *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1282. intellexerunt; neque ὥς δή est *quasi vero* (ut *Heindorf.* ad Gorg. p. 74. et 178. et *Stallbaum.* ad eund. dialog. p. 95. et 184. ceperunt), sed *nimirum*, *scilicet*, et praecique in irrisione ponitur. De hac partic. δή vi cf. *Marcland.* ad Eurip. Suppl. 521. et *Seidler.* ad Eurip. Iphig. T. 1304. Part. vero τοί si adiicitur, ὡς δή τοι fortiter est asseverantis (*in der That*, *unstreitig*, *doch*). De re, vid. *Maxim. Tyr.* Diss. XIV, 3. Cf. quae *Lentzius* p. 327 sq. congessit. Proxime Vind. 1. γ᾽ ἔτι. — ἔθραξε] Verbum θράττειν pro ταράττειν (vid. *Ruhnk.* ad Tim. p. 93 sq.) Attici frequentant de scrupulo stimulante ac pungente. *Themist.* Orat. XIV. p. 333: ἐμὲ ἀποστοματίζοντα τὴν Πλάτωνος ῥῆσιν ἔθραξέ τι καὶ ἔνυξε τὴν διάνοιαν κτλ. Theaet. 187. C: θράττει μέ πως νῦν τε καὶ ἄλλοτε δὴ πολλάκις. Parmen. 130. D: ἤδη μέντοι ποτέ με καὶ ἔθραξε μή τι ᾖ περὶ πάντων ταυτόν. Phaedon. 86. E: λέγε τι ἦν ὅ σε αὖ θρᾶττον ἀπιστίαν παρέχει. al. Posterioris scriptores aetatis citavit Ruhnken. l. l. Flor. θ. ἐτάραξε rubrica super v. ἔθραξε scriptum habet. — μέν τι] Tr et Mon. 407. μέντοι. Mox T et Mon. 407. πάλιν. — ἐδυσωπούμην] De verbo δυσωπεῖσθαι (vereri, vern. *sich scheuen*) satis exposuerunt Grammatici, vid. *Sallier.* ad Thom. M. p. 256. *Ruhnken.* ad Tim. p. 90 sq. (p. 77. ed. Koch.) et *Lobeck.* ad Phrynich. p. 190. — κατ᾽ Ἴβυκον] Ibycus Rheginus, qui Polycratis tempore Sami vixit, septem libros carminum (μελῶν) dorice condidit, quorum pauca reperiuntur in Ursini et Stephani collectionibus fragmenta. Grues eum vindices nobilitarunt, vid. *Plutarch.* de garrul. p. 509. F. *Erasmi* Adag. I, 9. 22. *Fabric.* Bibl. gr. II. p. 324 sq. Egregiam hanc Ibyci sententiam, honorem apud homines non ita captandum esse ut in deos pecces, post Platonem plures vel respexerunt vel imitando expresserunt, velut *Xenoph.* Memor. I, 3. 4: καὶ τῶν ἄλλων δὲ μωρίαν κατηγόρει, οἵτινες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν σημαινόμενα ποιοῦσί τι φυλαττόμενοι τὴν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀδοξίαν. *Plutarch.* Sympos. IX. 15. p. 748. C: διὸ καὶ πέπονθεν ὅ φοβηθεὶς Ἴβυκος ἐποίησε, δέδοικα μή τι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω. *Synes.* Ep. 105. p. 247. V: οὐ γάρ νεώτερόν ἐστι τὸ δεός, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀρχαῖον τὸ μή τι παρὰ θεῷ (scribitur περὶ θεὸν) ἀμπλακὼν τι-

μὰν πρὸς ἀνθρώπων ἐφεύρω. Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 90. *Fabric.*, et *Boissonad.* ad Marini vit. Procl. p. 65. Ceterum pro *ἀμπλακών* Clark. *Δ Π* G T *ἀμβλακών.* Mon. 407. *ἐδωσωπούμην κατίβοκον μή τοι.* De v. *ἀμείβειν* vid. ad p. 241. A.

τιμᾶν] Clark. et Mon. 407. *τιμᾶν.* Proxime Vind. 4. *πρὸς ἄνους.* In seqq. Flor. h. et Mon. 407. *νῦν δέ*, N et Mon. 407. *καὶ τὸ ἀμ.* — *δὲ δή τι*] *δή* om. ΣNO et Mon. 407. — *Δεινόν — δεινόν*] Vid. de hac verborum conduplicatione annot. ad p. 236. D. al. Imitando videtur hunc locum expressisse *Io. Chrysost.* Orat. LVII. in Ioan. Evang. *δεινὸν γάρ, δεινὸν ἡ τῶν πονηρῶν συνήθεια.* Praeterea citat h. l. *Proclus* in Polit. p. 399. 4., ubi *οὔ τί — δεινότερον* scribitur. — *πῶς δή*] desunt haec verba in Flor. *ϑ*. — *εὐήθη*] *Π* T *εὐηθῆ.* Mox *ὑπό τι* est *nonnihil*, germ. *etwas, einigermassen.* Gorg. 493. C: *ταῦτ' ἐπιεικῶς μέν ἐστιν ὑπό τι ἄτοπα. Aristoph.* Vesp. 1290. *Xenoph.* Cyrop. IV, 1. 13. Ap. Athenaeum XIII. p. 93, 31. T. V. Schweigh.: *ὑπό τι σκυθρωπάσας.* p. 94, 40: *ὑπό τι γὰρ δέδοικά σε.* Cf. *Casaubon.* ad Sueton. Iul. Caes. 41. et *Schneider.* ad Xenoph. Cyrop. IV, 1. 13. — *οὔ τις*] Clark. *Δ* G Flor. b. *οὔτις.* Proxime Vind. 4. *ἀληθές.* Deinde Σ *θεῶν εἶναι* pro *θεόν τινα.* — *ἡγεῖ*] Sic Clark. N Flor. h. et Mon. 407. Vulgo *ἡγῇ.* — *γε δή*] *γε* om. Nr et Mon. 407. De partt. *γε δή* vid. *Hermann.* ad Viger. 828. — *Οὔ τι*] N O Flor. h. Mon. 11. 407. et corr. F *οὔτε*, G T *ὅτε. Heindorfius:* „Mallim *Οὔτοι.* Ficin. *non tamen.*" Sed nihil mutandum esse bene iam indicavit *Boeckhius* in Min. p. 59. afferens Hipp. min. 373. B: *ὦ βέλτιστε Ἱππία, οὔτι ἑκών γε ταῦτα ποιῶν.* Adde Protag. 317. A. Cratyl. 393. B. Sophist. 255. A. Polit. I. 351. A. II. 358. C. V. 451. A. al. Vid. ad Polit. p. 324. et quos citavit *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1231. not. e. Etenim pronomen *τι*, ut in *μᾶλλόν τι* al. (v. *Eustath.* ad Il. *α'*. p. 46.) intendit; quocirca *οὔτι* est *haudquaquam s. minime.* Et solet part. *γέ* adiungi, v. *Reiz.* ad Viger. p. 803. ib. Hermann. *Οὔτοι* vero et *οὔτι* frequenter inter se permutata reperiuntur, v. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 167. — Proxime verba *οὐδὲ — στόματος* desiderantur in G. Pro *οὐδέ* Mon. 407, scribit *οὐδ'.* Mox *ὅς* pro *ὡς* (quod Paris. E cum libris edd. habet) membranae (etiam Monacc.) praestant. Ficinus quoque: *qui — prolatus est.* D

καταφαρμακευθέντος] G *καταπραγματευθέντος.* Verbum *καταφαρμακεύειν* in veneficio et magica incantatione ponitur. Vid. *Wyttenbach.* ad Plutarch. V. VI. P. I. p. 188. E

In seqq. ὥςπερ οὖν ἔστι (sic enim scribendum mihi videtur pro vulgato ἐστί) part. οὖν affirmationi servit (vern. *auch*, *wirklich*). Apolog. 21. D: ἐγὼ δέ, ὥςπερ οὖν οὐκ οἶδα, οὐδὲ οἴομαι. Cf. *Matthiaei* Gramm. gr. p. 1274. — ἤ τι] G εἰ. Mox idem καλόν. — τῷ δὲ λόγῳ] Clark. τῶι δὲ λόγωι τῶι. Mon. 407. τῷ δὲ λόγῳ τῷ Ald. τῷ — λόγῳ τῷ. Etiam Flor. g. h. Vind. 4. 7. α. et Monacc. δέ pro eo quod volgo legitur δή. Ficinus: *at sermones*, unde recepit Heindorfius, cui iure obtemperavit Stallbaumius. Miror Bekkerum retinuisse δή. In seqq. om. pr. Ξ τε οὖν. Clark. ἡμάρτανε τήν. — ἔτι δέ] Δ Π D G N O T Flor. g. h. Vind. 4. et Monacc. εἶτε. Artic. τ om. N pr. D. Flor. g. h. Vind. 4. et Monacc. Proxime N et Monac. 407. αὐτῶν, superscripto ην, F αὐτῆς. — τό] Articulus cum infinitivo coniunctus est id quod ὅτι c. verbo finito: *quod — se iactarunt.* Sic enim articulus cum infinitivo usurpatur, ut patrio sermone exprimi possit coniunctione *dass* cum modo qui dicitur finito. Sic 244. A. Phaedon. 61. D: πῶς τοῦτο λέγεις — τὸ μὴ θεμιτὸν εἶναι. 62. B: οὐ μέντοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ — εὖ λέγεσθαι τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελομένους. D: εἴπερ — εὐλόγως ἔχει τὸ θεόν τε εἶναι τὸν ἐπιμελόμενον ἡμῶν. 92. A: ἐάνπερ μείνῃ ἥδε ἡ οἴησις τὸ ἁρμονίαν μὲν εἶναι ξύνθετον πρᾶγμα. 94. B: εἰ ὀρθὴ ἡ ὑπόθεσις ἦν τὸ ψυχὴν ἁρμονίαν εἶναι. Polit. VI. 498. D: τὸ μέντοι μὴ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις τοὺς πολλοὺς θαῦμα οὐδέν. Legg. VII. 805. A: φημὶ — πάντων ἀνοητότατα — γίγνεσθαι τὸ μὴ πάσῃ ῥώμῃ πάντας — ἐπιτηδεύειν ἄνδρας γυναιξὶ ταὐτά. Lys. 207. A: οὐ τὸ καλὸς εἶναι μόνον ἄξιος ἀκοῦσαι ἀλλ' ὅτι καλός τε κἀγαθός. al. Cf. ad Protagor. 127. Plurima huc pertinent, quae *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1067 sq. collegit exempla, v. c. Lach. 190. E: ἐγὼ αἴτιος — τὸ σὲ ἀποκρίνασθαι μὴ τοῦτο κτλ. *ich bin Schuld*, — *dass du nicht — geantwortet hast* cet. Sic etiam in exclamatione artic. τό cum infinitivo ponitur ubi nos usurpamus coniunctionem *dass* cum modo finito, v. c. *Aristoph.* Av. 5: τὸ δ' ἐμὲ κορώνῃ πειθόμενον τὸν ἄθλιον ὁδοῦ περιελθεῖν στάδια πλεῖν ἢ χίλια. Phaedon. 99. B. Conviv. 177. C. Cf. *Hermann.* ad Viger. p. 745. Plura alia excitavit Matth. l. l., qui infinitivum arbitratur videri absolute vel casu quarto positum esse. Ceterum EF et corr. D τῷ, Vind. 6. τῶ.

P. 162. λέγοντε] H λέγοντα, N et Mon. 407. λέγοντες. Proxime Clark. Δ Π D G N O T Flor. g. h. et Mon. 407. μητε. ἀνθρωπίσκους] Vind. 1. ἀνθρωπινούς. Deinde N H et Mon. 407. ἐξαπατήσαντες. In seqq. οὖν abest a N et Mon.

407. — *μυθολογίαν*] *Ξ μυθολογίας*, H et Flor. b. *μυθολογίας.* Laudat haec *Proclus* in Polit. p. 398, 8. — *Ὅμηρος κτλ.*] Et serio et iocose (Phaedri videlicet ludendi causa qui Homeri erat amator) inter se opponuntur Homerus poëta epicus et Stesichorus lyricus s. *μουσικός*, ut paullo post significatur (cf. quae Plato in Politia lib. II. et X. de hoc genere toto disputavit). Accedit quod Homerus inprimis impias illas naturuque divina indignas carminibus suis disseminavit fabellas (vid. Polit. II. ubi v. not. p. 427 sq.): ut iure nunc dicatur *καθαρμόν* (h. e. puram veramque divinitatis notionem) non tenuisse. Egregie enim *καθαρμόν* adhibuit Plato, ut et Ilissum, ad quem Socrates et Phaedrus versari finguntur, celebraret et impiam illam quam Socrates a Phaedro coactus habuisset orationem tangeret. *Καθαρμός* videlicet proprie dicebatur prima pars *μυήσεως*, initiationis, quae fiebat ad Ilissum flumen, ubi initiandus aqua adspergebatur. Vid. *Theo Smyrn. Μαθημ. Πλατ.* c. V. p. 18. ib. Bulliald. p. 215 sq. *Meurs.* Eleusin. c. 7. p. 18. *Creuzer.* Symbol. IV. p. 547. al. Hanc autem vocem et similes (ut *κάθαρσις*, *καθαρμός*, *καθαρεύειν* al.) Plato accommodat ad id quod mentem nostram expiat s. purgat, ad virtutis praecipue et veritatis studium; quocirca ipsa philosophia *καθαρμός* et *κάθαρσις* dicitur, ut Phaedon. 67. C. 69. C: *τὸ δ' ἀληθὲς τῷ ὄντι ᾖ κάθαρσίς τις τῶν τοιούτων πάντων, καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία καὶ αὐτὴ ἡ φρόνησις μὴ καθαρμός τις ᾖ.* Cf. *Plotin.* Ennead. I, 6. p. 55. A. Etenim *ἡ κάθαρσις καὶ οἱ καθαρμοί*, ut Cratyl. 405. A. exponitur, *ἕν τι — δύναιτ' ἄν, καθαρὸν παρέχειν τὸν ἄνθρωπον καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχήν.* Atque hoc altiore s. philosopho sensu iam Orphici videntur voces *κάθαρσις*, *καθαρμός*, alias usurpasse, vid. *Aristot.* Polit. VIII, 7. qui ipse has voces adhibuit, v. c. Poët. VI, 2: *τραγῳδία — περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν.* Iam Phaedrus dialogus, qui, tamquam in scena, sic ad Ilissum mysticum agitur, ipse dici poterit *καθαρμός*, h. e., expiatio ac defensio philosophiae et religionis contra impias sophistarum rhetorumque et rationes et orationes. De Stesichoro eadem tradit *Isocrat.* Encom. Helen. p. 218. Corai: *ἐπεδείξατο (ἡ Ἑλένη) καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν· ὅτε μὲν γὰρ ἀρχόμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέστη τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερημένος· ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέστησε.* Cf. Epist. III. fin. *Philostrat.* vit. Apollon. VI, 11. p. 245. *Pausan.* III, 19. §. 11. *Max. Tyr.*

Dissert. XXVII. p. 321. ubi v. *Davis.* p. 599. Adde *Wernsdorf.* ad Himer. p. 757. et *Harles.* ad Fabric. Bibl. gr. T. II. p. 155. In palinodia vero, ut videtur, ita se correxit Stesichorus ut Helenam traderet non Troiae, sed in Aegypto fuisse (v. *Herodot.* II, 113 sq. *Philostrat.* vit. Apollon. IV, 16. Heroic. p. 693. Olear. *Sext. Empir.* adv. Logic. VII. 181. p. 405. 421. *Eustath.* ad Iliad. δ'. p. 173. γ'. p. 301. *Procl.* in Polit. p. 421. 6. a fin.) et de imagine ipsius pugnatum esse. Polit. IX. 586. C: ὥςπερ τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς. *Tzetzes* ad Lycophr. 113. T. 1. p. 392. ed. Müller. Τρῶες οἳ τότ' ἔσαν Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες. Cf. *Eurip.* Helen. 590. et *Aristid.* ep. Phot. Biblioth. 247. p. 415, 5. b. Bekk. Arcadius vero Cyprius, ut Ptolemaeus Hephaestionis filius ap. Photium Biblioth. CXC. p. 481, 19. p. 149. Bekk. memorat, narrationem de Stesichoro oculis orbato falsam esse contendit et Stesichorum de Helena sua amata, Micythi filia, quum ab ipso discessisset, tradit cecinisse: Ἑλένη ἑκοῦσα ἀπῆρε. — κακηγορίαν] CDGNO Flor. g. h. Vind. 3. 7. a. Mon. 407. et Procl. p. 398, 10. et 41. κατηγορίαν. In seqq. Flor. b. et Monac. 407. ἀλλά τε pro ἀλλ' ἅτε. — μουσικός] haec vox Stesichorum significat lyricum poëtam, qui suos ipse sensus et cogitationes exprimit, non, ut epicus et mimicus, aliorum et facta et sensa imitatur (v. Polit. III. 393. 394 sq.); ille in cogitatione suimet ipsius ac veritate versatur (quocirca philosophia ipsa dicitur summa ars, μουσική, Phaedon. 61. A. Cf. *Strab.* X. p. 717. B. *Theo Smyrn.* Math. Plat. p. 12. al.), hic in specie vana, quippe fabulosas narrationes ac traditiones sequens aliorumque personam gerens. Plato videlicet, cuius divinum ingenium ad summa quaeque atque perfecta ferebatur, quemadmodum verum, bonum ac pulchrum una perfecti et summi, h. e., divini, comprehensione complectebatur, sic philosophiam, artem et religionem ipsa notione divini (quae summa est et veritas et pulchritudo s. harmonia et sanctitas) artissime copulatas intimeque iunctas cogitavit. Explicatur quodammodo μουσικός verbis appositis ἔγνω τὴν αἰτίαν. — ποιεῖ εὐθύς] Γ et Flor. ϑ. εὐθὺς ποιεῖ. — οὐκ ἔστ'] DN οὐκέτ'. Vind. 4. 7. a. et Mon. 407. οὐκ ἔτ'. Deinde art. ὁ ante v. λόγος abest a Clark. ΓΔ ΠΣDGNO Flor. h. Vind. 1. 3. 4. 6. a. Mon. 407. *Dionys. H.* Ep. ad Amm. p. 723, 7. *Athen.* XI. 505. B. et *Procl.* p. 398. 8. (qui ἕτοιμος pro ἔτυμος scribit.) Cf. 244. A., quos recte sequuti sunt Bekkerus, Stallbaumius et Buttmannus. Cf. *Krüger.* ad Dionys. Halic. Historiogr. p. 18. In seqq. Clark.

et Vind. 1. οὐδὲ βᾶς. Mox T κυσὶν pro νηυσὶν. Deinde N et Mon. 407. ευσέαμοις, Σ cum libris edd. (praeter Bekk., Stallb. et Buttmann.) ἐϋσέλμοις. In sqq. Mon. 407. οὐδ' ἵκεο. F ἵκες, Γ corr. ἵκου, Vind. 4. ἵκευ ὑψηλὰ πέργαμα τροίας. Hoc πέργαμα exstat etiam in Ald. Bas. 1. et 2., quod praestat vulgatae Πέργαμα Τροίας, quam Stephanus intulit. Vid. *Welcker.* in: *Iahrb. f. Philol. u. Paedag.* T. IX. F. 3. p. 269. Ceterum cl. *Buttmannus* in: *Abhandlungen der Berliner Academie d. Wissensch.* a. 1815. p. 24. sic scriptos volebat hos versus:

Οὐκ ἔστιν ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας
Ἐν νηυσὶν ἐϋσσέλμοις,
Οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας.

Cl. *Naeckius* ad Choeril. Sam. p. 120. ita eos constituit:

Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος· οὐδ' ἔβας ἐν
Ναυσὶν ἐϋσσέλμοις
Οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας.

Cl. *Boissonadius* in Poet. graec. Syllog. T. XV. p. 79. sic eos scripsit:

Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος·
Οὐ γὰρ ἔβας ἐν
Νηυσὶν ἐϋσσέλμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας.

Cf. *Welcker.* l. l. p. 268 sq. D. *Lambinus* ad Horat. Epod. XVII. P. I. p. 306. D. Francof. sic eos in latinum convertit: *Non verus ille est sermo; numquam puppibus Vecta es velivolis opulentae ad pergama Troiae.* Verba illa οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος sollemnis facta sunt post Stesichorum et Platonem retractandi formula, qua usi sunt *Cicer.* ad Attic. IX, 12. *Athenaeus* V, 55. T. II. p. 331. XI. T. IV. p. 378. al.

ποιήσας] Partic. καί praefigunt Clark. ΓΔΠΣDGNB O T r Flor. g. h. ϑ. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. a. Monacc. et rc. Ξ F., quos recte sequuti sunt Bekk., Stallb. et Buttm. Part. δή om. Flor. ϑ. — παλινῳδίαν] proprie carmen prioris contrarium s. in quo priora retractantur (*πάλιν* enim in compositis vocibus est et *iterum* et *contra*). *Horat.* Carm. I, 16. 26:

nunc ego mitibus
Mutare quaero tristia, dum mihi
Fias *recantatis* amica
Opprobriis, animumque reddas.

De Stesichori palinodia cf. quae collegit *Harles.* ad Fabric. Bibl. gr. l. l. Adde *Creuzer.* ad G. I. Bekkeri Spec. var. Lectt. in Philostrat. p. 126. — ἐκείνων] Ξ ἐκείνου, quam unius libri scripturam praetulit atque expressit *Schleiermacherus* annotans: „*Homeros ist schon so weit unter den Stesichoros*

gestellt, dass nun wohl nicht wieder beide können zusammengefasst werden." Sed lepide, ni fallor, componuntur Homerus et Stesichorus propter maledicta et impietatem caecitate multati; de Homero enim idem fere traditur, v. c. Hermias p. 98: ὅτι (Ὅμηρος), ἐπειδὴ εἶπε περὶ τῆς Ἑλένης ὅτι ἡρπάσθη καὶ ἤγετο αὐτὴν Ἀλέξανδρος εἰς τὸ Ἴλιον καὶ ἔσχεν ὡς γυναῖκα, κατὰ μῆνιν τῆς ἡρωΐνης, ὡς ὑβρισθείσης παρ' αὐτοῦ, ἐτυφλώθη. Cf. Hom. vit. 13. T. IV. p. 311. ed. Herod. Schweigh. *Harles.* ad Fabric. Bibl. gr. II. p. 155. Quocirca Socratem Plato facit dicentem se utroque sapientiorem in hoc uno futurum esse: priusquam aliquid pateretur (i. e. propter impietatem multaretur, sicut Homerus et Stesichorus), palinodiam se persoluturum esse Amori, id quod Stesichorus quidem poena iam affectus fecerit, Homerus autem, quippe quem caecitatis fugisset causa, intermiserit. Iam praegressa ἐν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο, Στησίχορος δέ flagitant fere h. l. ἐκείνων. — κατ' αὐτό γε τοῦτο] „*in hoc uno*" Heindorfius, qui *Valckenario* (ad Io. Chrysost. Orat. I. T. II. p. 181. Opusc. philol.) videtur obtemperasse. Potius est *in hoc ipso* (*darin eben* vel, ut Schleiermacherus vertit, *eben hierin*). Vid. *Valcken.* ad Herod. III, 71. *Matth.* Gramm. gr. p. 866. Mon. 407. κατ' αὐτά. Proxime C γάρ τοι. — κακηγορίαν] GNO Vind. α. et Mon. 407. κατηγορίαν, ut supra. Ante τ. Ἔρωτος art. τοῦ om. Flor. ϑ. et Vind. 4. — γυμνῇ τῇ κεφαλῇ] quippe vera de Amore prolaturus, ut oratio non futura sit pudori; vid. sequentia et priora 237. A. Verba γυμνῇ τῇ κεφαλῇ in proverbii fere consuetudinem apud posterioris scriptores aetatis venerunt, v. *Euseb.* contra Hierocl. p. 544. D. (Demonstr. Evang. ed. Colon.). *Gregor. Nazianz.* Orat. I. p. 10. C. *Themist.* Orat. XIII. p. 161. D. Cf. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 265. — Art. τῇ om. Clark. Proxime verba ὑπ' αἰσχύνης om. r et Vind. 3. 6. 7. — τουτωνί] DNOT et Mon. 407. τούτων. In seqq. libri dant ἅττ' ἂν ἐμοὶ (G ἐμοὶ ἅττ' ἄν. Flor. ϑ. ἅττ' ἐμοί.) εἴπῃς, (Ald. εἴπης) Clark. vero cum F (in quo ῃ superscr.) Vind. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Mon. 407. εἶπες, quod iure receperunt Bekkerus et Stallbaumius. Etenim per linguae rationes poni non potest εἴπῃς (ita enim ἅττ' ἄν esset: *quaecumque*; siquidem coniunctivus sequitur praegressam particulam ἄν quando ad pronomen relativum refertur), sed vel εἴποις vel εἶπες dicendum erat; illud est: *non sunt quae mihi d i c a s (dicere possis) gratiora*, hoc: *non sunt quae mihi d i c e r e p o t u i s s e s gratiora*, nos: *du hättest mir nichts angenehmeres sagen können*; et hoc posterius sensum liquet postulare. De hac particulae ἄν vi, qua signifi-

catur: *si fieri posset*, ergo: *fieri non posse* (ut ἐβουλόμην ἄν: *ich wollte wohl: vellem si fieri posset* s. *vellem, at non possum* vel *fieri non potest*; contra βουλοίμην ἄν est *velim* et *malim*, quod non potest nisi in eo dici quod optamus vel praeoptamus, i. e., in eo quod fieri potest) exempla collegerunt *Schäfer*. Melet. crit. p. 124 sq. et *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 969 sq.; huius tamen viri eruditissimi explicationes mihi non sane probantur. Ego scripsi ἅττ' ἄν μοι εἴποις: *quae mihi dicas*; nunc vero librorum scripturam εἴπες unice amplector, et pronomen quoque ἐμοί verum habeo; ἐμοί enim maiorem habet vim: *mihi, quippe orationum avidissimo*. Μοί esset: *du kannst mir nichts angenehmeres* sagen, ἐμοί vero: *mir* kannst du nichts angenehmeres sagen. Atque verba una continua serie scribenda sunt: οὐκ ἔστιν ἅττ' ἂν ἐμοὶ εἴπες ἥδιω, ut ἐμοί simul referatur ad verba οὐκ ἔστιν — ἥδιω. — ἥδιω] G ἥδιω ἐμοί, N et Mon. 407. δεδίω, H ἥδια. — καὶ γάρ] γάρ om. N et Mon. 407. P. 54. vers. idem scribit καὶ γὰρ ὦ ἀγαθέ. Mox v. Φαῖδρε — τῷ λόγῳ absunt a G.

τῷ λόγῳ] Clark. Vind. 1. 3. τῷι λόγωι. Mon. 407. τῷ λόγῳ. Proxime art. τοῦ abest a G. Pro βιβλίου N et Mon. C
407. βίου scribit. Mox T τί pro τις, Σ τύχῃ. — γεννάδας] i. q. γενναῖος, ingenuus, generosus, doctrinis liberalibus excultus atque expolitus. Charmid. 155. D: ὦ γεννάδα. — ἐρασθείς] N et Mon. 407. ἐραστής. Mox Flor. b. g. h. ϑ. μικρά, T μικρᾶς, N et Mon. 407. μακρά. In seqq. r δικασταὶ pro ἐρασταί. Deinde G καὶ φθονερῶς. — πῶς] G πῶς ἄν. Mox Δ ἂν εἴη, H ἂν εἴοι, Γ οἴει ἄν. Mon. 407. οἴῃ, omisso αὐτόν. — ἐν ναύταις] E ταύταις, Δ Flor. l. ταύταις. Ceterum *nautae* (ut nostr. *Matrosen*), quippe moribus corrupti omnique vitiorum genere inquinati, immanissimum designant hominum genus. Heindorfius excitavit *Isocrat*. de pac. p. 335: εἰ τριήρεις πληροῖεν, τοὺς μὲν ξένους καὶ τοὺς δούλους ναύτας εἰςεβίβαζον, τοὺς δὲ πολίτας μεθ' ὅπλων ἐξέπεμπον. Legg. IV. 707. A: Κυβερνητικὴ καὶ πεντηκονταρχία καὶ ἐρετικὴ παντοδαπῶν καὶ οὐ πάνυ σπουδαίων ἀνθρώπων γιγνομένη. *Theopomp*. ap. Athen. VI. p. 254. B: πλήρεις εἶναι τὰς Ἀθήνας διονυσοκολάκων καὶ ναυτῶν καὶ λωποδυτῶν. *Plutarch*. vit. Demosth. p. 849. A: ὀδυρομένου τοῦ Δημοσθένους ὅτι — κραιπαλῶντες ἄνθρωποι, ναῦται καὶ ἀμαθεῖς ἀκούονται καὶ κατέχουσι τὸ βῆμα. *Iuvenal*. VIII, 174:

Invenies aliquo cum percussore iacentem,
Permixtum *nautis* aut furibus aut fugitivis.

Adde *Horat.* I, 5. 4:

inde forum Appi,
Differtum *nautis*, cauponibus atque malignis.

Dio Chrysostom. Orat. XXXII. p. 389. A: ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τε ἀταξία. — τεθραμμένων] Clark. ΔΛΠΣBCG Flor. b. Vind. 1. 3. 6. τεθραμμένον. Quod libri editi habent, exstat in Mon. 407. et Γ a corr.

ἃ ψέγομεν] Verba laudandi et vituperandi cum duplici constat accusativo Atticis iungi, ut verba dicendi, quia ipsum dicendi verbum in illis latet, ut h. l. ἃ ψέγομεν τὸν Ἔρωτα est i. q., ἃ λέγοντες ψέγομεν τὸν Ἔρωτα. Polit. II. 363. D: ταῦτα δὴ καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐγκωμιάζουσι δικαιοσύνην. Conviv. 222. A: ἃ ἐγὼ Σωκράτη ἐπαινῶ. al. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 774. — Τοῦτόν γε] A Flor. ϑ. abest γε. Proxime Γ ἐγώ. — ποτίμῳ λόγῳ κλ.] h. e., oratione ingenua atque honesta, tamquam aqua dulci (quam posterioris scriptoris aetatis potabilem dixerunt), amarum illud et impurum, quasi salsum et marinum (ἁλμυρὸν ὕδωρ *Homer.* Odyss. IV, 511. V, 100. ἅλμην πικρήν V, 322. al.), quod auribus accepi, abluere cupio. Etenim πότιμον ὕδωρ, Latinorum aqua dulcis (vid. *Lambin.* ad Horat. Ep. I, 15. T. II. p. 262. C.) est i. q. χρηστόν, aqua ad usum bona, v. *Suid.* v. ἄγευστος, ib. Küster. *Athen.* II, 25. p. 175. ib. Schweigh. Animadv. V. I. p. 325 sq. Πότιμον in universum quoque ponitur in eo quod mite et gratum est, vid. *Toup.* ad Theocrit. XXIX, 31. Addend. in Theocrit. p. 406. Wart. et *Iacobs.* ad Philostr. Imagg. p. 332 sq. *Athenaeus* III, 94. p. 470. ad locum nostrum finxit illa ἁλμυροὺς λόγους γλυκέσιν ἀποκλύζεσθαι νάμασιν, ubi Schweighaeuserum V. II. p. 353. miror loci Platonici non recordatum esse. *Plutarch.* de esu carn. p. 997. F: εἰ μὴ νὴ Δία ἐκεῖνος καθαρμός ἐστι τὸ περὶ τούτων διαλέγεσθαι, ποτίμῳ λόγῳ, ὥς φησι Πλάτων, ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλυζομένους. *Hermogen.* de grav. p. 12. Sturm. καὶ Πλάτων, οἷον ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύσασθαι ποτίμῳ λόγῳ. Plura alia laudat *Wyttenbach.* Epist. crit. p. 55. (271. Lips.), addens: „Plato autem, ut multa alia Euripidi debet, sic hoc expressit ex Hippolyt. v. 653:

Ἃ 'γὼ ῥυτοῖς νασμοῖσιν ἐξομόρξομαι
Εἰς ὦτα κλύζων.

Cf. *Creuzer.* Lectt. Plat. p. 463 sq. ed. Plotin. Praeterea dignus est qui afferatur *Gregorius* in exposit. libelli Hermogen. περὶ μεθ. δεινοτ. p. 899. T. VIII. Oratt. graec.: πότιμον μὲν οὖν λόγον τὸν περὶ νοῦ καὶ θεῶν ἐκάλεσε καὶ τὸν περὶ τὴν ἐκείνων θεωρίαν ἀναστρεφόμενον, ἁλμυρὸν δὲ τὸν περὶ τὰ

αἰσθητὰ καὶ ἔνυλα διατρίβοντα· ἢ ἁλμυρὸν μὲν λόγον λέγει τὸν ψόγον τοῦ ἔρωτος, πότιμον δὲ τὸν ἔπαινον αὐτοῦ. Cf. Hermiae Schol. p. 101. Idem hic locus videtur *Ciceroni* ante oculos obversatus esse de nat. deor. II, 7: *sic orationis flumine reprehensoris convicia* (sic enim cum Davisio pro *vitia* scribendum) *diluuntur*, et *Minuc. Felic.* Octav. p. 119: *ut conviciorum amarissimam labem verborum veracium flumine diluamus.* Quemadmodum autem moris erat veterum, ut oculos et vultum lavarent ac purgarent, sic nunc Socrates volt aures inquinatas pura et dulci aqua abluere abluendoque purgare. Vid. *Wyttenbach.* ad Eunap. p. 91 sq. — συμβουλεύω] *Δ* et Flor. i. συμβουλευέτω. Mox *Σ* et Vind. 6. μάλιστα μᾶλλον, μὴ om. pr. *Ξ*. — ἐκ τῶν ὁμοίων] „si cetera paria sint, ut ἐκ τῶν ἐνόντων, ἐκ τῶν δυνατῶν, ἐκ τῶν ἐνόντων." *Heindorfius.* Quem *Schleiermacherus* audivit vertens: *wenn sonst alles gleich ist.* Sed ἐκ τῶν ὁμοίων est i. q. ὁμοίως (*auf gleiche Weise*): *perinde atque contendit amoris experti potius quam amanti gratificandum esse.* Praepositio enim ἐκ cum adiectivo coniuncta, sive adest articulus sive abest, adverbii partes obtinet. Cf. quae collegerunt exempla *Fischer.* ad Weller. Sp. III. P. II. p. 124. et *Matth.* Gramm. gr. p. 1134. Adde, si tanti putes, nostra ad Legg. p. 267. — σοῦ γὰρ εἰπόντος] *ΔΛ* GT pr. *Π* Flor. i. οὐ γὰρ εἰπ., idque in Vind. 1. marg. adscriptum reperitur *Ξ* εἰ γὰρ εἴποις. Proxime ἔρωτος pro ἐραστοῦ γρ. *Σ* Flor. a. c. — ἕξει] Verbum ἔχειν cum adverbio coniunctum est *se habere*, h. e., *esse*, et *esse* ponitur pro *fieri* (ut Latin. *est*, *ut*, *Liv.* XXXIII, 27: quidnam se futurum esset. Nos: *das kann nicht seyn*, i. e., *geschehen*). Polit. III. 415. D: καὶ τοῦτο μὲν δὴ ἕξει ὅπῃ ἂν αὐτὸ ἡ φήμη ἀγάγῃ. *Xenoph.* Anabas. VII, 7. 51: ταῦτα μὲν ἔχειν οὕτως οὐχ οἷόν τε.

P. 164. γράψαι] G καὶ γράψαι.

λόγον] *Λ* C Flor. h. λόγου. — ὃς εἶ] H mg. οἷός τ' εἶ. Sed ὅς pro οἷος (ut Latin. *qui* pro *qualis*) poni constat; accedit quod maiorem fere vim habet ὃς εἶ, int. orationum audiendarum cupidissimus promtissimusque earum auctor. Bene *Heindorfius* excitavit Theaet. 197. A: ὢν γε ὅς εἰμι. Euthydem. 283. D: Οὐκοῦν, ὃς μὲν οὐκ ἔστι, βούλεσθε αὐτὸν γενέσθαι, ὃς δ' ἔστι νῦν, μηκέτι εἶναι. Polit. VII. 529 A: οὐκ ἀγεννῶς μοι δοκεῖς τὴν — μάθησιν λαμβάνειν παρὰ σαυτῷ ἣ ἐστι. Cf. *Porson.* ad Eurip. Orest. 910. ibique Schaefer. p. 84 sq. ed. III. *Porson.* Advers. p. 209. *Matth.* Gramm. gr. p. 900. not. 4. et *Fritzsch.* Quaest. Lucian. p. 35 sq. — καὶ τοῦτο] Sic Clark. *ΔΠ*DGNOT Vind. 4. 7. *a.* et

Monacc. Reliqui, ut editi, τούτου. — μάλα πλ.] Π μᾶλλον, N O et Monacc. μάλιστα. Mox Mon. 407. alii. — ὅταν καί] Expungenda est part. καί cum libris scriptt. tam Bekkeri quam Stallbaumi, quibus accedunt Monacc. Proxime Flor. h. Vind. 4. 7. a. et Monacc. βούλει. In seqq. Σ οὑτοσί. Mox v. καλὲ om. T. Proxime F O et Mon. 407. πρότερον.

λόγος] om. pr. F. Proxime v. Μυῤῥινουσίου — μᾶλλον λέγειν desiderantur in G Clark. Flor. g. h. Vind. 4. μυρινουσίου, Γ μυρινουσίου, N et Mon. 407. μυριουνσίου. Festive autem et orationis superioris et mox habendae ingenium adumbrat Plato priorem dicens fuisse Phaedri (siquidem Socrates a Phaedro coactus eam habuit), et mox habendam Stesichori. Phaedrus autem nitidus et qui eo quod nitet (vel in vana specie se iactat) delectatur (φαιδρός, vid. ad p. 234. D), filius dicitur Pythoclis, quo homo famae et gloriae (κλέους) cupidus significatur (παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείβων 242. C.); praeterea Myrrhinusius vocatur (a Myrrhinunte, tribus Pandionidis pago. Μυῤῥινοῦς δῆμος ἐν Ἀττικῇ μυῤῥίνας ἔχων, Schol. ad Aristoph. Plut. 586. Cf. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 453. Steph. Byz. al.), quasi in toris myrteis cubans, quod facere solent delicati et otiosi (Polit. II, 372. B: κατακλινέντες ἐπὶ στιβάδων ἐστρωμένων σμίλακί τε καὶ μυῤῥίναις εὐωχήσονται αὐτοί τε καὶ τὰ παιδία), vel sertis myrteis redimitus. Alterius vero orationis, quam Socrates acturus est, ingenium vere musicum ac religiosum egregie hoc significatur, quod Stesichori esse fingitur. Stesichorus videlicet nomen invenit a choris instituendis. Suidas T. III. p. 375: ἐκλήθη δὲ Στησίχορος, ὅτι πρῶτος κιθαρῳδίᾳ χορὸν ἔστησεν (Callimach. Hymn. in Dian. 242: στησάμενοι χορὸν εὐρύν), ἐπεί τοι πρότερον Τισίας ἐκαλεῖτο. Stesichorus porro dicitur filius Euphemi, quo vir pius designatur (infra p. 265. C: κεράσαντες οὐ παντάπασιν ἀπίθανον λόγον, μυθικόν τινα ὕμνον, προσεπαίσαμεν μετρίως τε καὶ εὐφήμως τὸν ἐμόν τε καὶ σὸν δεσπότην Ἔρωτα. Denique Himeraeus (ab Himera, Siciliae oppido, v. Cluver. Sic. I, 9. p. 117. II, 3. p. 280.) dicitur, quo h. l. vir amori (ἱμέρῳ) quasi initiatus, designatur. Atque solent sic veteres non modo omnino verbis ludere (vid. Boissonad. in Not. d. Manuscr. d. l. bibl. impér. T. XI. P. II. p. 141.), verum etiam mores, ingenium vel fata hominis ab eius nomine repetere, vid. Abresch ad Aeschyl. T. I. p. 370. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. p. 242. Gurlitt. Animadv. ad vett. auctt. (1800) ad Eurip. Phoeniss. 649. Iacobs. ad Anthol. gr. V. III. P. II. p. 231. et Lobeck. ad Sophocl. Ai. p. 288. — λεκτέος] abest a Clark. ΔGT

t pr. *Π.* In Vind. 7. exstat δεκτέος. — οὐ κ ἔ σ τ' Vind. 7. οὐκ ἔτ'. Vind. 4. ἔτυμος. Proxime λόγος sine articulo dant Clark. ΔΠΣDGNOTrb Vind. 1. 6. 7. et Mon. 407. Cf. 243. A. In seqq. Flor. g. τοῦ ἐραστοῦ. Flor. c. οὗ ἂν παρ. *Heindorfius: quando quis habeat amatorem.* Hic igitur amorem manifesto ponit unum *μανίας* genus, cuius statim tria praeterea genera profert, *divinationem mysticorumque sacrorum initiationem et poesin.*" — δ ε ῖ ν] N et Mon. 407. δεῖ. Proxime δή om. *Δ.* Clark. (Bekkerus addit: „et in rasura;" sed pertinet hoc ad sequentia ἥ τε γὰρ δή). Mox δέ om. in lacuna G. Mon. 407. ὁ δὲ σωκράτης φρονεῖ. — εἰ μ ὲ ν γ ὰ ρ κλ.] N et Mon. 407. γὰρ μέν. Laudat h. l. *Aristid.* Orat. Plat. I. p. 13 sq. *Γ* et Flor. ϑ. ἁπλοῦν ἦν. Ceterum ἁπλοῦν dicitur quod *simpliciter s. sine ulla exceptione* valet, ut millies positum extat. *Τὸ* — εἶναι i. q. ὅτι cum modo finito, vid. ad 242. E. — μ α ν ί α ν] Vind. 7. μανίας. Mox F τὸ μέγιστον. Proxime τῶν om. N et Mon. 407. — Ἥ τ ε γ ὰ ρ δ ή] δή om. Clark. („sed ras. post γὰρ" Gaisf.) G Flor. g. et Aristid. l. l., ἥ Ξ. Mon. 407. ἐν δελφοῖς προφοῖς προφῆτις. Proxime αἵτε. Cod. Aristid. Oratt. Plat. I. T. II. p. 13. Iebb. αἵ τε προφήτεις al. αἵ τε προφήτιδες „male, quum unam fere Pythiam memorent veteres" *Heindorfius.* Veram servavit scripturam cod. Aristidis Schellershem. Vid. *Creuzer.* Lectt. Plat. p. 462. ed. Plotin. de pulchr. et ad Cicer. de nat. deor. p. 221. De Pythia vid. *Heusd.* init. philos. Plat. p. 125 sq.

ἐ ν Δ ω δ ώ ν ῃ ἱ έ ρ ε ι α ι] feminae quae Dodonaeorum sacrorum et antiquissimi oraculi antistites fuerunt, vid. *Herodot.* II, 53. ib. Wesseling. Inprimis celebratur quercus Dodonaea vocalis et fatidica, v. *Davis.* ad Max. Tyr. XIV, 1. p. 547. *Heyn.* Excurs. II. ad Homer. Il. XVI. T. VII. p. 283 sq. — π ο λ λ ὰ δ ή] Part. δή om. C. Mox β ρ α χ έ α est i. q. ὀλίγα, ut ap. *Thucyd.* II, 83. *Xenoph.* Conv. IV, 34. Cyrop. I, 2. 15. I, 4. 4. Memor. I, 4. 8. al. Proxime Mon. 407. καὶ ἂν — λέγομεν. — Σ ί β υ λ λ ά ν τ ε] Sic scribendum pro Σιβύλλαν, quod in edd. comparet. Mon. 407. et N σιβούλλαν. De Sibyllis vid. *Salmas.* ad Solin. p. 80. *Perizon.* ad Aelian. V. H. XII, 35. *Lennep.* Etymol. p. 654. adde quae *Creuzerus* collegit ad Cicer. de nat. deor. p. 221. Unam tantum Sibyllam (quam modo Cumanam, modo Erythraeam vocant, etiam Herophilen et Amaltheam, v. *Clem. Alex.* Strom. I, 21. T. 1. p. 399. Pott. *Lactant.* de fals. relig. I, 6. ib. Bünem. T. 1. p. 40.) veteribus cognitam fuisse plures tradiderunt. Cf. *Mémoir.* de Litterat. T. XXIII. et *Böttiger.* libr. *Ideen zur Kunstmythol.* I. p. 106. Platonem Sibyllam Cumanam significasse censet *Iustin. M.* Cohort. ad

Graec. c. 37. p. 34. A. ed. Venet.] *Ficinus* vertit *Sibyllas.* Proxime Aristid. I. 1. ὅσοι δή. — μαντικῇ] N et Mon. 407. μαντικοί. Proxime Clark. ΔΙΙDΘΝΟΤ Flor. g. h. Vind. 4. 7. α. et Monacc. ἐνθεοῖς. *Heindorfius:* „unde coniectabat aliquis ἔνθεοι. Sed μαντικὴν ἔνθεον opponit τῇ παρ' ἀνθρώπων γιγνομένῃ.“ *Cicer.* de divinat. I, 18: *Iis igitur assentior qui duo genera divinationum esse dixerunt, unum quod particeps esset artis, alterum quod arte careret. Est enim ars in iis qui novas res coniectura persequuntur, veteres observatione didicerunt; carent autem arte ii qui non ratione aut conjectura, observatis ac notatis signis, sed concitatione quadam animi aut soluto liberoque motu futura praesentiunt, (quod et somniantibus saepe contingit et nonnunquam vaticinantibus per furorem), ut Bacis Boeotius, ut Epimenides Cres, ut Sibylla Erythraea.* I, 6: *Duo sunt enim divinandi genera, quorum alterum artis est, alterum naturae.* II, 11. Cf. Tim. 71. E. *Davis.* ad Cic. de divinat. I, 18. 19 sq. et *Böttiger.* libr. *Ideen z. Kunstmythol.* I. p. 83 sq. — προὔλεγον] Clark. cum libris Bekkeri (solo Ξ excepto) et Stallbaumi προλέγοντες; accedunt Bas. 2. Mon. 11. Aristid. et Ficinus qui vertit: *quam multa praedicentes in futurum profuerint*, idque iure revocarunt Bekker. Stallb. et Buttm. Mon. 407. πολλῆς λέγοντες. Deinde Σ corr. Θ et Aristid. ὤρθωσαν (H corr. F. et mg. T ὄρθωσαν, Vind. 6. ὀρθῶς ἄν), quod recte sequuti sunt recentiores. — τόδε μήν] N et Mon. 407. μή, Flor. a. h. τὸ δὲ μήν. Deinde G ἐπιμαρτυρήσασθαι, et in seqq. ἡγοῦνται. Mox Aristid. I. 1. οὐδ' ὄνειδος. — μανίαν] G μανίας, Flor. c. μανίης. Proxime art. τῇ abest ab Aristid.

μανικὴν ἐκάλεσαν] Γ et Flor. ϑ. ἐκάλεσαν αὐτήν. Plato igitur a voce μανία sumit ductum esse μανική, indeque factum esse posterioribus, τ interposito, μαντική: quod quidem recentiores interpretes, licet apertus sit ludus, in serium converterunt. *Heindorfius:* „Mira sane haec est vocabuli μαντικὴ explicatio, quod ἀπὸ τοῦ μέμαντται formatum Plato non vidit (!).“ *Schleiermacherus* p. 378: Nur ist in der Sprache des Platon die Ableitung wirklich ächt, so dass selbst der Vorwurf, das τ habe durch Neuerung erst μανικὴ in μαντικὴ verwandelt, ungegründet ist, und nur den allgemeinen Mangel an Sprachkunde zu den Zeiten des Platon (?) beurkunden hilft.“ Etiam *Böttigerum*, virum eruditissimum (Ideen z. Kunstmytholog. I. p. 93.), Platonis videtur irrisio latuisse. At vero Plato sophistas et Socraticos (praecipue, ut videtur, Antisthenem, cuius plures memorantur scriptiones grammaticae vel phi-

lologae, v. *Diog. Laert.* VI, 17.) ludit in vocibus occupatos et lerivandis et explicandis; quod quidem inprimis e verbis elucet: *οἱ δὲ νῦν ἀπειροκάλως τὸ ταῦ ἐπεμβάλοντες μαντικὴν ἐκάλεσαν;* talia enim tam crebro sumuntur in Cratylo, ut non possint nisi irrisionis causa a Platone posita esse ad falsam illam vocum derivandarum et explicandarum rationem perstringendam, qua sophistae videntur usi esse, quippe qui non leges certas sanasque rationes sequerentur, sed ad suum arbitrium vanamque opinationem voces et deducerent et explicarent: ut, si littera aliqua ex eorum explicatione redundaret, a recentioribus eam dicerent insipienter interpositam esse. Quae quidem irrisio etiam magis conspicitur in ea quae mox sequitur vocis *οἰωνιστική* derivatione, quippe quae ducatur a vocibus *οἴησις*, *νοῦς* et *ἱστορία*. In hoc si quis Platonem censeret non ioca, sed seria egisse, is ponere deberet (id quod ineptissimum foret) Platonem non vidisse vocem *οἰωνιστικῆς* ductam esse a verbo *οἰωνίζειν (οἰωνός)*. De *οἰωνιστικῇ (τέχνῃ τῆς θήρας τοῦ μέλλοντος δι' ὀρνίθων*, v. *Iamblich.* de myster. III, 15.) cf. *Spanhem.* ad Callimach. H. in Pallad. p. 618 sq. Inprimis huc pertinet locus Cratyl. 414. C: *ὦ μακάριε, οὐκ οἶσθ' ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα τεθέντα κατακέχωσται ἤδη ὑπὸ τῶν βουλομένων τραγῳδεῖν αὐτά, περιτιθέντων γράμματα καὶ ἐξαιρούντων εὐστομίας ἕνεκα καὶ πανταχῇ στρεφόντων, καὶ ὑπὸ καλλωπισμοῦ καὶ ὑπὸ χρόνου. ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ κατόπτρῳ οὐ δοκεῖ σοι ἄτοπον εἶναι τὸ ἐμβεβλῆσθαι τὸ ῥῶ;* Quamquam ipsos videtur veteres Platonis irrisio latuisse, siquidem *Cicero* de divinat. I, 1. scribit: *Itaque ut alia nos melius multa, quam Graeci, sic huic praestantissimae rei* (divinationi) *nomen nostri a divis, Graeci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt.* ib. Davis. Ceterum respexerunt h. l. interpretes graeci ad Eurip. Hecub. p. 61., Gorgiam pro Phaedro laudantes. — *ὡς καλοῦ ὄντος*] Participium *ὄντος* pro *οὔσης* (int. *τῆς μανίας*) positum est propter adi. *καλοῦ* (solvi enim haec ita possunt: *νομίσαντες καλὸν εἶναι τὴν μανίαν*). Vid. ad Protagor. 359. D. Quocirca audiri non debet cl. *Wex* Comment. de loco mathem. in Platonis Menone p. 12., qui ad *καλοῦ* intellectum volt *τινός*, et subiicit: „alioquin equidem legendum putaverim *ὡς καλοῦ ὄντος, ὅ τι ἂν θείᾳ μοίρᾳ γίγνηται.* Cave enim ne tu illa verba *ὡς καλοῦ ὄντος* stricte ad *τὴν μανίαν* referas (*ὡς καλόν τι εἴη ἡ μανία*), ita ut *ὅταν — γίγνηται* contineant quasi aliquam conditionem quando *ἡ μανία* sit *καλόν τι* et ita speciem *τῆς μανίας* significent; nam in antecedentibus iam simpliciter affirmatum est, *τὴν μανίαν* semper *θείᾳ δόσει διδομένην εἶναι* atque *θείᾳ μοί-*

ϱῃ γίγνεσθαι." Quod a vero aversum est, vid. quae supra ad 244. B. annotavi. Ceterum fuerunt qui concitationem animi vel furorem malum et morbum existimarent, velut Theophrastus. Vid. *Aristot.* Probl. XXX, 1. *Iamblich.* de myster. III, 7. p. 67. III, 8. p. 68. et *Th. Gal.* ad Iambl. de myst. III, 23. p. 246. — In seqq. Monacc. ὅτ' ἂν pro ὅταν. Proxime Ald. Bas. 1. 2. γίγνεται. — ἀπειροκάλως] Quippe qui nomen μανικῇ rem tam bene et dilucide significans (vaticinationem a μανίᾳ proficisci) obscuraverint littera τ inserta. Cratyl. 414 C: ἀλλὰ τοιαῦτα, οἶμαι, ποιοῦσιν οἱ τῆς μὲν ἀληθείας οὐδὲν φροντίζοντες, τὸ δὲ στόμα πλάττοντες, ὥστ' ἐπεμβάλλοντες πολλὰ ἐπὶ τὰ πρῶτα ὀνόματα τελευτῶντες ποιοῦσι μηδ' ἂν ἕνα ἀνθρώπων συνεῖναι ὅ τί ποτε βούλεται τὸ ὄνομα. In praegress. pro οἱ δὲ T scribit οὐδέ. Proxime Clark. ΓΔΛΞΠΣBCGHNOTr Flor. a. b. c. i. Vind. 1. 3. 6. ἐπεμβάλλοντες (Mon. 407. ταῦτα ἐπεμβάλλοντες) pro eo quod volgo scribitur ἐπεμβαλόντες (Ald. Bas. 1. 2. ἐπεμβάλοντες) idque iure Bekker. Stallb. et Buttm. revocarunt. Flor. c. τὸ πᾶν ἐπεμβ. — ἐπεὶ καί] Part. καί abest a H. et Aristid. p. 14 et 39. — ποιουμένην] Libri omnes ποιουμένων. *Stephanus* in Annot. „Quid ποιουμένων cum ὀρνίθων significare dicemus? nihil certe nos inventuros puto quod satis apte significare possit: ideoque in ποιουμένην mutandum censeo, ut cum ζήτησιν iungatur, cum quo nomine locum habet longe aptissimum." Et hoc quum servaverit *Aristides* Orat. Plat. I. T. II. p. 14. (p. 39. autem habet ποιουμένων), cum Heindorfio et Stallbaumio recepi, quamquam Bekkerus et Buttmannus ποιουμένων retinuerunt, recte fortasse, siquidem Graeci participia solent ad propius posita nomina (h. l. ad τῶν ἐμφρόνων) accommodare. Vid. ad p. 249. B. Liber r scribit γινομένων. Proxime Aristid. καὶ δι' ἄλλων σημείων, Ficinus: *et alia ostenta.* — ἅτ' ἐκ διανοίας] Aristid. ἅτε. Ceterum διάνοια, ratio et cogitatio (quam nostri philosophi dicunt *Reflexion*) opponitur concitationi animi s. furori. *Procl.* Theol. I: οἱ μὲν κατὰ διάνοιαν, οἱ δὲ κατὰ ἐπίπνοιαν (λέγοντες). Cf. *Iamblich.* de myster. III, 8. p. 68, 34. Gal. et quae *Creuzerus* collegit in libro Symbol. u. Mytholog. I. p. 192 sq. — ποριζομένων] *Stephanus:* „Verum et in altero participio ποριζομένων lubenter eandem mutationem mihi permitterem, quum itidem ad ζήτησιν commode referri possit." Heindorfius scripsit ποριζόμενον interpretans: *velut mentem quandam et cognitionem humanae opinioni ex sobria animi agitatione proficiscentem.* At vero particula ἅτε non est *velut*, ut comparationem designet, sed causam appellationis indicat (*quippe*)

quocirca sensus hic est: auguratio s. ars augurandi *οἰονοϊστι-ή* (quod recentiores depravarunt *οἰωνιστική* fingentes) dicta st, quia ratione et cogitatione humanae *opinioni intelligentiam et disciplinam affert* s. *praebet*; itaque nomen invenit a ocibus *οἴησις*, *νοῦς* et *ἱστορία*. Quocirca *ποριζομένων* ervandum est, in seqq. autem vel *νοῦν τε καὶ ἱστορίαν* retiiendum erit, ut *ποριζομένων* referatur ad *τῶν ἐμφρόνων* (sensu autem ad *τὴν ζήτησιν*), vel scribi oportet *ποριζομένων* passive) — *νοῦ τε καὶ ἱστορίας*: *quippe quum ratione et cogitatione — intelligentia et disciplina comparentur* s. *ex ratione et cogitatione — intelligentia et disciplina proficiscantur.* Prius nunc praetulerim, ut *ποριζεσθαι* sit afferre. Saepenunero etiam valet arcessere, petere, vernac. *herbeischaffen*, *herbringen*, *hohlen* al. Sic Polit. IV. 427. D: *φῶς ποθὲν ποισάμενος ἱκανόν*. Cratyl. 421. C: *ἐν μὲν τοίνυν ἄρτι που ποριζσάμεθα*. *Xenoph.* Cyrop. VI, 1. 22: *ἐπορίζοντο μὲν μηχανοποιούς*. Et in universum quoque est vernaculum *ausfindig machen*, ut *λόγους*, *μηχανήν* (Conv. 191. B.) al.

P. 166. *ἀνθρωπίνῃ*] G T et Clark. a p. m. *ἀνθρωπίνην*. Proxime *οἰήσει* suppeditant Clark. *ΔΠΣ*DHO corr. Σ. mg. F. Flor. a. c. g. h. *ϑ*. Vind. 4. 7. *α*. Monacc. et Aristid. pro vulg. *νοήσει*. BC *νοήσει*, G *οἴησιν*, T *οἰήσειν*. Vocem *οἴησιν*, *opinionem* vel *sententiam*, frequentat Plato. Phaedon. 92. A: *ἐάνπερ μείνῃ ἥδε ἡ οἴησις τὸ ἁρμονίαν μὲν εἶναι ξύνθετον πρᾶγμα*. Theaet. 171. A: *ἐκεῖνος μὲν περὶ τῆς αὑτοῦ οἰήσεως τὴν τῶν ἀντιδοξαζόντων οἴησιν — ξυγχωρεῖ που ἀληθῆ εἶναι*. Cratyl. 420. B: *ἡ γοῦν οἴησις τούτῳ ξυμφωνεῖ*. Alcib. I. 120. C: *τὴν οἴησιν ταύτην σκόπει οἵαν ἔχεις*. D: *οὐκοῦν ἓν μὲν τοῦτο τοσοῦτο κακὸν ἔχει ἡ οἴησις*. Hinc ap. *Iamblich.* de myster. III, 15. p. 78., ubi de divinatione agitur, *οἴησις* cum *στοχασμὸς* coniungitur. — *νοῦ τε καὶ ἱστορίας*] Libri dant *νοῦν τε καὶ ἱστορίαν*, quae quidem scriptura sensui videri possit adversari, quippe qui postulet *ποριζομένων* (passiva significatione) — *νοῦ τε καὶ ἱστορίας*, vid. supra annotata. Suspicari porro possis scripturam illam ex mala profectam esse verborum distinctione, quam Stephanus iam notavit: „dico in praeced. quidem editionibus post *νοήσει* (*οἰήσει*) poni hypostigmen, ut haec *νοῦν τε καὶ ἱστορίαν* cum sequentibus iungamus: at mihi magis placere ut non ante, sed post illa verba ponatur hypostigme, et intelligatur *ποριζομένων* (sive *ποριζομένην*, ut me lubentius scripturum esse dixi) *νοῦν τε καὶ ἱστορίαν ἀνθρωπίνῃ οἰήσει*. Facit certe pro hac interpunctione vel illud quod vox *οἰωνιστική* (quam in locum

illius οἰονοητικὴ introductam esse ait) sine illa adiectione dicitur." Falsa igitur interpunctione (ἅτ' ἐκ διανοίας πορίζομένων ἀνθρωπίνῃ οἰήσει, νοῦ τε καὶ ἱστορίας οἰονοϊστικὴν ἐπωνόμασαν) factum videri possit ut νοῦ τε καὶ ἱστορίας mutaretur in νοῦν τε καὶ ἱστορίαν, quo cohaererent νοῦν τε καὶ ἱστορίαν (artem s. disciplinam) οἰονοϊστικήν. Attamen quum libri omnes dent νοῦν et ἱστορίαν, satius est hoc retinere eamque quam supra posuimus sequi interpretationem. Ceterum νοῦς est intelligentia (nostr. *Einsicht*, *Kenntniss*), ut Sophist. 227. A: τοῦ κτήσασθαι γὰρ ἕνεκα νοῦν πασῶν τεχνῶν τὸ ξυγγενὲς καὶ τὸ μὴ ξυγγενὲς κατανοεῖν πειρωμένη τιμᾷ πρὸς τοῦτο ἐξ ἴσου πάσας. Alcib. I. 134. E: νοῦν ἰατρικὴν μὴ ἔχοντι. 135. A: νοῦ τε καὶ ἀρετῆς κυβερνητικῆς ἐστερημένῳ. al. Quae sequitur vox ἱστορία est *disciplina* (germ. *Kunde*, *Wissenschaft*), quo respicitur simul id quod haec verba excipit: οἰονοϊστικὴν (int. ἐπιστήμην, *artem*) ἐπωνόμασαν. Sic Phaedon. 96. A: ὡς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας, ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν. Sophist. 267. D: τὴν μὲν μετὰ δόξης μίμησιν δοξομιμητικὴν προςείπωμεν, τὴν δὲ μετ' ἐπιστήμης ἱστορικήν τινα μίμησιν. Cf. *Perizon.* ad Aelian. V. H. IV, 19. et *Wyttenbach.* ad Plat. Phaedon. p. 253 sq. Atque haec, ni fallor, propria et prima est vocis ἱστορία significatio, quippe quae ducta sit a v. ἵστωρ, ἱστορεῖν, et hoc a verbo ἴσημι (verbum primitivum est ἰδεῖν: *videre* et germ. *wissen*); quocirca graec. ἱστορία et german. *Wissenschaft* eiusdem sunt et originis et significationis. Verba νοῦν τε καὶ ἱστορίαν om. H et Aristid. — οἰονοϊστικήν] Sic ΞFrϑ Flor. a. c. Vind. 1. 3. 6. Mon. 11. et Aristid. (in libris nonnullis οἰονιστικήν); et hoc pro vulgato οἰονοηστικὴν reponendum esse iam *Buttmannus* (vid. Heindorf. Addend. p. 362. ed. pr.) viderat; eodem ducit scriptura libr. Paris. C οἰονοϊστικήν. B a pr. m. οἷον νοϊστικὴν (eraso ν̄ post alterum ο), ΔE οἷον νοηστικήν, Clark. ΔΠGT corr. T Flor. ϑ. Vind. α. 4. οἰωνιστικὴν, DNO Vind. 7. et Mon. 407. οἰωνικὴν, Flor. g. h. οἰονικήν. Rem bene illustrat Hermias p. 110 (cod. 407. fol. 65. vers.): τὰ τρία ταῦτα οἱ παλαιοὶ ὀνόματα οἴησιν, νοῦν καὶ ἱστορίαν ἐντείναντες εἰς ἓν ὄνομα οἰονοϊστικὴν αὐτὴν προςηγόρευσαν, πᾶσαν στοχαστικὴν καὶ ἀνθρωπικὴν τέχνην οἰονοϊστικὴν προσαγορεύσαντες, ἀπὸ μέντοι τοῦ οἰο (Mon. 407. οἴω) τὴν οἴησιν δηλοῦντες, ἀπὸ δὲ τοῦ νο τὸν νοῦν, ἀπὸ δὲ τοῦ ιστικην τὴν ἱστορίαν σημαίνοντες.

οἰωνιστικήν] DNO pr. Γ et Mon. 407. οἰωνιστικὴν D Flor. a. c. in marg. et codd. Flor. g. h. Vind. 1. 6. 7. οἰων-

τικὴν. *Hermogen.* de form. orat. I. p. 66. Sturm. ὡς που αἱ ὁ Πλάτων τὴν οἰωνιστικήν φησιν ᾠωνιστικὴν ὀνομάσαι ινὰς ἀποσεμνύνοντας τὸ ω̄. Schol. Hermogen. cod. Paris. 983. f. 186. ὁ σοφώτατος Πλάτων φησὶ τὴν οἰωνιστικὴν νομάσαι τινὰς ᾠωνιστικήν, ἀποσεμνύνοντας τὸ ω̄. ἐκ γὰρ οῦ στοχάζεσθαι τὸ μέλλον ἐλέχθη οἰωνιστική, καὶ παρῆκται ς τοῦ οἷον· τοῦτο γὰρ τὸ στοχαστικόν. οἱ δὲ σεμνὴν βουλό-ενοι ποιῆσαι τὴν λέξιν ἔτρεψαν τὸ ο̄ εἰς τὸ ω̄. — τὸ ω̄ ε μ ν ύ ν ο ν τ ε ς] Clark. (τῶι ω̄) ΓΔΛΠBCGϑ Vind. 1. . τῷ ω̄, quod receperunt Bekkerus, Stallb. et Buttmannus, ui annotat: „praeferenda — utique erat optimorum codd. criptura τῷ ω σεμν.“ Equidem assentiri non possum: Τῷ ω̄ b iis profectum esse mihi videtur, qui vocem οἰωνιστικὴν in qua ω̄ pro ο̄ interpositum est) et verbum καλοῦσι respexis-ent, participium σεμνύνοντες negligentes, quod aliquid tam-uam obiectum quod dicitur requirit quo referatur. Etenim εμνύνεσθαι est sese extollere, gloriari, superbire, σεμνύνειν ero efferre, extollere vel affectare, et hoc postulat rei quam uis effert vel affectat significationem. Sic Phaedr. 272. D: ὐδὲν οὕτω ταῦτα δεῖν σεμνύνειν. Politic. 263. D: σεμνῦνον ὐτὸ ἑαυτό. Phileb. 28. A: Σεμνύνεις γάρ, ὦ Σώκρατες, τὸν εαυτοῦ θεόν. C: ἀλλ' ὄντως σὲ ἐγὼ — σεμνύνων ἐν τῷ αίζειν ἐθορύβησα. Ib. οἱ σοφοὶ ἑαυτοὺς ὄντως σεμνύνοντες. egg. IV. 710. A: ἥν τις σεμνύνων ἂν λέγοι. Epin. 977. A: ἵνα δὴ καὶ σεμνύνων ποτὲ λέγω θεόν; al. Igitur e verbis τῷ ω̄ ad part. σεμνύνοντες intelligi oporteret αὐτό (τὸ ω̄). Etiam i sensum spectamus, vulgata praestat scriptura τὸ ω̄ σεμνύ-οντες; illud enim esset: *quam nunc* ο ἰ ω ν ι σ τ ι κ ή ν *littera* ω̄ *dicunt recentiores extollentes* (illud autem *littera* ω̄ iam atet in ipsa vocis οἰωνιστική et scriptura et pronunciatione; uocirca adiectio foret fere supervacanea); hoc autem est: *uam nunc* ο ἰ ω ν ι σ τ ι κ ή ν *suum* ω̄ *efferentes s. affectantes ecentiores vocitant*; in quo insignis est irrisio sophistarum, ui ad arbitrium nomina et deducentes et explicantes, si quid bstaret, id recentiore demum tempore invectum esse sumerent. Litteram videlicet ω̄ ignoravit Graecia antiquior. Cratyl. 420. B: τῷ γὰρ οὖ ἀντὶ τοῦ ὦ ἐχρώμεθα. Cf. *Muret.* Var. Lectt. XVIII, 1. et *Maittair.* ling. gr. dial. p. 230. ib. Sturz. Pro-xime NO et Mon. 407. σεμνύναντες, Γ δασύνοντες. Deinde Flor. i. καλοῦσι. — μ α ν τ ι κ ῆ ς ο ἰ ω ν ι σ τ ι κ ῆ ς] Illud est enim, ut *Cicero* de divinat II, 11. explicat, naturale divinandi genus, hoc artificiosum (illud divinum, hoc humanum). Addit: *artificiosum constare partim ex coniectura, partim ex obser-vatione diuturna, naturale, quod animus arriperet aut exci-*

peret extrinsecus ex divinitate, unde animos haustos aut acceptos aut libatos haberemus. Artificiosae divinationis illa fere genera ponebas, extispicum eorumque qui ex fulguribus ostentisque praedicerent, tum a u g u r u m *eorumque qui signis aut ominibus uterentur, omneque genus coniecturale in hoc fere genere ponebas.* Liber *Δ* habet μαντικὴν, N et Mon. 407. μαντικοί. Proxime H et Aristid. τό τε ἔργον τοῦ ἔργου, Σ ἔργον, Florentini et Mon. 407. ἔργον τ' ἔργου, quod Stallbaumius recepit. Ὄνομα vel λόγος et ἔργον vel πρᾶγμα modo componuntur, modo inter se opponuntur, vid. *Lennep.* ad Phalar. p. 229 sq. Lips. et *Boissonad.* ad Eunap. p. 420. 424. Deinde NO et Mon. 407. τόσον, Flor. i. et Mon. 407. γινομένης.

ἀ λ λ ὰ μ ὴ ν ν ό σ ω ν γ ε κλ.] Mon. 407. ἀλλὰ μή. Alterum divini furoris genus est scelerum expiatio sacrorumque mysticorum expiatio. Pro πόνων *Valckenarius* ad Eurip. Hippol. 141. legi iubebat ποινῶν. Commode vero excitavit *Heindorfius* Eurip. Orest. 275:

Αἰσχύνομαί σοι μεταδιδοὺς πόνων ἐμῶν,
ὄχλον τε παρέχων παρθένῳ ν ό σ ο ι ς ἐμαῖς.

Proxime ἃ δή *(quippe)*, quod Heindorfius mutatum volebat in ἅτε δή, libri omnes, etiam Aristides (T. II. p. 13.), tuentur. Legg. VI. 778. A: ἃ δὴ πρὸς δούλους φιλοῦσι πολλοὶ σφόδρα ἀνοήτως θρύπτοντες χαλεπώτερον ἀπεργάζεσθαι τὸν βίον ἐκείνοις τε ἄρχεσθαι καὶ ἑαυτοῖς ἄρχειν. ubi v. nostra p. 326. *Sophocl.* Ai. 1022: ἃ δὴ κακοῦργος — ἀνήρ. — π α λ α ι ῶ ν ἐ κ μ η ν ι μ ά τ ω ν] *Euripid.* Phoeniss. 948: παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων. *Iamblich.* de myst. III, 10. p. 71: λύσις παλαιῶν μηνιμάτων. Παλαιὰ μηνίματα sunt *irae deorum* caelestes antiquitus, h. e. *ob maiorum facinora*, conceptae; illa enim etiam in posteris puniri veteres credebant. V. *Valck.* ad Eurip. Hippol. p. 253. Π ο θ έ ν, alicunde, sic adiungitur verbis et particulis motum designantibus (ut ἐνθένδε ποθὲν 229. B. 270. A) praecipue praepositioni ἐκ, ut sit vernaculum *her (von — her)* vel etiam ex nostri sermonis usu redundet. Phileb. 16. C: θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους δόσις — ποθὲν ἐκ θεῶν ἐρρίφη. Polit. VIII. 544. D: ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι. 559. E: καὶ ἐὰν μέν γε — ἀντιβοηθήσῃ τις τῷ ἐν αὐτῷ ὀλιγαρχικῷ ξυμμαχίᾳ, ἤ ποθεν παρὰ τοῦ πατρὸς ἢ καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων. Infra 268. C: ἐκ βιβλίου ποθὲν ἀκούσας. Ceterum post v. ποθὲν interpungendum esse duxi, ut sequentia ἔν τισι τῶν γενῶν connecterentur cum part. ἐγγενομένη. Libri enim tam scripti quam editi dant ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων (*Δ* pr. Ξ Flor. g. h.

μηνυμάτων) ποθὲν ἔν τισι (Vind. ἔν τινι) τῶν γενῶν, ἡ μανία ἐγγενομένη; sed ποθὲν, ni fallor, verbis παλαιῶν ἐκ μημυμάτων subiici oportet, ut maximae aerumnae morbique hi significentur, qui ex ira caelesti propter maiorum facinora manaverint. Etiam praepositio ἐκ, cui respondet particula ποθὲν (v. supra posita) hoc efflagitat. Verba autem ἔν τισι τῶν γενῶν ut cum sequentibus iungantur, postulat fere participium ἐγγενομένη, quod alioquin non haberet quo referretur. Ἔν τισι τῶν γενῶν (ut τίνα θεῶν 236. D. τινὲς ἰατρῶν Tim. 83. B. alia innumerab. v. *Matth.* Gramm. gr. p. 628.) hoc videtur designare, familias certas (velût Eumolpidarum apud Athenienses, vid. *Taylor.* ad Aeschin. T. III. p. 406. Reisk. interpp. Hesych. s. v. Εὐμολπ. et *Wesseling.* ad Diodor. I, 13. p. 84.) sacerdotio praeditas et quasi sacras fuisse, et in his exstitisse qui praecipuam vaticinandi expiandique facultatem habuerint (ἔν τισι τῶν γενῶν ἡ μανία ἐγγενομένη). Vulgarem, quam vitiosam habeo, interpunctionem retinuerunt Bekker., Stallb. et Buttm. Ficinus v. ποθὲν cum seqq. ἔν τισι τῶν γενῶν ad part. ἐγγενομένη traxit vertens: *atqui adversus morbos et labores maximos, ob antiqua delicta quandoque divina indignatione mortalibus imminentes* (quibus amplificavit graeca: ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων), *gentibus quibusdam alicunde* (ποθὲν) *furor adveniens. Cornarius* vertit: *atqui et morborum et dolorum maximorum, propter peccata ex deorum ira in aliquibus factorum, depulsionem reperit insania, accedens ac praedicens ea quibus opus esset.* Quibus quidem expressit scripturam quam Eclog. III. p. 334. (p. 48. Fisch.) proposuit: ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων δι' ἁμαρτήματα ἐκ μηνιμάτων που θεῶν ἔν τισι γενομένων, (idem iam Canterus ap. Aristidem l. l. pro τῶν γενῶν reponi iusserat) ἡ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύουσα οἷς ἔδει, ἀπαλλαγὴν εὕρετο. Atque hanc recepit scripturam Stephanus, uno προφητεύσασα servato. Ac nescimus quidem, utrum Cornarius libros scriptos ante oculos habuerit, an, quod Buttmannus sumit, solo ingenio grassatus fuerit; hoc tamen liquet plura in hac scriptura inesse quae non statim videantur reiicienda esse. Inprimis arridet που θεῶν, quod si mutaveris in του θεῶν (παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων του θεῶν *veteres ob iras alicuius dei*) respondebit illi Euripideo παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων; deinde e γενομένων per compendium scripto facile nasci potuit γενῶν, et hoc recepto verba ἔν τισι praeponi potuerunt ut scriptura exsisteret ἔν τισι τῶν γενῶν. Pristina videlicet scriptura esse potuit: του θεῶν γενομένων (int. νόσων et πόνων), ἔν τισι ἡ μανία ἐγγενομένη; ex illis του θεῶν

Aa 2

proficisci potuit που θεῶν (in altera scriptura ποθέν, nisi malis, hoc servato, scribi ποθέν του θεῶν γενομένων), ex ultima vocis θεῶν syllaba et sequente participio γενομένων nasci potuit id quod scriptura vulgata habet τῶν γενῶν, et verbis ἔν τισι praepositis ἔν τισι τῶν γενῶν. Iam etsi ipse huic coniecturae non multum tribuo, quum dubitari possit an Cornarius in scriptura illa constituenda membranas sequutus fuerit, tamen praestare mihi videtur lectio μηνιμάτων του θεῶν γενομένων, ἔν τισι ἡ μανία ἐγγενομένη vulgatae scripturae μηνιμάτων ποθέν, ἔν τισι τῶν γενῶν ἡ μανία ἐγγενομένη; offensionis enim aliquid habet articulus τῶν, nisi illam quam suprà proposui amplecti velis explicationem, ut significentur *quidam ex familiis illis quae sacerdotio praeditae fuerint*. *Heindorfius* coniiciebat: ἅτε δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν ἔν τισι τῶν γενῶν γενομένων. Etiam minus mihi probatur quod *Buttmannus* annotavit: „Manifesta sunt poetae alicuius vestigia (?); et nisi ipsos versus, facili sane negotio, tentandos censes, Ἃ δὴ παλαιῶν ἔκ ποθεν μηνιμάτων Ἔν τισι γενῶν, qua ratione fortasse suppressionem quoque verbi in vocula ἐν non aegre feras, certe Euripidis versum Phoeniss. 941. Κάδμον παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων, in mente habuit Plato." — ἐγγενομένη] N et Mon. 407. ἐγγινομένη. Deinde NO et Monacc. προφητεύουσα, quod reponi iubebat Cornarius. Quae sequuntur verba οἷς ἔδει cave cum Schleiermachero connectas cum praegressis μανία ἐγγενομένη et προφητεύσασα (vertit enim: *Eben so hat auch von Krankheiten* und *den schwersten Plagen — ein Wahnsinn eingegeben* und *ausgesprochen denen er Noth war)*. Verba οἷς ἔδει, ut poni solent huiusmodi dictiones, ad sequentia referuntur et his suppleri oportet; προφητεύσασα οἷς ἔδει, int. ἀπαλλάττεσθαι: (ea indicans) quibus oportebat a malis illis liberari, h. e., indicans (vaticinans) ea quae adhibenda erant ut a malis morbisve liberarentur; et haec morborum calamitatumque remedia in seqq. dicuntur θεῶν εὐχαί τε καὶ λατρεῖαι. Scrib. in translatione pro *iis quibus opus erat*: ea quae adhiberi oportebat. Pro οἷς Σr dant ὡς. — εὕρετο] CDNO Flor. g. h. Vind. 4. 7. Monacc. et edd. vulg. Aristidis εὕρατο, quae aor. 1. forma Alexandrinis est relinquenda. Vid. quae collegerunt *Fischer*. ad Weller. II. p. 435. III, 1. p. 95. *Wolf*. ad Demosth. Lept. p. 216. *Sturz*. de dial. maced. p. 62. *Lobeck*. ad Phrynich. p. 139 sq. et *Matth*. Gramm. gr. p. 342. Lib. H εὕρεατο.

θεῶν] ΛΞG θεόν. — ὅθεν δή] Heindorfius: *ex deorum responsis*. Immo est: *unde*, h. e., *quibus* (precibus

:d deos missis et ministeriis) nacta est insania expiationes ac ustrationes. Polit. II. 364. E. ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς, μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει. Legg. V. 738. C: πείσαντες δὲ θυσίας τελεταῖς συμμίκτους κατεστήσαντο κτλ. *Τελεταί* in universum quoque licuntur consecrationes (vern. *Weihungen*), ut infra 249. C: τελέους ἀεὶ τελετὰς τελούμενος, τέλεος ὄντως μόνος γίγνεται. 250. B: ἐτελοῦντο τελετῶν ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην. 253. C: τελετὴ — οὕτω καλή τε καὶ εὐδαιμονικὴ cet. Cf. *Ruhnk.* ad Tim. p. 210. Koch. Praecipue hae rerum sacrarum appellationes (ut ἱερά, ut ὄργια, ut μυστήρια, al.) ad philosopham transferuntur contemplationem et perscrutationem. Vid. quae collegit *Wernsdorf.* ad Himer. p. 177 sq. In quo quidem usu, ut in sexcentis aliis rebus, posterioris scriptoribus aetatis Plato, philosophorum heros, praeivit, cuius divinum ingenium mirificus fuit religionis, philosophiae et poesis consensus. In Clark. Δ G T Aristid. et pr. Π deest part. δή. Proxime τε om. Δ. Florr. b. i. et Aristid. — ἐξάντη] ἔξω ἄτης s. βλάβης. *Hermias* p. 111: ἀντὶ τοῦ ὑγιῆ καὶ ἔξω ἄτης. τὸ δὲ ν ἔγκειται δι' εὐστομίαν. Vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 108. (92. Koch.) „Eundem Platonis locum laudant *Zenobius* III, 96. et *Suidas* in v. atque imitatur *Dio Chrysost.* Orat. IV. p. 73. D: ἢ ὡς εἰώθασιν ἔνιοι τῶν περὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰ καθάρσια, μῆνιν Ἑκάτης ἱλασκόμενοί τε καὶ ἐξάντη φάσκοντες ποιήσειν.“ — τὸν αὐτὴν ἔχοντα] αὐτήν, τὴν μανίαν. De hoc verbi ἔχειν usu vid. ad p. 238. A. Pro αὐτήν vero Clark. ΓΔΛΞΠBCDGNOTrb Flor. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. a. Monacc. et γρ. EF dant ἑαυτῆς, quod tot tantisque confirmatum testimoniis recte Bekkerus et Stallbaumius restituerunt; accedit quod forma quae dicitur reflexiva ἑαυτῆς rectius habet (refertur enim ad ἡ μανία, orationis subiectum), et genitivus, si sensum spectamus, magis commendatur; est enim genitivus qui dicitur partitionis: *eum qui ipsius* (furoris) *particeps est;* divinum eum furorem, si verum quaeris, nemo dici potest *habere* (ut totum quasi possideat), sed *particeps* tantum eius *esse.* Atque haec quoque prope singularium graeci sermonis est virtutum, quod totius et partis notiones solis casibus indicat; quocirca verba, quae accusativo solent iungi, cum genitivo componuntur, si de parte vel partibus rei agitur. Sic *Sophocl.* Oedip. Tyr. 701: καὶ μάθ' οὕνεκ' ἐστί σοι βρότειον οὐδὲν (i. q. βροτὸς οὐδεὶς) μαντικῆς ἔχον τέχνης. Plura alia collegit exempla *Mat-*

thiaeus Gramm. gr. p. 630 sq. — πρός τε] G πρός γε. — κατασχομένῳ] int. ἐκ θεῶν. Menon. 99. D: ἐπίπνους ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ. Ion. 534. E: κατεχόμενοι ἐξ ὅτου ἂν ἕκαστος κατέχηται. Cf. 536. B. C. 542. A. *Xenoph.* Conv. I, 10: πάντες μὲν οὖν οἱ ἐκ θεῶν του κατεχόμενοι ἀξιοθέατοι δοκοῦσιν εἶναι. Verbum κατέχεσθαι (germ. *besessen seyn*; ἔχειν, germ. *egen*, *eigen*, est enim *besitzen* s. *inne haben*; sed germanicum *besessen seyn* bonam amisit sententiam) in concitatione mentis s. instinctu divino afflatuque ponitur. Explicatur Ion. 536. A: ὁ δὲ ἐξ ἄλλης Μούσης ἐξήρτηται· ὀνομάζομεν δὲ αὐτὸ κατέχεται· τὸ δέ ἐστι παραπλήσιον· ἔχεται γάρ. Conv. 215. C: μόνα κατέχεσθαι ποιεῖ καὶ δηλοῖ τοὺς τῶν θεῶν τε καὶ τελετῶν δεομένους διὰ τὸ θεῖα εἶναι. ib. C. Ion. 533. E: ἔνθεοι ὄντες καὶ κατεχόμενοι. 534. A: κατεχόμενοι, ἔμφρονες δὲ οὖσαι, οὔ. Cf. *Cuper.* Observv. III, 12. *Perizon.* ad Aelian. V. H. XII, 64 *Bach.* ad Xenoph. l. l. p. 117. et *Iacobs.* ad Callistrat. p. 684 sq. De passiva medii κατασχομένῳ significatione vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 936. — Proxime Γ εὑρημένη, ΣC et corr. H εὑραμένη.

Τρίτη κτλ.] Tertium furoris genus est inflammatio animi poëtica. Hunc locum eleganter, ut solet, *Lambinus* ad Horat. T. I. p. 148. B., qui scriptoris fere classici instar habet, sic vertit: *Tertia autem mentis concitatio et insania, quae a Musis proficiscitur, nacta animum tenerum et recentem, nondumque ullo quasi fuco tinctum, eumque excitans et Bacchico quodam furore afficiens, cantibus et hymnis et cetera poësi innumerabilia antiquorum facta exornans, posteros instituit. Qui vero sine Musarum furore ad poëticas fores adierit, sibi persuadens, se arte bonum et probabilem poëtam evasurum, et is ipse et eius sapientis et sani scripta imperfecta ab operibus furentium obscurantur.* Ad Epist. ad Pison. p. 374. A. ita vertit: *qui autem sine Musarum furore ad fores poëticas accesserit, persuasum habens fore, ut arte idoneus poëta evadat, et ipse imperfectus erit, et eius poësis sani hominis ab insanis et furiosis statim obscurabitur.* Atque dignus est praeter ceteros qui apponatur *Agathiae*, Scriptoris elegantissimi, locus Hist. Praefat. p. 4. A. ed. Paris., Niebuhr. ed. p. 6: καὶ γὰρ δῆτα ἡ ποίησις ἱερόν τι χρῆμα καὶ θεσπέσιον. Ἐνθουσιῶσι γοῦν ἐν αὐτῇ αἱ ψυχαί, εἴποι ἂν ὁ σοφὸς ὁ Ἀρίστωνος, καὶ λίαν ὠδίνουσιν ἐπαφρόδιτα, ὅσαι δὴ ὡς ἀληθῶς μουσόληπτοι γίνονται καὶ τῇδε κάτοχοι τῇ βακχείᾳ. Cuius quidem me loci admonuit *Krabingerus* amicissimus. — Τ τρίτης; proxime N et Mon. 407. τε. — κατοχή] Sic Ald. Bas. I. Steph.

t Aristid. *Plutarch.* vit. Alexandr. T. I. p. 665. D: ἡ δὲ Ὀ-
λυμπίας, μᾶλλον ἑτέρων ζηλώσασα τὰς κατοχὰς καὶ τοὺς ἐν-
θουσιασμοὺς ἐξάγουσα βαρβαρικώτερον, ὄφεις — ἐφείλκετο
κτλ. Amat. T. II. p. 758. E: ἐνθουσιασμοῦ δὲ μαντικὸν ἐξ
Ἀπόλλωνος ἐπιπνοίας καὶ κατοχῆς. *Iustin. Mart.* Paraenes.
p. 36. *Iamblich.* de myster. III, 9. p. 70. al. Hinc κάτοχοι
dicuntur divino afflatu concitati s. mente permoti, ut *Cels.* ap.
Origen. VIII. p. 407. Plutarch. al. Bas. 2. autem cum ΞDFO
et corr. ΓΕ κατακωχή, quod exstat quoque ap. *Iamblich.* de
myster. III, 5. 11. *Procl.* in Polit. p. 365, 5. infr. 398, 26.
Theolog. I, 26. p. 63. *Damasc.* ap. Phot. p. 1035, 25. *Marin.*
vit. Procl. p. 27. Boisson. al. Libri N Vindd. α. 3. 7. et Mon.
407. κατακοχή, membranae vero ΔBCb pr. ΓΕ Florr. b. c.
g. i. et Vind. 1. dant, quod genuinum est, κατοκωχή (Clark.
κατοικωχή, ΔΠGT κατοικωχή), idque iure revocarunt Bekk.
Stallbaum. et Buttmann. Licet enim κατακωχή, ἀνακωχή, δια-
κωχή al. saepius libri exhibeant (vid. *Poppon.* Observ. critt. in
Thucyd. p. 134 sq. *Schneider.* Lex. v. παρακωχή), tamen,
cum hae voces a verbo ἔχω (ὦχα, ὄκωχα, unde κατοκωχή,
i. q. κατοχή) ductae sint, scripturam διὰ τοῦ ο (ut Gramma-
tici iam praeceperunt, *Ammon.* de differ. vocal. p. 16. Anecd.
gr. Bekk. p. 406. al. potiorem existimari oportet. Vid. *Val-
kenar.* ad Ammon. I, 5. p. 23 sq. et *Pierson.* ad Moer. Attic.
p. 221. Vid. tamen *Poppo* Prolegom. ad Thucyd. P. I. V. I.
p. 239 sq. Idem κατοκωχή restituerunt viri docti Ion. 536.
C., et reperitur ap. *Procl.* in Polit. p. 368, 17. 400, 14. 23.
401, 18. al. — ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχήν] animum
tenerum (s. flexibilem, ut facile divinum afflatum recipiat) et
integrum intactumque, quasi sacrum. Vox enim ἄβατον, quae
praecipue in rebus sacris ponitur, egregie ad animum translata
est. Critia 116. C: ἐν μέσῳ μὲν ἱερὸν ἅγιον αὐτόθι τῆς τε
Κλειτοῦς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος ἄβατον ἀφεῖτο. 113. D:
ὥστε ἄβατον ἀνθρώποις εἶναι. Lachet. 183. B: τοὺς δὲ ἐν
ὅπλοις μαχομένους ἐγὼ τούτους ὁρῶ τὴν μὲν Λακεδαίμονα
ἡγουμένους εἶναι ἄβατον ἱερὸν καὶ οὐδὲ ἄκρῳ ποδὶ ἐπιβαί-
νοντας. *Isocrat.* Helen. laudat. p. 217. Cor. ὅσοι δ' ἂν τὴν
αὐτῶν ὥραν διαφυλάξωσιν, ἄβατον ὥσπερ ἱερὸν ποιήσαν-
τες, τούτους — τιμῶμεν. — ἐκβακχεύουσα] Aristid. et
Vind. 4. ἐγείρουσα κἀναβακχεύουσα. Verba quae sequuntur
Ficinus sic vertit: *unde per cantus aliamque poesin infinita
antiquorum gesta exornans posteros instruit.* Sed rectius ver-
ba κατά τε ᾠδάς cet. coniunguntur cum participio ἐκβακχεύ-
ουσα, ut κατά sit *ad.* Politic. 284. B: ἐπειδὴ κατὰ τοῦτο διε-

φυγεν ἡμᾶς ὁ λόγος. Polit. III, 396. D: ὅταν δὲ γίγνηται κατά τινα ἑαυτοῦ ἀνάξιον. Cf. *Abresch.* Animadv. ad Aeschyl. T. I. p. 83 sq. *Fischer.* ad Weller. III, 2. p. 182. Sic etiam *Proclus* videtur locum accepisse in Polit. p. 365, 26: ὅταν τὴν ἀπὸ Μουσῶν κατοχὴν λαβοῦσαν ἁπαλὴν καὶ ἄβατον ψυχὴν ἀνεγείρειν καὶ ἐκβακχεύειν κατά τε ᾠδὰς καὶ τὴν ἄλλην ποίησιν. Similiter *Lucian.* Demosth. Laudat. §. 2: θείως γὰρ πως καὶ μαντικῶς εἰς τὴν ποίησιν ἐξεβακχεύθην. *Himer.* Eclog. X. p. 180: ἀναβακχεύων ἐπὶ μανίαν ἐρωτικήν. De verbis ἐκβακχεύειν, ἀναβακχεύειν al. vid. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 181. et *Creuzer.* ad Plotin. p. 219. — ἔργα] Σ ἔργων. Proxime N et Mon. 407. ἐπιγενομένους. Rhetor. quae fertur Dionys. Halic. p. 328. Schott. τοῦτο καὶ Πλάτων εἶπεν ὅτι ἡ ποιητικὴ μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα τοὺς ἐπιγινομένους παιδεύει. Ceterum exstingue quae dicuntur commata post μανία, ψυχὴν et ποίησιν, quippe quae divellant quae Graecorum sermo artificiosus participiorum ope arcte copulavit. Etenim cohaerent ἐγείρουσα ἁπ. ψυχὴν λαβοῦσα (i. q. ἣν ἔλαβε) et παιδεύει κοσμοῦσα (i. q. τῷ κοσμεῖν): ut voces primariae sint: μανία ἐγείρουσα παιδεύει, et secundariae λαβοῦσα, quod refertur ad ἐγείρουσα, et κοσμοῦσα, quod spectat ad παιδεύει. — ἄνευ μανίας Μουσῶν] Genitivus Μουσῶν obiective quod dicitur accipiendus est ut sit *furor a Musis proficiscens.* Sic Gorg. 472. A: ὧν οἱ τρίποδες οἱ ἐφεξῆς ἑστῶτές εἰσιν ἐν τῷ Διονυσίῳ (nos: *von denen* die Dreifüsse — *sind* — s. *herrühren*). Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 689. — ἐπὶ ποιητικὰς θύρας] *Proclus* in Polit. p. 364, 16. a fin. ὃς γὰρ ἄν, φησίν, ἄνευ μουσῶν λαλίας (corr. μανίας) ἐπὶ ποιητικῆς (sic) θύρας ἀφίκηται, καὶ αὐτὸς ἀτελὴς ἔστι ποιητικῆς (corr. ποιητής) καὶ ποίησις αὐτοῦ ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τοῦ σωφρονοῦντος ἠφανίσθη. Unde coniicere possis Proclum ποιητικῆς pro ποιητικάς legisse: *ad poëticae* vel *poësis fores;* neque tamen, quum plurima ibi vitiose scripta sint, certo aliquid inde iudicare licet. Accedit quod libri omnes de lectione vulgata ποιητικάς concinunt. Ceterum ἐπὶ θύρας ἰέναι, ἀφικνεῖσθαι al. praecipue est mendicantium vel pauperum, deinde in universum opem vel aliud quid petentium (ut *Xenoph.* Anab. I, 2. 11. II, 1. 8. Eryx. 398. E. al.), gratiam alicuius sequentium, salutantium et quae alia sunt generis eiusdem, ut fere sit id quod nos dicimus *einem hofieren* s. *den Hof machen, die Aufwartung machen.* Sic supra 233. E: ἐκεῖνοι γὰρ καὶ ἀγαπήσουσι καὶ ἀποκολουθήσουσι καὶ ἐπὶ τὰς θύρας ἥξουσι. Polit. II, 364. E: ἀγύρται τε καὶ μάντεις ἐπὶ πλουσίων θύρας ἰόντες. VI, 489. B: οὐδὲ τοὺς σοφοὺς

ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἰέναι. *Aristot.* Rhetor. II, 16: τοὺς γὰρ σοφοὺς ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις. Idem Simonidis affert *Stob.* Serm. LXXXIX. p. 504, 8: ὁρῶ μέντοι γε τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας φοιτῶντας. Cf. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XIV, 25. T. I. p. 660. et *Wernsdorf.* ad Himer. p. 866. Similitudinem viri docti ductam esse opinantur a more iannarum templorum adorandarum, vid. *Boissonad.* ad Eunap. T. I. p. 148. Ex his iam perspicitur, ἐπὶ τὰς ποιητικὰς θύρας ἰέναι s. ἀφικνεῖσθαι non simpliciter esse *ad poëticas fores accedere* (h. e. *ad poësin aggredi*, *poësin attingere*), sed contemptim h. l. poni in eo qui tamquam pauper (furoris videlicet inops) ad poësin aggreditur. Hinc egregie *Iuvenalis* VII, 60:

neque enim cantare sub antro
Pierio thyrsumve potest contingere *sana*
Paupertas.

Ante oculos locum nostrum habuerunt *Senec.* de tranquill. animi c. 15. §. 16: *Nam sive — Platoni* (credimus), *frustra poeticas fores compos sui pepulit. Lucian.* Demosth. Laudat. §. 5. T. II. p. 583. Schmied. κἂν εἰ πολλῆς δεῖ τῆς μανίας ἐπὶ τὰς ποιητικὰς ἰοῦσι θύρας. Cf. *Philo* Iud. T. III. p. 290. *Aristid.* Orat. Plat. I. p. 26. al. Quibus quidem locis lectio simul vulgata ποιητικάς confirmatur. Sententiam vero ipsam quam Plato profert, poesin ex afflatu quodam furoris suspensam esse, veteres Democrito attribuunt, cuius verba leguntur ap. *Clement. Alexandr.* Strom. VI. 698. B. (T. II. p. 827. Potter.): ποιητὴς δὲ ὅσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱεροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστίν. Cf. eiusdem iudic. de Homero ap. *Dion. Chrysost.* Orat. LIII. p. 553. A. *Cicero* de divinat. I, 37: *Negat enim sine furore Democritus quemquam poëtam magnum esse posse, quod idem dicit Plato.* De Orat. II, 46: *Saepe etiam audivi, poëtam bonum neminem (id quod a Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum exsistere posse et sine quodam afflatu quasi furoris.* Tusc. Disput. I, 26: *Mihi vero ne haec quidem notiora et illustriora carere vi divina videntur, ut ego aut poëtam grave plenumque carmen sine caelesti aliquo mentis instinctu putem fundere aut eloquentiam sine maiore quadam vi fluere* cet. *Horat.* Art. poët. 295:

Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit et excludit sanos Helicone poëtas
Democritus, bona pars non ungues ponere curat cett.

Cf. Ion. 534. B. Apolog. 22. B. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 18. *Davis.* ad Cicer. de divinat. l. l. et Tusc. Disputt. l. l.

Lambin. ad Horat. l. l. p. 374. A. B. et *Heusd.* Initia philosoph. Plat. I. p. 124 sq. In eadem exponenda sententia versatur *Lucian.* Iup. confut. §. 2. T. II. p. 97: οἱ ποιηταὶ δὲ ὁπόσα μὲν ἂν ἐκ τῶν Μουσῶν κατεχόμενοι ᾄδουσιν, ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν, ὁπόταν δὲ ἀφῶσιν αὐτοὺς αἱ θεαὶ καὶ καθ' αὑτοὺς ποιῶσι, τότε δὴ καὶ σφάλλονται καὶ ὑπεναντία τοῖς πρότερον διεξιᾶσιν. Ad eandem quae nunc agitur rem pertinet insignis ille *Dionis Chrysostomi* locus Orat. I. de regno p. 12. B: οἱ γὰρ ἀνθρώπων λόγοι καὶ τὰ πάντα σοφίσματα οὐδενὸς ἄξια πρὸς τὴν παρὰ τῶν θεῶν ἐπίπνοιαν καὶ φήμην. ὅσοι γάρ ποτε σοφοὶ καὶ ἀληθεῖς κατ' ἀνθρώπους λόγοι περὶ θεῶν τε καὶ τοῦ ξύμπαντος, οὐκ ἄνευ θείας ποτὲ βουλήσεως καὶ τύχης ἐν ψυχῇ ποτε ἀνθρώπων ἐγένοντο, ὥς ἐστι μαθεῖν διὰ τῶν πρώτων μαντικῶν τε καὶ θείων ἀνδρῶν. Cf. idem Orat. LIII. p. 554. D. Etenim quod in poesin cadit, idem in philosophiam omnesque vitae rationes cadat necesse est: nihil potest esse pulchrum, verum ac bonum nisi quod ex ipsa pulchritudine, veritate ac bonitate aptum est; haec est autem divinitas; quocirca bonus poëta, philosophus ac vir nemo est nisi qui divino afflatu concitatus vel δαιμόνιος est quem Graeci dixerunt (vid. Conviv. 203. A. et cf. supra quae exposui de Socratis δαιμονίῳ ad p. 242. B.). Atque huius quidem generis fuit ipsius Platonis philosophia, quae hoc spectabat ut pulchri (s. artis), veri (s. philosophiae) ac boni (s. virtutis) patrocinium susciperet et aequales, si fieri posset, ab impiis, falsis atque perniciosis sophistarum rhetorumque (ut Lysiae in hoc dialogo) et rationibus et orationibus avocaret. — ἱκανός] Sic Clark. ΓΣBCDFGHNOTrb, Flor. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. α. Monacc. Aristid. Stob. Eclog. Ethic. II, 5. p. 158. Paris. E. ἱκανῶς superscr. ὀς. Ἱκανός etiam *P. Victorius* adscripsit exemplari Aldino, quod locupletissima bibliotheca Monacensis mihi commodavit. Libri edd. ἱκανῶς. Ficinus: *arte quadam poetam se bonum evasurum.* Sententiam expressit *Plutarch.* de virt. moral. p. 452. B: οὐ γὰρ μόνον ἐν ποιήμασιν, ἦ φησιν ὁ Πλάτων, τὸν τεχνίτην καὶ διηκριβωμένον ὁ μουσόληπτος καὶ κατάσχετος ἀποδείκνυσι γελοῖον, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς μάχας τὸ παθητικὸν καὶ τὸ ἐνθουσιῶδες ἀνυπόστατόν ἐστι καὶ ἀήττητον. — ἀτελής] non solum est imperfectus (ut Protag. 314. C. al.), verum etiam inanis, irritus (Legg. XI. 954. E.), is qui non consequitur quod volebat. Sic infra 248. B: ἀτελεῖς τῆς τοῦ ὄντος θείας ἀπέρχονται. Conviv. 179. D: Ὀρφέα δὲ — ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἅιδου. Non satis recte vertit Schleiermacherus: *ein solcher ist selbst unungeweiht.* Quamquam existimare possis Platonem si-

mul ad τέλη et τελετάς respexisse. Flor. ϑ. ἰσόμενος ὑπὸ τῆς omissis quae interposita sunt. Proxime artic. τῆς abest a T.

μέν σοι] Clark. ΔΠDGNOT Flor. g. h. Vind. 4. 7. B a. et Monacc. μέντοι. — λέγειν] deest in H. Proxime μή om. N et Mon. 407., Flor. α. 7. φοβούμεϑα, et τι pro τις N cum Mon. 407. Proxime idem λόγοις. — δεδιττόμενος] H δεδιττόμενος superscr. ους, Stob. Eclogg. Phys. I, 12. δειδισκόμενος. Heindorfius annotavit: „Ficinus: *neve ulla nos ratio absterreat, ostendens* cet., ut, ni δεδιττόμενος hoc parum intellexit, aliud quid legerit in Platone. — Mihi quidem particip. hoc post ϑορυβείτω paullulum languet, vellemque hic positum verbum *ostendendi* et *probandi* potestate praeditum, quod responderet seqq. ἀλλὰ τόδε — δείξας." Neque tamen ullum scripturae discrepantis in libris reperitur vestigium; quocirca vide ne Plato de industria δεδιττόμενος pro verbo probandi posuerit ipsique sequenti δείξας opposuerit, ut perversam significaret Lysiae rationem, quippe qui non probasset argumentisque docuisset amorem esse insaniam et insaniam morbum vel malum, sed hoc tantummodo sumpsisset ut puerum *terreret* quominus amanti (quippe insanienti) gratificaretur. Δεδιττόμενος igitur ad sequens δείξας spectat, cui opponitur; eamque ob causam sequuntur verba ὡς — δεῖ προαιρεῖσϑαι, quasi praecesserit: οὐ δείξας ὡς — δεῖ προαιρεῖσϑαι, ἀλλὰ δεδιττόμενος (*nos terrens*, int. quominus amicum mente permotum sano praeferamus). Verba δεδιττόμενος ὡς — δεῖ προαιρεῖσϑαι e sequentt. quasi supplenda esse, perspicitur ex his ipsis: ἀλλὰ (quo sequens δείξας praecedenti δεδιττόμενος opponitur) τόδε πρὸς ἐκείνῳ (int. ὡς δεῖ — προαιρεῖσϑαι) δείξας: oratio ne terreto nos, sed probato primum, amicum sanum praeferendum esse mente permoto, deinde, amorem, quippe deorum donum atque munus, non bonum, sed perniciosum esse. Verbum δεδίττεσϑαι (δίω, δίττω, δεδίττω s. δεδίσσω, δειδίσσομαι et δειδίσκομαι, v. *Eustath.* ad Iliad. σ'. p. 1184, 46.) est Homericum (vid. Odyss. III, 41. Il. II. 190. IV, 184. XII, 52. XIII, 810. XV, 196. XVIII, 164. XX, 201. 432. al.), quod post Platonem posteriores frequentarunt, velut *Plutarch.* Quaest. Rom. 290. C. *Lucian.* bis accus. §. 7. T. II. p. 206. Saturn. §. 4. p. 514. Soloecist. 4. p. 625. *Synes.* de regn. p. 17. *Theodoret.* Orat. V. de provident. T. IV. p. 376. C. al. Cf. *Graev.* ad Lucian. T. IX. p. 467 sq. *Pierson.* ad Moer. Attic. p. 118 sq. *Valcken.* ad Thom. Mag. p. 155. et in Ruhnken. al. Epistol. ed. Tittm. Atque haud scio an Plato Phaedri ludendi causa Homerica illa Il. XX, 201. respexerit:

Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε, νηπύτιον ὥς,
Ἔλπεο δειδίξεσϑαι.

Oratio enim haec ad *puerum* quem Socrates cogitatione fingit (243. E.) est conversa. — *πρὸ τ. κεκινημένου*] *Κεκινημένοι* sunt, quos *Cicero* dicit (v. c. de divinat. I. 57.), mente permoti, sicut permotio mentis, de divinat. II, 3. Cf. I, 40: *mentis incitatione et permotione divina*. Vind. 4. *κεκινημένου* superscr. *μαινο*. — *πρὸς ἐκείνῳ*] pr. F *πρὸ*, E *πρὸ* superscr. *ὸς*. EF *ἐκείνου*, superscr. *ω*, N et Mon. 407. *ἐκεῖνον*. — *φερέσθω*] Ald. Bas. 1. 2. *φέρεσθαι*. Stephanus tacite reposuit *φερέσθω* (quod libri reliqui confirmant. Ficinus quoque: *victoriam reportet*) de Cornarii emendatione, v. Eclog. III. p. 48. In seqq. Flor. b. i. *ἐπ' ὠφελίᾳ*. Proxime *ὁ* om. Ф. et *τῷ* ante v. *ἐρωμένῳ*. — *δίδοται*] F *πέμπεται*.

ἡ δὲ δή] N *ἡ μὲν δή*. Mox de *δεινοῖς* et *σοφοῖς* inter se oppositis vid. ad Protag. 341. B. In seqq. Mon. 407. *σοφοῖς μέν*, superscr. *δέ*. — *φύσεως*] om. F.

P. 168. *ἀρχὴ δέ*] Part. *δέ* abest a Flor. g. — *Πᾶσα ψυχή*] Sic libri edd. *Hermog*. de form. orat. I. p. 74. et Paris. E. Clark. autem cum reliquis quos Bekkerus contulit libris (etiam Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. a. Mon. 407. et *Euseb.* contra Hierocl. p. 542. A. ed. Demonstr. Ev. Colon.) *ψυχὴ πᾶσα*, quod iure revocarunt Bekk. Stallb. et Buttm. De re, *Cicero* Tuscul. Disputt. I, 16: *sed, quod litteris exstet, Pherecydes Syrius primus dixit, animos esse hominum sempiternos — hanc opinionem discipulus eius Pythagoras maxime confirmavit. — Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse et didicisse Pythagorea omnia, primumque de animorum aeternitate non solum sensisse idem quod Pythagoram, sed rationem etiam attulisse*. Cf. *Clemens Alexandr.* Strom. VI. p. 629. T. II. p. 752. Potter. *Rittershus.* ad Porphyr. de vit. Pythag. p. 22 sq. *Holsten.* p. 24. et *Davis.* ad Cicer. Tusc. Disputt. I, 12. Vertit hunc locum *Cicero* Tusc. Disputt. I, 23. et de re publ. VI. (Somn. Scip. c. 8.) p. 504 sq. Moser. p. 492. V. IV. P. I. p. 492 sq. Orell. (vid. *Muret.* Var. Lectt. VIII, 3.) Cf. etiam *Lactant.* Divin. instit. VII, 8. §. 4. *Wyttenbach.* Disp. de plac. immort. an. p. XIX sq. et *Classic. Iournal.* XXI. p. 202 sq. Ratio autem animi aeternitatis quam Plato affert ex ipsius natura petita, h. e., vere philosopha est: animus sua ipse natura s. per se *est;* igitur aeternus est atque immortalis: siquidem quod in se consistit et suimet ipsius causa est, id nulla alia ex re pendet, h. e., neque ulla ex re alia nascitur neque ulla a re occidit. Atque hanc interiorem, a se ipsam proficiscentem nec aliunde pendentem, i. e., aeternam et im-

nortalem naturam vocat Plato ψυχήν, animum, cuius vita et notio est immortalitas. Hoc autem quod motu cietur interiore et suo, non pulsu agitatur externo, (h. e. quod vitae et agitationis causam in semet ipso habet), Graeci vocant τὸ αὐτὸ κινοῦν, motum intelligentes neque φορὰν s. τοπικὴν μετάβασιν (v. *Aristot.* Phys. VII, 2. *Sext. Empir.* Pyrrh. Hypot. III, 8. p. 64.), neque αὔξησιν καὶ φθίσιν et quae alia motus exterioris genera posuerunt veteres (vid. annot. ad Legg. p. 481.), sed meram quam dicimus agitationem. Voces igitur κινεῖν et κίνησις in animo positae eodem sensu intelligendae sunt quo nos usurpamus verbum *bewegen* (v. c. *dieses hat mich bewogen*, i. q. *bestimmt*; unde *Bewegungsgrund*, i. q. *Bestimmungsgrund* al.). Etenim κινεῖν ductum est a κίω, κιέω, Latinor. *cio*, *cieo*, quod in universum est i. q. agito, deinde etiam (ad res in spatio positas translatum) i. q. moveo. Quocirca voces κινεῖσθαι et κίνησις ipsam animi vitam, quippe quae agitatione et cogitatione contineatur, designant. Sic Tim. 40. A: κινήσεις δὲ δύο προςῆψεν ἑκάστῳ, τὴν μὲν ἐν ταὐτῷ κατὰ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ διανοουμένῳ. 34. A: κίνησιν — τῶν ἑπτὰ τὴν περὶ νοῦν καὶ φρόνησιν μάλιστα οὖσαν. Recte igitur *Athanas.* c. gent. c. 33. T. I. p. 26. A. Petav.: ἡ γὰρ κίνησις τῆς ψυχῆς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἡ ζωὴ αὐτῆς. Cf. Herm. p. 118, 5. Hinc: παῦλαν ἔχον κινήσεως παῦλαν ἔχει ζωῆς. Cf. *Origen.* de orat. §. 6. T. I. p. 206. ed. Par. *Macrob.* in Somn. Scip. II, 15. p. 179. Bip.: *Ita et quum animam per se moveri dicimus, non gemina consideratio sequitur moventis et moti, sed in ipso motu essentiam eius agnoscimus. — de eo autem quod ita per se movetur ut sit αὐτοκίνητον, quum moveri dicitur, quia ex se, non ex alio movetur, nulla potest suspicio passionis intelligi.* Cf. idem p. 184 sq. Ita perspicitur, a vero Platonis sensu quanto opere recentiores aberraverint, v. c. *Tennemannus* (Geschichte d. Philosoph. T. II. p. 458.) ita scribens: „*Spontaneität ist der wesentliche Charakter der Seele, und deswegen nennt sie Plato aus Mangel eines bessern Ausdrucks* (sic!) *sich selbst bewegendes Ding* (!). At vero Plato animi naturam melius designare non potuit quam vocibus τὸ αὐτὸ κινοῦν (h. e., *das sich selbst setzende und bestimmende*, quam recentiores dixerunt philosophi *das autonomische, die selbstthätige Causalität*). Ceterum dignus est qui cum nostro conferatur *Plotini* locus Ennead. IV, 7. 9. p. 463. A. Adde *Hermet.* in Stob. Eclog. Phys. I, 52. P. I. T. II. p. 806 sq. ed. Heer. *Iamblich.* in Eiusd. Eclog. Ethic. I, 8. P. II. p. 394 sq. *Procl.* in Tim. II. p. 72. et *Porphyr.*

de vit. Pythag. p. 26. ubi v. Holsten. — Proxime Mon. 407. τὸ δέ. Euseb. l. l. τὸ δ' ὑφ' ἑτέρου κινούμενον. — ἔχοι] Vind. 1. ἔχων. Deinde Herm. Schol. p. 118, 14. a f. (Cod. Mon. 407. p. 76. vers. 4. a fin.) et Schol. ad Aristoph. Nub. 95. p. 280. παῦλαν ἔχει καὶ ζωῆς. *Chalcidius* in Tim. (Hippolyt. ed. Fabric. T. II. p. 300.): *Pausam quoque vitae patiatur necesse est. Ficinus: cum terminum habeat motus, terminum habet et vitae.* Etiam ap. Cicer. Tuscul. Disp. I, 23. libri plures dant: *vivendi quoque finem habeat necesse est.* Neque tamen est quod desideremus particulam καί; immo rectius abest, ut κίνησις et ζωή in unam fere concludantur notionem *(cum motu vitam finit)*; quocirca sine interpunctione scriptum malim: παῦλαν ἔχον κινήσεως παῦλαν ἔχει ζωῆς. — μόνον δή] δέ pr. Ξ et Vind. 7. Proxime Ald. Bas. 1. 2. Clark. Florr. g. h. i. αὐτὸ pro αὑτό. Monacc. αὐτοκινοῦν. Vind. 4. τὸ αὐτὸ αὐτὸ κινοῦν. — οὐκ ἀπολεῖπον] Σt Vind. 1. 3. 6. οὐ καταλεῖπον. Mon. 407. οὐ κἀπολεῖπον ἑαυτόν. Proxime Vind. 4. ἀλλὰ καὶ ἄλλοις et pro κινεῖται *A* γίγνοιτο. — πηγὴ καὶ ἀρχή] Φ ἀρχὴ καὶ πηγή. Legg. X. 896. A: ἆρα ἔτι ποθοῦμεν μὴ ἱκανῶς δεδεῖχθαι ψυχὴν ταὐτὸν (fort. τοῦτο) ὂν καὶ τὴν πρώτην γένεσιν καὶ κίνησιν τῶν τε ὄντων καὶ γεγονότων καὶ ἐσομένων καὶ πάντων αὖ τῶν ἐναντίων τούτοις, ἐπειδή γε ἀνεφάνη μεταβολῆς τε καὶ κινήσεως ἁπάσης αἰτία ἅπασιν; ΚΛ. Οὐκ, ἀλλ' ἱκανώτατα δέδεικται ψυχὴ τῶν πάντων πρεσβυτάτη γενομένη τε (fort. τε καὶ) ἀρχὴ κινήσεως. Ut ἀρχή (vid. *Aristot.* Metaph. IV, 1. Cf. qui fusius de toto hoc genere disputavit *Rudolph.* ad Orell. Lucan. p. 241 sq.), sic πηγή in principio ponitur, vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 374.; quo quidem factum est ut ἀρχή et πηγή saepius coniungerentur, vid. *Creuzer.* ad Plotin. 58. A. p. 393. — Mon. 11. καὶ κινησέως.

ἀγένητον] Σ ἀγένητον, FGHNO pr. C. Flor. b. D Vindobb. 3. 6. α. et Mon. 407. ἀγέννητον. Mox pro μηδ' *A* μή. Mon. 407. μηδὲ ἐξ. Proxime ἐκ τοῦ. Ceterum respexit haec et praegressa *Procl.* Plat. Theol. V, 34. p. 315. VI, 1. p. 341. — οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο] Sensus esset: nam si principium ex aliqua re s. aliunde nasceretur, non e principio oriretur (siquidem illud, ex quo principium nasceretur, non posset ipsum esse principium, quippe quod ex illo demum orietur). Sic Hermias Schol. p. 122. med. εἰ γίνεται ἀρχή, ἐξ οὐκ ἀρχῆς ἂν γένοιτο διὰ τὸ αὐτὴν ὑποκεῖσθαι ἀρχὴν εἶναι. *Ficinus: nam si principium oriretur ex aliquo, ex principio utique non orietur.* Quod fere repugnat, quoniam

rincipium, quod nasci nequit, diceretur nasci: *οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο;* igitur nasceretur, licet non e principio gigneretur. Immo dicendum erat aut: *omnino non gigneretur* (quia quicquid gignitur non potest nisi e principio oriri) aut: *principium non esset.* Sensum videlicet hunc exspectabas: nam si principium (h. e., id e quo oriuntur omnia) aliunde gigneretur, non esset principium *(denn wenn der Ursprung aus etwas entstânde, so wâre er nicht Ursprung).* Et hoc expressit Cicero ll. ll. *neo enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Muretus* l. l. „videtur ergo (Cicero) apud Platonem legisset *εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἀρχὴ γένοιτο* (sic scrib. ed. Paris. 1586. Heindorfius et Stallbaumius Muretum tradunt coniecisse *γίγνοιτο*). quod mihi, ne quid dissimulem, verius videtur. Aristoteles quoque principiorum tres proprietates esse voluit: ut ne gigneretur ex aliis: ut ne ex se invicem: et ut ex ipsis cetera gignerentur." Similiter *Viger.* ad Euseb. Praep. Ev. XIII, 13. p. 681. D. not. p. 65. coniecit: *οὐκ ἂν ἀρχὴ γίγνοιτο*, addens vulgatam lectionem defendi posse. Atque hanc Mureti vel Vigeri coniecturam recepit Stallbaumius scribens *οὐκ ἂν ἀρχὴ γίγνοιτο*, quam se reperisse tradit in Vind. 4. Neque tamen commendatur illud *γίγνοιτο*, quod nihil aliud posset esse nisi: *non principium* (als Ursprung) *oriretur*. Heindorfius: „in quibus tamen scribere debebat Plato *εἴη*, non *γίγνοιτο*. Mihi reponendum videbatur *οὐκ ἂν πᾶν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο.*" Quod maximam partem sequutus Schleiermacherus vertit: *Denn wenn der Anfang aus etwas entstânde, so entstânde nichts mehr aus dem Anfang.* Idem vir ingeniosus not. p. 381. ed. alt. suspicatur post primum vel alterum *γίγνοιτο* excidere potuisse *τοῦτο*, ut locus verti possit: *denn wenn der Anfang aus etwas entstânde, so entstânde dieses nicht aus dem Anfange*; quod neutiquam mihi probatur, propterea quod *ἀρχὴ* sic obscuraretur quodammodo (subiectum enim esset *τοῦτο, ἐξ οὗ ἀρχὴ γίγνοιτο*); immo probare volt Plato principium non esse principium, si aliunde oriatur, id est, principium non posse aliunde gigni. Quocirca vitium videri possit in v. *ἐξ ἀρχῆς* latere, quod Muretus Cicerone duce *(neo enim esset id principium)* in *ἀρχή* mutatum voluit. Similiter Buttmannus coniecit: *οὐκ ἂν ἔτι ἀρχὴ γένοιτο*, quod Heindorfio verum videbatur; quamquam si *ἀρχή* omnino scribendum esset, equidem praeferrem quod ap. *Iamblichum* Introduct. in Nicomachi Arithmet. p. 111. Tennul. exstat: *διότι δὲ ἐξ ἀρχῆς οὐκ ἂν εἴη* (scribendum videtur: *διότι εἰ ἐξ ἀρχῆς εἴη*), *φησὶν ὁ Πλάτων, οὐκ ἂν ἔτι ἀρχὴ εἴη.* Sic Hipp. maior. 303. D: *εἰ γὰρ τούτων γ' ἐστὶ τὸ καλόν, οὐκ ἂν*

ἔτι εἴη τὸ δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἡδὺ καλόν. Similiter Timaeus qui fertur Locrensis ap. *Clement. Alex.* Strom. V. p. 604. T. II. p. 718. Pott. et *Theodoret.* Therap. II. p. 504. A: μία ἀρχὰ πάντων ἐστὶν ἀγέννητος· εἰ γὰρ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἦν ἔτι ἀρχά, ἀλλ' ἐκείνα ἐξ ἄς ἁ ἀρχὰ ἐγένετο. *Chalcid.* in Tim. p. 300. (ed. Hippol. Fabric. T. II.): *nam si ex aliquo, initium non erit initium.* Etiam *Wyttenbachius* Disput. p. XX. ed. Phaedon. Plat. ipsa re, ut videtur, impellente vertit: *principium quippe omnino non esset, si ipsum ex alia re natum esset.* Quos quidem locos si comparaveris cum Ciceronis interpretatione, fieri non poterit quin ἀρχή, non ἐξ ἀρχῆς (quod e praegresso ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν — γίγνεσθαι videtur manasse, ἐξ ἀρχῆς autem scripto sequens εἴη mutandum erat in γίγνοιτο) et εἴη, non γίγνοιτο (quod e vitiosa prioris γίγνοιτο repetitione proficisci potuit) pro genuinis habeas lectionibus; certe si scripseris: εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἀρχὴ vel ἔτι ἀρχὴ εἴη (h. e. desineret principium, i. e., hoc esse ex quo gignitur quicquid oritur, si aliunde gigneretur), neque ad orationem neque ad sensum quicquam erit quod desideraveris. Illud vero ἔτι in argumentatione hac breviter conclusa salvo sensu etiam omitti potuit. — ἀδιάφθορον] T et pr. ΓΔΠ ἀδιάφορον. Proxime E cum Ald. Bas. 1. et 2. ἀπολλομένης. Deinde Ξ γενήσοιτο. — τὸ αὑτὸ κινοῦν] Ald. Bas. 1. 2. τὸ αὑτὸ κ. Clark. τὸ αυτὸ αὑτὸ κ., et sic (τὸ αὐτὸ αὑτὸ κ.) reliqui Bekkeri libri (praeter ΔT et pr. Ξ), etiam Florr. a. b. c. h. i. ϑ. Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Stob. In Monacc. scribitur τὸ αὐτὸ αὐτοκινοῦν. Proxime part. δέ om. Δ. Ceterum vertit h. l. *Cicero* sic: *nam principium exstinctum nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit* (accuratius erat: *nec aliud quid ex illo nascetur*), *siquidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit ut motus principium ex eo sit quod ipsum a se movetur; id autem nec nasci potest nec mori.* Annotat *Muretus* l. l. „Cicero aliquanto liberius: *Ita fit ut* cet. Cicero: *id autem nec nasci potest nec mori;* legit igitur apud Platonem οὔτε γίγνεσθαι, οὔτ' ἀπόλλυσθαι. et sane is ordo melior et magis naturae consentaneus videtur.“ Bene Heindorfius subiicit: „unde tamen nihil existimem cum Mureto de Platonis scriptura. Nam quum hic in proxime praegressis (καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι· ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης) dixerit de *interitu*, de *ortu* paullo superius, bene τὸ ἀπόλλυσθαι anteposuit alteri.“ — ἤ] *aliter*, vid. ad Protag. p. 323. A. Sensus perspicuus est: Quod se ipsum movet s. principium movendi et aeternum et immortale est, h. e., neque oriri neque

terire potest; nam si oriretur, ante ortum non esset, et si teriret, post interitum non esset; ita autem nihil omnino set (rerum universitas corrueret nec haberet unde rursus moretur ac gigneretur), siquidem, quicquid est, id e principio iatur vel ortum sit necesse est.

γένεσιν] Hoc pro vulg. γῆν suppeditant Clark. ΓΔΛ E Π Σ B C D G N O T r b mg. F. Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vinbb. 1. 3. 4. 6. 7. Monacc. et Stob., idque etiam *P. Victous* exemplo Aldino adscripsit. Assentiuntur *Cicero* vertens: *el concidat omne caelum omnisque natura* (sic plurimi et ptimi libri pro eo quod in aliis reperitur *terra*, v. Orell. ad usc. Disp. p. 243. *Moser.* ad Libb. de rep. p. 507.) *consistat ecesse est, nec vim ullam nanciscatur, qua a primo* (vid.)rell. ad libb. de re publ. p. 452. not. 4.) *impulsa moveatur*, t Ficinus: *alioquin omne caelum omnisque generatio. Mureus* l. l. affert lectionem *et consistat*, quae in pluribus reperiur libris (v. Orell. p. 243. et 492.), eamque veram existimo; liter enim, contra Platonis mentem, *concidat* ad solum *caeum* et *consistat* tantum ad *natura* referretur, quum in graeco τυμπεσοῦσαν et στῆναι ad utrumque spectet. Addit elegantissimi vir iudicii: „Deinde quum Plato dicat πᾶσάν τε γῆν, non est, ut opinor, dubitandum quin apud Ciceronem legenlum sit non *omnisque natura*, sed *omnisque terra*.“ Quod onge secus est. Γένεσιν tuentur libri et plurimi et praestanissimi, et per se quoque magis commendatur quam γῆν, propterea quod γῆν iam in verbis πάντα οὐρανόν latet, (πᾶς enim οὐρανός est *rerum universitas* s. *universum*, ut Phileb. 30. B: ἐν ὅλῳ οὐρανῷ. Tim. 28. B. 31. A. B. 36. E. 48. E. 92. C. Legg. X. 905. E. 906. A. Epinom. 977. B. *Aristotel.* de cael. 1, 9. *Procl.* in Tim. II, 83. *Plin.* H. N. I. init.: *Mundum et hoc quod nomine alio caelum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur omnia.* Vid. *Menag.* ad Diogen. Laert. VII. §. 138.), γένεσιν vero novam adiungit notionem, rerum videlicet singularum (tamquam totius partium) quae perpetuo in ortu et mutatione versantur. — συμπεσοῦσαν] *collapsam*; συμπίπτειν enim dicuntur quae fracta compage ruunt (*Iuvenal.* VI, 618.) s. corruunt et concidunt. Sic Phaedon. 80. C: συμπεσὸν γὰρ τὸ σῶμα καὶ ταριχευθέν. Legg. VII. 793. C: οἷον τεκτόνων ἐν οἰκοδομήμασιν ἐρείσματα ἐκ μέσου ὑποῤῥέοντα συμπίπτειν εἰς ταὐτὸν ποιεῖ τὰ ξύμπαντα. — στῆναι] *consistere*, est i. q. desinere, cessare (germ. *still stehen, stehen bleiben*, h. e., aufhören). Sic Apolog. 28. B: οὐδὲν δὲ δεινὸν μὴ ἐν ἐμοὶ στῇ. Recte *Ficinus*: concidat desinatque necesse est, et *Wyttenbachius* p. XX: „hoc enim si

accideret, consequeretur ut caelum ac terra collaberentur et a motu cessarent, nec ulla ratione ad motum redigi possent." — μήποτε] Flor. ϑ. μήποτ'. N et Mon. 407. μήτε. Proxime F κινηϑέντος, Δ κινηϑέντος. Proxime post v. ἔχειν (Mon. 407.) in libris (etiam Mon. 407.) vitiose repetitur στῆναι (in Vind. α. deest, ita ut vacuum spatium relictum sit, etiam Cod. Stob. Eclog. Phys. I. om.). *Muretus*: „In verbis autem Platonis delendum videtur illud secundum στῆναι, quod neque Cicero agnoscit et sententia repudiat." Iure id recentiores omnes expulerunt. *Bouherius* Animadvv. ad Cicer. Tusc. p. 30. coniecerat ἔχειν σϑένος, ὅϑεν, quod recte Heindorfius et Stallbaumius repudiarunt. Ad v. στῆναι et ἔχειν e praegressis petendum est ἀνάγκη ἐστί vel tale quid; vid. quae disputavimus ad Protag. 323. A. — ἀϑανάτου δέ] Part. δέ om. Clark. ΔGT et pr. Π. Flor. ϑ. δή. Proxime N et Mon. 407. πεφαμένου. *Cicero* vertit: *Quum pateat igitur aeternum id esse quod se ipsum moveat* (de re publ. p. 493. Orell. *quod a se ipso moveatur*), *quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget?* Quod *Muretus* immerito vituperavit scribens: „cuius periodi posteriorem partem si Cicero ita legit ut hodie legitur (neque aliter legisse puto), nae ille mirificus in ea convertenda fuit. Hoc enim dicit Plato: si quis ita definiat animum ut dicat animum esse id quod se ipsum movet, eam definitionem numquam auctori suo incussuram pudorem. nam οὐσίαν et λόγον et paullo post φύσιν vocat id, quod Aristoteles τὸ τὶ ἦν εἶναι (scribendum: τὸ τί ἦν εἶναι, vid. Fr. Ad. *Trendelenburg*. Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristot. illustr. Lips. 1826. p. 40.). ea vero sententia quomodo e Ciceronis verbis efficiatur, deus aliquis viderit." Magis ad verbum locum expressit *Wyttenbachius* l. l. „Igitur quum appareat immortale esse illud quod se ipsum moveat, minime a vera ratione aberraverit qui hanc essentiam et naturam animae esse dixerit." Οὐσίαν et λόγον sunt: *naturam* et *vim* (nos dicimus: *Wesen* u. *Begriff*). Sic Legg. X. 895. E: Ὧι δὴ ψυχὴ τοὔνομα, τίς τούτου λόγος; ἔχομεν ἄλλον πλὴν τὸν νῦν δὴ ῥηϑέντα, τὴν δυναμένην αὐτὴν αὑτὴν κινεῖν κίνησιν; Λόγος est enim quo nomen definitur ac declaratur et quo rei differentia indicatur (vid. Theaet. 208. C. sq.) Sophist. 218. C. 221. A. Cf. Polit. 271. C. Polit. I. 343. A. Legg. X. 895. D. ter. E. 896. E. Euthyd. 285. 286. A. Epist. VII. 342. B. 343. A. 344. B. Cf. *Schneider*. ad Aristot. Polit. III, 2. p. 174 sq. et *Wyttenbach*. ad Phaedon. p. 198. et Plutarch. Defect. Orac. p. 422. B. — τοῦτον αὐτόν τις λ.] Sic

Clark. ΓΔΛΠΣBCEFGHrb Florr. a. b. c. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 6.; libri reliqui c. edd. τοῦτο αὐτό τις λ. (quod referretur ad praegress. τὸ ὑφ' ἑαυτοῦ κινούμενον); sed praestat τοῦτον αὐτόν cum v. λόγον coniunctum. In seqq. *Bouherius* l. l. coniecerat τίς λέγων οὖν αἰσχύνεῖται; „Nusquam ita οὖν positum reperitur." *Heindorfius.* Quod sequitur οὐκ αἰσχυνεῖται nimis extulerunt Muretus (v. supra) et Schleiermacherus: *so darf man sich auch nicht schämen (!);* immo simpliciter est *vereri*, h. e., *dubitare* (nostrum: *sich scheuen*, h. e., *Bedenken tragen, Anstand nehmen).* Phaedon. 85. D: οὐκ ἐπαισχυνθήσομαι ἐρέσθαι. Sophist. 247. B: αἰσχύνονται τὸ τολμᾶν μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὰ ὁμολογεῖν ἢ πάντ' εἶναι σώματα διισχυρίζεσθαι. Epist. VII. 324. E: Σωκράτην, ὃν ἐγὼ σχεδὸν οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην εἰπὼν δικαιότατον εἶναι τῶν τότε. Isocrat. π. τ. ζευγ. p. 354. Corai. αἰσχύνομαι λέγειν al. — πᾶν γὰρ σῶμα] NO et Monacc. πᾶν μὲν γὰρ σ. Proxime αὐτῷ ἐξ αὐτοῦ Clark. ΓΔΞΠBCDb Vind. 1. 3. 4. (NO Monacc. ἑαυτῷ ἐξ αὐτοῦ), idque Muretus iam reponi iusserat; αὐτὸ αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ (ed. Steph.), Vind. 7. αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ, Σr Vind. 6. αὐτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ, Ald. Bas. 1. 2. et Flor. b. αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ. Cod. r. ἑαυτοῦ. Verba ᾧ δὲ — ἔμψυχον desunt in Λ. Egregie haec vertit *Cicero* l. l. *Inanimum est enim omne quod pulsu agitatur externo, quod autem animal est, id motu cietur interiore et suo; nam haec est propria natura animi atque vis.* Ad quae annotat *Muretus:* „Invertisse videtur Cicero ordinem τῶν προτάσεων, id est, fecisse ἐξ ὑποκειμένου κατηγορούμενον καὶ ἀνάπαλιν." — τὸ αὐτὸ αὐτὸ κ.] Clark. Florr. a. b. c. g. h. i. α. al. τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κ. quod Bekk. et Stallb. receperunt; ΞC c. libb. edd. scribunt τὸ αὐτὸ αὐτὸ κ. Mon. 407. ἑαυτοκινοῦν.

ἀγένητον] ΔΣEFTr et Vindd. 3. 6. α. ἀγέννητον. 246 Cicero: *Quae si est una ex omnibus quae se ipsa semper moveat, neque nata certe est et aeterna est.* — περὶ μὲν τῆς ἀθανασίας] Verba μὲν ἐστὶ — διηγήσεως om. N et Mon. 407. — τῆς ἰδέας] de eius specie s. forma (*Gestalt*, ein *Wesen*, ut Schleiermacherus vertit). Sic infra 251. A: τινα σώματος ἰδέαν. Protag. 313. D: τὴν δ' οὖν ἰδέαν πάνυ καλός. Phaedon. 108. E: τὴν μέντοι ἰδέαν τῆς γῆς οἵαν πέπεισμαι εἶναι — οὐδέν με κωλύει λέγειν. 109. B: παντοδαπὰ καὶ τὰς ἰδέας καὶ τὰ μεγέθη. Parmen. 132. A: μία τις ὡς δοκεῖ ἰδέα ἡ αὐτὴ εἶναι ἐπὶ πάντα ἰδόντι, ὅθεν ἓν τὸ μέγα ἡγεῖ εἶναι. Polit. 291. B: ταχὺ δὲ μεταβάλλουσι τάς τε ἰδέας καὶ τὴν δύναμιν εἰς ἀλλήλους. Conv. 196. A: συμμέτρου δὲ καὶ ὑγρᾶς ἰδέας μέγα τεκμήριον ἡ εὐσχημοσύνη.

Aristoph. Nub. 289. *ἀθανάτως ἰδέας.* Plut. 559: *βελτίονας ἄνδρας καὶ τὴν γνώμην καὶ τὴν ἰδέαν.* al. Cf. *Alberti* Observv. ad Matth. XXVIII. p. 163. Addend. p. 405. interpp. ad Thom. Mag. p. 465. al. — In proximis Psellus p. 417. (Cod. Monac. XCVIII. v. infra ad p. 246. E.) *πάντη καὶ πάντως.* — *ᾧ δὲ ἔοικεν*] Flor. c. *ᾧ δή*, DN Flor. g. et Mon. 407. *ὡς δὲ.* Proxime GOTδ et Vind. 1. Mon. 407. et Psell. *λέγομεν.* In praegr. *τε* om. Psell. — *Ἐοικέτω*] Sic Γδ Cod. Stob. Psell. et γρ. ΞBCE Florr. a. b. c. g. h. i. Vindd. 1. 3. 6. 7. *α.*; eodem ducit lectio Clark. ΔG pr. Π. Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. *α.* Mon. 11. et Bas. 2. *ἔοικε τῷ δή.* Volgo *ἔοικε δὴ τῷ.* Nostrum locum respexit *Iamblich.* de myster. I, 3. p. 5: *ἐοικέτω δὴ οὖν τοῖς ἀϊδίοις τῶν θεῶν συνοπαδοῖς καὶ ἡ σύμφυτος αὐτῶν κατανόησις.* — *δὴ ξυμφ.*] Sic Γδ et Bas. 2., ENO Mon. 407. *δὴ τῷ*, ΔΞΣΦBCF Hr *δή τωι*, Ald. Bas. 1. *δὴ τῷ*, Cod. Mon. XCVIII. *ἔοικε δητῷ*, Steph. *δὴ τῇ.* Cum Bekkero, quem Stallbaumius quoque et Buttmannus sequuti sunt, dedi *ἐοικέτω δὴ ξυμφ.*, quod Ficinus confirmat vertens: *Similis esto* (sic: non *est*) *cognatae potentiae* cet. Proxime Psell. *καὶ ὑποπτέρου*, G *εὐποπτέρου* vel *ἀποπτέρου*, r *ὑποπτέρῳ.* Ceterum *Hierocles* ad Pythag. carm. aur. 69. p. 290. Paris. *καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁμοίως ψυχὴ λογικὴ μετὰ συμφυοῦς ἀθανάτου σώματος. καὶ τοῦτο τῶν Πυθαγορείων ἦν δόγμα, ὃ δὴ Πλάτων ὕστερον ἐξέφηνεν, ἀπεικάσας ξυμφύτῳ δυνάμει ὑποπτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου πᾶσαν θεῖάν τε καὶ ἀνθρωπίνην ψυχήν.* Cf. *Galen.* de Hippocr. et Plat. decret. VI. p. 298. Bas. Vox *ζεῦγος* iugum s. bigas (germ. *Gespann*) significat, ut Gorg. 516. E. Legg. X. 905. E. 906. E. Theag. 123. D. al. Cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 649. *Wesseling.* Observatt. I, 27. Ap. *Ciceron.* (v. Lactant. Instit. VI, 17. de re publ. p. 328. Moser.) *iuncto currui.* Animi naturam h. l. Plato ita adumbrat ut dubitare possis, iocansne an ita sentiens haec scripserit. Etenim more suo seria cum iocis copulat, et ioca non solum ad Phaedrum spectant ludendum (hinc Homeri parodia illa, quae dicitur, per totam fere hanc orationem pertinens), sed etiam ad oratores suae aetatis irridendos, inprimis Lysiam prosum et ieiunum, cuius orationi hanc opposuit poeticis luminibus tanto opere illustratam ut satietatem possit afferre ei qui, quorsum haec spectet ubertas, non intellexerit. Animus equorum alatorum et aurigae vis describitur concreta, qua quidem imagine et bipartita et tripartita eius natura adumbratur. Animus videlicet, qui se ipse movet (*τὸ αὐτὸ κινοῦν*) et movet et movetur, h. e., et ducit s. regit (haec eius pars est ratio, *λόγος* s. *τὸ λογιστι-*

κόν: *ὁ ἡνίοχος*, *ἡμῶν ὁ ἄρχων*, qui paullo post dicitur) et ducitur s. regitur (haec est pars rationis expers, *τὸ ἀλόγιστον* s. *ἐπιθυμητικόν*). Cf. Polit. IV. 439. D. X. 604. D. *Cicer.* Tusc. Disputt. II, 21: *Est enim animus in partes tributus duas, quarum altera rationis est particeps, altera expers. Quum igitur praecipitur ut nobismet ipsis imperemus, hoc praecipitur ut ratio coërceat temeritatem. — Haec ut imperet illi parti animi quae obedire debet, id videndum est viro.* Cf. IV, 5. ibi Davis. Animi autem pars rationis contraria quum duplex sit, ira et cupiditas (*τὸ θυμοειδὲς* et *τὸ ἐπιθυμητικόν*, v. Polit. IX. 580. D. sq. Cf. *Cic.* Tusc. Disputt. I, 10. Acad. II, 39. al.) triplicem Plato finxit animum, rationem (dominam omnium et reginam: *Cicer.* Tusc. Disp. II, 21. s. moderatricem omnium commotionum: V, 12.) et motus turbidos tum irae tum cupiditatis contrarios inimicosque rationi (*Cicer.* Tusc. Disp. IV, 5.). Cf. *Plutarch.* Quaest. Plat. p. 1008. C. sq. *Clem. Alex.* Strom. V, 8. p. 572. D. T. II. p. 678. Pott. *Procl.* in Tim. V. p. 326. in Polit. p. 399. *Davis.* ad Cic. Tusc. I, 10. II, 20. *Potter.* ad Clement. Alex. Strom. IV. p. 638. T. I. et *Creuzer.* ad Plotin. de pulcr. p. 159. Iam quemadmodum ratio, quae principatum obtinet, aurigae imagine adumbratur, sic partes illae duae rationi inimicae et contrariae, ira et cupiditas, iumenta describuntur quae ratio *ἡνίοχος* agit; et equorum quidem unus (*τὸ θυμοειδές* s. pars animosa) dicitur *καλός τε κἀγαθός*, alter vero (*τὸ ἐπιθυμητικόν*) contrarius. Haec autem currus et equorum quam Plato adhibuit imago sponte quasi sese offert; quocirca Orientales quoque frequenter ea usi reperiuntur. *Dio Chrysost.* Orat. XXXVI. p. 448. C: *ἕτερος δὲ μῦθος ἐν ἀποῤῥήτοις τελεταῖς ὑπὸ Μάγων ἀνδρῶν ᾄδεται θαυμαζόμενος, οἳ τὸν θεὸν τοῦτον ὑμνοῦσιν, ὡς τέλειόν τε καὶ πρῶτον ἡνίοχον τοῦ τελειοτάτου ἅρματος· τὸ γὰρ Ἡλίου ἅρμα νεώτερον φασιν εἶναι πρὸς ἐκεῖνο κρινόμενον, φανερὸν δὲ τοῖς πολλοῖς, ἅτε προδήλου γιγνομένης τῆς φορᾶς — τὸ δὲ ἰσχυρὸν καὶ τέλειον ἅρμα τοῦ Διὸς οὐδεὶς ὕμνησεν ἀξίως τῶν τῇδε, οὔτε Ὅμηρος οὔτε Ἡσίοδος, ἀλλὰ Ζωροάστρης καὶ Μάγων παῖδες ᾄδουσι, παρ' ἐκείνου μαθόντες.* Id. p. 449. B: *καὶ δὴ τῷ Διὶ τρέφουσιν ἅρμα Νησαίων ἵππων· οἱ δέ εἰσι κάλλιστοι — τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν· τῷ δέ γε Ἡλίῳ ἕνα ἵππον.* De equis alatis Zoroastris v. id. p. 449. D. Etiam Indi animum, corpus tamquam currum (*ὄχημα* Tim. 41. D. 44. E. 69. C. Cf. *Iamblich.* ap. Stob. Eclog. Phys. T. II. p. 884. *Hermes* ap. eund. p. 770. *Maxim. Tyr.* Diss. XLI, 5. p. 491. al.) regentem, cum auriga comparant, vid. Oupnekhat. T. I. p. 303. II. p.

χον. Cf. *Clemens Alex.* Strom. V, 8. p. 572. D. T. II. p. 678. Pott. *Galen.* de Hippocr. et Plat. plac. V. p. 291. T. 1. ed. Bas. Schol. ad Gregor. Nyssen. de resurr. T. II. p. 229. Anecd. gr. Wolf. Etiam *Guil. Budaeus* de studio litter. recte instituendo Opp. T. 1. p. 11. A: „E partibus animae bigas iunxit equinas, quarum alterum equum honestum esse dixit et bonum ex bonisque et honestis oriundum, alterum huic contrarium atque e contrariis ortum, his bigis iracundiam cupiditatemque significans, quibus aurigam etiam accommodavit, quam ratiocinandi vim nuncupat." — αὐτῷ] „Pro αὐτῷ hoc dubito an praestet αὐτῶν." *Heindorfius.* Hoc recepit Stallbaumius e Vind. 4., vereor ut recte, quum pronomen quoque αὐτός sic interponi soleat ut redundare videatur, saepenumero autem pronomine possit possessivo exprimi, ut h. l. *das eine seiner Pferde.* Sophist. 229. E: ὅταν αὐτοῖς (quod ad patres refertur) ἐξαμαρτάνωσί τι. Polit. I. 343. A: ὅς γε αὐτῇ (refertur ad τίτθῃ) οὐδὲ πρόβατα οὐδὲ ποιμένα γιγνώσκεις. Legg. VI. 767. D: ὃς ἂν — ἄριστός τε εἶναι δόξῃ καὶ ἄριστ' ἂν — τὰς δίκας τοῖς πολίταις αὐτῷ — φαίνηται διακρίνειν. al. Psell. (Cod. Mon. p. 417.) habet αὐτοῦ. — κἀγαθός] Sic Γ et Flor. ϑ., quod Bekk. et Stallb. reposuerunt pro vulg. καὶ ἀγαθός.

F. 170. ὁ δέ] τὸ Flor. a. c. i. ὁ δ'. Proxime post v. ἐναντίων partic. τε om. EF (non, ut Stallb. refert, Clark.; namque quod Gaisford. annotat „τε om.," id ad lin. 6., i. e. ad verba ϑνητόν τε spectat). — χαλεπὴ δή] H χαλὰ η, adscripto pro γρ χαλεπή. Part. δή om. *Λ*. Cod. Mon. 407. δὲ — Πῇ δή] Part. δή om. *Λ*, Flor. ϑ. πῶς δὴ οὖν. *Δ* ϑνητὸν οὖν. Flor. g. om. οὖν. Proxime part. τε abest a Clark. *Δ* G T et pr. *Π*. Sensus est: Quid sit causae cur, quum animus omnis immortalis sit, animalia mortalia et immortalia dicta fuerint, conemur exponere. Cf. *Hermet.* ap. Stob. Ecl. Phys. T. II. p. 798 sq. Heer. — ἡ ψυχὴ πᾶσα] Clark. Σ G T pr. *Π* πᾶσα ἡ ψυχή. D N O re *Π* Vindd. 4. 7. a. Florr. g. h. et Monacc. πᾶσα ψυχή. *Euseb.* Praep. Ev. XV, 9. p. 809. πᾶσα γὰρ ψυχή. Psell. ψυχὴ πᾶσα. Illud (πᾶσα ἡ ψυχή) Bekkerus et Stallbaumius receperunt. Equidem praetulerim πᾶσα ψυχή, *quisque animus* (vern. *alles was Seele heisst*): contra ἡ ψυχὴ πᾶσα vel πᾶσα ἡ ψυχή esset *totus* vel *universus animus*, ut ὁ βίος πᾶς, ὁ ἀριθμὸς πᾶς, τὸ στράτευμα πᾶν, al. Vid. *Stallbaum.* ad Phileb. p. 48. Sic in seqq. πάντα τὸν κόσμον. Proxime ad v. ἀψύχου Stephanus in mg. annotavit: „Ita et Fic. legit, non ἐμψύχου." *Heindorfius:* „Nihili est quod Steph. nescio unde profert ἐμψύχου." *Serranus* ti-

delicet spectavit Stephanus vertentem: *Omnis animus totius animati* (sic!) *curam habet.* Verba autem haec πᾶσα ψυχὴ — ἀψύχου saepius respexit *Plotin.* Ennead. III, 4. p. 283. C. IV, 3. p. 372. D. 376. F. G. Cf. *Attic.* ap. Euseb. Praep. Ev. XV, 9. p. 809. B. — πάντα τε οὐρανόν] Flor. i. δ' οὐρ. Mon. 407. δὲ οὐνόν Vind. 3. 4. οὔνον περιπ., Σr cum pr. Φ. et rc. Π ἄνθρωπον. Proxime rb et Florr. a. c. g. h. l. et Psell. fol. 417. vers. ἄλλοτ' ἐν ἄλλ., quod Stallbaumius recepit. Mon. 407. ἄλλοτε ἄλλοις. Psell. ἀλλ' ὅτ' ἐν. Mox pro μὲν NO Mon. 407. τε Part. οὖν om. ΔΛΠΣGNOTr et Florr. g. h. et Mon. 407. In Mon. 11. exstat τε μὲν. Quod sequitur ἐπτερωμένη non *alatum*, sed *pennatum* (vern. *befiedert*) designat animum. Infra 251. E: πᾶσα γὰρ ἦν τὸ πάλαι πτερωτή.

μετεωροπορεῖ] Sic Clark. ΓΔΛΞΠΣBCGHb Florr. c. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. Volgo (etiam Mon. 407.) μετεωροπολεῖ. F μετεωροπολεῖται, Tr μετεωροπορεῖται. — ἅπαντα] Clark. ΔΠDGNOT Florr. g. h. et Monacc. πάντα, quod Bekker., Stallb. et Buttm. rite receperunt. — διοικεῖ] *Stephanus* in marg. „Affertur alia lectio διήκει. at Fic. alteram sequitur." Quam lectionem ductam esse ex *Euseb.* Praep. Ev. XV, 12: τοῦ Πλάτωνος λέγοντος τὴν ψυχὴν διακοσμεῖν τὰ πάντα, διήκουσαν διὰ πάντων, suspicati sunt Heind. et Stallb. At vero lectionis illius fons est Serrani quam Stephanus more suo respexit interpretatio: *et per totum mundum pervadit.* Verbum διοικεῖν est *administrare, regere*, ut sexcentis locis exstat; inprimis vero huc pertinet Legg. X. 896. D: ψυχὴν δὴ διοικοῦσαν καὶ ἐνοικοῦσαν ἐν ἅπασι τοῖς πάντη κινουμένοις μῶν οὐ καὶ τὸν οὐρανὸν ἀνάγκη διοικεῖν φάναι; 905. E: ἄρχοντας μὲν ἀναγκαῖόν που γίγνεσθαι τούς γε διοικήσοντας τὸν ἅπαντα ἐντελεχῶς οὐρανόν. al. — ἡ δὲ πτερορρυήσασα φ.] Sensus est: is vero animus, qui pennas, h. e. vitae sublimioris divinique appetitionem, amisit, agitatur dum firmi quid ac solidi (terreni) apprehenderit; et quemadmodum animus perfectus atque pennatus in sublime fertur, universum gubernans caelum, sic animus pennis orbatus in rerum terrestrium orbem magis magisque delabitur, donec corpore induatur terreno. Cf. *Macrob.* in Somn. Scip. I, 11. p. 58. et c. 12. Verba πτερορρυεῖν (de quo vid. ad p. 246. A.), πτεροφυεῖν, πτεροῦσθαι et quae similia sunt post Platonem certatim frequentarunt posterioris scriptores aetatis, velut *Plotin.* Ennead. II, 9. p. 202. A. IV, 9. 472. D. *Lucian.* Icarom. §. 3. T. II. p. 178. *Plutarch.* Amat. p. 751. F. *The-*

λόγον. al. Sic *Cicero* de nat. Deor. II, 23: *Quae vero ut Epicurus monogrammos deos et nihil agentes commentus est.* Cf. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 18. Ipso igitur verbo πλάττομεν Plato significat reprobandam esse eorum et rationem et orationem qui deum sumant ἀθάνατόν τι ζῶον ἔχον, animo et corpore instructum, licet addant τὸν ἀεὶ δὲ χρόνον ταῦτα ξυμπεφυκότα. Hoc ipsum autem, θεὸς ζῶον ἀθάνατον, saepenumero posteriores usurparunt, ut *Origen.* Anecd. p. 73. Montf. Hexapl. Definition. auct. p. 411. A. al. Cf. *Procl.* in Tim. II. p. 82, 13. *Iamblich.* de myster. I, 17. p. 30. ... Gal. De re, *Arnob.* adv. gent. III. p. 65: *Si veram vultis sententiam audire, aut nullam habet deus formam, aut, si informatus est aliqua, ea quae sit profecto nescimus; neque enim, quod vidimus numquam, nescire ducimus turpe esse.* Etenim divinitas est ἡ ἀχρώματός τε καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἀναφὴς οὐσία ὄντως οὖσα (p. 247. C.), quam sola mente comprehendere, non sensu ullo percipere possumus. Quocirca ipsi repugnat rationi deum cogitare animal immortale, animam et corpus habens, licet aeternnm sumas esse; idque significatur verbis οὐδ' ἐξ ἑνὸς λόγου λελογισμένου, *neutiquam ex ratione conclusa s. conclusione* (nos: *keineswegs einem Vernunftschlusse zu Folge s. aus einem erwiesenen Grunde*). Etenim λογίζεσθαι, *computare, ratiocinari*, est etiam *concludere, colligere*, velut Gorg. 524. B: καὶ ἐκ τούτων τῶν λόγων τοιόνδε τι λογίζομαι ξυμβαίνειν. Theaet. 165. C: ἐξ οὖν τούτων λογίζου τί σοι ξυμβαίνει. Polit. I. 339. A: ὥςτε ξυμβαίνει τῷ ὀρθῶς λογιζομένῳ πανταχοῦ εἶναι τὸ αὐτὸ δίκαιον, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. Tim. 52. D: οὗτος μὲν οὖν ἐκ παρὰ τῆς ἐμῆς ψήφου λογισθεὶς ἐν κεφαλαίῳ δεδόσθω λόγος, ὄν τε καὶ χώραν καὶ γένεσιν εἶναι. — N cum Mon. 407. scribit οὐκ pro οὐδ', deinde ΞT λελογισμένον. Proxime ΞEF πλαττόμενον. Flor. c. πλαττομένου τοῦτο ἰδόντες, Clark. Flor. h. et Vindobb. 4. 7. α. οὔτ' εἰδότες; hoc posterius extat etiam in *ΔΠ*DGNOT Mon. 407. et corr. F. Mox Γ Flor. h. et Mon. 407. οὐθ' ἱκανῶς, quod recte mihi videntur Bekkerus et Stallbaumius recepisse. Proxime Clark. ἀθάνατον ζῶιον; illud τό pro τί reperitur etiam in *Δ*GT et pr. *Π*.

ἔχον δέ] G δὲ τὸ σῶμα. Deinde Mon. 407. τὸ αἰεὶ. — ταῦτα] om. *Δ*BCEF Florr. a. b. c. et pr. *Ξ*. Proxime pro δή *ΔΠ*GNOT Flor. g. Vind. 4. et Monacc. ἤδη. Imitatus est h. l. *Aristid.* Orat. in Aesculap. T. I. p. 37: ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὥς φησι Πλάτων, ὅπως αὐτοῖς τοῖς θεοῖς φίλον, οὕτως ἐχέτω καὶ λεγέσθω. Dictio τῷ θεῷ φίλον, *deo amicum est*, h. e., *placet*, qua Plato saepissime usus reperitur, ex Homero du-

a est Odyss. I, 82. Cf. *Muret.* Varr. Lectt. II, 12. *P. Victor.* ectt. Var. XIII, 2. *Lambin.* ad Horat. T. I. p. 125. et *Gak.* ad M. Antonin. IV, 31. p. 118. — In seqq. voc. τέ post ίτω abest a Σr et Vindd. 1. 4. 6. Proxime Mon. 407. λέγεθαι. Deinde δ' om. ΔE et pr. F. Ceterum verbum λαμβάιν, cui adiungi solent λόγῳ, λογισμῷ al. (vid. ad. Legg. p. 58.), solute quoque ponitur vi *percipiendi* vel *comprehendendi*, infra p. 265. E: ὥσπερ ἄρτι τὼ λόγω τὸ μὲν ἄφρον τῆς διαίας ἕν τι κοινῇ εἶδος ἐλαβέτην. Legg. III, 676. C: ταύτης περὶ λάβωμεν, εἰ δυναίμεθα, τῆς μεταβολῆς τὴν αἰτίαν. hileb. 18. A. 29. B. al. innumer. Cf. *Böckh.* in Min. p. 155. Mox Mon. 407. ἀπορεῖ. Deinde Δ δὴ pro δέ.

Πέφυκεν ἡ πτ. δύναμις] Heindorfius: „Mentis am dicit, non quamvis." De ipsa re exposuit *Plutarch.* Quaest. lat. p. 1004. D., ubi inter alia: ἀλλ' ἁπλῶς ἀκουστέον, ὅτι ῶν περὶ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς δυνάμεων πλειόνων οὐσῶν ἡ ιαλογιστικὴ καὶ διανοητικὴ μάλιστα τοῦ θείου κεκοινώνηκεν, ν τῶν θείων καὶ οὐρανίων ἔφησεν· ἣν οὐκ ἄπο τρόπου πτεὸν προσηγόρευσεν, ὡς τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν ταπεινῶν καὶ νητῶν ἀναφέρουσαν. *Gregor. Nazianz.* Oratt. XV. p. 234. : καὶ τὸ γεῶδες σκῆνος βρίθει τὸν νοῦν ἄνω φερόμενον ἢ νω φέρεσθαι δεδημιουργημένον· ἀλλ' εἰκὼν ἀνακαθαιρέτω ἣν ἰλὺν καὶ ἄνω τιθέτω τὴν ὁμόζυγα σάρκα τοῖς τοῦ λόγου τεροῖς κουφίζουσα. — *περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου*] ΔB lorr. b. i. τὸ θεῖον σῶμα, E et pr. F. τοῦ θείου σῶμα. Deide libri post v. τοῦ θείου addunt ψυχή, quod sensui adverari, quum nihil aliud possit subiectum quod dicitur esse nisi πτεροῦ δύναμις vel quod in eo latet τὸ πτερόν, ante oculos st positum. Quocirca recte Heindorfius exterminavit. Bekkeus et Stallbaumius v. ψυχή sepserunt. Accedit *Plutarchi* auctoritas Quaest. Plat. p. 1004. C. sic scribentis: Πῶς ποτὲ ν τῷ Φαίδρῳ λέγεται τὸ τὴν *τοῦ πτεροῦ φύσιν*, ὑφ' ς ἄνω τὸ ἐμβριθὲς ἀνάγεται, *κεκοινωνηκέναι μάλιτα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου*; Mira contra meιorat Schleiermacherus, pennas non ad corpus, sed ad aniιum pertinere, eamque ob causam verba τῶν περὶ τὸ σῶμα οῦ θείου non esse divellenda. Sumit igitur σῶμα τοῦ θείου sic!) et pro ψυχή legi iubet ψυχῇ, hoc scripturae monstrum ic vertens: *Auch theilt es vorzüglich der Seele mit von dem as des göttlichen Leibes ist.* Male videlicet accepit verba simlicissima τῶν περὶ τὸ σῶμα, quae non hoc valent: *eorum uae ad corpus pertinent*, *sed eorum quae corporea sunt*; onstat enim praepositionem περί cum casu quarto coniunctam iusmodi efficere circumloquutionem ut substantivum vel se-

Dio Chrysost. Orat. II. de regno p. 35. B. *Origen*. Philosoph. XIX. p. 117. *Athenag*. Legat. pro Christ. c. 23. p. 321. C. *Himer*. p. 738. *Procl*. Theol. Plat. IV, 4. p. 186. IV. 5. p. 188. al. Cf. *Toup*. ad Longin. XV, 4. p. 322. Weisk. *Arnobius* III. p. 69. (Hamb.): „*Nam quid de ipso dicemus Iove, quem solem esse dubitavere sapientes, agitantem pinnatos cursus, turba consequente divorum? Tertullian*. Apologet. c. 24. p. 24. A: *ut Plato Iovem magnum in caelo comitatum exercitu describit deorum pariter et daemonum*." — πτηνὸν ἅρμα] *Currus* est *alatus* (nostr. *Flügelwagen*), quales in vasis conspiciuntur graecis, v. *Böttig*. griech. Vasengem. T. I. P. II. p. 194 sq. Adde *Voss*. mythol. Brief. II. p. 194 sq. *Horatius* Od. I, 345: Namque Diespiter per purum tonantes Egit equos *volucremque currum*. (s. *Euripid*. ap. Strab. I, 58. ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων — ἥλιος ἀνίσχων. Argutatur *Plutarchus* Sympos. IX, 5. p. 740. B. Lampriam faciens dicentem: τοῦ τε γὰρ οὐρανοῦ τὴν νοητὴν φύσιν ἅρμα καλεῖν πτηνόν, τὴν ἐναρμόνιον τοῦ κόσμου περιφοράν. Similiter more suo nugatur Hermias p. 136, 8. Eundem hunc locum citat *Plutarch*. in lib. non posse suav. vivi sec. Epic. p. 1102. E: ἀλλὰ ὁ μὲν μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς κάτω πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῶν δὲ ἄλλων θεῶν ὁ μέν ἐστιν ἐπιδότης, ὁ δὲ μειλίχιος, ὁ δὲ ἀλεξίκακος· ὁ δὲ Ἀπόλλων κατεκρίθη θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν (v. Pindar. Fragm. p. 97. ed. Heyn.), ὡς ὁ Πίνδαρος πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων φησί, ubi verba πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων alieno posita esse loco patet, quod Heindorfius recte iam iudicavit. Quod quidem haud scio an grammaticus voce κάτω (ante v. πρῶτος πορεύεται) significare voluerit; hoc autem κάτω, indicans post v. Ζεὺς inserenda esse infra posita πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, e margine deinde in ipsam videtur Plutarchi orationem illatum esse. Quocirca deleto κάτω et transpositis verbis πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων scribendum esse censeo: ἀλλὰ ὁ μὲν μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων πρῶτος πορεύεται. Vocem ἡγεμὼν omisit *Plutarchus*, ut Vind. 4. *Lucian*. Piscat. 22. (T. I. p. 260.): ὁ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων. Bis accus. 33. (T. II. p. 226.), ἔνθα ὁ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων φέρεται. Sic iam *Sophocl*. Electr. 169: Ἔστι μέγας οὐρανῷ Ζεύς (quocirca deletam volebat vocem ἡγεμὼν *Groen*. v. *Prinster*. Prosopogr. p. 161.) *Eustath*. in Odyss. μ' p. 476, 2. et 495, 27. *Tzetz*. Epex. in Iliad. p. 53, 13. Herm. (ubi scribitur: ὁ μὲν δὴ μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἥλιος. Cf. p. 67, 20.) *Himer*. p. 884. *Macrob*. Saturn. I, 23. p. 319. *Eustath*. in Odyss. μ'. p. 476: ἄλλοι δὲ Δία μὲν νοοῦσι τὸν

ἥλιον, ἀκολούθως Πλάτωνι ὅς ἐν Φαίδρῳ φησίν· ὁ μὲν δὴ μέγας κτλ. Cf. *Columm.* ad Enn. p. 209. Ceterum libri omnes, etiam Codd. Monac. 407. et XCVIII. p. 416., qui continet Pselli ἐξήγησιν τῆς Πλατωνικῆς ἐν τῷ Φαίδρῳ διφρείας τῶν ψυχῶν καὶ στρατείας τῶν θεῶν (accedunt *Dionys.* Halic. de grav. Demosth. p. 167. *Athenag.* leg. pro Christ. c. 23. p. 121. C. ed. Iustin. et *Macrob.* Saturn. I, 23. p. 319. Bip.) praeter EF et edd. (cum Lucian. l. l.) ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα scribunt, quos sequuti sunt Bekk. Stallb. et Buttm. Pro πτηνὸν H dat πτηνῶν, superscripto όν. Respexit h. l. *Procl.* in Alcibiad. I. p. 149. ed. Creuz. — πρῶτος πορεύεται] *Plotin.*. Ennead. V, 8. p. 551. A: διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ζεύς, καίπερ πρεσβύτατος τῶν ἄλλων θεῶν ὧν αὐτὸς ἡγεῖται, πρῶτος πορεύεται ἐπὶ τὴν τούτου θέαν, οἱ δὲ ἕπονται θεοὶ ἄλλοι καὶ δαίμονες καὶ ψυχαί, αἳ ταῦτα ὁρᾶν δύνανται. Vocem πρῶτος om. N et Mon. 407. Proxime Procl. Theol. Plat. IV, 5. p. 188. ταῦτα pro πάντα. Deinde *Macrob.* l. l. κἀπιμελούμενος. — τῷ δ' ἕπεται] Laudat haec *Procl.* Theol. Plat. VI, 14. p. 397. et respicit p. 398 sq. Ap. *Macrob.* l. l. legitur τῷ δὲ ἕπεται. — στρατιὰ θεῶν] Quod respondet praegresso ἡγεμών; hic est enim proprie ὁ τάξεως στρατιωτικῆς ἡγούμενος, vid. *Ammon.* p. 28. et *Thom. Mag.* p. 147. Cf. Procl. in Polit. p. 375, 14. 396, 5. ubi στρατεία scribitur. Dignus est qui conferatur *Onatas* Pythag. in Stob. Eclog. Phys. T. I. p. 50 et 96 (Heer.): τοὶ δ' ἄλλοι θεοὶ ποτὶ τὸν πρᾶτον θεὸν καὶ νοατὸν οὕτως ἔχοντι, ὥςπερ χορευταὶ ποτὶ κορυφαῖον (cf. *Dio. Chrysostom.* Orat. XXXVI. p. 443. B. C.) καὶ στρατιῶται ποτὶ στραταγὸν — ἔχοντες φύσιν ἕπεσθαι καὶ ἐπακολουθεῖν τῷ καλῶς καθαγεομένῳ. Haec et plura alia quae sequuntur sine dubio ex antiquissimorum et populorum et sapientium ratione fluxerunt stellas eosdem cursus constantissime servantes vel cum *choro* comparandi (Tim. 40. C. *Lucianus* de saltat. 7. T. I. 549: ἡ γοῦν χορεία τῶν ἀστέρων καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἀπλανεῖς τῶν πλανητῶν συμπλοκὴ καὶ εὔρυθμος αὐτῶν κοινωνία καὶ εὔτακτος ἁρμονία τῆς πρωτογόνου ὀρχήσεως δείγματά ἐστι. Cf. *Iulian.* Orat. IV. p. 135. A. al. Vid. infra ad p. 347. A. collato *Wyttenbach.* ad Eunap. p. 118.) vel cum *exercitu ordinato*, velut *Ovid.* Metamorph. II, 114:

Diffugiunt stellae, quarum *agmina cogit*
Lucifer et caeli *statione* novissimus exit.

Cf. ibi interpp. Ceterum in his Plato Homerica ad suam accommodavit orationem. Sic enim Iliad. I, 493:

Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἴσαν θεοὶ αἰὲν ἐόντες
Πάντες ἅμα, Ζεὺς δ' ἦρχε.

et v. 423:

Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.

Legg. V. 730. A: *τῷ ξενίῳ ξυνεπόμενοι Διί.* Homerus poëta Iovem cum reliquis diis ad *epulas* facit proficiscentem, Plato philosophus ad rerum divinarum spectationes, quae animi sunt epulae (vid. infra p. 247. A.). Et quemadmodum fabula illa Homeri sine dubio ex astrologia mythica manavit (quod verba: *δωδεκάτῃ δέ τοι αὖτις ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε* videntur declarare), sic hoc quod apud Platonem dii *ἐν τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ τεταγμένοι* sunt, ex veteri fluxit astrologia, quam philosophi, praecipue Pythagorei, excoluerant. V. infra. — *θεῶν τε καὶ δαιμόνων*] Ap. Dionys. l. l. et Macrob. *θεῶν καὶ δαιμ.* Vind. 7. *θεῶν τε καὶ ἄνων*, superscr. a manu sec. *δαιμόνων*. De v. *δαιμόνων* *Heindorfius:* „illo *δαιμόνων* nomine dici h. l. liquet omnes omnino animos exceptis divinis, etiam humanos, antequam in hoc corpus descenderint." Cf. *Macrob.* p. 320. Proxime N et Mon. 407. *καὶ τὰ* pro *κατὰ*. Deinde ap. Macrob. exstat *δώδεκα* pro *ἕνδεκα* et *μέρη* om. pr. F. *Origen.* c. Cels. VIII, 4. T. I. p. 746. E. *μοίρας τεταγμένη.*

μένει γὰρ Ἑστία κτλ.] Verbum *μένει* om. N. et Mon. 407. Laudant h. l. *Synes.* Dion. p. 58. B. et *Macrob.* Saturn. I, 23. p. 319. ubi scrib. *μένει δέ* pro *μ. γάρ* (*Ficinus: Permanet autem Vesta).* Duodecim deos *μεγάλους* constat Athenienses coluisse (v. *Pausan.* Attic. 3. 40. et cf. *Arnaud.* de diis *παρέδροις* c. 6 sq.), quos ab Aegyptiis profectos esse tradit *Herodotus* II, 50. Duodecim autem dii *μεγάλοι* sine dubio ponebantur propter orbem signiferum in duodecim partes distributum (*ζωδιακόν*); accedebat quod dii ab Aegyptiis mensium praesides cogitabantur. Vid. *De Guignes* in Mémoir. de litterat. T. XLVII. p. 378 sq. *Iablonski* Opusc. T. I. et II. p. 274 sq. *Rhode:* über den Thierkreis al. Iam si dii cogitantur coelestia corpora, eorum dux, Iuppiter, est sol (*Cic.* Tusc. Disputt. I, 28: *eorumque omnium moderatorem et ducem solem.* De re publ. VI, 17. p. 488. Orell. *sol — dux et princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio — Hunc ut comites consequuntur Veneris alter, alter Mercurii cursus* cett. Cf. *Plin.* Hist. Nat. II, 6. supra laudatt. *Tzetz.* et Macrob. l. l. Iccirco solis caput duodecim radiis cinctum fingebatur, v. *Virg.* Aen. XII, 163. ib. interpp. et *Reiff.* ad Artemidor. IV, 49. p. 472 sq. Etiam Homericus *Ζεύς*, duodecimo die in Olympum

revertens, sine dubio fictus est ad imaginem vel fabulam ex astrologia ductam, ut sol, qui astrorum principatum obtinet, intelligendus sit annuam, ut veteres sumebant, conversionem per duodecim circuli illius qui zodiacus dicitur signa conficiens. Vid. *Macrob.* Saturn. I,23. Sic etiam intellexit locum scriptor incertus in Stobaei Eclog. Physic. I. p. 54: *τὴν μέντοι δωδεκάτην ἀκουστέον τῆς ἐπανόδου τῶν θεῶν, ὁπόταν ὑπερβάντες τὰ δώδεκα ζώδια ἐπὶ τῷ νότῳ γένωνται τοῦ οὐρανοῦ.* Cf. *Eustath.* ad Iliad. α'. p. 96. *Gatterer.* de Theogon. Aegypt. in Commentt. Soc. Gotting. 1785. V. VII. et *Heyn.* ad Homer. T. IV. p. 117 sq. Huius autem percursationis sola dicitur *Ἑστία* s. Vesta expers esse. Nimirum enim *Ἑστία*, Vesta (germ. *Veste, Feste*, v. *Wachter.* Glossar. germ. I. p. 527. II. p. 1783.) est terra (*ἕδος ἀσφαλές* ap. *Hesiod.* Theog. 117). *Ovid.* Fast. VI, 299:

Stat vi terra sua, vi stando *Vesta* vocatur.

Fast. VI, 267:

Vesta eadem est quae Terra: subest vigil ignis utrique.

Cf. *Dionys. H.* Antiqq. II. p. 376. Reisk. *Plutarch.* de primo frigido p. 954. F: *ὅθεν οὐ κατὰ χώραν μόνον ἐξ ἕδρας ἀκίνητον οὖσαν αὐτήν, ἀλλὰ καὶ κατ' οὐσίαν ἀμετάβλητον, ἔστιν ὅτε δὲ μένουσαν ἐν θεῶν οἴκῳ, κλίττα* (*Ἑστίαν?*) *προσηγόρευσαν οἱ παλαιοὶ διὰ τὴν στάσιν καὶ πῆξιν.* Cf. *Hemsterhus.* in Lennep. Etymol. p. 224. Etenim terra „*immobilis manens ima sede semper haeret, complexa medium mundi locum*" *Cicer.* de re publ. VI, 18. p. 489. Orell. Tim. Locrens. p. 97. D: *γᾶ δ' ἐν μέσῳ ἱδρομένα ἑστία θεῶν. Macrob.* Saturn. l. l. „quod autem addit *μένει δ' ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη* significat quia haec sola, quam terram esse accepimus, manet immobilis intra domum Deorum, id est, intra mundum, ut ait Euripides:

Καὶ γαῖα μῆτερ· ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
Βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι."

Idem in Somn. Scip. I, 19. p. 93. Bip. *mundanae autem sphaerae terra centrum est; ideo sola immobilis perseverat.* Cf. c. 22. p. 114. Quod confirmatur Ciceronis loco Tusc. Disputt. I, 17: *terram in medio mundo sitam ad universi caeli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant.* Cf. *Augustin.* de civit. dei, IV, 10. *Arnob.* adv. gent. III. p. 370. *Isidor.* Orig. VIII, 11. al. Vid. *Columna.* ad Ennium p. 209. *Ruhnken.* ad Tim. p. 69 sq. *Böckh.* de Plat. system. cael. glob. cet. p. VII sq. et Wyttenbach. ad Bakii Posidon. p. 61. Atque hanc Platonem quoque tenuisse sententiam e Phaedone 108. E. (*εἰ ἔστιν ἐν μέσῳ τῷ οὐρανῷ περι-*

φερῆς οὖσα), maxime vero e Timaeo intelligitur, ubi p. 40. C: *Γῆν δέ, τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἱλουμένην* (legendum sine dubio *ἰλλομένην*, vid. not. ad Conviv. vers. german. p. 339.) *δὲ περὶ τὸν διὰ πάντος πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην θεῶν ὅσοι ἐντὸς οὐρανοῦ γεγόνασι.* Atque haec antiquissima videtur sententia fuisse (vid. *Sturz* ad Pherecyd. p. 48 sq. ed. alt.), quamquam cl. *Ideler* (Museum der Alterthumswiss. T. II. P. III. p. 397.) Romanorum eam propriam fuisse existimat. Terra igitur prima et antiquissima deorum (*Hesiod.* Theog. 117.) non solum tamquam mater colebatur (τροφός in Tim. loc. l. Polit. III. 414. E: ἡ γῆ αὐτοὺς μήτηρ οὖσα ἀνῆκε. Legg. XII. 958. E: μήτηρ οὖσα ἡ γῆ. Cf. *Plutarch.* de facie in lunae orb. p. 937. E. *Elmenhorst.* ad Arnob. adv. gent. p. 58. *Classic. Iourn.* T. XIV. p. 123. et *Blomfield.* Glossar. in Aeschyl. Prom. 9. p. 107.), verum etiam omnium prima et sanctissima habebatur (hinc proverbium ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι, hinc prae omnibus diis Vestae primae sacra fiebant, Cratyl. 401. D. *Cic.* de nat. Deor. II, 27: *itaque in ea dea — omnis et precatio et sacrificatio extrema est.* ubi vid. interpp. p. 315. ed. Creuz.). Id autem quod medium (κέντρον) est, et infimum in rotundo et intimum est (v. *Cicer.* de nat. Deor. II, 33. 45. *Macrob.* I, 22. II, 4. al.). Hinc Vesta *rerum custos intimarum* dicitur Ciceroni de nat. Deor. II, 27. Iam quia media et intima aedium pars dicebatur focus, siquidem ignis ibi fovebatur s. servabatur (v. *Servius* ad Virgil. Aen. III, 134 et XII, 118.), Vesta etiam dicebatur focus. Similiter cognatae sunt voces germ. *Erde*, antiq. *Erda*, *Herda* vel *Hertha* (*Tacit.* de mor. Germ. c. 40: *Reudigni — in commune Hertham, id est, Terram matrem, colunt*) et *Herd*, angl. *hearth* (vid. Classic. Iourn. XV. p. 124 sq. Hic vero est Latinorum focus et, ut Latinorum focus, etiam domus privata). Cf. *Wachter.* Glossar. germ. I. p. 383 et 712. Hinc *Cicero* de nat. Deor. II, 27: *Nam Vestae nomen a Graecis est; ea est enim quae ab illis Ἑστία dicitur. Vis autem eius ad aras et focos pertinet.* De legg. II, 12: *Quumque Vesta, quasi focum urbis — complexa sit, ei colendae virgines praesint* cet. Focus vero (media vel intima aedium pars) quia locus est, ubi ignis fovetur s. servatur, factum videtur esse ut Vesta, focus (κέντρον) mundi, pro igne haberetur eoque qui dicitur centrali. Haec Pythagoreis tribuitur ratio (v. *Aristot.* de caelo II, 13. *Plutarch.* Num. 67. D. al.) sed posterioribus demum temporibus, quibus dici non potest quot commenta opinionum nata sint (vid. v. c.

quae disputaverunt de Vesta *Plotin.* IV, 4. p. 419. *Procl.* ad Tim. p. 280 sq. *Hermias* ad h. l. p. 134 sq. 136 sq. Cf. *Creuzer.* Symb. et Mythol. II. p. 421 sq.) a philosophis mihi videtur haec sententia manasse qui id egissent ut sapientium rationes suo quisque modo componerent. Sic, ut hoc unum afferam, diversa (h. e., Pythagorica et Platonica) mihi videntur commixta esse in fragmento illo quod Philolao tribuitur in Stob. Eclog. Phys. I. p. 488: *Φιλολάος πῦρ ἐν μέσῳ περὶ τὸ κέντρον, ὅπερ Ἑστίαν τοῦ παντὸς καλεῖ καὶ Διὸς οἶκον* (quae vide ne e nostro loco: *μένει γὰρ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη* profecta sint) *καὶ μητέρα θεῶν, βωμόν* (hoc esse potest Latinorum *ara et focus*) *τε καὶ συνοχὴν καὶ μέτρον φύσεως· καὶ πάλιν πῦρ ἕτερον ἀνωτάτω τὸ περιέχον — μεθ' ἃ σύμπαντα τὸ πῦρ ἑστίας ἐπὶ τὰ κέντρα τάξιν ἐπέχον.* De quo quidem loco plura disputavit cl. *Böckhius* in scriptione: *Philolaos des Pythagoreers Lehren* p. 94 sq. Idem vir acutissimus in Annal. litt. Heidelberg. a. 1808. Fasc. 1. p. 113. cum *Proclo* Theolog. VI, 21. p. 400. et *Chalcid.* ad Tim. p. 269. *Ἑστίαν* animam mundanam intelligit; quam quidem sententiam repetivit in Commentat. alt. de Platonico systemate coelest. globorum (Heidelberg. 1810.) p. XXIX., ubi scribit: „Prima occurrit deorum sedes, in qua sola Vesta remanet. Statim agnoscimus *Ἑστίαν* sive *Διὸς φυλακήν*, in medio mundo positam et abs terra diversam, quam igneam Philolaus dicit: *terra* enim *ipsa haec Vesta esse nequit,* quum dii omnes animaeque inde veniant, et eae, quae ipsius veritatis splendorem ferre nequeant, in terram alio plane loco collocatam, decidere ferantur.“ Quasi vero anima mundana deorum possit domus cogitari. Immo Terra, Vestae nomine insignita, non est hic noster inferior rerum terrestrium ac fragilium orbis, quem volgo terram vocamus, sed Terra mater *custos*que rerum (quocirca Vesta sola dicitur in deorum domo remanere tamquam *Διὸς φυλακή*, v. *Aristot.* de caelo II, 13.), cuius divinitas rerum terrestrium notionem tollit; est igitur quasi terra per se, vere caelestis illa (caeleste corpus quod dicimus) s. superior, cuius sedimentum quodammodo est haec nostra inferior. Phaedon. 108. B: *αὐτὴν δὲ τὴν γῆν καθαρὰν ἐν καθαρῷ κεῖσθαι τῷ οὐρανῷ, ἐν ᾧπερ ἐστὶ τὰ ἄστρα — οὗ δὴ ὑποστάθμην ταῦτα εἶναι καὶ ξυῤῥεῖν ἀεὶ εἰς τὰ κοῖλα τῆς γῆς.* Ubi vid. quae *Wyttenbach.* p. 301. collegit et cf. quae infra ad p. 247. B. ponemus. — *τῶν δὲ ἄλλων*] Dionys. *τῶν ἄλλων*, deinde *τῶν δώδεκα θεῶν ἀριθμῷ.* In seqq. v. *θεοὶ ἄρχοντες* om. Proclus Theolog. p. 397. et mox scr. *κατὰ τὴν τάξιν.* — *θεαί τε καὶ διέξοδοι*] V. *θέαι*

τε om. pr. Φ. Mox Dionys. ἔξοδοι pro διέξοδοι. Vox διέξοδος, percursatio s. cursus, eo aptior est, quod non solum in astrorum cursibus dicitur (Epinom. 977. B: ἀκολουθείτω δὲ — ὅπῃ ποικίλλων αὐτὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ στρέφων ἄστρα πάσας διεξόδους ὥρας τε καὶ τροφὴν πᾶσι παρέχεται. 986. E: ἡ τετάρτη δὲ φορὰ καὶ διέξοδος κτλ. al.), verum etiam in expeditione militari (ut Legg. VII. p. 813. E: γυμνάσια γὰρ τίθεμεν — καὶ διεξόδων τακτικῶν καὶ ἁπάσης πορείας στρατοπέδων κλ. Ibid. γυναῖκας δὲ διεξόδων καὶ τάξεων — ἡμμένας. Cf. *Viger.* ad Euseb. Praep. Ev. XIII, 19. p. 707. A. Not. p. 68.). Quocirca bene convenit cum praegresso στρατιᾷ. Respexit h. l. *Procl.* Theol. Plat. IV, 16. p. 208.

P. 172. αὐτῶν] Dionys. δι᾽ αὐτοῦ τὰ αὐτῶν. Praeterea αὐτῶν om. G. Deinde Mon. 407. Ald. Bas. 1. 2. τὸ αὐτοῦ. Proxime part. δέ abest a Mon. 407; et verba δὲ — ὅταν desunt in G. — ὁ ἀεὶ θέλων] Dionys. αἰεὶ (sic etiam Florr. g. h. et Vind. 6.) ὁ θέλων. Hoc θέλων etiam Ald. Bas. 1. 2. Steph. cum ΔΞDEGNO et Mon. 407. habent; recte contra Bekkerus, Stallb. et Buttm. e Clark. ceterisque Bekkeri libris (quibuscum faciunt Florr. a. c. et Vindd. 3. 6.) reposuerunt ἐθέλων; quam quidem verbi formam, si libri scripti praebeant, alteri (θέλειν) apud Platonem praeferendam esse cum viris doctissimis *Lobeck.* ad Phrynich. p. 7. et *Bremio* Observv. in Demosth. Philipp. p. 63. (Cf. *Krabinger.* ad Synes. de regno p. 172.) existimo. Ad δυνάμενος Heindorfius: „int. τῶν δαιμόνων, quorum nullus a diis spectaculo hoc intercluditur.“ — φθόνος — ἵσταται] Chorus divinus, quo aeterna rerum superarum atque caelestium concordia significatur (quocirca astra choros agitare dicuntur, v. *Euripid.* ap. Clement. Alex. Strom. V. p. 717. et *Euseb.* Praep. Ev. XIII. p. 681. B. *Tibull.* II, 1. 88. ubi vid. interpp. Vid. supra p. 246. E.) invidiam, discordiae causam, excludit; divinum est enim bonum ac pulchrum, cuius contraria sunt malum ac deforme (h. e., discrepans), vid. 246. D. E. Tim. 29. D: ἀγαθὸς ἦν (τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστάς), ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος. Frequenter autem posterioris scriptores aetatis hanc adhibuerunt sententiam, velut *Lucian.* Prometh. §. 18. T. 1. p. 74. ubi vid. interpp. T. 1. p. 472. Bip. *Plutarch.* Symp. V. p. 679. D. Non posse suav. vivi sec. Ep. 1102. D. *Maxim. Tyr.* Dissert. XLI, 3. ib. Davis. et Markl. p. 726. *Dio Chrysost.* Orat. XVII. p. 249. D. *Aristid.* Panegyr. Cyz. p. 245. *Zacharias* Scholast. p. 465. *Procl.* in Tim. II. p. 110, 26. al. Imitatus est *Eunapius* p. 31. ubi v. Boissonn. p. 236. et *Wyttenbach.* p. 102 sq. Bene annotat Hein-

lorfius Platonem videri vetus illud τὸ θεῖον πᾶν φθονερόν 'Herodot. I, 23.) respexisse, de quo vid. *Vales.* ad Ammian. Marcell. p. 58. *Wesseling.* ad Herod. l. l., *Spanhem.* ad Callim. in Apoll. 107. et *Böttigeri* Prolus. de Herod. hist. p. 7. Ceterum Clark. ΔΠΣDNOTrb Florr. g. h. Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. a. et Mon. 407. praestant θεῖον χόρου, quod, horum auctoritate librorum confirmatum, recte Bekk. Stallb. et Buttm. reduxerunt. — ὅταν δὲ δή] Particulam δή om. E. et pr. F. Proxime part. τε post v. δαῖτα om. Clark. ΔΠDGNOT et Flor. g. (accedit Mon. 407.), quos sequuti sunt Bekk. Stallb. et Buttm. *Proclus* autem Theol. Plat. IV, 16. p. 217. scribit πρὸς δαῖτά τε καὶ θοίνην, in Tim. I. p. 6, 31: ἐπὶ δαῖτά τε καὶ θοίνην, ὥς φησὶν ὁ ἐν τῷ Φαίδρῳ Σωκράτης. Sic etiam p. 17, 13. et Theol. Plat. IV, 7. p. 190. Quocirca malim τέ retentum, quum particulae τε καί ita nectant ut una efficiatur notio vel duae notiones in unam coalescant, quod praecipue in numeris usu venit, ut τρεῖς τε καὶ δέκα ap. *Pindar.* Ol. I. 127. Cf. Supplem. Diar. Ienens. 1818. Nr. 43. p. 339. *Hermann.* ad Sophocl. Electr. v. 873. et *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1276. Saepenumero τε καί exprimere possis Latina voce *simul*, velut Polit. I. 328. D: τοσοῦτον αὔξονται αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι τε καὶ ἡδοναί. 330. B: ὁ μὲν γὰρ πάππος τε καὶ ὁμώνυμος ἐμοί, al. innumerab., vel voce *sive* — *sive*, *perinde ut* (v. *Schäfer.* Apparat. ad Demosth. T. III. p. 402 sq.) al. Etenim δαῖς designat *dapes* in universum, θοίνη vero epulas lautiores vel festas: ut verba possis vertere *ad epulas lautissimas.* Cum eodem Proclo l. l. fortasse quispiam existimaverit alteram exstinguendam esse praepositionem ἐπί; at vero ἐπί, quod finem designat, data opera videtur positum esse, ut sit: ad dapes epulandi (s., ut Petronius loquitur, suaviter sibi faciendi) causa, ut infra 247. D: θεωροῦσα τἀληθῆ τρέφεται καὶ εὐπαθεῖ. Quo quidem Homeri (Iliad. I. 424: κατὰ δαῖτα) irrisio augetur, siquidem πρὸς δαῖτα effertur appositis ἐπὶ θοίνην. De translato vocc. θοίνη, ἑστιᾶσθαι al. usu exposuimus ad p. 227. B. Pertinent vero huc inprimis loci *Clement. Alexandr.* Paedag. II, 1. p. 166: ἐν οὐρανοῖς ἐστὶν αὕτη ἡ ἐπουράνιος εὐωχία. *Lactant.* de fals. relig. I, 1: *universos — ad caeleste pabulum convocamus; nullus enim suavior animo cibus est quam cognitio veritatis.*

ὑπὸ τὴν οὐράνιον ἁψῖδα] Locum hunc vario modo B tractaverunt viri docti, quorum longum est sententias percensere. Ipsa exploremus Platonica. Praepos. ὑπό praestant Clark. ΔΠΣDGNOTr Flor. h. Vind. 3. Monacc. et γρ. F. Libri reliqui cum edd. ἐπί; sed praestat ὑπό non solum, quia

ἐπί praecedit, sed quod ὑπό motum designat in editiorem locum, v. *Matth.* Gramm. gr. p. 1188. Deinde οὐράνιον (Ald. Bas. 1. 2. accentu vitioso οὐρανίον) libri edd. scribunt, cuius scripturae varietas est lectio οὐρανίαν in Flor. g. et F γρ., quam Stallbaumius recepit. Mihi praestare videtur οὐράνιον (quod etiam in Clark. scriptura ὑ π ο υ ρ ά ν ι ο ν latet). De adiectivo οὐράνιος tamquam communi usurpari solito vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 235. Pro οὐράνιον autem Clark. Δ G O T pr. Π Flor. h. Vind. 3. et Mon. 11. (in Herm. Schol. p. 137. Cod. habet ὑπερουράνιον. Σ Φ D N Mon. 407. et corr. Π ὑπουρανίαν, b ἐπουράνιον) scribunt ὑπουράνιον, idque tuetur *Proclus* Theol. IV, 4. p. 186. 188. bis. 16. p. 215. 217. IV, 7. p. 190: μετὰ δὲ τὸν ὑπερουράνιον (sic enim scribendum pro ὑπουράνιον) τόπον καὶ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἡ ὑπουράνιός ἐστιν ἁψίς, ἣν ὅτι μὲν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν δεῖ τάττειν, ἀλλ' οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ οὐρανῷ, παντὶ καταφανές· οὐ γὰρ οὐράνιος ἁψίς, ἀλλ' ὑπουράνιος παρὰ τοῦ Πλάτωνος προςείρηται. Ib. τότε δὴ πορεύονται πρὸς τὸ ἄναντες ἐπὶ τὴν ὑπουράνιον ἁψῖδα, καὶ δι' ἐ κ ε ί ν η ς ε ἰ ς τ ὴ ν ο ὐ ρ α ν ί α ν ἀ ν ά γ ο ν τ α ι π ε ρ ι φ ο ρ ά ν. Ib. IV, 9. p. 192: οὐ γὰρ οὐρανίαν αὐτήν, ἀλλ' ὑπουρανίαν προςείρηκεν αὐτός. Cf. IV, 16. p. 215. Et hanc probaverunt scripturam *Heindorfius* („est autem ἁψὶς haec *sub caelo*, ὑπουράνιος, intelligenda ex verbis mox seqq. ἡνίκα ἂν πρὸς ἄκρῳ γένωνται, ἔξω πορευθεῖσαι ἔστησαν ἐπὶ τῷ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ") et *Böckhius*, qui in Annal. Heidelberg. 1808. F. I. p. 114. et Comment. alt. de Plat. system. coelest. glob. p. XXVIII. sq. fornicem sub caelo intelligit (*ein unterhimmlisches Gewölbe*); p. XXX: „Inter terrenam regionem et infimum coeli orbem, lunae puta, fornix est cett. Assentitur cl. *Creuzer.* Symb. et Mythol. III. p. 449 sq. At vero quum dii *intra* ipsum caelum (ἐντὸς οὐρανοῦ, vid. proxime praegressa) versari variasque caeli regiones perlustrare fingantur, qui dici possunt *ascendere* in fornicem *sub caelo* positum vel caelo subiectum? Immo si in caelo iam versantur, dicendi sunt in summum *caeli* verticem vel fornicem ascendere, et dein in caeli dorso s. superficie stantes ea quae *supra caelum* sunt (h. e., vere divina, quae non sub adspectum cadunt, ut caelestia, v. c. astra, sed sola intelligentia et ratione comprehenduntur) spectare rebusque divinis (ipsa, h. e., absoluta veritate, ipsa iustitia cett., v. infra p. 247. D.) pasci. Dii igitur cogitandi sunt domo proficisci (haec ipsorum domus est caeli focus, h. e., Terra s. Vesta (πάντων ἕ δ ο ς ἀ σ φ α λ ὲ ς α ἰ ε ὶ Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου, *Hesiod.* Theog. 117., i. e., sedes deo-

rum *immobilis)*, h. e., non inferior nostra terra, sed superior s. vera (quippe corpus caeleste medioque in caelo situm), cuius cavum est ea quam nos dicimus terra (v. Phaedon. 109. C. sq.). E medio igitur infimoque caelo exeuntes varias caeli regiones perlustrant, et quum rebus divinis pasci volunt, in orbem caelestem extimum (s. in caeli fornicem ac verticem) ascendunt ibique (s. in caeli dorso) consistentes supercaelestia (s. vere divina) contemplantur. Unde patet rem ipsam postulare *οὐράνιον ἁψῖδα*, *caeli fornicem* s. *verticem* (*das Himmelsgewölbe)*, ut distinguatur caelum (h. e., mundus s. rerum universitas, v. Tim. 28. B. ubi οὐρανός, i. q. κόσμος, describitur ὁρατός, adspectabilis, ἁπτὸς et σῶμα ἔχων: igitur mundus superior s. caelum verum, supra id quod nos caelum vocamus elatum, v. Phaedon. p. 110. A.) a regione supercaelesti s. τόπῳ νοητῷ, in quo ipsa divina (intelligentia tantum comprehendenda) splendent. Heindorfium et Böckhium sequuti sunt Schleiermacherus (qui, quum ante vertisset *und in der höchsten Bahn* (?) *innerhalb des Himmels ganz steil hinauffahren*, in ed. II. hunc locum sic reddidit: *und gegen die äusserste unterhimmlische Wölbung schon ganz steil aufsteigen)* et Bekkerus qui ἄκραν ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον ἁψῖδα scripsit. Sed falsam esse hanc scripturam neque recte Proclum l. l. hunc locum intellexisse (vid. inprim. IV, 7. p. 190., quem locum supra posuimus, postquam in Additam. ad Commentar. in Plat. Phaedr. p. 656 sq. probare studueram, viri docti exstiterunt qui in eandem fere partem disputarent, *Schneiderus* de loc. nonn. Phaedri Plat. p. 11., *Stallbaumius* Var. Lectt. in Plat. T. XII. p. 405. et *Buttmann.* Epimetr. Annot. ad Phaedr. p. 383 sq. ed. Heindorf. alt. Etenim Procli auctoritati non solum res ipsa adversatur, verum etiam innumerabilium fere scriptorum obstant testimonia uno ore οὐράνιον vel οὐρανοῦ (non ὑπουράνιον) ἁψῖδα celebrantium. Sic *Origen.* adv. Cels. I, 20. T. I. p. 338. Paris. περὶ τῆς πιπτούσης ἀπὸ τῶν ἁψίδων τοῦ οὐρανοῦ ψυχῆς. III, 80. p. 500. A: ὅσον ἐπὶ σοί, ὦ οὗτος, κούφαις ὑπάγονται ἐλπίσι καὶ οἱ τὸν Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος παραδεξάμενοι περὶ ψυχῆς λόγον πεφυκυίας ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν ἁψῖδα τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἐν τῷ ὑπερουρανίῳ τόπῳ θεωρεῖν τὰ τῶν εὐδαιμόνων θεατῶν θεάματα. IV, 83. p. 565. F: ὅπερ κατάγοντός ἐστι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν ἁψίδων τοῦ οὐρανοῦ. VII, 44. p. 726. E: καὶ οὐδ' ἐπὶ τὴν ἁψῖδα ἵσταται τοῦ οὐρανοῦ. *Maxim. Tyr.* Diss. XVI, 9. p. 306: διορᾷ (ἡ ψυχὴ) καὶ λογίζεται τἀληθῆ αὐτά, θεοῖς καὶ θεῶν παισὶ συγγιγνομένη ὑπὲρ ἄκραν τὴν οὐρανοῦ ἁψῖδα. *Euseb.* Praep.

Ev. XIII, 16. p. 696. D: τὴν θείαν (ψυχὴν) — καὶ δι' ἀρετῆς μέγεθος τὰς οὐρανίας ὑπεραίρουσαν ἀψῖδας. *Ioa. Chrysost.* Orat. I. in laud. Paul. Apost. (Valcken. Opusc. philol. T. II. p. 204.): διόπερ ἀφέντες τὴν γῆν πρὸς τὰς τῶν οὐρανῶν ἀναβησόμεθα ἀψῖδας. Sic Οὐρανίην ἀψῖδα Epigr. DLXXV, 4. Anthol. gr. T. III. p. 236. *Heracl.* qui fertur *Pont.* de Allegor. Hom. p. 476. in Galii Opusc. mythol. *Iustin. Mart.* p. 187. *Iamblich.* de myster. I, 9. p. 15. *Euseb.* Hist. eccles. X, 4. p. 425. D. al. Hanc quoque ἄκραν οὐράνιον ἀψῖδα sine dubio Plato finxit ad Homericum illud (Iliad. I, 499. VIII, 3.): ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο. Etenim ἁψίς (ductum a v. ἅπτω: id quod nectit, etiam cingit; unde circuitus, orbis vel fornix. Cf. *Harduin.* ad Plin. H. N. II, 15. Et rectius, ni fallor, ἁψίς scribitur, vid. Lex. περὶ πνευμάτ. p. 213. Ammon. Valcken. et *Arcad.* p. 32, 27. 36, 16. 199, 8. est *vertex caeli*, ap. poëtas Latinos (v. c. *Virgil.* Aen. IV, 451. VI, 241. VII, 543. X, 251. al.) *supera convexa* et *caeli convexa*. *Eustath.* ad Iliad. V. p. 436. Bas.: ὅτι καὶ οὐρανοῦ ἄντυξ ὥςπερ καὶ ἀψὶς εὕρηται τροπικώτερον. Eadem usus imagine reperitur *Ennius* ap. *Varron.* de ling. lat. IV. p. 8. Bip. „Et Ennius idem ad cavationem: *Caeli ingentes fornices.*" Cf. *Cicer.* de Orat. III, 40. et *G. I. Voss.* Orat. Institut. IV, 7. p. 99 sq. Nostrum locum respexit *Lucian.* Bis accus. §. 33. — ἤδη] h. e., *iam non tam facilis ac lenis est profectio, sed difficilis propter acclivitatem.* Vox igitur ἤδη ad sensum plene declarandum fere necessaria est. Quocirca audiri non debent cl. *Schneiderus* in lib. *de locis nonn. Phaedri Plat.* p. 11. hoc ἤδη in ᾗ δὴ (per acclive, *qua* — incedunt) mutari iubens et *Stallbaumius* Var. Lectt. p. 405. annotans: „Quamquam hoc ἤδη habet quo defendi possit." Immo omni modo servari oportet. — τὰ μὲν θεῶν κλ.] re. Γ Flor. ♃. et Vind. 6. τὰ μὲν οὖν, quod Stallbaumius recepit, quum Heindorfius notasset „dure admodum adiuncta esse verba τὰ μὲν θεῶν κλ. absque iungendi particula." Attamen huiusmodi dissolutis Plato quoque utitur, vid. ad Protag. p. 49. Praeterea Heindorfius locum ita constitutum volebat: ὅταν — ἴωσιν, ἄκραν τε — πορεύωνται — ἤδη, τὰ μὲν θεῶν κτλ. Sed vid. quae ad seqq. disputabimus. Libri edd. plene distinguunt post v. ἤδη. Ceterum laudat h. l. *Nicephor.* Schol. in Synes. p. 377. B. — εὐήνια — πορεύεται] Hinc τὸ ζῷον (mundus divinus) εὐήνιον κινεῖται καὶ εὐάγωγον ap. *Philostrat.* vit. Apollon. Tyan. III, 34. p. 126. Ante oculos hunc locum habuit etiam *Iamblich.* ap. Stob. Eclog. Phys. T. II. p. 908: καὶ αἱ μὲν (ψυχαὶ) τῶν θεῶν, θεῖα σώματα νοῦν μιμούμενα, ἐπι-

στρέφουσι πρὸς τὴν ἑαυτῶν νοερὰν οὐσίαν, αἱ δὲ τῶν ἄλλων θείων γενῶν, ὡς ἕκασται ἐπάχθησαν, οὕτω κατευθύνουσιν ἑαυτῶν τὰ ὀχήματα. Vox εὐήνιος, quae proprie in equis ponitur qui se habenis facile regi patiuntur (v. c. Polit. V. 467. E: ἐφ' ἵππων — ὅτι πρᾳοτάτων καὶ εὐηνιωτάτων), transfertur deinde ad omnia quae facile reguntur vel ducuntur, quae parent, mansueta se praebent et quae alia sunt generis eiusdem; quod quidem satis illustraverunt viri docti in Misc. Observv. V. VII. T. II. p. 304. *Ruhnken.* ad Tim. p. 125. (105. Koch.) et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 560 sq. Ceterum εὐήνιον ἅρμα iam *Empedocles* usurpavit v. 343. p. 528. Sturz. — τὰ δὲ ἄλλα μόγις] Sic libri scripti omnes, quum discesseris a Parisinis E et F, qui cum libris editis dant πορεύονται μόγις. *Stephanus* in marg. „Abest verb. πορεύονται a quibusdam exempl., quae sequi malim, quum πορεύεται ex praecedent. possit repeti.“ Ficinum videtur respexisse quippe vertentem: *aliorum vero vix. Heindorfius:* „Igitur eieci, praesertim quum pluralis ad τὰ ἄλλα positus h. l. parum placeat. Nam alias eiusmodi exempla in Platone quoque satis multa sunt.“ Atque huic iure obtemperaverunt Bekkerus et Stallbaumius. Omnino autem turbas videtur effecisse v. πορεύεται vel πορεύονται. Etenim in praegressis vide ne πορεύονται margini adscriptum fuerit a librariis qui verborum structuram non intellexissent quum falso interpunctum esset post v. ἴωσιν; et hoc πορεύονται alius omissum esse arbitratus in hac orationis parte τὰ δὲ ἄλλα μόγις infercire potuit. Oratio videlicet, ni fallor, restituitur si verbo πορεύονται exterminato et interpunctione emendata scribimus: Ὅταν δὲ δὴ πρὸς δαῖτά τε καὶ ἐπὶ θοίνην ἴωσιν ἄκραν ὑπὸ τὴν οὐράνιον ἁψῖδα πρὸς ἄναντες ἤδη, τὰ μὲν θεῶν ὀχήματα ἰσοῤῥόπως εὐήνια ὄντα ῥᾳδίως πορεύεται, τὰ δὲ ἄλλα μόγις. Sensus est: Quando igitur ad pastum s. ad rerum divinarum adspectum proficiscuntur, ad extimum caeli verticem ardua iam via ascendentes, deorum quidem currus — nullo negotio feruntur, reliqui vero difficulter. Verbo ἴωσιν ita adiuncta essent haec quae sequuntur ἄκραν ὑπὸ τὴν οὐράνιον ἁψῖδα πρὸς ἄναντες ἤδη explicationis causa, quippe quibus profectionis huius arduae causa contineretur: ut quae extra vel supra caelum sunt, spectent; praecipue quae adiuncta sunt πρὸς ἄναντες ἤδη explicarent praegressa simulque praepararent sequentia: hanc enim ipsam ob causam quod ardua est profectio reliquorum currus difficulter feruntur. Hoc ni volueris sequente πορεύεται deleto, quippe e praegresso πορεύονται nato, facile scribi quoque possit: Ὅταν — ἐπὶ θοίνην ἴωσιν, ἄκραν ὑπὸ τ. οὐρ. ἁψῖδα πορεύονται πρὸς ἄναντες

ἤδη, τὰ μὲν θεῶν ὀχήματα — ῥᾳδίως, τὰ δὲ ἄλλα μόγις. Prius tamen praetulerim. — τῆς κάκης] Clark. κακῆς Δ Flor. b. i. g. τῆς κακίας, T τοῖς κακοῖς. Vocem κάκη, i. q. κακία, Plato quoque frequenter usurpat, vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 152. (127 sq. Koch.) nostra ad Legg. 255. et *Creuzer.* ad Plotin. p. 279. Equus vero τῆς κάκης μετέχων est cupiditas quae animum gravat et *affigit humo divinae particulam aurae* (*Horat.* Satir. II, 7. 79.) Quae quidem causa sumitur esse animorum in terram labentium, vid. *Philo* de Gigant. p. 285 E. *Plutarch.* de Ser. Num. Vind. p. 97. ib. Wyttenbach. p. 126. *Clem. Alex.* Strom. III. p. 466. A. *Themist.* Oratt. XX. p. 234. B. *Synes.* de Insomn. p. 140. C. *Macrob.* in Somn. Scip. I, 12. al. Dignus inprimis est qui conferatur locus Phaedon. 81. C: ἐμβριθὲς δέ γε — τοῦτο (τὸ σωματοειδὲς) χρὴ εἶναι καὶ βαρὺ καὶ γεῶδες καὶ ὁρατόν, ὃ δὴ καὶ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεταί τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον. Ad quem loc. laudavit *Fischerus* p. 340. Sap. Sal. 9, 15: φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχήν· καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφροντίδα, et *Matth.* ad Isocr. Ep. I. p. 68 sq. Βρίθειν praecipue ponitur in rebus terrestribus animum deorsum trahentibus. Vid. *Procl.* Theol. Plat. I, 21. p. 55. *Iambl.* de myster. II, 7. V, 11. al. Cf. *Ruhnken.* ad Tim. p. 152. Permultos vero hic locus nactus est imitatores, vid. *Wyttenbach.* Ep. crit. p. 265. Lips. et *Ruhnk.* l. l. Adde *Eunap.* p. 117. Boisson. — ἐπὶ τὴν γῆν] Sic libri Bekkeri et Stallbaumi (accedunt Monacc.), etiam Ald. Bas. 1. et 2. Quocirca art. τὴν in exemplo Stephaniano, ad quod Lugdun. Bip. et cett. expressa sunt, per operarum tantum errorem videtur intercidisse. — ῥέπων] ΔBCEH et pr. ΞF ῥέπον. — ὅταν μὴ] Libri omnes Bekkeri et Stallbaumi dant ᾧ μή, accedunt Mon. 407. Bas. 2., ubi scribitur ὥ μὴ, et Niceph. l. l. Solus Ξ cum Ald. Bas. 1. Stephan. al. ἢν μή. *Hierocl.* in aur. carm. p. 185. ὅτε μὴ καλῶς εἴη τεθραμμένος τῶν ἡνιόχων, unde quod finximus ὅταν reiiciendum est, quum nullo in libro huius scripturae vestigium deprehendatur. Servandum est id in quo libri fere omnes consentiunt ᾧ μή; neque particula ἂν interposita opus erit (hanc enim nulla nixi auctoritate inferserunt Heindorfius et Stallbaumius), si pro ᾖ, quod retinentur libri, cum libris Pariss. NO et Monacc. scripseris ἦν, quod imperfectum refertur ad praeteritum τεθραμμένος, quippe quod actionem designet antecedentem. Etenim quae sequitur praepositio ὑπὸ recto abest ab omnibus Bekkeri et Stallbaumi libris (etiam a Monacc.). Hanc igitur pristinam existimo scripturam: ᾧ μὴ καλῶς ἦν τεθραμμένος τῶν ἡνιόχων,

uam Ficinus quoque reddidit vertens: *cuicumque aurigarum quus non bonus nutritus fuerit.* Pronom. ᾧ est *si cui* vel *uicumque*, vid. *Stallbaum.* ad Euthyphr. p. 17. Bekkerus dedit: ι μὴ καλῶς ᾖ τεθραμμένος τῶν ἡνιόχων. Pro καλῶς Paris. . καλός, quod Ficinus vertendo expressit. Mon. 407. καλῶν. 'roxime T τεθραμμένως. — ἔνθα δὴ κτλ.] Hoc quoque adımbravit *Synes.* l. l. Proxime *Euseb.* Praep. Ev. XV, 13. p. 15. B. et Nicephorus l. l. scribunt τῇ ψυχῇ et *A* πρόςκειται. – ἡνίκα ἂν] Scribendum e libr. τὸ Florr. a. b. c. g. h. i. . Monacc. et *Proclo* Theol. Pl. IV, 16. p. 212. ἡνίκ' ἄν, quod ıre recepit Stallbaumius. Part. ἄν om. *A.* — πρὸς ἄκρῳ] ibri τὸ Vindd. 1. 3. 5. ἄκρον, Vind. 3. in mg. ἄκρα. *Plo-in.* I, 3. p. 20. A: ἐκεῖ πορεύεσθαι ἀνάγκη, ἕως ἂν εἰς τὸ σχατον τοῦ τόπου ἀφίκωνται, ὃ δὴ τέλος τῆς πορείας ὂν υγχάνει, ὅταν τις ἐπ' ἄκρῳ γένηται τῷ νοητῷ. Cf. *Philo Iud.* . I. p. 44. *Pfeiff.* et *Lucian.* de sacrif. §. 8. T. I. p. 227. 'eterum ἄκρον est ἄκρα illa οὐράνιος ἁψίς, quae in seqq. τὸ οῦ οὐρανοῦ νῶτον vocatur, siquidem dii finguntur summum aeli verticem iam superasse eoque superato in caeli dorso con-istere.

νώτῳ] ΣΦΝΟ et Mon. 407. νότῳ. Voce νῶτον C dorsum, i. e., superficiem. *Procl.* Theol. Plat. IV, 16. p. 216: πεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων ἀκρότητα τὸ νῶτον ἐκάλεσαν.) post lomerum (v. c. Il. II, 159: εὐρέα νῶτα θαλάσσης) et Plato-em posterioris poëtae et scriptores aetatis frequentissime usi eperiuntur, vid. *Rittershus.* ad Oppian. Halieut. I, 60. p. 169. *Klotz.* ad Tyrt. p. 56. *Iacobs.* ad Anthol. gr. V. II. P. II. p. 48. et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 655. Locum hunc praeci-ue respexit *Clem. Alex.* Cohort. ad Gent. 6. T. I. p. 59: τοῦ-ον ἄνω που περὶ τὰ νῶτα τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῇ ἰδίᾳ καὶ οἰκείᾳ ερισπῇ ὄντως ὄντα ἀεί. — στάσας] Libri ἱστάσας. *Ste-hanus* annotat: „Non dubito quin ἑστώσας scribendum sit; erri quidem certe non potest ἱστάσας, quod significationem ıon aliam habere quam activam constat." Quod iure recentio-es sequuti sunt, στάσας (etenim ex νώτωιστάσας natum est ώτῳ ἱστάσας), id Heindorfius e Proclo reposuerat Theol. 'lat. IV, 16. p. 211: αἱ θεῖαι ψυχαὶ — ἵστανται μὲν ἐπὶ τοῦ ώτου· στάσας δὲ αὐτὰς περιάγει ἡ περιφορά. Adde IV, 5. . 187: ἔτι τοίνυν τὰς ψυχὰς ἐν τῷ νώτῳ τοῦ οὐρανοῦ στά-ας περιάγεσθαί φησιν ὑπ' αὐτῆς τῆς τοῦ οὐρανοῦ περιφο-ᾶς. Similiter ap. Stob. Eclog. Phys. I. p. 54: ὁπόταν ὑπερ-άντες (οἱ θεοὶ) τὰ δώδεκα ζώδια ἐπὶ τῷ νώτῳ γένωνται τοῦ ὐρανοῦ· στάντας δὲ αὐτοὺς ἐκεῖσε περιάγει ἡ περιφορά· όγος γὰρ ὁ αὐτὸς ψυχῶν καὶ θεῶν. Lectionem στάσας Da-

mascii cod. Paris. Reg. 1989. fol. 166. v. confirmat. — Proxime αὐτὰς om. Σ. Deinde Clark. ΓΔ ΔΠΦBCEGNOTrà οι Florr. b. i. ϑ. et Monacc. ϑεωροῦσαι, ΣH ϑεωροῦσαι. Ceterum τὰ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ esse quae supra caelum sunt, h. e. vere divina et sola intelligentia comprehendenda, post ea quae supra disputavi non est quod exponamus.

Τὸν δὲ ὑπερουράνιον τόπον] Supercaelestem locum et hunc ipsum divinum Platonis locum quot celebraverint longum est enarrare. Ea tantum quae praecipua videantur attingamus. Cum Platoni caelum sit mundus quem cum terra nostra collatum dicere possumus superiorem, h. e., orbis in quo astra feruntur (*Cicer.* de nat. Deor. II, 40. *ultimus et a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens et coërcens caeli complexus — in quo cum admirabilitate maxima igneae formae cursus ordinatos definiunt*), caelum igitur adspectabile et corporeum sit (v. Tim. loco supra laudato), ei autem quod sub adspectum cadit et corporeum est, opponatur hoc quod ratione et intelligentia comprehenditur (τῷ ὁρατῷ τὸ νοητὸν s. τῷ φαινομένῳ τὸ νοούμενον, v. Polit. VI. 509. D.), caelo superior sumitur regio vel mundus sola intelligentia comprehendendus, id est, τόπος νοητός, quem Plato dixit Polit. VI, 508. C: ὅ τιπερ αὐτὸ (τὸ ἀγαθὸν) ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρός τε νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο τοῦτον (τὸν ἥλιον) ἐν τῷ ὁρατῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα. VII. 517. B: τὴν δὲ ἄνω ἀνάβασιν καὶ θέαν τῶν ἄνω τὴν εἰς τὸν νοητὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἄνοδον τιθεὶς οὐχ ἁμαρτήσει τῆς γ' ἐμῆς ἐλπίδος. 509. D: καὶ βασιλεύειν τὸ μὲν νοητοῦ γένους τε καὶ τόπου, τὸ δ' αὖ ὁρατοῦ. 526. E: τείνει δὲ — πάντα αὐτὰ σε, ὅσα ἀναγκάζει ψυχὴν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον μεταστρέφεσθαι ἐν ᾧ ἔστι τὸ εὐδαιμονέστατον τοῦ ὄντος, ὃ δεῖ αὐτὴν παντὶ τρόπῳ ἰδεῖν. Quocirca hoc caelum s. mundus imago dicitur dei sub intelligentiam cadentis, Tim. fin. ὅδε ὁ κόσμος — ζῷον ὁρατὸν τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ θεοῦ — εἷς οὐρανὸς ὅδε. Cf. *Plotin.* Ennead. IV, 1. 360. A. Huic autem νοητῷ Plato, poëticam eamque popularem sequutus loquendi rationem, τόπον attribuit supra caelum, licet per se nullis vel temporis vel spatii circumscriptum sit terminis. Recte *Hierocles* de provident. ap. Phot. Cod. 251. p. 1389. (p. 463. 40. b. Bekk.) Ὅτι, φησίν, ὁ Πλάτων ἐν Φαίδρῳ — τόπον νῦν οὐ τὸν κυρίως φησίν· οὗτος γὰρ σωμάτων ἐστὶ περιεκτικός· τόπον δὲ νῦν ἀντὶ τοῦ οὐσίαν τοιάνδε καὶ γένος τοιόνδε λέγει, οἷον ὑπερκόσμιον καὶ νοητόν. Haec autem ratio, quam ex ipsa rerum natura ductam equidem dixe-

-im, iam antiquissimorum videtur propria fuisse philosophorum. Sic *Empedocles* duos posuerat mundos, adspectabilem omninoque *αἰσθητὸν* unum, alterum sola ratione comprehendendum s. *νοητόν*, prioris exemplar (quos germ. dixeris: *Sinnenwelt* et *übersinnliche Welt)*, vid. *Simplic.* ad Aristot. de cael. 1. fol. 72. a. et cf. qui copiose de hoc genere exposuit *Sturz.* Empedocl. Agrigent. p. 277 sq. 280 sq. Similiter *Parmenides* dicitur *τὰ νοητὰ* et *τὰ δοξαστὰ* s. *τὰ πρὸς δόξαν* distinxisse, cf. Diogen. Laert. IX, 3. ibique interpp. Atque haec quidem ratio in posterioris quoque aetatis philosophia dominans reperitur. Sic etiam cabalistica quae dicitur philosophia duos sumit mundos, ut *Reuchlinus* tradit de arte cabalist. I. p. 455: „corporeus et incorporeus, visibilis et invisibilis, sensibilis et mentalis, materialis et idealis — quapropter haec inferiora congruenter appellari queant verorum — signa, notae ac symbola, quibus movemur ad cogitandum de supercaelestibus et angelicis substantiis, virtutibus et operationibus quodam tramite abstractionis vel assimilationis“ cet. Pythagorei autem tres perhibentur posuisse regiones: Olympum, mundum et caelum (i. e. regionem a luna ad terram pertinentem). Haec quidem sententia Philolao tribuitur ap. Stob. Eclog. Phys. I. p. 488 sq., neque tamen inde colligi potest Platonem haec a Pythagoreis vel Philolao sumpsisse. Primum enim in fragmento illo, ut recte Schleiermacherus quoque iudicavit (not. ad h. l. p. 383. ed. alt.) diversa videntur conflata et Philolai sententia magis obscurata, quam illustrata esse; deinde caelum Platoni non est regio a luna ad terram pertinens, quae sententia Philolao ibi tribuitur, sed id quod Philolaus *κόσμον* dixisse perhibetur. In universum nomen caeli tam ambiguum erat ut Pythagorei tradantur triplicem ei sententiam subiecisse, vid. Anonym. vit. Pythag. p. 217. ed. Porphyr. Cantabr. Iam etsi fragmenta illa quae apud Stobaeum leguntur neutiquam persuasum mihi est veras Philolai rationes continere easque accurate et dilucide exponere, tamen magna ex parte Plato mihi videtur etiam in Phaedro Pythagoreos, inprimis Philolaum, sequutus esse; quod v. c. inde colligi potest, quod Phaedrus pluribus locis, v. c. ubi de caelo agit, cum Phaedone convenit, id est, cum eo dialogo, in quo Plato, ut ipse indicavit, totus fere e Philolao pendet. Vid. quae fusius de hoc genere disputavit cl. *Böckh.* in lib. *Philolaos d. Pythagoreers Lehren* p. 104 sq. Loci vero nostri sensus quum manifestissimus reperiatur, quis est quin Schleiermacherum admiretur haec notantem (p. 382.): *Auch dem Platon scheint mit ihm* (dem überhimmlischen Orte) *dasselbe begegnet zu seyn wie den Dichtern* (!) *und nicht nur*

mit ihm, sondern auch schon mit dem Himmel selbst. Ich wenigstens habe es zu einer anschaulichen — Vorstellung nicht bringen können von der Art, wie der Himmel hier gedacht wird und wie das Hinaussehn in den überhimmlischen Ort bewerkstelligt werden soll." Qui quidem vir dum Platonem vituperare audet (hoc autem dico non ut de gloria viri et ingenio et doctrina praecellentis detraham, sed ut Platonem sine causa impugnatum defendam) vereor ne semet ipsum praebeat vituperatione dignum. — Ipsum hunc locum vel laudarunt vel respexerunt *Lucian.* Bis accus. §. 33. (*ἀναβαίνοντα ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ*). *Clem. Alex.* Strom. IV, 25. T. I. p. 636. Pott. *Aristid.* Oratt. II. p. 398. *Origen.* c. Cels. VI, 19. T. I. p. 644. Par. *Galen.* T. IV. p. 408. Bas. *Euseb.* Hist. eccles. X, 4. p. 426. A. *Apulei.* Apolog. p. 315. Elmenh. al. — ὕμνησέ πω] N et Mon. 407. τω. Flor. ϑ. πως, Vind. 3. πω, Flor. g. et Aristid. l. l. omittunt. Imitatus est h. l. *Dio Chrysostom.* Orat. XXXVI. p. 448. C: τὸ δὲ ἰσχυρὸν καὶ τέλειον ἅρμα τοῦ Διὸς οὐδεὶς ἄρα ὕμνησεν ἀξίως τῶν τῇδε, οὔτε Ὅμηρος οὔτε Ἡσίοδος, ἀλλὰ Ζωροάστρης καὶ Μάγων παῖδες ᾄδουσι παρ' ἐκείνου μαθόντες. In seqq. Flor. h. et Mon. 407. ποτέ, ap. Aristid. ποθ' om. Mox G κατ' ἀξίαν αὐτοῦ. De re, *Appulei.* l. l.: *neque loco neque tempore nec ulla voce comprehensus* (summus mundi opifex), *eoque paucis cogitabilis, sermini effabilis.* Similiter *Reuchlin.* de art. cabalist. I. p. 462: Mundus ille — primus absque initio et ultimus absque termino, quo ne cogitatus quidem nostri pertingere possunt, nominatur *Ensoph*, id est, infinitudo, quae est summa quaedam res secundum se incomprehensibilis et *ineffabilis* cet. — ἡ γὰρ ἀχρώματος κτλ.] Cf. *Procl.* in Tim. II. p. 105, 5. a fin. *Mercur.* in Stob. Serm. XI. p. 139, 4. *Atticus* ap. Euseb. Praep. Ev. XV, 7. p. 805. D. et *Creuzer.* ad Plotin. p. 223. Inprimis divinus ille locus Conviv. 211. A. B. dignus est qui cum nostro comparetur. Sensus est perspicuus: id quod vere et per se est, colore illud quidem et figura et tactu vacuum, sola utitur mente, animi gubernatrice, h. e., non potest nisi a mente spectari s. comprehendi. Hunc quoque locum, praecipue verba κυβερνήτῃ — ϑεατῇ νῷ, certatim adhibuerunt posterioris aetatis scriptores, velut *Clemens Alex.* Strom. V. p. 553. A. II. p. 654. Pott. ἡ γὰρ — ἀχρώματος — κυβερνήτῃ μόνῳ ϑεῷ (scribendum sine dubio νῷ) ϑεατῇ. *Theodoret.* de provid. Orat. I. p. 325. A. T. IV: καὶ ταῦτα ἄψυχα ὄντα καὶ νοῦν κυβερνήτην οὐκ ἔχοντα. *Damasc.* de princ. p. 212. T. III. Anecd. gr. Wolf. p. 353., ed. Kopp. (Damasc. de primis principiis) τὴν οὖσαν οὐσίαν καὶ τῷ (scr. τῷ νῷ) κυβερνήτῃ

ιόνῳ θεατὴν τῆς ψυχῆς ὑποτίθεται (ὁ Πλάτων). *Proclus* in Alcib. I. p. 77. Creuz. Διὸ καὶ ὁ Πλάτων τὸν μὲν νοῦν ψυχῆς κυβερνήτην ἀποκαλεῖ (ψυχῆς γάρ φησι κυβερνήτῃ μόνον θεατῇ), τὸν δὲ δαίμονα ἀνθρώπων ἔφορον καὶ ἐπίτροπον. Sic enim censeo locum scribendum esse. Cf. *Philo Iud.* de mund. T. I. p. 44. *Origen.* c. Cels. VI, 19. T. I. p. 644. E. *Himer.* Orat. XIV. p. 644. *Procl.* in Tim. II. p. 75, 29. al. — Pro N et Mon. 407. scrib. εἰ. Proxime τε om. *Λ*. Pro οὐσία ντως *Λ* ὄντωσις, G et corr. *Π* ψυχῆς οὖσα, Clark. *Δ* T pr. *Π* ὄντως ψυχῇ (Clark. ψυχῆι) οὖσα, Flor. i. ὄντος. Part. οὖσα mitt. Stob. Eclog. Phys. I, p. 94. Ceterum Bas. 1. et 2. interpungunt post οὖσα, Steph. et qui ex eo fluxerunt libri post κυβερνήτῃ; recte in Ald. nulla exstat distinctio, cui Flor. b. Mon. 407. al. accedunt. In seqq. verbum χρῆται om. Clark. *Δ* G T et pr. *Π*; ex quo colligi potest pro θεατῇ scribendum esse θεατή, quod multo magis commendatur quam amplificatio illa θεατῇ χρῆται (*spectatore utitur* pro simplici *spectatur* vel *spectari potest*). Hoc autem θεατή quum reperiatur ap. Clement. Alex. l. l. Origen. l. l. (ubi scribitur κυβερνήτῃ, al. κυβερνῆτις, νῷ μόνῳ θεατή) *Damasc.* l. l. et quum ap. Polluc. , 56. ex Platone laudetur οὐσία θεατή (quod Heindorfio non debebat pro nihilo videri), haud scio an expulso χρῆται et θεατῇ in θεατή mutato Platoni restitui oporteat ψυχῆς κυβερνήτῃ μόνῳ θεατὴ νῷ, περὶ ἣν κτλ. Quae quidem opinio confirmatur ori Paris. T scriptura θεατὴν ᾧ, quam natam esse ex θεατὴ ῷ patet. — περὶ ἣν — τόπον] N et Mon. 407. τοῦτο, N T Mon. 407. ἔχειν; deinde Clark. *Δ* Σ G T Vindd. 3. 6. pr. *Π* τρόπον pro τόπον. Ficinus: hunc habet *locum*. Ceterum Heindorfius annotavit: „circa hanc οὐσίαν, i. e., τὴν τοῦ ὄντως εἶναι ἰδέαν, fingit ceteras ideas positas, ut δικαιοσύνην, σωφροσύνην etc.“ Immo περὶ ἣν — τοῦτον ἔχει τὸν τόπον breviter dictum est pro περὶ ἣν — ἐστί τε καὶ τοῦτον ἔχει τὸν τόπον vel περὶ ἣν — ὄν τ. ἔχει τ. τόπον. Etenim περί τι εἶναι est versari in aliquo, tractare aliquid, ut infra p. 259. D: δὴ μάλιστα τῶν Μουσῶν περί τε οὐρανὸν καὶ λόγον οὖσαι θείους τε καὶ ἀνθρωπίνους ἱᾶσι καλλίστην φωνήν. Deinde γένος non circumloquutionem efficit, ut ἐπιστήμης γένος positum sit pro simplici ἐπιστήμη, sed rem, quae casu secundo signatur, in universum describit: ut τὸ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης γένος sit fere id quod: omnia verae scientiae genera s. quicquid ad veram pertinet scientiam. Sic Polit. 509. D: νοητοῦ γένους, in seqq. τοῦ ὁρωμένου γένους — τοῦ νοουμένου. etiam intellexerim supra 246. D: τὸ τῶν θεῶν γένος (i. e.

quicquid deorum) alia sexcenta. Sensus est igitur hic: in qua (int. perscrutanda et contemplanda) versans quodcumque est verae scientiae hunc (supra caelum positum) tenet locum, h. e., in qua quia vera (h. e. perfecta s. divina) scientia omnis versatur, hunc tenet locum.

ἅτ' οὖν] Heindorfius: „Amicus malebat ᾗ τε. Sed recte habet vulgata, cuius verba sic ordinanda sunt: *Θεοῦ οὖν διάνοια, ἅτε τρεφομένη —.* Meno 81. C: *Ἅτε οὖν ἡ ψυχὴ ἀθάνατός τε οὖσα — οὐκ ἔστιν ὅ τι οὐ μεμάθηκεν.*" — ἀκηράτῳ] Clark. ΔΠDGHNOT Florr. a. c. h. Vindd. 4. 7. *a.* Monacc. et mg. B. cum Damascio *ἀκήρατος*, Σr et Vind. 3. *ἀκηράτως.* In praegr. Mon. 407. *ἐπιστήμης.* Proxime *τρεφομένη* pro *στρεφομένη* e libr. ΣDFNOrb Flor. h. Vindd. 1. 3. 4. 7. *a.* Monacc. Damasc. et corr. *Π* dedi cum Heindorf. Bekk. et Stallb. Proxime Mon. *πάσης.* — ὅσῃ] Sic pro vulgato *ὅσην* libri fere omnes (F corr., E a pr.) Bekkeri et Stallbaumi (etiam Monacc.). Clark. *ὅσῃι*, Δ *ὅσοι.* Ficinus: *quaecumque — susceptura est.* Proxime Δ *μέλῃ.* — δέξεσθαι] Libri longe plurimi, ΓΔΞΣBCDEFGTrb Florr. a. h. c. g. h. i. Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. *a.* Ald. Bas. 1. et 2., scribunt *δέξασθαι*, quod Stallbaumius recte restituit. Aoristum patet fortiorem esse futuro (*welche — soll* s. *welcher es bestimmt ist*, non: *welche — wird*), vid. quae disputavi ad Protagor. p. 57. Fuerunt quidem Grammatici qui post v. *μέλλειν* aoristum poni vetarent, ut Phrynich. p. 336; sed vid. *Lobeck.* ad eund. p. 745 sq. et quos *Matthiae* Gramm. gr. p. 951 sq. excitavit philologos. — διὰ χρόνου] *interiecto spatio. Διά* enim in temporis quoque intervallo ponitur, ut sit Latin. *post*, vid. *Perizon.* ad Aelian. V. H. XIII, 42. *Schäfer.* ad L. Bos. Ellips. gr. p. 101. et *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1150. E habet *χρόνον.* Ceterum *Proclus* Theol. Plat. IV, 16. p. 209: *ἡ μὲν τοῦ οὐρανοῦ περιφορὰ ἀεὶ ὡσαύτως ἕστηκεν· αἰώνιος γάρ ἐστι καὶ ὅλη καὶ μία καὶ ἡνωμένος· ἡ δὲ τῶν ψυχῶν διὰ χρόνου γίγνεται καὶ μερικώτερον ὑφίσταται καὶ οὐκ ἀθρόα τῶν νοητῶν ἐστὶ περίληψις.* Proxime T *ἀγαπᾶται*, omiss. *τε.* Mox Γ *ἀπαθεῖ*, T *εὐπαθὴς.* — ἕως] T. *ὡς.* Verba haec (*donec circuitus eam eodem, quo ante fuerat, reduxit*) referuntur ad praegressa: *στάσας δὲ αὐτὰς περιάγει ἡ περιφορά;* quamdiu enim caeli circuitus durat, animi divino illo spectaculo fruuntur. — καθορᾷ μέν] Clark. *καθορῶ*, superscr. *ᾶ*, *μέν*, ΔT et pr. *Π καθορῶμεν*, N et Mon. 407. *καθορᾷ μέν.* — αὐτήν] Γ *αὖ τήν*, idque ipsum coniecerat Heindorfius, ut *αὖ* referretur ad praegressum illud *διὰ χρόνου.* Sed recte habet *αὐτήν*, *per se*, quo natura quae dicitur absoluta designatur, nec opus est

articulo interposito τήν post v. αὐτήν, quod Stephano videbatur, vid. *Heindorf.* ad Parmen. p. 256. et quae posui ad Protagor. 360. E. Neque huic αὐτήν hoc obstat quod sequuntur verba οὐχ ᾗ γένεσις πρόσεστιν cet. (quippe quibus id ipsum quod in pron. iam αὐτήν latet videri possit quodammodo repeti); haec enim explicationis causa adiuncta sunt, particula explicandi (nostr. *nehmlich*), ut assolet, omissa. In seqq. vulgo legitur δικαιοσύνη — σωφροσύνη et ἐπιστήμη; accusativos esse ponendos res ipsa docet, idque iam suaserant *Cornarius* Eclog. p. 48. *Stephanus* Annott. p. 62., *Heindorfius*, *De Geer.* Diatrib. in Polit. Platon. princip. p. 90. not. 2. al. Atque hos accusativos praebent Clark. plurimique Bekkeri et Stallbaumi libri (etiam Monacc.), quos nihil attinet nominare. Cf. *Procl.* Theol. Plat. IV, 10. p. 194. Ceterum vertit h. l. *Syrianus* in Aristot. Metaph. XIII. p. 104. b. v. *Unum.* In seqq. v. καθορᾷ δὲ σωφρ. om. *Π* T. Paris. E. δὲ αὐτήν. Proxime ἐπιστήμην (η) F. Par E. cum eddit. ἐπιστήμη. — οὐχ ᾗ] N et Mon. 407. οὐχί. — οὐδ' ἥ ἐστί που] Sic *ΔΛΠ*DFH NOb Vindd. 1. 4. 6. 7. Monacc. et corr. *ΓΞ*, ET Flor. i. In Ald. Bas. 1. et 2. scribitur οὐ δή, quod natum ex οὐδ' ἥ. Stephanus scripsit οὐδ' ᾗ, in annotatt. vero οὐδ' ἥ ἐστι pro genuino habet, idque *Cornarius* emendaverat, addicente *Bastio* Kritisch. Vers. über d. Text. des pl. Gastm. p. 99., qui praeterea scriptum volebat: οὐδ' ἥ ἐστί που ἑτέρα ἢ ἐν ἑτέρῳ οὖσα, quod graeco sermoni adversatur; ἑτέρα ἐν ἑτέρῳ est i. q. ἄλλη ἐν ἄλλῳ, alia in alio (ut Phaedon. 83. B: ἐν ἄλλοις ὂν ἄλλο. *Plotin.* Enn. V, 8. 546. C: ἣν δὴ καὶ ὁ Πλάτων ἐπιδὼν φησιν· οὐδ' ἥτις ἐστὶν ἄλλη ἐν ἄλλῳ. Cf. *Wyttenbach.* ad Phaed. p. 219.), et res dicitur alia in alio esse, quae diversa est s. modo haec modo illa est, pro eo quod nunc in hoc nunc in illo est. Eodem modo id quod per se semperque uno et eodem statu est (quam Plato dixit ἰδέαν) describitur pulcherrimo illo Convivii loco p. 211. A: οὐδέ που ὂν ἐν ἑτέρῳ τινί, οἷον ἐν ζώῳ ἢ ἐν γῇ ἢ ἐν οὐρανῷ ἢ ἔν τῳ ἄλλῳ, ἀλλὰ αὐτὸ καθ' αὑτὸ μεθ' αὑτοῦ μονοειδὲς ἀεὶ ὄν. *Ficinus* vertit ac si ᾗ legisset: *nec qua alia alicubi sit in alio.* Duplicem Plato ponit scientiam, ut Phileb. 61. D: καὶ ἐπιστήμη δὴ ἐπιστήμης διάφορος· ἡ μὲν ἐπὶ τὰ γιγνόμενα καὶ ἀπολλύμενα ἀποβλέπουσα, ἡ δὲ ἐπὶ τὰ μήτε γιγνόμενα μήτε ἀπολλύμενα, κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ὡσαύτως ὄντα ἀεί. ταύτην εἰς τὸ ἀληθὲς ἐπισκοπούμενοι ἡγησάμεθα· ἐκείνης ἀληθεστέραν εἶναι. Cf. *Plotin.* Ennead. V, 8. 4. p. 545. A. Proxime NO Mon. 407. et γρ. F ἃ pro ὤν. Mox Φ νῦν ἡμεῖς.

νῦν ὄντων] G νῦν οὖν. Proxime NO Mon. 407. γρ. E F. Flor. g. Vindd. 4. 7. a. ὄντα. *Stephanus* in Annot. „Nullum huic loco mendum subesse puto, sed dictum esse ὧν ἡμεῖς ὄντων καλοῦμεν pro ἐκείνων ἃ ἡμεῖς ὄντα καλοῦμεν. Sic certe et alibi participium aut nomen quod post relativum ponitur, eius casum eodem sequi modo videmus.“ Cf. *Matthiaei* gr. graec. p. 887 sq. Ceterum interpunctio ante ὧν rectius abest, quum ὧν pendeat e praegresso ἑτέρῳ (τούτων ἅ, quod coaluit in ὧν. Vid. ad Protag. p. 37.). Sic etiam in seqq. interpunctio post ἐν τῷ et ὄντως delenda, neque comparet in edd. De art. τῷ pronominis munere fungente ante relativum ὅ vid. ad Protag. p. 80. In seqq. Mon. 407. ὂν omitt. Deinde κατ' ἄλλα. — τὰ ὄντως ὄντα] Art. τὰ om. F. Deinde Clark. Florr. a. b. c. g. h. i. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. a. et Monacc. ὄντα ὄντως, quod receperunt Bekker. Stallb. et Buttm. Cum libris edd. facit solus Venet. Ξ. — παρέβαλεν] Vind. 3. παρέβαλλεν. G παρέλαβεν. Mox ἐπὶ est *ad*, ut ap. *Xenoph.* Cyrop. VI, 2. 27: ἐπὶ μὲν τῷ σίτῳ (germ. *zum Essen*) νῦν εὐθὺς ἀρχώμεθα πίνειν ὕδωρ. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 1166 sq. Laudat h. l. *Procl.* Theol. Plat. IV, 15. p. 202. Ceterum hic quoque Plato lusit Homerum iocose exprimendo, vid. Iliad. V, 368:

Ἔνθ' ἵππους ἔστησε ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις
Λύσασ' ἐξ ὀχέων, παρὰ δ' ἀμβρόσιον βάλεν εἶδαρ.

Cf. 775 sq. XIII, 35. XIX, 347. Odyss. V, 92. al. De ambrosia, deorum (etiam equorum, ut h. l.) cibo apud Homerum, vid. *Heyn.* Excurs. IX. ad Il. I. V. IV. p. 190 sq. Nectar et ambrosia in universum deinde divinitatem et immortalitatem significant, vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. Deor. Dialog. IV. T. II. p. 259. Bip. et interpp. ad Horat. III, 3. 11. Hermias, ut solet, mirum quam delirat in his interpretandis p. 145., cuius quidem somnia satius est silentio praeterire. — αἱ δὲ ἄλλαι ψυχαί] *de ceteris vero animis.* Sic enim solent nominativi solute poni, v. *Heindorf.* ad Theaet. p. 389 sq. et *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 613 sq.

P. 174. θεῷ] Sic libri omnes praeter Γ qui a pr. m. 248 cum editis scribit θεῶν. *Ficinus* quoque: *deum secuta.* — εἰκασμένη] Etenim animus non solum sequitur suum quisque deum, verum etiam imitatur eiusque similem se efficere studet. Namque θεῷ ἕπεσθαι, deum sequi, est non solum deum comitari, verum etiam ad dei similitudinem accedere; celebratissima sunt illa ὁμοιοῦσθαι θεῷ et ὁμοίωσις θεῷ (v. *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 27. *Heindorf.* ad Theaet. 400 sq. et nostra ad Polit. p. 624 sq.), quae communis erat Pythagoreorum et Platonis ratio. — συμπεριη-

νέχθη] Sic libri omnes; solus T περιηνέχθη. Proxime Σ τῇ φορᾷ, T τῇ περιφορᾷ (etiam Flor. ϑ. περιφορᾷ), Ambros. r τὴν φορὰν; sic etiam Vindobb. 1. 5. superscr. περι. — θορυβουμένη] *Ficinus* qui vertit: *sed perturbata*, videtur legisse θορυβουμένη δέ, quod si libri praestarent interponere equidem haud dubitarem; solet enim sic particula δέ participiis adiungi, ut exprimi possit part. *quamquam* vel *tamen* (ita ut, si verbum nullum adest, praegressum intelligatur). Sic Gorg. 467. B: ποιοῦντες δὲ ἃ δοκεῖ αὐτοῖς. Phileb. 17. C: μὴ εἰδὼς δὲ — εἰς ταῦτα οὐδενὸς ἄξιος ἔσει. Apolog. 32. A: μὴ ὑπείκων δὲ ἅμα καὶ ἂν ἀπολοίμην. Sic h. l. si θορυβουμένη δέ scriberetur, id quod per se patet, apud animum intelligi oporteret συμπεριηνέχθη. — τοτὲ δὲ καὶ ἔδυ] Clark. τότε δ' ἔδυ, Florr. a. c. g. h. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. *a.* et Mon. 407. τότε δὲ ἔδυ. Partic. καί, quae in libb. ΔΞO et edd. comparet, deest in reliquis omnibus; quocirca recte eam deleverunt Bekker. Stallb. et Buttm. — τοῦ ἄνω] Δ τῷ ἄνω. Proxime G ἀδονατοῦσι. Quod sequitur ὑποβρύχιαι, *submersae*, ut ex alto emergere nequeant, naufragium quasi nobis depingit, in quo alii qui se sustinere non possunt, a fluctibus correpti merguntur, alii assurgere conantur, omnes vero incumbunt (ἐπιβάλλουσαι) et inter se praevertere (πρὸ τῆς ἑτέρας — γενέσθαι) student. Quae quidem vivida naufragii imago quanto opere rem ipsam illustret simulque irrisionem augeat, non est quod exponam. — ξυμπεριφέρονται] Sic DNO Florr. g. h. Vind. 4. et Monacc.; etiam Bekk. et Stallb. hoc dederunt. Volgo συμπεριφέρονται. — ἀλλήλας] Sic libri omnes praeter NO et Mon. 407., qui cum edd. dant ἀλλήλαις. Ficinus: *calcantes sese invicem. Stephanus* in marg. „Videtur mutanda sedes dativi ἀλλήλαις, legendo ita: πατοῦσαι καὶ ἐπιβάλλουσαι ἀλλήλαις. Alioqui scribendum esset πατοῦσαι ἀλλήλας.“ In seqq. NO et Mon. 407. ἐπιβαλοῦσαι.

πρὸ] ΠT πρὸς. Sequentia respexit *Plotin.* Ennead. I, 3. p. 56. D. — οὗ δὴ] Flor. b. δέ. Proxime G κακίαι. Locum respexit *Procl.* in Alcib. I. p. 227. Creuz. — πολλὰ πτερὰ] DNO Florr. c. g. h. Vindd. 4. *a.* et Monacc. πτερὰ πολλά. Totus hic locus irrisionis est plenus. Utitur videlicet Plato plumarum imagine non solum ad divinam animi naturam qua in sublime fertur adumbrandam, sed etiam ad aequalium aviditatem (hinc 249. D: ὄρνιθος δίκην βλέπων ἄνω. al.) ventosamque cupiditatem irridendam. — πᾶσαι δὲ πόλυν κτλ.) Γ πόλυν δὲ πᾶσαι πόνον ἔχουσαι. N et Mon. 407. ἔχουσιν, Mon. 11. ἔχουσι π. — ἀτελεῖς] quasi initiationis B

expertes (rerum enim divinarum spectatio cum initiatione comparatur) a veri spectatione discedunt: quo fit ut pastu fruantur opinato (δοξαστῇ). — οὗ δὴ ἕνεχ' ἡ π. σπ.] Locus hic corruptissime exhibetur in libris Mss. Clark. scribit οὐδὲν ἔχει πολλη σπουδῃ (sic); etiam ΔGT et pr. Π οὐδὲν ἔχει πολλῇ, Ο οὗ δ' ἐνέχει πολλῇ, N Florr. g. h. Vind. 7. Monacc. et γρ. F. οὗ δὴ ἐνέχει (quod ex ἕνεχ' ἡ per itacismum qui dicitur natum esse patet), Π corr. οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολλῇ, D corr. cum edd. οὗ δὴ ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπ. *Heindorfius*: „nisi forte legendum Οὐ δέ, ut post ἐστὶν subaudias τοῦτό ἐστιν, in qua structura γὰρ interdum omittitur. V. *Wolf.* ad Demosth. Leptin. p. 372." Quod sequuti sunt Bekker. Stallb. et Buttmannus, qui hanc verissimam existimat scripturam. Mihi vero et res ipsa et Platonis sermo hoc videntur efflagitare, ut δὴ servato, quod libri plurimi tuentur, οὗ vero in τοῦ mutato et post ἐστίν interrogationis signo posito scribatur: Τοῦ δὴ — ἐστίν; Sic Gorg. 453. C: Τοῦ οὖν ἕνεκα αὐτὸς ὑποπτεύων σὲ ἐρήσομαι, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς λέγω; 457. E: Τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; alia sexc. Vid. nostra ad Protag. 326. E. p. 106. et quae collegit *Stallbaumius* ad Gorg. p. 49. Proxime E τῆς pro τό. in seqq. ΠEF παιδίον pro πεδίον. Ceterum τὸ ἀληθείας πεδίον (plane sic germ. *das Gefilde der Wahrheit*) mox dicitur λειμών, quo quidem sensu iam *Empedocles* hanc usurpavit vocem v. 20. p. 514. Sturz. Cf. Gorg. 524. A. Polit. X, 616. B. *Plutarch.* de vit. aer. alien. T. II. p. 830. F. Orphic. Lith. 81: ἀνθεμόεντα Εἰς ἀρετῆς λειμῶνα. *Ioan. Gaz.* v. 90: ἀρετῆς λειμῶνας. *Themist.* Orat. IV. p. 54. B. XV. p. 185. A. *Damasc.* vit. Isidor. in Phot. Biblioth. Cod. 242. p. 1032 (p. 337. b. 22. Bekk.) *Ioa. Chrysost.* Orat. in Valcken. Opusc. T. II. p. 178. *Himer.* p. 188. 202. al. Axioch. 371. B: οἷς χρὴ πορθμεύσαντας ἀχθῆναι ἐπὶ Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν, ὃ κλήζεται πεδίον ἀληθείας. Sic etiam τὸ τῆς λήθης πεδίον. Polit. X. 621. A. *Plutarch.* de orac. defect. T. II. p. 422. B: τὸ δ' ἐντὸς ἐπίπεδον τοῦ τριγώνου κοινὴν ἑστίαν εἶναι πάντων, καλεῖσθαι δὲ πεδίον ἀληθείας, ἐν ᾧ τοὺς λόγους καὶ τὰ εἴδη καὶ τὰ παραδείγματα τῶν γεγονότων καὶ γενησομένων ἀκίνητα κεῖσθαι. Adde *Plotin.* Ennead. I, 3. p. 21. B. Respexerunt haec verba *Clem. Alex.* Strom. V. p. 583. C. *Hierocl.* in aur. carm. p. 301. et *Procl.* in Tim. II. p. 105, 4. a fin. moreque suo explicat Theol. Plat. IV, 16. p. 204. Neque indignus est qui afferatur *Himerius* Orat. XIV. 628: ἅτε γὰρ ὀπαδὸς θεοῦ γενομένη (ἡ ψυχὴ) καὶ πολλάκις ἐν τῇ περιφορᾷ τὸ τῆς ἀληθείας πεδίον ἰδοῦσα καὶ τῶν ἐκεῖ θεαμάτων ἐμφορηθεῖσα τῆς θέας. — οὗ] in γρ. duntaxat F. Proxime GT

νομεῖ pro νομῇ. — ἰκεῖ] Sic libri et plurimi et praestantissimi; soli Pariss. EF cum libr. edd. faciunt scribentes ἐκεῖσε.

πτεροῦ φύσις — τρέφεται] Cf. supra 246. E. et C infra p. 251. B. De voc. φύσις vid. *Stallbaum.* ad Phileb. p. 33. (collato *Matth.* Gramm. gr. p. 799.) ad Sympos. p. 76. et ad Phaedon. p. 96. Neque tamen viro doctissimo assentiri possum vocem φύσιν sumenti „elegantissima periphrasi" sic poni (ut *Wyttenb.* ad Phaedon. p. 232 sq.). Immo in voce φύσις eius fere latet significatio quod per se vel natura comparatum est, etiam quod omnino vel generatim ponitur. Sic h. l. ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις — τρέφεται non est positum pro τὸ πτερὸν τρέφεται, sed hunc habet sensum: haec pennae natura est vel penna naturâ ita comparata est ut alatur. Similiter accipienda sunt Conv. 186. B. ἡ φύσις τῶν σωμάτων, Polit. V. 429. D. μίαν φύσιν τὴν τῶν λευκῶν (ubi est *genus*). Infra D: εἰς μηδεμίαν θηρείαν φύσιν. 254. B. al. Mox quae memoratur *Adrastea* necessitatem significat quam nemo effugere potest s. aeternum rerum ordinem ac legem. *Plutarch.* ap. Stob. Eclog. Phys. T. 1. p. 186: διὰ τοῦτο τὴν εἱμαρμένην καὶ Ἀδράστειαν καλοῦσιν, ὅτι πέρας ταῖς αἰτίαις ἠναγκασμένον ἐπιτίθησιν„ ἀνέκφευκτος οὖσα καὶ ἀναπόδραστος. *Plotin.* Ennead. III, 2. p. 264. E: ὅθεν καὶ θεία φήμη Ἀδράστεια· αὕτη γὰρ ἡ διάταξις ἀδράστεια ὄντως. Cf. *Aristot.* de mund. 7. *Plutarch.* de Stoic. repugn. T. II. p. 1056. *Nemes.* de nat. hom. p. 303. Lexic. in Bachmann. Anecd. gr. I. p. 28, 15. et de recentioribus *Wyttenbach.* ad Plutarch. de N. N. V. p. 107. cl. *Eichstaedt.* Quaest. philol. nov. Spec. (1784.) p. 6 sq. et *Blomfield.* Glossar. in Aeschyl. Prom. p. 180 sq. Ceterum affert hunc locum, neque tamen plenum, *Plutarch.* de fato T. II. p. 568. C. et p. 570. A. laudant etiam *Procl.* Theol. Plat. IV, 16. p. 206. et *Nicephor.* Schol. in Synes. p. 389. D. et imitatus est *Synes.* de provid. p. 89. C. — ἥτις ἂν ψυχὴ] Part. ἂν om. in DN Florr. g. h. Vind. 4. et Monacc. Proxime Clark. ψυχῆι. Deinde Flor. a. συνοπαδός et ΣΦr γινομένη. — κατίδῃ] ΣEF Ald. Bas. 1. 2. et Procl. l. l. κατίδοι. Locus autem qui sequitur adumbratus est ad sententiam illam quam antiquissimi et populi (velut Aegyptii. Vid. *Herodot.* II, 123. *Clem. Alex.* Strom. VI. T. II. p. 757. *Menag.* ad Diog. Laert. VIII, 5. *Voss.* de sect. philos. c. 6. De Indorum rationibus v. quae *F. Mayer.* collegit in Lexic. mythol. V. II. p. 105. 352 sq.) et sapientes de animorum cursibus ac migrationibus tenuerunt. Cf. *Elmenhorst.* ad Arnob. adv. gent. II. p. 44. Hamb. et ad Minuc. Fel. Octav. p. 324. ed. Ouz. *Rittershus.* ad Porphyr.

vit. Pythag. p. 159 sq. 238 sq. ed. Kiessl. *Sturz.* ad Pherecyd. fragm. p. 11, et *Creuzer.* Symb. et Mythol. III. p. 450 sq. 468 sq. — *μέχρι τε τῆς ἑ. π.*] Part. τε om. F. Flor. b. et pr. r. Deinde DN Florr. g. h. Vindd. 4. 6. 7. et Monacc. *μέχρι τε καὶ ἑτέρας.* — *κἂν ἀεὶ*] Clark. ἀπήμονα εἰ τοῖ ποδ. π. Etiam ΔGT et pr. Π εἰ dant pro κἂν ἀεὶ. Flor. a. c. h. Procl. ἀπήμονα μόνον, κἂν. Proxime pro ἀεὶ Clark. ΔGT Mon. 407. et pr. Π κἂν αἰεὶ. Etiam in seqq. αἰεὶ scribit Mon. 407. cum libris edd. (Ald. Bas. 1. 2. Steph. al.) Bekkerus scripsit ἀεί, quod Stallbaumius quoque e Flor. ϑ. reposuit. De forma αἰεί vid. *Schäfer.* et *Bast.* ad Gregor. Corinth. p. 346 sq. et *Poppo* Observ. critt. in Thucyd. p. 133. — *ἀβλαβῆ*] ΔGT et pr. Π βλάβη. Proxime Flor. b. ἀδυνατήσασ' ἐπισπέσθαι. Deinde F οὖν μὴ, Γ ο μὴ. Mox F ἴδῃ, Ald. Bas. 1. et 2. ἴδη. E. εἴδῃ. Ceterum laudat h. l. *Hierocl.* in aur. carm. p. 254., pluribus omissis. — *καί*] G κἂν, T καίτοι. Proxime N et Mon. 407. πλασθεῖσα. Cum his verbis cf. Procl. Hymn. in Sol. 32. Anthol. gr. T. III. p. 149. et *Himer.* Orat. XIV. p. 628 sq. — *δὲ*] C τε. Proxime Flor. g. πτερορρυήσασα τε, T πτερορρυήσεται. De v. πτερορρυεῖν cf. *Aristoph.* Av. 106. ib. Beck. Respexit h. l. *Proclus* in Alcib. I. p. 20. ed. Creuz. qui ibi conferend. — *ἐπὶ τ. γῆν πέσῃ*] Quod imitatus est *Iulian.* Caesar. p. 7: ἔπιπτε γὰρ καὶ αὐτὸς εἰς γῆν οὐ δυνάμενος ἵπτασθαι καὶ συνομαρτεῖν τοῖς Ἥρωσιν. Ubi v. Heusing. p. 76.

θήρειον] Clark. ΔΠDNO Florr. g. h. Vindd. 4. 7. a. b. a m. sec. Florr. a. c. et Monacc. θηρείαν, quod receperunt Bekk. Stallb. et Buttm. Libri BC θήρειον, ΔH θηρείοιαν (sic, with αν superscript), Ξ θηρείαν (οι superscript), T θηρίαν, Ald. Bas. 1. 2. Steph. θήρειον, quod in Timaeo quoque scriptum exstat p. 42. C: εἴς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβαλοῖ θήρειον (al. θηρίου) φύσιν. Quocirca retinendum esse censerem θήρειον (vid. de horum adiectivorum genere communi *Matth.* Gramm. gr. p. 236.), nisi librorum praestantissimorum (Clark. Vatic. Δ et Venet. Π) obstaret auctoritas. De re, cf. *Iamblich.* ap. Stob. Eclog. Phys. T. II. p. 912, qui quidem locus longus est ad transscribendum. — *ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει*] πρώτῃ om. Σ. Sensus est: quum animus primum generatur, h. e., quum primum corpus intrat in terram delapsus; animus enim qui generatur, i. e., corpore terreno induitur, a diis deficit. Vid. quae collegit *Sturzius* Empedocl. Agrig. p. 448 sq. Ad v. τὴν μ. πλεῖστα ἰδοῦσαν annotavit *Heindorfius*: „olim, antequam casu quodam gravata alas

ımiserit et in hanc deciderit terram. Ita haec non repugnant ›rioribus ὅταν δὲ — μὴ ἴδῃ." — γονὴν] T σχολήν. Proxime ›ro πολεμικοῦ DNO Florr. g. h. Vindd. 4. 7. *a.* et Mon. 407. ɪολιτικοῦ. Ficinus: *bellicosum* virum. Proxime ΓG et Flor. ϑ. :ρίτην δὲ; deinde G εἴς τε. — πολιτικοῦ] Florr. b. i. ɪολεμικοῦ. Proxime Vind. 4. οἰκονομιτικοῦ et Σ χρηματιστοῦ. — τετάρτην] Δ τετάρτη. Mox G ἴσασιν (sic). Heindorius annotat: „Quae mox sequuntur ἢ περὶ σώματος etc., in is valde vereor, ut integram habeamus scriptoris manum. llud enim τινὰ post ἴασιν cur additum sit, non video. Ficin. :irca *medelam curamque corporis.* An eum legisse probabile :st ἴασιν θεραπείαν τέ τινα?" Pronomen autem τινά, prae:ipue part. ἢ praegressa, sic poni solet ut germ. exprimere ›ossis part. *etwa* vel *auch*, velut infra 251. A: ἤ τινα σώɪατος ἰδέαν. 255. C: καὶ οἷον πνεῦμα ἤ τις ἠχὼ — φέρεται. 261. C: εἰ μὴ Γοργίαν Νέστορά τινα κατασκευάζεις ἤ τινα Θρασύμαχόν τε καὶ Θεόδωρον Ὀδυσσέα. Theaet. 174. D: ἕνα τῶν νομέων — ἤ τινα βουκόλον ἡγεῖται ἀκούειν εὐδαιμοɪιζόμενον κτλ. Polit. 261. D: οἷον βοηλάτην ἤ τινα (oder ɪuch) ἱπποκόμον. 275. E: ἀλλ' ἤ τινα ἀγελαιοκομικὴν — ἢ καί τινα ἐπιμελητικὴν αὐτὴν ὀνομάσασιν. 295. C: ἰατρὸν ɪέλλοντα ἢ καί τινα γυμναστικὸν ἀποδημεῖν. 296. B: παῖδα ἤ τιν' ἄνδρα ἢ καὶ γυναῖκα. Conviv. 221. E: ὄνους γὰρ κανθηλίους λέγει καὶ χαλκέας τινὰς καὶ σκυτοτόμους κτλ. al. Similiter τί (infinitum illud, quod per se positum accentum non ›otest amittere, propterea quod sine accentu nihil potest proɪuntiari; accentus autem vocis solute positae acutus est) non ›olum post part. ἤ, εἰ (εἴ τι, *ob etwa*) al., verum etiam solute ›onitur ita ut sit vern. *etwa* (τί, proprie *in etwas*, h. e., *:twa*). Sic etiam Latinorum *quid*, v. c. in *numquid*, *siquid* ıl. — ἕκτῃ] Clark. BD ἕκτῃι. Sic etiam Hermias p. 151, 3 ı.fin. ἐν δὲ τοῖς ἐφεξῆς ἐνήλλαξε τὴν πτῶσιν, κατὰ δοτικὴν ἰπών· ἕκτῃ καὶ ἑβδόμῃ. ΓΔΛΞΠCFGHNOTδ et :orr. Φ ἕκτῃ. Sic etiam Bas. 2. ἕκτῃ, Ald. vero, Bas. 1. et Steph. ἕκτην.

ποιητικὸς — ἢ — ἁρμόσει] Sic libri et plurimi E :t praestantissimi cum Bas. 2. dant, Pal. Vatic. b. ποιητικός ɪις. Etiam Ficinus vertit: *Sexto in poetam vel alium quemvis ›orum qui apte in imitatione versantur.* Soli libri Pariss. EF :xhibent truncatam illam Ald. Bas. 1. et Steph. scripturam: ἕκτην, ποιητικόν. ἑβδόμη, γεωμετρικός. Alteram (Bas. 2.) scripturam etiam Stephanus in marg. commendavit.

P. 176. ἑβδόμῃ] Sic Clark. B, reliqui libri, ut edd., ἑβδόμη. Proxime δημιουργικὸς ἢ γεωργικὸς libri scripti cum

Bas. 2. exhibent, confirmante Ficino qui verterit: *septimo in artificem vel agricolam.* Solus Paris. E. cum libr. edd. (Ald. Bas. 1. Steph. cett.) exhibet *γεωμετρικὸς ἢ δημιουργικός.* Illam sequuti sunt scripturam Bekker. Stallb. et Buttm., recte, siquidem et librorum praestantissimorum auctoritate et ipsa re confirmatur. Similiter enim componuntur *δημιουργὸς* et *γεωργὸς* in Polit. V. 468. A: *αὐτῶν μὲν — τὸν λιπόντα τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλόντα ἢ τι τῶν τοιούτων ποιήσαντα διὰ κάκην ἆρα οὐ δημιουργόν τινα δεῖ καθιστάναι ἢ γεωργόν;* Voces autem *γεωργικός* et *γεωμετρικός* saepissime inter se permutatae reperiuntur, vid. *Needham.* Prolegg. in Geopon. pag. LIV. ed. Nicl. et *Menag.* ad Diogen. Laert. IX, 48. Atque exstitit quidem nuper vir doctus qui desertae relictaeque scripturae *γεωμετρικὸς ἢ δημιουργικός* patrocinium susciperet, *H. Richterus* in libello qui est de ideis Platonis p. 19. „Expectabatur, praesertim quum de mathematicis haud magnifice statuerit, huius, qui vitae communis munera haud sane nimia doctrina administrat, commemoratio.“ Ecquis vero h. l. mathematicum desiderabit eumque cum agricola compositum! Totius autem loci sensum non recte mihi videtur cepisse vir ille doctus quum de variis *scientiae* gradibus posuerit agi „ut a summae sapientiae ubertate Plato descenderit per gradus ad *infimae ignorantiae* turpitudinem, quam tyrannis attribuit.“ Immo varia *vitae* (non scientiae vel potius scientiarum) genera enumerantur ut doceatur quomodo animus humanus gradatim a summo (i. e. sapientia) ad imum (i. e., perfectam pravitatem et iniustitiam, quae in tyrannorum vita conspicitur) descendat. In altissimo dignitatis gradu collocatus est vir qui verum, bonum et pulchrum colit (h. e. philosophus, musicus et amatorius); hunc excipiunt qui vitam degunt actuosam, h. e., qui res humanas vel regunt ac gubernant (2) vel administrant, curant atque etiam suas ipsi res amplificant (3), deinde qui saluti et sanitati prospiciunt conservando et sanando (4), qui hominum vitam ita procurant ut divinando sacrisque faciundis mala avertant hominesque cum diis quasi reconcilient (5); porro qui non in vita regenda et procuranda, sed in imitando versantur (6); quos sequuntur ii qui vitae instrumenta conficiunt, subsidia ei parant eamve sustentant (7). Hic autem extremus est vitae actuosae finis. Quocirca sequuntur qui vitam non regunt, non colunt, non conservant, non sustentant, sed pervertunt, corrumpunt, miserrimamque efficiunt; hi sunt sophistes populique adulator (qui in falsitate versantur) et, qui malorum omnium postremum est propterea quod maximam habet potestatem, tyrannus (qui ipsa s. absoluta est pravitas at-

jue iniustitia). Ita fere ex Platonis sententia vitae genera esse constituenda atque definienda persuasum habeo, quicquid Schleiermacherus, qui sine causa superbientem agit irrisorem, obloquitur p. 372. Pro nihilo est enim quod dicit de vita poëtica satis enim explicatur haec poëticae vitae collocatio verbis adiectis ἢ τῶν περὶ μίμησίν τις ἄλλος; quam videlicet intellexerit Plato μίμησιν eamque poëticam satis constat, vid. inter alia Polit. X. 598. E. sq., ubi φαντάσματα γάρ, ait, ἀλλ' οὐκ ὄντα ποιοῦσιν et: τὰ ἔργα αὐτῶν τριττὰ ἀπέχοντα τοῦ ὄντος, al. innumerab.) et χρηματιστικῷ, collato cum γεωργικῷ (prorsus enim naturali fere ordine inter se excipiunt πολιτικός, οἰκονομικός et χρηματιστικός. Conferri possunt cum h. l. *Plotin.* Ennead. I, 3. p. 19. B. 20. B. C. *Hermes* ap. Stob. Eclog. Phys. T. II. p. 958. et *Hermias* p. 150 sq. — ὀγδόη] Clark. et B. ὀγδόηι. Reliqui libri, ut edd., ὀγδόη. Proxime Ald. Bas. 1. 2. δημικοπικός Mon. 407. δημοκοπιός, Steph. δημοκοπικός, Clark. ΔΠDGT Florr. g. h. ϑ. Vindd. 4. 7. a. δημοτικός, quod haud scio an praestet, Stallbaumio quoque iudice. Δημοκοπικός (ductum a. v. κόπτειν, i. e., τὸ λιπαρῶς ἐγκεῖσθαι καὶ πείθειν παρὰ γνώμην, v. *Dorvill.* ad Charit. p. 58.) est qui populi gratiam aucupatur; δημοτικός vero, proprie plebeius, bono sensu est popularis (ut Phaedon. 82. A: οἱ τὴν δημοτικήν τε καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν ἐπιτετηδευκότες. Cf. Polit. VI. 500. D. Euthyd. 303. D. al.); deinde, ut Latinorum *popularis* (vid. *Cicer.* de Offic. I, 25. et Orat. pro P. Sextio 45. 46.), etiam is qui quae facit quaeque dicit multitudini grata esse volt, qui, optimatium contrarius, populi libertatis avidissimi commodis servit, qui discordiis civium ac seditione pascitur al. (v. *Cicer.* l. l. c. 46.); quocirca δημοτικοί, populares, saepenumero iidem sunt qui alias δημαγωγοί dicuntur. Ita fit ut δημοτικοί, civitati populari studentes et τυραννικοί et coniungantur et inter se opponantur, ut Polit. IX. 572. B sq. 576. C: Ἄλλο τι οὖν — ὅ γε τυραννικὸς κατὰ τὴν τυραννουμένην πόλιν ἂν εἴη ὁμοιότητι, δημοτικὸς δὲ κατὰ δημοκρατουμένην; 587. C: Ἀπὸ τοῦ ὀλιγαρχικοῦ τρίτος που ὁ τύραννος ἀφειστήκει· ἐν μέσῳ γὰρ αὐτοῖν ὁ δημοτικὸς ἦν. Epist. VIII. 353. E: τὸ τυραννικὸν ἅπαν καὶ τὸ δημοτικὸν γένος. *Xenoph.* Hist. graec. II, 3. 49: ξὺν τοῖς δημοτικοῖς ἢ τυραννικοῖς. Cf. *Ruhnken.* ad Xenoph. Mem. Socr. I, 2. 58. et *Valcken.* ad Herod. III, 55. Quocirca multa habet quibus altera scriptura δημοτικός commendetur, quippe quae fortiorem habeat significationem; δημοκοπικὸς est enim quem nos dicimus *Volksschmeichler*, δημοτικὸς vero *Demagog*, quem egregie tyrannus, omnium malorum postremum, excipit. Platonem videlicet

constat civitatem popularem (in qua in populo, libertatis vel potius effrenatae licentiae avidissimo, sunt omnia) et unius dominatum (tyrannidem) recte pro pessimis habuisse rerum publicarum generibus, illamque proclivi cursu in tyrannidem delabi, v. Polit. X. — *ἐννάτῃ*] Sic Clark. (*ἐννάτῃ*) *ΔΛ ΞΠΣ*BCFGHNOTr et corr. *Γ*, etiam Florr. a. b. g. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. et Mon. 407. litteram *ν* duplicant. Libri edd. *ἐνάτῃ*. — *ἐν δὲ*] Clark. *ΔΞΠ*DNOT Vind. 4. *a*. Monacc. *ἐν δή*. *Ficinus:* in his *autem* omnibus etc. Proxime *διάγῃ* libri Bekkeri et Stallbaumi (accedit Mon. 407.) praestant, solo excepto Paris. E, qui, ut Steph., scribit *διάγῃ*. Ald. *διάγῃ*, Bas. 1. et 2. *διάγει*. — *μεταλαμβάνει*] D *μεταλαμβάνει*, superscripto *γχάνει*. Vindd. 4. *a*. *μεταλαγχάνει*. Vind. 7. *τυγχάνει*.

Εἰς μὲν γὰρ κτλ.] Laudant h. l. *Euseb.* Praep. Ev. XIII, 16. p. 697. C. et *Theodoret.* Therap. Serm. XI. p. 652. D. Ap. hunc om. *αὐτό*. Deinde art. *ἡ*, quem libri reliqui omnes agnoscunt, deest ap. Euseb. et Theodor. „Rectius, opinor, quamquam defendi potest vulgatum." *Heindorfius.* Etiam *Stephanus* in Annott. p. 62: „debuit addi non legi *ἡ* ante *ψυχή*: ut certe nullum hîc illi articulo locum esse constat ante *ψυχή*, quum sequatur *ἑκάστη*." Sed vid. exempla a *Stallbaumio* ad Phileb. p. 93. congesta et nostra ad Protag. p. 49. Ceterum liber Stephani, quem Heindorfius memorat, sine dubio nullus alius est nisi Eusebius, e quo scripturam quoque in marg. Stephanus affert *οὐκ ἀφικνεῖται*. — *οὐκ ἀφικνεῖται*] Sic libri Bekkeri et Stallbaumi, Monacc. Euseb. et Theod. pro eo quod editi cum *Δ*F et pr. E. dant *οὐ καθικνεῖται*. Sic infra B: *ἔνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρ. ψυχὴ ἀφικνεῖται*. — *ἐτῶν μυρίων*] *Vigerus* ad Euseb. l. l. not. p. 66. scribi iubebat *πρὸ ἐτῶν μυρίων*, sed recte habet simplex genitivus in tempore definiendo (ubi Latini ponunt *intra*, nos germ. *binnen*), vid. *Schäfer.* ad Sophocl. Electr. 478. T. I. p. 241. *Heindorf.* ad Gorg. p. 7. et *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 692. Ceterum decem millibus annorum demum praeteritis, h. e., mundi circuitu peracto (de hoc circuitu v. *Holsten.* et *Rittershus.* ad Porphyr. de vit. Pythag. pag. 24.) animus dicitur in eundem locum reverti unde profectus sit, eo excepto animo qui vere philosophatus fuerit vel amorem philosophum coluerit; hi enim tertio mille annorum circuitu confecto, si ter eandem elegerint vitam (vid. *Pindar.* Ol. II, 123 sq.) plumis instructi revertuntur. Haec quoque ab Aegyptiis videntur manasse, quippe qui circuitum statuissent trium millium annorum ab animo confici, v. *Herodot.* II, 123., quem quidem locum ea qua pollet eruditione

ractavit cl. *Creuzer.* Commentt. Herodot. P. I. p. 317 sq. Cf. dem in Symb. et Mythol III. p. 468 sq. More suo nugatur

το

Iermias p. 153. — πρὸ] Σ πρὸς. Proxime H. τοῦσούτου.

τ. φιλοσηφ. ἀδόλως] Expressit haec *Philo Iud.* T. 249 I. p. 398. et illustravit *Hierocl.* de provid. ap. Phot. Biblioth. Cod. 251. p. 1390, 3 a fin. (p. 465. a. Bekk.) φιλοσοφῆσαι ιὲν ἀδόλως λέγει τὸν θεωρίαν ἄνευ πράξεως πολιτικῆς ἀγαήσαντα, καὶ πάντα τὰ ἄλλα παρ' οὐδὲν θέμενον, καὶ ταῖς αθαρτικαῖς ἀρεταῖς ἑαυτὸν παραδόντα τῇ πρὸς μόνην τὴν ερὰν τελείωσιν ἀγωγῇ, ὡς ἐν Θεαιτήτῳ διέξεισιν. p. 1392, 28: ἀδόλως φιλοσοφεῖν ἀποφαίνεται, τουτέστιν, ἀπεριεργάτως καὶ ἀΰλως καὶ ἀγοητεύτως. Cf. Phaedon. 82. B sq. — παιδεραστήσ. μετὰ φιλοσοφίας] Cf. Legg. VIII. 837. B. ubi inter alia: ὁ δὲ πάρεργον μὲν τὴν τοῦ σώματος πιθυμίαν ἔχων, ὁρῶν δὲ μᾶλλον ἢ ἐρῶν τῇ ψυχῇ, δεόντως ῆς ψυχῆς ἐπιτεθυμηκὼς ὕβριν ἥγηται τὴν περὶ τὸ σῶμα τοῦ σώματος] πλησμονήν, τὸ σῶφρον δὲ καὶ ἀνδρεῖον καὶ ιεγαλοπρεπὲς καὶ τὸ φρόνιμον αἰδούμενος ἅμα καὶ σεβόμεος ἁγνεύειν ἀεὶ μεθ' ἁγνεύοντας τοῦ ἐρωμένου βούλοιτ' ἄν. — αὗται] G αὕτη. Proxime Theod. χιλιετία — ἔωνται. — ρίς] Theod. τρὶς δέ. CN Vind. 7. et Mon. 407. τρεῖς. Proxime Theod. οὕτως — τῷ χιλιοστῷ. Deinde N et Mon. 407. τι pro ἔτει. Ceterum animus, quippe nulla necessitate adstrictus, sibi ipse vitae genus constituit. Sic divino illo loco Polit. X. 617. D: ἀρχὴ ἄλλης περιόδου θνητοῦ γένους θανατηφόρου· οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται, ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε. πρῶτος δ' ὁ λαχὼν πρῶτος αἱρείσθω βίον, ᾧ υνέσται ἐξ ἀνάγκης. ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον κτλ. Ubi cf. quae posuimus p. 632. — αἱ δὲ ἄλλαι] Flor. ϑ. αἱ δ' ἄλλαι. Proxime N τὸ pro τὸν. Sic etiam Mon. 407, recentior ero manus litt. ν adiecit. Mox G τελευτήσασαι. Theodor. τελέσωσιν. Flor. ϑ. et Mon. 407. τελευτήσωσιν scribit, vid. ad Protag. 233. B. Neque enim haec, quamvis minuta videantur, negligi oportet. — κριθεῖσαι] Cf. Phaedon. 107. D sq. Gorg. 523. A sq. Polit. X. 614. B sq. — ὑπὸ γῆς] Ξ r b t Flor. g. ὑπὸ γῆν, quod vide ne praeferri oporteat, ut ὑπὸ ῆν respiciat sequens ἐλθοῦσαι; solent enim praepositiones ic poni ut non substantivi appositi, sed verbi sequentis ratio ıabeatur (in quo quidem usu contractionis cuiusdam vel, quam olgo vocant, attractionis formam equidem agnosco). Sat mulis hoc exemplis illustrarunt *Fischer.* et *Stallbaum.* ad Phaelon. p. 76. D. Adde *Schäfer.* Appar. ad Demosth. T. IV. pag. 19. T. V. p. 412. — δικαιωτήρια] h. e., *in loca sup-*

pliciis destinata. Cf. Pollux. VIII, 251 δικαιωτήρια, τὰ βασανιστήρια, ὡς Πλάτων. Etenim δικαιοῦν non solum est iustum censere, verum etiam id quod iustum est, h. e., poenam in aliquem constituere, in universum punire, v. quos *Ruhnken.* ad Tim. p. 85. (p. 72 sq. Koch.) laudat, *Camerar.* ad Aristot. Nicomach. V, 7. et *P. Leopard.* Emend. V, 9. Adde *Gataker.* Opp. crit. p. 50 sq. Ceterum Gorg. 523. B: τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι. Respexit h. l. *Iamblich.* Adhort. ad philos. c. 13. p. 206. Kiessl. — ἐκτίνουσιν] Theodor. τίνουσιν. N Flor. h. et Mon. 407. ἐκτείνουσιν, pr. G. ἐκτείνουσαιν. Proxime Theod. αἱ δὲ. — εἰς τοῦ οὐρανοῦ] ΔG NO Vind. 4. Florr. g. h. et Mon. 407. εἰς τοὐρανοῦ, quod Bekker. et Stallb. receperunt. Theodor. εἰς τὸν οὐρανόν. — ὑπὸ τῆς δίκης] Δίκη est h. l. *iudicum sententia* s. *iudicium,* ut sexcentis locis positum reperitur (v. c. Phaedon. 58. A. B. 59. D. 61. A. Criton. 50. B. Legg. V. 745. A. VI. 762. A. B. al.). Recte igitur vertit Ficinus: *aliae in coeli quendam locum per iudicium elevatae.* Quem Schleiermacherus sequi debebat qui, quum ante reddidisset contra sensum: *der Strafe enthoben*, nunc vertit: *in einen Ort des Himmels enthoben durch das Recht.*

ἐν — εἴδει] G ἐὰν et Δ ἔδει. Proxime ΣΝΟ et Mon. 407. βίον. Flor. b. et Mon. 407. ἀμφικνούμεναι. Totus hic locus τῷ δὲ — ἀφικνεῖται in Tim. p. 42. B. immigravit. — κλήρωσίν τε] Φ κλ. τινα. Proxime T αἵνεσιν. — ἐθέλη] ΔΠΣBCGHTb Vindd. 1. 3. 6. Florr. a. b. c. θέλῃ. Vind. 3. ὧν ἂν θέλῃ. Proxime Euseb. ἔνθα δή. — βίον] Clark. βίου. Proxime Ambros. r. et Vindd. 1. 3. 6. ὡς, Γ ὃ, Flor. β. θηρίου ὁπότε. De re, vid. Phaedon. 81. E. sq. ubi *Wyttenbachius* ea qua solet ubertate hoc genus explanavit pag. 20 sq. Adde Tim. 42. B. C. sq. *Plotin.* Ennead. III, 4. p. 284. B. C. *Procl.* in Tim. p. 329 sq. al. fere innumerab. Sententiae vero hac se continuatione excipiunt: Non potest nisi animus qui humanus fuit veraque aliquando spectavit, etiamsi dein depravatus in bestiae corpore habitavit, in hominem (s. humanam formam) migrare; est enim hominis proprium verum cognoscere, h. e., conclusione percipere verum illud quod in caelesti vita spectavit, igitur verum illud (quod in superiore vita spectaverit necesse est) recordari. — κατ' εἶδος λεγόμενον] Obscurum sine causa Heindorfius hunc locum habebat, cui ne sana quidem prorsus videretur scriptura; quocirca ante κατ' εἶδος interpositum volebat articulum τό, ut sensus exsisteret: *hominis enim est intelligere id quod in universum dicitur* i-

elligiturque (*das Allgemeine*). Atque hunc sequutus Schleiermacherus vertit: *denn der Mensch muss nach Gattungen ausgedrücktes* (sic) *begreifen*, quasi κατ' εἶδος λεγόμενον aliud quid esse possit quam *secundum generalem*, *quae dicitur*, *speciem*; sic enim λεγόμενον (quod dicitur, nos: *wie man es nennt* s. *sogenannnte*) usurpari non est quod exponam. Neque, si locum recte intelligimus, ulla opus est correctione; haec enim oratio arcte cohaeret cum praegressa, ut v. ξυνιέναι ad praegr. τὴν ἀλήθειαν referatur et ex hoc peti possit pron. αὐτήν, quod locis sexcentis sic omittitur, quia per se intelligitur. Sic, ut aliqua afferam exempla, Protag. 310. E: οὔτε ἀκήκοα οὐδὲν (int. αὐτοῦ). 317. D: κατεσκευάζομεν (int. αὐτό, τὸ συνέδριον). 321. D: κλέπτει — τὴν ἔντεχνον σοφίαν σὺν πυρὶ (ἀμήχανον γὰρ ἦν — γενέσθαι), καὶ οὕτω δωρεῖται ἀνθρώπῳ. 323. B: καὶ οἱ οἰκεῖοι προςιόντες νουθετοῦσιν int. αὐτὸν ὡς μαινόμενον. Cf. 325. C. D. 347. C. Gorg. 510. C. Polit. I. 343. A. II. 383. C. VI. 491. B. VII. 536. D. al. innumer. Iam si v. ξυνιέναι refers ad praegressum τὴν ἀλήθειαν, sensus evadit perspicuus: animus non potest in hominem migrare nisi humanus fuit, h. e., nisi verum spectavit in superiore vita; nam etiam in terrestri vita hominis proprium est verum notione et conclusione assequi, qua quidem veri notione ipsum, quod ante spectavit, revocatur verum: quocirca veri cognitio humana nihil aliud est nisi ipsius (s. divini et absoluti) veri recordatio. Verum autem illud quod ipsius s. divini memoriam veri redintegrat, non est id quod sensibus percipimus (h. e. singulae illae res, quae non *sunt*, sed oriuntur et intereunt, quasi caducae veri imagines), sed id quod ex rerum sub sensus cadentium perceptionibus concludimus et comprehendimus (dum varias multasque res ad unum revocamus genus). Comprehendere (nostr. *begreifen* idem significare constat) est igitur τὸ ξυλλαβεῖν εἰς ἕν (Theaet. 147. D.); quocirca notio s. comprehensio ἄθροισμα (quasi *multorum collectio in unum* s. *collectio ex sensibus perceptis*, v. *Vitruv.* I, 1. Cf. *Barth* ad Claudian. p. 108.) dicitur Theaet. 157. Haec igitur comprehensio hominis, qui verum per se spectavit, propria est, et hac sola redintegratur veri ipsius cognitio, in qua antequam in corpus intravit, animus noster viguit. Itaque sensus est: oportet videlicet hominem eam (veritatem) comprehendere secundum speciem vel genus quod dicitur, quod quidem ex multis proficiscitur perceptionibus (αἰσθήσεσι), ratione in unum collectis, h. e., quas cogitando et ratiocinando ad unum revocamus. Quocirca verti possit h. l.: *denn der Mensch muss sie* (die Wahrheit) *im sogenannten Begriffe erfassen*,

welcher aus vielen durch das Denken in Eins verknüpften Wahrnehmungen entspringt (h. e., ut nostri philosophi loquuntur, *welcher die Einheit eines Mannichfaltigen ist*). — *ἰόν*] Clark. „ἴον (sic) in marg. puto οἷον." *Gaisf.* Proxime libri habent ξυναιροίμενον idque Ficinus quoque expressit vertens: *oportet vero hominem intelligere secundum speciem, ex multis procedentem sensibus in unum ratiocinatione conceptum.* Sed, ut alia praeteream, species (τὸ εἶδος) non potest dici ex multis perceptionibus *in unum* procedere; nam quum ipsa sit unum illud quod e multis proficiscatur perceptionibus, in semet ipsam diceretur procedere, quod repugnat. Quocirca ἰόν non potest ad v. εἰς ἕν, sed tantum ad v. ἐκ πολλῶν αἰσθήσεων referri. Ita vero εἰς ἕν nihil habet quo referatur, nisi scribitur ξυναιρουμένων (εἰς ἕν) pro ξυναιρούμενον: *ex multis perceptionibus quae ratione in unum colliguntur.* Quibus quidem verbis simul comprehensionis origo describitur; dicitur enim ita exsistere ut ratio s. ratiocinatio multas perceptiones in unum colligat s. comprehendat. His adductus rationibus ξυναιρουμένων, quod Heindorfius quoque commendaverat, in ipsam Platonis intuli orationem. Quamquam defendi fortasse poterit ξυναιρούμενον ad v. ἕν relatum, quum debuisset ad v. αἰσθήσεων referri. Etenim sic solet participium ad nomen accommodari proxime positum, licet ad sensum cum altero cohaereat. *Thucyd.* I, 110: Οὕτω μὲν τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη ἓξ ἔτη πολεμήσαντα. *Demosthen.* c. Androt. 78, 8. B: προειρημένων ἡμερῶν ἀριθμόν. al. Einsdem generis est Protag. 329. D: ἑνὸς ὄντος τῆς ἀρετῆς, ubi v. quae posuimus p. 119. Cf. *Fritzsch.* Quaest. Lucian. p. 235. De latinis, vid. *G. I. Voss.* Orator. Instit. IV, 12. (de hypallage) p. 254 sq. Sic etiam defendi potest vel potius debet ποιουμένων p. 244. C. Ceterum cum v. κατ' εἶδος ξυνιέναι comparanda similia κατ' εἴδη σκοπεῖν Sophist. 285. A., κατὰ γένη διακρίνειν Sophist. 253. E. al.

δέ ἐστιν] Pal. Vat. b. et Mon. 407. δ' ἐστίν. Τοῦτο explicat Heindorfius τὸ συναιρεῖν λογισμῷ εἰς ἓν τὰς πολλ. αἰσθήσεις; potius refertur τοῦτο ad τὸ ξυνιέναι τὴν ἀλήθειαν κατ' εἶδος λεγόμενον; haec veri comprehensio recordatio dicitur, quia ipsum verum quod in superiore vita spectavimus (h. e., ἰδέα, proprio sensu ita dicta, ut distinguatur ab eo quod εἶδος, h. e., notio universa vel genus, vocatur. Vid. quae *H. Richterus* de ideis Platonis disputavit p. 27 sq.) hac comprehensione revocatur. Etenim notio s. comprehensio (εἶδος) est quasi exemplar ideae quod cogitatione fingimus; quocirca, dum hanc cogitatione informamus, verum ipsum (quod spectavimus,

h. e., ideam) agnoscimus reminiscendo. Idea est id quod vere est (nos dicimus das Wesen s. das wesentliche, wahrhafte Seyn), notio vero id quod ad τὸ ὄντως ὄν cogitatione informamus (*das formelle, nachgebildete Seyn*). Celebratissima haec est Platonis sententia qua discere et cognoscere posuit nihil aliud esse nisi agnoscere reminiscendo ea quae animus in superiore vita spectasset, h. e., recordari. Cf. Phaedon. 72. E sq. Menon. 81. C. *Cicero* Tusc. Disputt. I, 24. *Maxim. Tyr.* XXVIII. al. Vid. *Creuzer.* ad Plotin. de pulcr. p. 166 sq. Subtiliter de hoc genere exposuit *St. Martinus*, excellentissimi vir ingenii, in libro qui inscribitur: *Tableau naturel des rapports, qui existent entre Dieu, l'homme et l'univers* (Edimb. 1782. 8.) p. 70., qui quidem locus longus est ad transscribendum. — ποτ'] τ' *Α*. Proxime Flor. b. ἡ ψυχὴ ἡμῶν Proxima ἃ νῦν εἶναί φαμεν illustrantur *Ciceronis* verbis Tusc. Disputt. I, 24: *nihil enim ille putat esse quod oriatur et intereat, idque solum esse quod semper tale sit, quale ἰδέαν appellat ille, nos speciem.* — ἀνακύψασα] egregie positum est hoc verbum, quo res insigniter ac poëtice fere depingitur. Ἀνακύπτειν est enim proprie caput attollere, emergere (cf. 248. A: ὑποβρύχιαι, ibique notata), deinde capite elevato sursum s. alte spectare. Vid. *Hemsterhus.* ad Lucian. Somn. T. I. p. 196. Bip. et *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 302. — ὄντως ὄν] Clark. et reliqui libri tum Bekkeri tum Stallbaumi ὂν ὄντως (vid. supra 247. E.), exceptis EF, qui cum libris edd. scribunt ὄντως ὄν. Illud iure Bekk. Stallb. et Buttm. revocarunt. In ΣN et Mon. 407. deest ὄν. — διὸ δὴ δικ.] Part. δή om. *Α* et pr. *Ξ*. „Ad illa Διὸ δὴ δικ. cet. conf. *Reizii* notam ad Aristot. Polit. p. 106." *Heindorfius.* Respexit h. l. *Plutarchus* Amat. T. II. p. 766. E: καὶ τὰς καλὰς ταύτας καὶ ἱερὰς ἀναμνήσεις καλοῦμεν ἡμεῖς ἐπὶ τὸ θεῖον καὶ ἀληθινὸν καὶ ὀλύμπιον ἐκεῖνο κάλλος, αἷς ψυχὴ πτεροῦται. Hoc quoque πτεροῦσθαι et ἀναπτεροῦσθαι (quo Euripides quoque frequenter usus est, v. c. Orest. 866. Suppl. 89. ubi v. Marcland. Cf. *Sturz.* Lex. Xenoph. T. I. p. 214. Quamquam apud hos in animo ponitur suspenso, atque etiam irritato) posterioris scriptores aetatis certatim fere imitati reperiuntur, velut *Iustin. Mart.* Dial. c. Tryph. c. 2. p. 108. A: καὶ ἡ θεωρία τῶν ἰδεῶν ἀνεπτέρου μοι τὴν φρόνησιν. *Clem. Alex.* Cohort. ad gent. 10. T. I. p. 83. Pott. Paedag. I, 12. T. I. p. 160. Strom. V, 13. T. II. p. 696. *Theodoret.* Therap. VIII. p. 601. B. al. — μνήμῃ] Sic *Hermias* (p. 154, 7. a fin. πρὸς οἷς νοητοῖς ὢν τῇ μνήμῃ κατὰ δύναμιν ὁ φιλόσοφος ὤν) et *Lambinus* ad Horat. T. II. p. 253. A. Simili-

ter *Himer.* Orat. XIV. p. 630: πρὸς ἐκεῖνα τῇ μνήμῃ φέρεται ἃ ποτ' εἶδεν, ὅτε μετὰ τῶν θεῶν περὶ τὸν οὐρανὸν περιφέρετο. Idem coniecerat Schleiermacherus et repetiverunt Heindorfius (in ed. alt. Buttmannus reduxit μνήμῃ) Bekk. et Stallbaum. Loquutionem πρός τινα εἶναι vel γίγνεσθαι (ut p. 249. D.), *mentem in aliqua re defigere* s. *in aliqua re meditari* (ut Phaedon. 84. C. Polit. VIII, 567. A.) sat multis illustrarunt exemplis *Wyttenb.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 21. ad Phaedon. p. 223. *Boissonad.* ad Philostr. p. 310 et *Schäfer.* ad Dionys. de compos. verb. p. 143. — οἷςπερ] N οἷςπερ. Proxime articulum ὁ ante θεός haud norunt Cl. ΔΠΠDGNOT Florr. g. h. et Mon. 407., recte, ni fallor. vid. ad Protag. p. 19. Hermias quatuor affert lectiones p. 134. 11. a fin. τέσσαρες φέρονται γραφαί· ἢ πρὸς οἷςπερ θεὸς ὢν θεός ἐστιν, ἢ πάλιν θεῖός ἐστιν, ἢ μετὰ τοῦ ἄρθρου πρὸς οἷςπερ ὁ θεὸς ὢν θεός ἐστιν, ἢ πάλιν θεῖός ἐστιν. — τοῖς δὲ δὴ] Part. δέ om. NO et Mon. 407. Proxime Γ et Florr. b. θ. χρώμενος ὀρθῶς, in Σ deest ὀρθῶς. — τελέους — τελούμενος] Σ τελέως, Ξ τελείας, b τελέως. Ceterum voces τέλεος, τελετή et τελεῖν ad philosophiam philosophamque spectationem et contemplationem transferri supra iam notavimus. Proxime in Mon. 407. μόνος om. et N scribit μόνως.

καὶ π. τ. θ. γιγνόμ.] Coni. καί deest in G. Mon. Vind. 4. πρὸς τὸ θεῖον. Proxime N et Mon. 407. νουθετοῦντες. Proxime μέν deest in Mon. 407.

P. 178. παρακινῶν] *mente turbatus* s. *insaniens.* Παρακινεῖν enim, demovere, turbare, deflectere, ut Latinorum *deflectere* (h. e. se deflectere), in homine dicitur qui ab honestate vel mente sana deflectit, qui mente turbatur et praesente cum praeterito unam in notionem copulato (quod pluribus in verbis fieri constat, v. *Matth.* Gramm. gr. p. 930.) qui mente turbatus ac permotus est (nos graeco plane convenienter dicimus *verrückt seyn;* etenim παρακινεῖν sensu activo proprie est *verrücken).* Quod quidem modo leniorem (*permoveri, perturbari* al.), modo fortiorem (ut h. l., ubi indecori et turpitudinis cuiusdam notio adiuncta est) habet sententiam. Polit. VII. 540. A: εἰ ἐμμενοῦσιν ἑλκόμενοι πανταχόσε, ἤ τι καὶ παρακινήσουσιν. IX. 591. E: μή τι παρακινῇ αὐτοῦ τῶν ἐκεῖ διὰ πλῆθος οὐσίας κτλ. *Xenoph.* Mem. Socrat. IV, 2. 35: πολλοὶ μὲν γὰρ διὰ τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῖς ὡραίοις παρακεκινηκότων διαφθείρονται. Sic etiam ὑποκεκινηκώς Polit. IX. 573. C: Καὶ μὴν ὅ γε μαινόμενος καὶ ὑποκεκινηκὼς οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἐπιχειρεῖ τε καὶ ἐλπίζει

δυνατὸς εἶναι ἄρχειν. Cf. *Coraius* ad Hippocr. de aëre et loc. T. II. p. 366. et *Schäfer.* ad Sophocl. Ai. T. I. p. 227. De re, vid. *Porphyr.* de regressu anim. ap. Augustin. de civit. dei X, 29. p. 264.

Ἔστι δὴ οὖν κτλ.] Locus hic, si verborum consequutionem spectas, admodum videtur impeditus, neque tamen difficultates eiusmodi sunt quae superari non possint. Tribus videlicet concitationis animi generibus explicatis, uno, quod in divinatione viget, altero quod in expiandis sceleribus sacrisque mysticis versatur, tertio, quod in animorum inflammatione poëtica elucet, postquam oratio a proposito, ut videtur, egressa probavit animum esse immortalem et in superiore vita divina spectasse, quae si recognoscat reminiscendo, divino instinctu concitetur vereque beatus ac perfectus evadat: ad quartum concitationis genus, furorem amatorium, progreditur ut ostendat hanc animi inflammationem omnium esse praestantissimam. Excursione igitur facta revocatur oratio eo unde deflexit, ad inflammationis genera illustranda; et tribus iam explicatis reliquum est quartum (inflammatio amatoria), quod nunc docet praestantissimum esse. Atque hoc significatur verbis *ἔστι δὴ οὖν ὁ πᾶς λόγος — περὶ τῆς τετάρτης μανίας,* quae cum sequentibus: *ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη — γίγνεται* cohaerent: universa igitur oratio de quarto inflammationis genere habita huc redit s. huc deducta est ut pateat hanc esse omnium optimam. *Ἔστι ἥκων* est i. q. *ἥκει,* ut solet verbum *εἶναι* cum aliorum verborum participiis coniungi, velut Phaedon. 76. B: *εἰληφότες ἦμεν.* Sophist. 249. B: *φερόμενα καὶ κινούμενα πάντ' εἶναι* (pro simplici *φέρεσθαι* et *κινεῖσθαι*). 257. D: *διὸ πολλαὶ τέχναι τ' εἰσὶ λεγόμεναι καὶ ἐπιστῆμαι* (i. q. *λέγονται*). 258. B: *ἔστιν — ἐλλειπόμενον.* 267. E: *εἴτε διπλόην ἔτ' ἔχων τινά ἐστιν ἐν ἑαυτῷ* (i. q. *ἔχει*), alia fere innumerabilia. Cf. *Viger.* de praec. gr. dict. idiot. p. 342 sq. Herm. *Dorvill.* ad Charit. p. 624. *Hermann* ad Eurip. Hecub. 1153. *Porson.* Add. ad Hecub. p. 103 sq. ed. III. et *Boissonad.* ad Philostr. Her. p. 660. et *Eunap.* p. 357. Quod quidem loquendi genus Latini sibi adoptarunt, velut *Cicer.* Orat. 13: *Est enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates.* Cf. *D. Vechneri* Hellenolex. II, 9. p. 531 sq. ed. Heusing. Verba autem *ἔστιν — ἥκων* reddi possunt *huc deducta est* s. *processit* (universa haec quae de amore habetur oratio), quia *ἥκειν* Graecis ita solet usurpari ut et praeteritum et praesens in eo lateant (*ἥκω* est enim *veni* et *adsum*, vid. ad Protag. p. 20. Ad sensum autem melius ita vertitur: Huc igitur *redit* (nos: *darauf*

läuft — hinaus, dieses ist das Ergebniss s. Resultat. Similiter Ficinus vertit: *tendit igitur huc totus sermo qui est circa quartum furorem* cet.) universa haec de quarta animi inflammatione suscepta oratio s. hoc efficit, omnium eam esse optimam. Verba *ὁ πᾶς λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας* universam hanc, quam recantandi causa Socrates nunc de amore (vero videlicet vel philosopho, igitur de inflammatione animi amatoria) habet orationem significant. Minus recte, si quid video, verterunt Schleiermacherus: *Und hier ist nun die ganze Rede angekommen*, et *Schneiderus* de loc. nonn. Ph. Plat. p. 3: *Nunc igitur adest universa oratio de quarto furore* cet. — *ἵν' ὅταν κτλ.*] In his verbis tractandis, quum maxima in libris reperiatur lectionum discrepantia, ita cautissime faciemus, si ea, quae libri praestantissimi concordissime tuentur, servamus et ad haec reliqua accommodamus. Incerta enim non possunt nisi e certis iudicari. Iam pro certis ac genuinis habenda sunt, ni fallor, *ἣν* (pro *ἵν'*), *πτερῶται* et *προθυμούμενος*. Etenim scripturae *ἵν'* quae in libr. edd. Ald. Bas. 1. 2. Steph. comparet, omnium fere librorum (Clark. *ΓΔΞΣ*BCD GHNOPrb Florr. a. b. c. g. h. i. *ϑ*. Vindd. 1. 3. 6. 7. a. s. Monacc.) obsistit auctoritas. Hoc igitur omnino patet servandum esse; quocirca pro nihilo nunc videtur hoc quod conieci, licet Vind. 4. id confirmet. Pronomen autem *ἣν* (μανίαν) quod iure receperunt Bekkerus et Stallbaumius, non potest nisi ad sequentia referri *αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακειμένου*, neque tamen ita ut, quod Stallbaumio et Buttmanno videbatur, accusativus *ἣν* connectendus sit cum verbis *αἰτίαν ἔχει*, ut sit: quam (*μανίαν*) causam habet, i. e., quae causa est; *αἰτίαν* enim *ἔχειν* (proprie *in culpa esse*) dicitur id cui aliquid in criminis loco obiicitur qui accusatur vel *reprehenditur*, ut h. l. Polit. VIII. 565. B: *αἰτίαν δὴ ἔσχον ὑπὸ τῶν ἑτέρων — ὡς ἐπιβουλεύουσι τῷ δήμῳ.* 566. C: *χρήματα ἔχων καὶ μετὰ τῶν χρημάτων αἰτίαν μισόδημος εἶναι.* al. Cf. *Casaubon.* ad Athen. IX, 11. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 211 sq. Supra: *νουθετεῖται ὑπὸ τῶν πολλῶν ὡς παρακινῶν.* Quocirca *ἣν* accusativus est solute positus, quem latine possis exprimere ablativo vel praepositione aliqua *secundum, per*, etiam *propter* (h. l. *cuius vitio fit — ut reprehendatur quod insaniat*); Polit. 296. E: *τοῦτον δεῖ — τὸν ὅρον εἶναι — ὃν ὁ σοφὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ διοικήσει τὸ τῶν ἀρχομένων.* Theaet. 182. C: *οὐκοῦν ἀμφοτέρας ἃς διειλόμεθα κινήσεις φερομένα τε καὶ ἀλλοιούμενα;* Tim. 81. A: *ἡ φορὰ — ἣν πᾶν ξυγγενὲς πᾶν φέρεται πρὸς ἑαυτό.* (Quamquam hi ablativi aliter explicari possunt, vid. *Graser.* Advers. in Serm. Plat. p. 90.)

Menon. 91. B: ταύτην οὖν τὴν ἀρετὴν (Stephanus corrigebat διὰ ταύτην cet.) σκόπει παρὰ τίνας ἂν πέμποντες αὐτὸν ὀρθῶς πέμπομεν. Praecipue pronomina constat tam relativa (ὃ, ἃ al. pro δι' ὅ, δι' ἅ. V. *Matth.* Gramm. gr. p. 893.) quam demonstrativa (τοῦτο, ταῦτα, v. ad Protag. p. 23.) sic poni. Etenim quia Graecorum accusativi propria est relationis quae dicitur significatio, solute ponitur quartus casus, ubi aliae linguae praepositionem vel circumloquutionem aliquam adhibent (ut nos: *in Beziehung auf*, *in Betreff*, *wegen* al.). Scriptura ἵν' ex ἣν (*hin* pronunciato) natum est. Ficinus vertit: *quo*. Stephanus annotat: „neque enim dubito quin apud eum mendose *Quo* pro *Quod* scriptum sit, quum sequatur *Recipit* et *Nititur*, non *Recipiat* et *Nitatur*." — ὅταν] Clark. ὅτ' ἂν. Reliqui libri omnes ὅταν tuentur. Ficinus quoque: *quando quis — alas recipit* cet. In seqq. dele distinctiones post v. κάλλος et part. ἀναμιμνησκόμενος. De re, comparand. *Maxim. Tyr.* Diss. XXVII, 7. p. 329. — ἀναπτερῶται] Clark. ΔΛΠBCDEGHb Florr. a. b. c. g. i. ϑ. Vind. α. et pr. F. πτερῶταί τε, quod post Bekkerum reposuit Stallbaumius, recte, ni fallor: Vindd. 1. 3. 6. cum ΣΤ πτεροῦταί τε, NOR Vindd. 4. 7. Monacc. et re. T. ἐπτέρωταί τε, Flor. h. ἐπτερῶταί τε. Sequens quidem ἀναπτερούμενος et sensus videntur commendare ἀναπτερῶται, quod in reliquis libris (Ald. Bas. 1. 2. Steph. ΓΞ cett.) comparet. Etenim ἀναπτεροῦσθαι h. l. est *rursus plumis indui*, in quo mentis concitatae (cf. *Aristoph.* Av. 1445. coll. 1447. ib. interpp.) significatio inest. *Ficinus* quoque nostram expressit scripturam reddens: *alas recipit receptisque evolare nititur.* Attamen recte habet πτερῶται — ἀναπτερούμενος (quo praegressum quodammodo magis definitur): *quum quis pennis induitur pennisque rursus indutus* cet. Part. ἀναπτερούμενος om. E et pr. F. — προθυμῆται] Libri Bekkeri et Stallbaumi omnes προθυμούμενος, quod Bas. quoque 2. et Stob. Eclog. Phys. p. 22. Canter. dant, solo excepto Ξ, qui cum Ald. Bas. 1. et Steph. scribit προθυμῆται, idque Ficinus quoque reddidit: *evolare nititur.* Atque hoc tam orationis cohaerentia (ὅταν enim et partt. τε καί coniunctivum requirunt) quam sensus videtur postulare (accedit quod προθυμούμενος e confusione propter praegr. participium ἀναπτερούμενος videri possit natum esse). Participio προθυμούμενος reposito sequens ἔχει (id quod Stephanus proposuit; „Nisi ὁρῶν mutemus in ὁρᾷ, suspensa relinquitur oratio; simul autem ἔχῃ legendum, ut opinor, fuerit") videri possit mutandum esse in ἔχῃ; ita vero relativum praegressum ἣν nihil haberet quocum coniungi posset. Attamen ἔχει refertur ad ἣν, et pro modo finito (h. l.

coniunctivo e coni. ὅταν pendente) positum est participium ἀμελῶν (int. ῇ), i. q. ἀμελῇ. Vid. infra posita. De participp. ἀναπτερούμενος προθυμούμενος (*dum cupit*) sine copula iunctis vid. ad Protagor. p. 146. Schneiderus l. l. sic verba interpretatur: *quo quando quis conspecta huius loci (?) pulchritudine veram recordans pennas induit easque recipiens evolandi cupidus, sed viribus destitutus avis instar sursum intuens inferioraque negligens laborare insania arguitur,* quae quam apte cohaereant ipse viderit vir doctissimus. Dignum vero est qui cum nostro loco conferatur egregius ille *Cicer.* de Orat. II, 6: *Sic enim se res habet, ut, quemadmodum volucres videmus — volitare, sic nostri animi — gestiant ac volitare cupiant vacui cura ac labore.* — ἀναπτίσθαι]

ά

Paris. P cum Bas. 1. 2. ἀνάπτεσθαι, F. ἀναπτισθαι. — ἀδυνατῶν δὲ] Verba ἀδυνατῶν δὲ — ἀμελῶν, quae cum praegressis cohaerere debebant (ἀδυνάτων δέ enim, ut part. δὲ iam indicat, antecedentibus προθυμούμενος ἀναπτέσθαι fere opposita sunt), videntur cum oratione sequente αἰτίαν ἔχει κτλ. coniuncta esse. Etenim oratio sic erat conformanda: ἦν — ὅταν — πτερῶται τε καὶ προθυμούμενος ἀναπτέσθαι, ἀδυνατῶν δὲ (int. ἀναπτέσθαι) βλέπῃ ἄνω, τῶν κάτω δὲ ἀμελῇ, αἰτίαν ἔχει. Quia vero his ipsis verbis ἀδυνατῶν — βλέπῃ et ἀμελῇ causa continetur cur huiusmodi homo insanus existimetur ac reprehendatur, sic videtur conformata esse oratio ut verba illa cohaereant cum αἰτίαν ἔχει, h. e., pro coniunctivis (e part. ὅταν pendentibus) posita sint participia βλέπων et ἀμελῶν. Possis quidem statuere participia βλέπων et ἀμελῶν (int. ῇ. Vid. *Schäfer.* melet. cr. p. 43 sq. ad L. Bos. p. 608 sq.) pro coniunctivis esse usurpata, vid. *Hermann.* ad Viger. p. 770. 776. 832. *Matth.* Gramm. gr. p. 1092 sq. Idque h. l. eo magis potuit fieri, quod ἀμελῶν adiectivi fere (*incuriosus*) vim habet. Accedit quod universa haec oratio artificiosa est atque durior. Satius tamen mihi videtur anacoluthiam quae dicitur vel structuram variatam sumere, eamque iusta de causa, h. e., propter sensum, admissam. Etenim graecus sermo tantum abest ut in nostrarum linguarum modum leges formasque grammaticas putida quadam accuratione observet, ut eas adeo negligat, si, id quod verum est sermonis principium, sensus eiusque declaratio ita fert; velut h. l. pro coniunctivis participia posita sunt, quae, si sensum spectas, cum vv. ἦν — αἰτίαν ἔχει cohaerent. Similia affert exempla *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1094 sq. Pariter post εἰ, ὅτι al. participia ita ponuntur, ut cum altera cohaereant orationis parte, vid. *Hermann.* ad Viger. l. l. *Bornemann.* ad Xenoph. Anabas.

I, 6. 24. et interpp. ad Gorg. 481. D. — *ὄρνιθος δίκην βλέπ. ἄνω*] *in avis modum sursum spectans*, quo simul stupida fere hominum quasi inhiantium depingitur appetitio, homines igitur amoris corporei appetentes irridentur. Respexit autem Plato, ut videtur, Aristophanem, qui ad aequalium levitatem atque aviditatem irridendam saepius hac usus imagine reperitur. Cf. Av. 169 sq. Huc vero praeter cetera pertinent Av. 50: *ἄνω κέχηνεν.* 264:

καίτοι κέχηνά γ' εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπων.

Cf. v. 308. Pac. 56. Nub. 173. *Plutarch.* quomodo audiendi sint philosophi 48. A. De prof. in virt. sent. 78. E. *Lucian.* Tim. §. 18. Nostrum locum imitatus est qui Epist. VII. p. 348. A. condidit: *ἐγὼ μὲν βλέπων ἔξω, καθάπερ ὄρνις ποθῶν ποθὲν ἀναπτέσθαι.* — *ἔχει*] ΞF *ἔχῃ.** Sic etiam F corr. Stephanus corrigebat *ἔχῃ*, vid. supra notata. — *μανικῶς*] Clark. ΠFGNOPT et Monacc. *μανικὸς.*

ἐξ ἀριστῶν] Vid. p. 246. A. Proxime Ξ *τῷ ἔχοντί τε.* E
Mox T *κινοῦντι* pro *κοινωνοῦντι.* Deinde Monacc. *ὁ*, Vindd. 4. 7. *α. ὅτι ὁ τ.* Λ *αὐτοῖς* pro *αὐτῆς.* — *φύσει*] naturâ, h. e. *omnino*, *per se*, etiam *reapse.* Sic Platoni *φύσει*, *τῇ φύσει* et *τὴν φύσιν* usurpatur: Phaedon. 103. B. Gorg. 492. B. Theaet. 172. B. Polit. 278. C. Cratyl. 390. A. 391. A. 393. B. Phileb. 52. A. Conv. 192. B. 203. C. 208. B. Polit. II. 375. E. III. 392. C. 407. C. 408. B. 411. B. IV. 434. A. 442. A. 443. C. V. 455. E. 474. B. VI. 485. C. 487. A. 501. B. VII. 515. C. 523. A. 526. B. X. 597. B. C. 598. A. Parmen. 139. E. Legg. VI. 777. D. VII. 803. C. sexcenta alia. Cf. *Fabric.* ad Sext. Empir. Pyrrh. hypotyp. I, 12. p. 9. De part. *ἤ*, *aliter*, vid. ad Protag. p. 89. De re, cf. Menon. 81. C. (qui locus vide ne ad nostrum sit conformatus) et *Plotin.* Ennead. I, 6. p. 51. F.

ἀναμιμν. δ'] Part. *δ'* om. ΛE. Florr. a. c. g. h. *δὲ* 250
ἐκ. Pro *τῶνδε* cl. *Böckhius* in Annal. litter. Ienens. 1808. Nr. 176. p. 186. scriptum volebat *τῶν τῇδε*; quo nihil opus est, quum *τάδε* per se significet quae *hic* sunt, h. e., humana et citeriora, quae Latini dicunt (*Cicer.* Tusc. Disputt. V, 25. de re publ. I, 21. ib. Moser. p. 92.): ut bene componatur cum v. *ἐκεῖνα.* Sic enim Graeci *ὅδε*, ut Latini *hic* (v. *Ochsner.* ad Olivet. Cicer. Eclog. p. 51.), ponunt ut locum indicet. Cf. *Schäfer.* melet. critt. p. 77. et *Stallbaum.* ad Phileb. p. 194. Igitur *τάδε* sunt *die hiesigen Dinge* s. *das Hiesige*, *ἐκεῖνα das Jenseitige* (*Uebersinnliche*). Ceterum respexerunt hunc locum *Plutarch.* Conv. VIII. T. II. p. 745. D. E. *Procl.* Hymn. II, 8. Anthol. gr. T. III. p. 150. et *Iamblich.* de myster. III,

20. p. 86, 20. — ἐκεῖνα] om. T et pr. Π. — οὔτε ὅσαι] Γ οὐθ' ὅσαι, quod Bekkerus recepit. Flor. ϑ. οὐτ' ὅσαι. Φr οὐδὲ, T ἅτε. Proxime NP et Monacc. ὅσα pro ὅσαι. In seqq. Flor. c. τα ἐκεῖ. — οὔϑ'] Φr οὐδ'. Mox ΣΦr προςπεσοῦσαι. — ὥςτε] Sic Clark. ΔΠCDGNOPT Florr. a. g. h. et mg. c. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Monacc. Libri reliqui (ut E, Ξ οὔτε αἱ, Γ οὔϑ') cum scriptis οὔτε exhibent, quod ex praegressorum οὔϑ' — οὔϑ' repetitione natum esse patet. Coniunctio vero ὥςτε sic cum infinito coniungitur, ubi nos simplici utimur infinitivo (ut h. l. *die hieher gefallen so unglücklich waren — zu vergessen*). Polit. IV. 433. B: ὃ πᾶσιν ἐκείνοις τὴν δύναμιν παρέσχεν ὥςτε ἐγγενέσθαι. IX. 578. C: καὶ αὐτῷ ὑπό τινος ξυμφορᾶς ἐκπορισθῇ ὥςτε τυράννῳ γενέσθαι. al. Vid. ad Protag. 338. C. p. 150 notata, quibus addere potes *Poppon.* Prolegom. ad Thucyd. P. I. V. I. p. 146 sq. Quocirca Stallbaumium miror scribentem ne receptam quidem lectionem sibi omni ex parte satisfacere. Ficinus quoque ὥςτε vertendo expressit: *neque quot — infortunatae fuerunt*, *ita ut — depravatae — oblivionem acceperint.* Annotat Heindorfius in ed. I.: „ut pro tertio οὔτε legisse videatur ὥςτε, quod tamen meo quidem sensu frigoris (?) aliquid habet. Quod ni absurda videatur de duplice olim libri recensione coniectura, coniecerim in altera fuisse οὔτε αἱ δεῦρο πεσοῦσαι ἐδυστύχησαν, omissis reliquis, in altera οὔϑ' αἱ δ. π. ὑπὸ τινῶν etc." Quae pro nihilo putanda. Idem vir doctus ad Euthydem. p. 379. locum nostrum sic attulit: ἐδυστύχησαν, εἶτα — λήϑην — ἔσχον, addens: „sic ibi legendum." Cave credas. Ceterum *Himerius* locum respexit nostrum Orat. XIV. p. 628: ἐπειδὰν συντυχίᾳ τινὶ χρησαμένη — κἂν ἐπ' ὀλίγον εἰς τὴν ἐναντίαν τύχην πεσοῦσα λήϑης τῶν ἐκεῖ ϑεαμάτων ἐμπλησϑῇ. Cf. etiam *Iamblich.* de myster. III, 20. p. 86, 20. — In seqq. delenda est post v. λήϑην et ἱερῶν distinctio. — ἔχειν] Sic libri Bekkeri et Stallbaumi; accedunt Monacc. et Bas. 2.; ΞH Ald. Bas. 1. Steph. ἔσχον, Γ et Flor. ϑ. ἔχει. — λείπονται] N et Mon. 407. λοιπὸν. Proxime Δ τε pro δὲ. Mox pro ὁπόταν Clark. (ὅτ' ἄν τι) ceterique Bekkeri libri praeter ΞEHr ὅταν; adstipulantur Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. α. Monacc. et Bas. 2. Quocirca iure Bekk. Stallb. et Buttm. ὅταν scripserunt. — οὐκέϑ'] Clark. et Bas. 2. οὐκ ἔτ' αὐτῶν, Ald. Bas. 1. 2. Florr. a. b. c. et Vind. 3. οὐκέτ' αὐτῶν, DNOPT Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc. οὐδ' ἑαυτῶν. Ceterum ἑαυτοῦ vel ἐν ἑαυτῷ γίγνεσθαι vel εἶναι (Latin. *apud se esse*, nos: *seiner selbst mächtig seyn* s. *bei sich seyn*) illustravit *Valcken.*

)pusc. T. II. p. 291 sq. De re, cf. *Plotin.* Ennead. I, 6. 4. . 53. B. — *ἀγνοοῦσι*] Flor. h. *ἀγνοοῦσαι*. Proxime G *ἰσθάνεσθαι*, Flor. g. *διεστάνεσθαι*.

ψυχαῖς] E *ψυχῇ*. Mox N *ἄν ἐστι*, Mon. 407. *οὐ κἄν-στι*, T *ὄν ἐστι*. Locum hunc adhibuit *Procl.* in Alcib. I. p. B 09. ap. Creuz. ed. Plot. de pulchro et Init. philos. ac theolog. '. I. F. 2. p. 320. — *δι' ἀμυδρῶν ὀργ.*] Flor. h. *διὰ μαρῶν*. Phaedon. 82. E: *ἀναγκαζομένην δὲ (τὴν ψυχὴν) ὥσπερ δι' εἱργμοῦ διὰ τούτου (τοῦ σώματος) σκοπεῖσθαι τὰ ντα, ἀλλὰ μὴ αὐτὴν δι' αὐτῆς κτλ.* Cf. *Cicer.* Tusc. Disputt. , 20. *Maxim. Tyr.* Dissert. XIII, 5. p. 145. — *ὀλίγοι*] ΔΕΝΟΤb Florr. a. c. i. et Mon. 407. *ὀλίγοις*. Pronomen *ὐτῶν* refertur ad *ἐπὶ τὰς εἰκόνας*. Flor. h. *ἐπὶ τὰς οἰκείας*. — *ότε ἦν*] Flor. g. h. et Mon. 11. *τότ' ἦν* (Mon. 407. *τὸ τ'*) uod Stallbaumius reposuit. Bekkerus scripsit *τότε τ' ἦν* (anotans: „*τ'* libris deest.") „ut *τε* hoc propter interruptum ermonem *ἀνανταπόδοτον* infra repetatur in his: *μετ' ἐκείνων ε ἔλαμπεν.*" *Buttmannus.* Proxime Vind. 4. *μακαρίαν τε ὄψιν καὶ θέαν*. Vox *ὄψιν* ad mysteria spectat; nota sunt *ἐποπτεύειν*, *ἐποπτικά* al., vid. *Bulliald.* ad Theon. Smyrn. pag. 217 sq. *Salmas.* ad Ael. Spartian. p. 34 sq. *Potter.* ad Clem. Alex. Strom. I. p. 325. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. pag. 163. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 177. et *Creuzer.* ad Procl. pag. 91. d. Plot. de pulcr. Cf. *Plotin.* 56. D. et *Himer.* p. 186 sq. ibique Wernsd. — *ἑπόμενοι*] mg. T *θειώμενοι*. Verbum *ἕπεσθαι* illustrat *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 27 q. Ceterum v. *ἕπεσθαι* cum praepos. *μετά* coniunctum, ut 253. B. Phileb. 30. C. Polit. V. 467. E. Euthyd. 276. B. Menex. 235. B. ibique Loers. pag. 70. Adde *Bachmann.* Anecd. gr. I. p. 57, 25. et *Lobeck.* ad Phrynich. p. 354. — *ἡμεῖς*] quippe philosophi, vid. supra p. 246. A. Laudat haec Olympiad. in Alcib. I. p. 87. Creuz., ubi pro *εἰμί* scrib. *ἡμεῖς*. Proxime E *ἄλλον*, ΣΦr *ἄλλων* et Clem. Alex. Strom. V. p. 614. B. Sylb. (T. II. p. 732. Pott.) *ἄλλων*. Locus compar. cum *Themist.* Orat. II. p. 32. D. — Mox T. *εἰδόντες*. — *τελετῶν*] Scrib. *τῶν τελετῶν*, ut Clark. ΔΠDNOPT Florr. g. h i. Vind. 4. Monacc. et re. F. Quod sequuti sunt Bekk. Stallb. et Buttm. Ap. Clem. *τελετήν*. — *μακαριωτάτην*] Haec quoque referuntur ad mysteria, quibus initiati *τρισόλβιοι* praedicabantur. *Sophocles* ap. Plutarch. de poët. intellig. p. 21. E:

ὡς τρισόλβιοι
Κεῖνοι βροτῶν οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη
Μόλωσ' ἐς ᾅδον.

Cf. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. p. 163. Pro ἦν Clark. ἦ, G ἦ, *ΓΔΣ*Tr ἦ, EFδ et rc. *Φ* εἰ, H ἦ ἐὰν, Vind. 1. ἦ, Flor. b. *ϑ*. et Clem. Alex. ἦ. Mox pro λέγειν *ΣΦ*r εἰπεῖν.

ὠργιάζομεν] Sic *Σ* Vindd. 1. 3. 4. 6. 7., idque Heindorfius de coniectura propter seqq. ὅσα ἡμᾶς ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ ὑπέμενεν, scripserat pro vulgato ὀργιάζομεν (G ὀργιζομεν, ap. Clement. Alexandr. l. l. ὀργιάσωμεν, Cod. Par. ὀργιάσωμεν. Verba haec respexit *Proclus* Theol. Plat. IV, 9. p. 193., ubi ὀργιάζομεν exhibetur. De v. ὀργιάζειν, orgia celebrare, vid. *Iacobs* ad Philostr. Imagg. p. 325. Similiter *Plutarch.* Amat. 766. B: ὁ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐρωτικὸς — ἐπτέρωται καὶ κατωργίασται. — ὁλόκληροι] Etenim integri ac puri esse debebant qui se mysteriis initiari vellent, omninoque integra tantum ac pura diis dicabantur; unde ipsi sacerdotes ὁλόκληροι esse debebant, vid. *Spanhem.* ad Callim. H. in Pallad. 121. p. 621. et *Wesseling.* ad S. Petit. Legg. Attic. p. 170. Vocem ὁλόκληρος usurpavit nostrumque respexit locum *Dio Chrysost.* Orat. XII. p. 203. B: τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, τὴν ὁλόκληρον καὶ τῷ ὄντι τέλειαν τελετὴν μυούμενοι. In seqq. ὄντες abest a Clem. Alex. — ἀπαθεῖς] G ἀπειθεῖς. Proxime NOP Vind. 4. Monacc. et Clem. Alex. ὑπέμειναν. — ἁπλᾶ — φάσματα] Haec quoque, ut seqq., sumpta sunt a mysteriis. Etenim visiones et imagines simplices, constantes et beatae conformatae sunt ad arcana illa quae mystis post quinquennium in sacrarium interius admissis aperiebantur (θεάματα, φαντάσματα). Vid. *Dio Chrysost.* Orat. XII. p. 202. *Salmas.* l. l. *Valckenar.* l. l. *St. Croix* de myster. p. 183 sq. ex interpret. Lenzii, et *Creuzer.* ad Procl. in Alcib. I. p. 61. *Δ* et Flor. *ϑ*. scribunt ἁπλῶς. Conferendus est cum h. l. *Dio Chrysost.* Orat. XII. p. 201. C. 211, A. et *Procl.* in Polit. p. 372, 10. — ἀτρεμῆ] non trementia, h. e. placida s. tranquilla. Sylburgius, loci nostri immemor, ad Clem. Alex. l. l. notavit: „aptius forte ἀτρεκῆ, vera.“ *Proclus* in Tim. p. 82, 23: καθαρῶς ὁλόκληρα καὶ ἀτρεμῆ φαντάσματα (sic etiam Theol. Plat. I. p. 1.) μυουμένη, in Polit. p. 372, 10: ὁλόκληρα — θεάματα. Theol. Plat. I, 19. p. 53. et IV, 9. p. 193. IV, 27. p. 220. agnoscit φάσματα. Voc. εὐδαίμονα om. Clem. Alex. l. l. et Procl. Theol. Plat. p. 53. Deinde verba μυούμ. — ἐποπτεύοντες affert *Nicephor.* Schol. in Synes. p. 377. B.

P. 180. αὐγῇ] Clark. ἐναντῇ, αὐτῇ *Δ*GT et pr. *Π*. Proxime ὄντες deest ap. Clem. Alex. Deinde v. καὶ ἀσ. — περιφέροντες absunt a G. Affert haec *Procl.* Theol. Plat. IV, 9. p. 193. — ἀσήμαντοι] *nec signati hoc quod nunc cir-*

:umferentes corpus vocamus. Voce ἀσήμαντοι significatur ϊῶμα, tamquam σῆμα, h. e., sepulcrum animi, ex Orphicorum ;ententia, vid. Gorg. 493. A. Cratyl. 400. B. al. — νῦν] Sic pro vulgato νῦν δὴ Clark. ΔΠDNOPT Florr. g. h. Vind. 4. Mon. 407. Clem. Alex. et Procl. Theol. Plat. p. 193. n libro Ambros. r δὴ νῦν scribitur. Proxime v. ὀνομάζομεν m. NP. In Mon. 407. marg. est appositum. — ὀστρέου ρόπον] *Plutarch.* de exsil. T. II. p. 607. D: καθάπερ φησὶν ὁ Πλάτων, ὀστρέου τρόπον ἐνδεδεμένη τῷ σώματι. Cf. *Athen.* III, 44. p. 362. Schw. *Themist.* Orat. XXI. p. 216. :. al. De voce ὄστρεον, Athenaeus l. l. Platonem non ὄστρεια, ed ὄστρεα, ut ὄρνεα, dixisse refert (Polit. X, 611. D: ὄστρεά ε καὶ φύκια καὶ πέτρας. Cratyl. 424. D.); cf. ib. Schweigaeus. et *Sallier.* ad Moer. p. 285.; quamquam grammatici στρειον tamquam magis atticum praeferunt, v. Thom. Mag. 660. Corpus, quod dicitur δέμας et δεσμός, h. e., animi inculum et carcer (v. Phaedon. 62. B. 82. E: ὅτι παραλαοῦσα αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἡ φιλοσοφία ἀτεχνῶς διαδεδεμένην ἐν τῷ σώματι καὶ προςκεκολλημένην, ἀναγκαζομένην δὲ ςπερ δι' εἱργμοῦ διὰ τούτου σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα, ἀλλὰ ἡ αὐτὴν δι' αὐτῆς κτλ. Cf. *Cicer.* Tusc. Disputt. I, 22. 24. 1. De amic. 4. De re publ. VI, 14: *qui ex corporum vincu- s tamquam e carcere evolaverunt. Macrob.* in Somn. Scip. 10. p. 53. Cf. *Iacobs.* ad Anthol. graec. V. II. P. III. pag. 50.), ἀγγεῖον, vas s. vasculum (v. *M. Antonin.* III, 3. *Maxim. yr.* Diss. XIII, 5. p. 145. *Dio Chrysost.* Orat. XII. p. 211. *Lactant.* Div. instit. II, 12. §. 11. De opif. Dei 1. §. 11.), :ῆνος (Cf. interpp. ad Hesych. T. II. pag. 1208. *Davis.* ad axim. Tyr. Diss. VIII, 2. p. 524. *Wyttenbach.* ad Plutarch. S. N. V. pag. 118. 135. al.), h. l., cum ostrea comparatur, od imitati sunt posterioris scriptores aetatis, qui corpus τρεῶδες περίβλημα (*Synes.* de insomn. p. 139. A. Cf. *Ma- ι.* vit. Procl. 3. p. 2. Boisson.), γεῶδες ὄστρεον (*Porphyr.* ntent. 32. p. 223. Cantabr.) al. vocitarunt. *Themist.* l. p. : σμικρά τε καὶ ἀνελεύθερος ψυχὴ καὶ σφόδρα τὸ ὄστρεον ῦτο τιμῶσα. — τρόπον] ΔT et pr. Ξ τύπον. Proxime δεδεσμεύνον, Clark. et Flor. ϑ. δεδεσμευμένον, G δεδεμέ- . — μνήμῃ] Clark. μνήμη. Imitatus est hunc locum *utarch.* de orac. def. 430. E: ταῦτα μὲν οὖν τῇ Πλάτωνος ακείσϑω χάριτι. Ceterum μνήμῃ κεχαρίσθω equidem inter- :ter: *memoriae gratia dicta sunto* (vern. *dieses sei der Erιerung als Huldigung dargebracht).* Proxime G μακροτέ- . — περὶ δὲ κάλλους] Γ κάλλους δὲ. *Cornarius* Eclog. . p. 48. corrigebat: τὸ δὲ κάλλος — μετ' ἐκείνων δὴ ἔλαμ-

περ ἰόν, assentiente *Dorvillio* ad Charit. p. 461., qui vulgatum pro lemmate habebat quod appositum a lectore in contextum irrepsisset; part. δέ post περί mutari praeterea iubebat in δή. Utrumque memorat Stephanus in marg. Sed sanissima sunt verba, ut recte iam Heindorfius et Stallbaumius existimarunt; περί est enim Latinorum *de* (i. e. *quod ad — attinet*, nostr. *was — betrifft* s. *anlangt*), ut Theaet. 179. E: περὶ τούτων τῶν Ἡρακλειτείων ἢ — Ὁμηρείων καὶ ἔτι παλαιοτέρων, αὐτοῖς μὲν τοῖς περὶ τὴν Ἔφεσον — οὐδὲν μᾶλλον οἷόν τε διαλεχθῆναι ἢ τοῖς οἰστρῶσιν. *Xenoph.* Cyrop. I, 6. 15: περὶ δὲ ὑγιείας — οὕτω καὶ ἐγὼ εὐθὺς τούτου ἐπεμελήθην. De rep. Athen. init. περὶ δὲ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας, ὅτι μὲν εἵλοντο τὸν τρόπον τοῦτον πολιτείας, οὐκ ἐπαινῶ διὰ τόδε. Cf. *Bremi* ad Demosth. Orat. Olynth. 1. Apparat. ad Demosth. T. I. p. 210. Latinorum praepos. *de* usum illustrarunt *Burmann.* ad Propert. p. 345. et *Heusinger.* ad Cicer. de Offic. I, 15. 3.

μετ' ἐκείνων τε] *Δ* et pr. F ἐκεῖνον, N et Mon. 407. ἐκείνῃ. Deinde τε suppeditarunt libri Bekkeri et Stallbaumi (accedit Mon. 407.) pro δέ, quod libri edd. cum *Δ* et E exhibent. Idem ex Ficino (qui vertit: *et* cum illis progrediens effulgebat tunc *et* huc profecti cet.) iam reposuerat Heindorfius. Proxime pro ἰόν Clark. *ΓΔΛΣ* G r b Florr. b. g. ϑ. Vindd. 1. 3. 6. adscripto ἰόν F et pr. *ΠΒ* ὄν, T ὂν. Ὂν Platoni censeo restituendum esse; etenim ἰόν (Ficinus: *cum illis progrediens*. Schleierm. *unter jenen wandelnd*) neutiquam in pulchritudinem ceteraque illa ἁπλᾶ καὶ ἀτρεμῆ φάσματα cadit, quibus ideas significari unum et eundem semper statum tenentes liquet. Praepositio videlicet μετά male accepta ἰόν videtur intulisse; est autem μετά non *cum* (ut sit: *cum illis — migrans* vel *progrediens*), sed *inter* s. *in* (nostr. *bei*, *unter*): *pulchritudo, quae in* φάσμασιν *illis erat, splendebat*: τότ' ἦν ἰδεῖν λαμπρόν, ut in praegressis scribitur). Sic Polit. II. 359. E: καθήμενον — μετὰ τῶν ἄλλων, al. Cf. *Fischer.* ad Weller. III, 2. p. 198. et 202. Scriptura autem hac ὄν, quae praestantissimorum librorum confirmatur testimonio, reperta ipse nunc repudio quod olim conieci ἰοῦσι (*nobis — proficiscentibus*); quocirca nunc verto: *et inter illa splendebat* et cet. Etiam *Procl.* Theol. Plat. 1, 24. p. 60., qui hunc affert locum, ὂν legit. De re, vid. *Creuzer.* ad Plotin. pag. 234 sq. Proxime Mon. 407. δεῦροτελθόντες, unde scribendum videtur, δεῦρο τ' ἐλθόντες. — ἐναργεστάτης] *Procl.* Theol. Plat. l. l. διὰ τ. ἐναργ. τῶν αἰσθήσεων, in Polit. p. 398, 18. a fin. ἐνεργ. scribit. Proxime *Ξ* T et Mon. 407. στίλβον. Deinde Mon. 407. ὀξυτάτῳ. — τῶν διὰ τοῦ σώματος —

ἰσθήσεων] Praepos. διά sic poni solet ut fere redundet, elut Phaedon. 65. D: ἀλλ' ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει τῶν διὰ τοῦ ώματος ἐφήψω αὐτῶν; Theaet. 206. D: εἰς τὴν διὰ τοῦ τόματος ῥοήν. sexc. al. Vid. *Zeun.* ad Viger. p. 587. Quod oto, ne — quis διά propter verbum quod sequitur ἔρχεται ıp. Procl. l. l. ἄρχεται exstat) positum esse existimet. De hoc erbo Heindorfius posuit: „ὄψις, vulgo de *visu* ipso usurpaım, h. l. adiunctam habet eius quod visu percipitur significaonem, ut ἔρχεται nolim dictum accipi simpliciter pro ἐστί." ı notula vero ms., ut Buttmannus refert, conferri iubet Hdf. lud Pindari Olymp. I, 161: τὸ δ' αἰεὶ παράμερον ἐσλὸν πατον ἔρχεται παντὶ βροτῷ. Ad quod Buttmannus: quamquam in hoc, et si quod aliud est exemplum, id quod *)bis est*, idem *aliunde advenit.*" Assentiri non possum viro)ctissimo. Verbum ἔρχεσθαι, ni fallor, non pro simplici εἶαι poni potest neque aliquid significat aliunde advenire, sed ɾtiorem habet vim, quam exprimas verbo: *paratum esse* (pr. ʒgredi, *an etwas gehen*, *unternehmen*, etiam *wollen*; hinc ım partic. futuri coniungitur, vid. ad Protag. p. 29.) et, in positum, verbis *paratum* vel *praesto esse*. Etenim ἔρχεσθαι, *enire* et *aggredi*, in eo dicitur qui paratus est ad aliquid faundum, qui statim aliquid facit (nos similiter dicimus v. c. *t kam er her und* — i. q., *da war er gleich bei der Hand und* -). Sic Polit. VIII. 550. B. ἦλθε καὶ τὴν ἐν ἑαυτῷ ἀρχὴν αρέδωκε τῷ μέσῳ τε καὶ φιλονείκῳ κτλ. (nos: *so geht er r und — überlässt*, i q., *so überlässt er gleich* s. *ohne weires)*. Sic praecipue participium ἐλθών usurpatur, ut *Xenoph.* ɣrop. II, 2. 6: ἐγὼ δὲ — ἐλθὼν ἐδίδασκον ἕνα λόγον. Cf. *orvill.* ad Char. p. 297. *Ernesti* ad Xenoph. Mem. Socr. III, 9. et *Sturz.* Lex. Xenophont. V. II. p. 369. Iam ἔρχεσθαι iam in re ponitur quae statim accedit vel adest, quae in omptu est (nos: *bei der Hand*, *in Bereitschaft seyn)*; dede, quemadmodum Latini ea quoque vocant prompta, quae erta vel ante oculos posita sunt, quae liquido patent, sic raeci, ni fallor, verbum ἔρχεσθαι in re ponere potuerunt ıae appareret, manifesto se exhiberet (nostr. *sich zeigen* s. *;h bewähren)*. Sic accipio Pindaricum illud ὕπατον ἔρχεται: *offenbar* s. *unleugbar das höchste*. Pariter h. l. ὀξυτάτη χεται: *das Gesicht ist offenbar* s. *unleugbar der schärfste serer* (sic exprimi oportet pronomen personale ἡμῖν) *körperhen Sinne*. Eandem expressit sententiam *Cicero* de fin. bon. mal. II, 16. 51: *Oculorum*, inquit Plato, *est in nobis sens acerrimus*, *quibus sapientiam non cernimus*. *Plutarch.* mpar. aq. et ign. p. 958. E: ἡ ὄψις ὀξυτάτη τῶν διὰ σώ-

ματός ἐστιν αἰσθήσεων. Idem Conviv. III. p. 654. D. *Maxim. Tyr.* Diss. XVII, 9. p. 201. *Iamblichus* Adhort. ad philos. p. 42. Kiessl.: τὸ γὰρ ὄψιν εἶναι ὀξυτάτην τῶν αἰσθήσεων καὶ ἀκριβεστάτην καὶ τιμιωτάτην πᾶσι πρόδηλον, verbis postremis videri possit Platonicum ἔρχεται sic exprimere voluisse, ut equidem accipio. Adde *Plotin.* p. 55. G. et *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 28 sq. — Proxime pro ᾗ Par. E et Mon. 407. ἡ. Deinde pro οὐχ T ἔρχεται οὐχ. — παρεῖχεν] Ξ E προεῖχεν. ΠDPT Florr. g. h. Vindobb. 4. 7. a. et Mon. 11. παρεῖχεν εἰς ὄψιν. NO παρεῖχεν μὴ ὄψιν. Mon. 407. παρεῖχε μὴ ὄψιν. — De re, *Cicero* l. l. *Quam illa ardentes amores excitaret sui si videretur!* De offic. I, 5: *formam quidem ipsam — et tamquam speciem honesti vides, quae si oculis cerneretur, mirabiles amores — excitaret.* Seneca Epist. 89. pag. 351. Bip. *Utinam — philosophia tota nobis posset occurrere — Profecto enim omnes mortales in admirationem sui raperet.* Ep. 115. T. IV. p. 93. Bip. De benefic. IV, 22. ubi v. Ruhnk. T. IV. p. 171. *Plotin.* Ennead. I, 6. p. 56. A. Voces δεινοὺς ἔρωτας adhibuit *Plutarch.* de recta rat. audiendi p. 47. C. — εἶ] Pal. Vat. et Vind. 1. ἦ. Vind. 7. ἔτι. Proxime τοιοῦτον εἴδωλον ita simpliciter positum Heindorfio displicebat; praeterea cum Buttmanno scriptum volebat vir praestantissimus εἰς ὄψιν ἰόν, οἷον καὶ τἄλλα ἐραστά, h. e., *qualem imaginem cetera, quae in hac vita amabilia sunt, nobis praebent.* At vero primum v. τοιοῦτον ἐναργὲς εἴδωλον (*tam claram imaginem*) ex se intelligitur referri ad τὸ κάλλος, de quo et in praegressis et in seqq. Plato agit; ut sensus sit: *si tam claram sui imaginem exhiberet, qualem pulchritudo exhibet.* Deinde sine causa Heindorfius in verbo ἐραστά offendit; eadem enim sunt τἄλλα — ἐραστά, quae supra p. 250. A. dixerat καὶ ὅσα ἄλλα τίμια ψυχαῖς, *quae ab animo coluntur et amantur;* hae vero sunt ἰδέαι, quarum amatores philosophi sint oportet. (Phaedon. 66. E: οὗ ἐπιθυμοῦμέν τε καί φαμεν ἐρασταὶ εἶναι φρονήσεως. 68. A: οὗ ἤρων — ἤρων δὲ φρονήσεως al.). Ipsi igitur sensui adversatur Buttmanni coniectura οἷον καὶ τἄλλα ἐραστά, quasi sapientia ceteraeque species (καὶ τἄλλα ὅσα ἐραστά) imaginem sui exhibeant, h. e., oculis cerni possint. Hanc vero ipsam ob causam quod pulchritudo sola ex divinis rerum formis acerrimo oculorum sensu percipitur, maximum sui amorem excitat et, si cetera sunt ἐραστά, rite praedicatur ἐρασμιώτατον. In eandem partem disputavit de hoc loco cl. *Gernhard.* in Beckii Commentar. Societ. philol. Lips. V. III. P. II. p. 232. Cf. etiam *Stallbaum.* Var. Lectt. p. 411. — ἔσχε] Ξ ἔσχε ταύτην. Mon. 407.

σχεῖν. Procl. in Alcib. I. p. 320. ed. Creuz. ἔχει. Proxime *Δ* μοίρας, Clark. μοῖραν. Articulo τήν ante v. μοῖραν nihil opus st interposito, vid. ad Protag. p. 89 sq. Proxime ὥστε a Prolo (Theolog. Plat. I, 24. p. 60. et in Alcib. I. p. 121. ed. Plotin. Creuz.) abest. Mox ἐμφανέστατον P T Flor. g. Vindd. I. 7. *a.* et Mon. 407. Ap. Procl. Theol. Plat. l. l. exstat ἐκφανέστατόν τε. Ap. Procl. in Alcib. I. p. 320. om. ὥστε. Deinde T ἐρασμιώτερον.

Ὁ — νεοτελὴς] P. διοτελὴς, Mon. 407. νεοτελές. E
Sine causa tentarunt h. l. *Stollbergius* (corrigens p. 145. ὁ μὲν οὖν ἢ νεοτελὴς) et cl. *de Geer.* Diatrib. in Polit. Platon. rinc. p. 91., qui scribi volebat ὁ μὲν οὖν ἀρτιτελὴς ἢ διεφθαρμένος — διώκων. ὁ δὲ μὴ νεοτελὴς κτλ. „Mirum," ait, videri debet, initiato (?) prava omnia atque abiecta tribui, on initiato autem optima quaeque et praeclarissima." At vero ὁ νεοτελής, *non recens initiatus*, est is cui non recens impressae sunt rerum divinarum imagines, ut in earum oblivionem venerit, contra ἀρτιτελής, *recens initiatus*, is dicitur in cuius animo formarum viget memoria. Atque adiungitur ἢ διεφθαρμένος, quia vel temporis longinquitas vel prava consuetudo eum in idearum potest oblivionem adducere. Sic supra 48. C: καί τινι συντυχίᾳ χρησαμένη λήθης τε καὶ κακίας πλησθεῖσα βαρυνθῇ. 250. A: οὔθ' αἱ δεῦρο πεσοῦσαι δυστύχησαν ὥστε ὑπό τινων ὁμιλιῶν ἐπὶ τὸ ἄδικον τραπόμεναι λήθην ὧν τότε εἶδον ἱερῶν ἔχειν. Voces νεοτελής et ἀρτελής posteriores frequentarunt; sic ψυχαὶ νεοτελεῖς καὶ ἀκήρατοι ap. *Phot.* Biblioth. p. 1168. Hoesch. Cf. *Himer.* Ecl. X. p. 180. ibique Wernsdorf. p. 262. 628. 762. al. — διεφθαρμένος] ΣΦrb et corr. *Π* ἤδη ἐφθαρμένος. Proxime Florr. g. h. ἐνθένδ' ἐκεῖθεν (sic etiam DNT); v. ἐκεῖσε om. ΣΦr, Vind. 3. a sec. m. additum habet. — ἐπωνυμίαν] Denominatio (abstractum) prò re ponitur denominata (vid. ad Legg. p. 158 sq. et interpp. ad Gregor. Corinth. 182.). Sensus est igitur: *si hic aliquid spectat quod ab so* (αὐτοῦ, int. τοῦ κάλλους) *denominatur*, h. e., *quod, quia sius pulchritudinis formam ac similitudinem habet, pulrum vocatur.* Commode excitavit Heindorfius Phaedon. p. 02. B: ὡμολογεῖτο εἶναί τε ἕκαστον τῶν εἰδῶν καὶ τούτων ἄλλα μεταλαμβάνοντα αὐτῶν τούτων τὴν ἐπωνυμίαν ἴσχειν. armen. 140. C: δοκεῖ σοι εἴδη εἶναι ἄττα ὧν τάδε τὰ ἄλλα μεταλαμβάνοντα τὰς ἐπωνυμίας αὐτῶν ἴσχειν κτλ. — ὥστε] mbros. r. ὥστ'. Stallbaumius e libris suis (Florr. a. b. c. g. i. ϑ.) ὥστ' recepit. Mon. 407. ὡς τοῦ. Proxime *Δ* E προορῶν, H προερῶν. — παραδοὺς] Sensu qui dicitur reflexivo

positum est, ut sit i. q. *αὐτὸν παραδούς*, vid. *Valcken.* ad Eurip. Rell. p. 233. *Iacobs.* ad Philostrat. p. 363. et *Matth.* Gramm. gr. p. 932. — *νόμῳ*] Clark. *ΓΔΠΣ*BCEHT Florr. a. c. *ϑ*. et Vindd. 1. 3. 6. *νόμον*, quod reposuerunt Bekk. Stallb. et Buttm. Etenim *νόμῳ* volgare nihil nisi rarioris *νόμον* (de huiusmodi accusativis vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 784.) interpretatio possit videri. Attamen nusquam apud Platonem reperitur *νόμον*, contra apud Plutarchum quoque *νόμῳ* exstat. Quocirca vide ne *νόμον* ab iis illatum sit qui accusativum e verbo *παραδούς* pendentem desideravissent. *Δ* *νόμου*. G *μόνον*. Mox Mon. 407. *βαίνει*. Rem autem perversam et naturae repugnantem (infra *παρὰ φύσιν*) lepide Plato ita adumbravit ut feram amatorum istorum libidinem et irrideret et perstringeret; hinc *τετράποδος νόμῳ βαίνειν* (vel *ἐπιβαίνειν*, i. q. *ὀχεύειν*, *inscendere* s. *inire*, de quadrupedum coitu, vid. *Gataker.* Opp. critt. p. 78. et *Hemsterhus.* ad Lucian. T. II. p. 322. Bip.) et *παιδοσπορεῖν*, de quo Heindorfius: „mire dictum hoc loco, ubi sermo est de *παιδεραστίᾳ*.“ Sed festive et consulto mihi videtur Plato hoc posuisse ut rei efferret perversitatem; etenim amatores illi feri puerum inscendunt quasi procreaturi. *Plutarch.* Amat. 751. D: *ἂν δὲ ἑκουσίως, σὺν μανίᾳ καὶ θηλύτητι βαίνεσθαι κατὰ Πλάτωνα νόμῳ τετράποδος καὶ παιδοσπορεῖσθαι παρὰ φύσιν ἐνδιδόντων, ἄχαρις παντάπασι καὶ ἀσχήμων καὶ ἀναφρόδιτος*. Cf. *Clem. Alex.* Paedag. II, 10. T. I. p. 222. Lib. Paris. N et Mon. 407. *ποδοσπορεῖν*. Proxime T *ὕβριν*. Vox *ὕβρις* praecipue in lascivia, stupris, flagitiis al. ponitur, ut 253. E. 254. E. 525. A. Phaedon. 81. E. Phileb. 26. B. 45. D. Conv. 181. C. Legg. VI. 783. A. Vid. *Ulpian.* ad Demosth. Mid. p. 161. B. et D. *Heins.* ad Max. Tyr. p. 52.

οὐδ'] Flor. a. c. *οὐδὲ*, Flor. *ϑ*. *αἰσχύνηται*. Mox Σ *διώκων παρὰ φύσιν ἡδονήν*. — *ὁ δὲ ἀρτιτελὴς*] Flor. δ. *δ'*. GT *ἀντιτελὴς*, E pr. *ἀρτιτελὴς καί*. *Iamblich.* in Stob. Eclog. Phys. T. II. p. 912: *οἵ τε γὰρ νεοτελεῖς καὶ πολυθεάμονες τῶν ὄντων οἵ τε συνοπαδοὶ καὶ συγγενεῖς τῶν θεῶν οἵ τε παντελεῖς ἐμφύονται πρώτως εἰς τὰ σώματα*. Cf. *Himer.* p. 186. — *μεμιμημένον*] activo, ut solet, sensu positum, velut Polit. 293. E: *ὅσας δὲ ἄλλας λέγομεν — μεμιμημένας ταύτην*. Ib. *τὰς δὲ ἄλλας ἐπὶ τὰ αἰσχίονα μεμιμῆσθαι*. Cratyl. 414. A: *οἷόνπερ οὖν μεμίμηται τῷ ὀνόματι*. 427. A: *πάντα τὰ τοιαῦτα μεμίμηται αὐτοῖς ὀνομάζων, οἷον τὸ ψυχρὸν κτλ.* Phileb. 40. C. Polit. III. 394. D. bis. E. 395. A. B. C. D. 396. B. C. 397. A. 398. B. alia fere innumerab. Vitiose H et Flor. b. in marg. *μεμνημένος*. — *ἤ τινα σώμα-*

τος ἰδέαν] NOP et Monaco. τινος. Proxime σώματος omnes Bekkeri et Stallbaumi libri (Flor. b. mg. γρ^αι καλῶς· εὖ μεμνημένος ἢ τινὰ σώματος ἰδέαν) exhibent pro eo quod in Ald. Bas. 1. 2. et Steph. comparet ἀσώματον. Illud, ut Stephanus Annot. p. 62. iam notavit, Ficinus quoque reddidit vertens: *quando vultum divina forma decorum videt apte ipsam pulchritudinem imitatum, vel aliquam* *corporis* *speciem, primo quidem horret.* Vox ἀσώματον, id quod Heindorfius iam indicavit, quoniam ad v. ἴδῃ trahi nequit (neque enim in adspectum cadit ἀσώματος ἰδέα), trahi deberet ad μεμιμημένον. Addit vir doctus: „sed quomodo πρόσωπον aliam aliquam praeter τὸ κάλλος incorpoream speciem, v. c. φρόνησιν, σωφροσύνην, dici possit referre, non video. Nunc optime τῷ προσώπῳ opponitur *reliqui* corporis species, atque ad ἰδέαν repetendum mente θεοειδῆ. Profectum autem hoc ἀσώματον sine dubio ab aliquo, qui male hic meminisset Platonis illa νοητὰ et ἀσώματα εἴδη." Verba ἤ τινα — ἰδέαν est germ. *oder auch eine Körperform* (ut vultus et totius corporis species inter se opponantur). De pronom. τίς vid. ad p. 248. D. — ἔφριξε] Hic, ut in sequentibus ἐκ τῆς φρίκης, imago sumpta est ab horrore illo sancto quo in mysteriis perfundebantur ad divinae maiestatis spectationem admissi, vid. *Iamblich.* de myst. III, 14. et *St. Croix* de myster. p. 206. Hinc *Plutarch.* de poet. intellig. 26. B: δεῖ δὲ μὴ δειλῶς μηδὲ ὥσπερ ὑπὸ δεισιδαιμονίας ἐν ἱερῷ φρίττειν ἅπαντα καὶ προσκυνεῖν. De superstit. 166. E. al. Hinc ὄργια φρικτὰ θεῶν Orphic. Argonaut. 469. Cf. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. 25. *Ruhnken.* ad Homer. H. in Cer. 478. al. Alius fere generis est ἔφριξ' ἔρωτι ap. *Sophocl.* Ai. 678. ubi vid. Hermann. Huic vero bene respondet quod sequitur δειμάτων, pro quo cl. Heusdius, ut refert *de Geer.* l. l. p. 92., corrigebat δειγμάτων: *in mentem ei venit aliquod exemplorum, quae tunc* (id est, ante hanc vitam) *vidit.* Immo est: *et pristino aliquo afficitur horrore* (huiusmodi horrore quali perfusus erat quum divinas spectaret formas). Verbum ὑπέρχεσθαι est enim *subire*, non: *in mentem venire* (hoc est ἐπέρχεσθαι). Recte vertit cl. *Heusd.* Init. philos. Plat. 1. p. 128: *subitque ipsum tremor aliquis, ut illic antea.* — καὶ εἰ μὴ δεδίει] Coniunct. εἰ om. *Δ*. Proxime Clark. δεδίει ἤ, *Δ*GT δεδιείη, Plat. Vat. b. corr. δεδείη. Flor. c. ἐδεδίει. Illud δεδιείη reposuerunt Bekkerus et Stallbaumius. Buttmannus annotat: „in qua forma nisi latet legitimum δεδιοίη, in vulg. acquiescendum esse dixi in Gramm. ampl. in not. ad v. δεῖσαι (T. I. p. II. 130.)." Equidem praetulerim δεδιοίη, hoc est δεδίει η librorum, pronun-

tiatum, *dediii:* ex qua pronuntiandi ratione haec, ut sexcentae aliae, nata est scripturae depravatio. Proxime T *ται* pro *τὴν*, et hoc om. F. Mox NOT *τῆς αὐτῆς*, Flor. h. et Monacc. *τὴν αὐτῆς*. Deinde Clark. *σφοδρᾶ* superscript. *σ*. — *ἀγάλματι*] statuae s. imagini divinae, v. *Ruhnken.* ad Tim. p. 4 sq. Mox de praepos. *ἐκ* vide quae posui ad Protag. p. 20 sq. Verba *προσορῶν* — *ἱδρώς* et *θερμότης* recte contulit cl. *Heusd.* Init. phil. Platon. p. 130. cum nobilissima illa Lesbiae poetriae amoris descriptione.

δεξάμενος κτλ.] Locus hic est multorum imitatione scriptorum celebratus, inprimis *Aristaeneti* II. 18. p. 181: *δεξάμενος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀποῤῥοὴν διὰ τῶν ὀμμάτων ἐρωτικῶς διεθερμάνθη*, ubi v. interpp. p. 710. Boisson. Adde *Wyttenbach.* Biblioth. crit. V. I. P. II. p. 60. et *Peerlk.* ad Xenoph. Ephes. p. 103. Etenim oculi sunt in amore duces, siquidem pulchritudo oculis percipitur. *Nonn.* Dionys. V, 588: *ὀφθαλμὸς προκέλευθος ἐγίγνετο πομπὸς ἐρώτων.* Cf. Cratyl. 420. B. *Maxim. Tyr.* Diss. IX. p. 113. XXV. p. 301 sq. *Achill. Tat.* I, 4. V, 13. *Gregor. Naz.* Orat. X. p. 170. D. XIX. p. 283. B. *Ioach. Camerar.* Probl. I, 9. in Gruter Thes. crit. T. IV. p. 11 sq. *Wyttenb.* l. l. *Locella* ad Xenoph. Ephes. 1, 3. p. 139 sq. et *Boissonad.* ad Philostrat. Heroic. p. 640. — *ᾗ ἡ — ἄρδεται*] Clark. ΔΠGPT om. *ᾗ*, art. vero *ἡ* abest a DNO Flor. g. h. et Monacc. Sed non est quod in *ᾗ ἡ* offendas; sic enim *Xenoph.* Anabas. VI, 5. 1: *ᾗ ἡ εἴςοδος ἦν εἰς τὸ χωρίον.* Venat. X, 16. al. Proxime E *τις* pro *τοῦ*. Verba autem haec tam importuno loco posita sunt ut pro insitivis haberi possint, quamquam egregie sensum adiuvant. Quocirca videndum an non verbis sic positis: *τὴν ἀποῤῥοὴν τῶν ὀμμάτων, ᾗ ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἄρδεται, ἐθερμάνθη, θερμανθέντος δὲ κτλ.* locus egregius restituatur. Neque enim audiendus est cl. *de Geer.* l. l. p. 92. qui *ᾗ*, quod non potest nisi ad praegr. *ἀποῤῥοήν* referri, sic accepit: *ea maxime parte qua crescere solent alae atque irrigari.* De v. *ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις* vid. ad p. 248. C. Verbum *ἄρδειν*, quod proprie in plantis ponitur quae irrigantur et aluntur ut crescant (Polit. VIII, 550. B: *τοῦ μὲν πατρὸς αὐτοῦ τὸ λογιστικὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἄρδοντός τε καὶ αὔξοντος.* Vid. *Eichstaedt.* ad Lytiers. fragm. p. 144.), deinde in universum est *nutrire*, *fovere*; hoc autem loco egregie in pluma dicitur quae, quum terrenis clausa compagibus obduruit, effluvio pulchritudinis ita irrigatur ut emolliatur, relaxetur libereque progerminet. Tralato hoc sensu usurparunt v. *ἄρδειν* *Origen.* c. Cels. VI. p. 666. C: *μεταλαμβάνειν τοῦ ζῶντος ἄρτου καὶ τοῦ ἀληθινοῦ ποτοῦ,*

ἀφ' ὧν τρεφόμενον καὶ ἀρδόμενον ἐπισκευάζεται τὸ πτερόν, et *Damasc.* ap. Phot. Biblioth. Cod. 242. p. 1074, 18: διαλεκτικαῖς συνουσίαις ἀρδόμενος τὴν ψυχήν. Cf. *Iulian.* Orat. VII. p. 205. D. — θερμανθέντος] *Λ* θερμανθέντες, Flor. ϑ. θερμανθεῖσα. Proxime τὰ om. pr. *Ξ*, deinde H ἔνφυσιν, Flor. h. ἔμφυσιν. In seqq. συμμεμυκότα in mg. rc. *Ξ*, G συμβεβηκότα. — εἶργε] Verbum hoc, ut solent verba prohibendi, negandi similisque generis, ita positum est ut alterum, *efficiendi*, simul in eo lateat et ad hoc efficiendi verbum ea quae sequuntur, μὴ βλαστάνειν, referantur: *quae prohibuerunt*, ne fieret, *ut illae pullularent.* Itaque εἶργε est i. q. εἴργοντα ἐποίει. Cf. *Schäfer.* Apparat. ad Demosth. T. IV. p. 164. et *Matth.* Gramm. gr. p. 1046 sq. — ᾤδησε] T mg. ὠδίνε. Deinde N φύνεσθαι. Mon. 407. ὥρμησθαι φύνεσθαι. Γ παντὶ pro πᾶν τὸ.

P. 182. πτερωτή] Mon. 407. πτερωτά. — ζεῖ] Clark. *ΔΛΠ*FG cum pr. *Φ*B ζῇ (ει), Ambros. r. ζῃ. Vind. 1. 3. 4. et Flor. i. a pr. m. ζῇ. Mon. 407. δεῖ. Proxime *Λ* ἐνακηκίει, Γ et Flor. ϑ. ἀνάγκη κύει.

ὅπερ] om. Ambros. r. Mox mg. F ὀδοντοφυόντων, T ὀδοντοφυοσώντων, *ΓΛ*EFb Flor. b. i. ὀδόντων φυόντων, Flor. g. Mon. 407. ὀδοφυούντων. In seqq. Clark. ὅτ' ἂν ἀρτιφύωσιν. Mon. 407. ἄρτι. Pro φύωσι autem e libris *ΔΠ*DG OPTN et Mon. 407. cum Bekkero et Stallbaumio scribendum est φυῶσι. Sic φυῇ Polit. III. 415. C. V. 473. D. VI. 494. B. 496. B. Epist. VII. 343. E. et φυῶσι Polit. X. 597. C. al. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 496. Buttmannus annotat: „Be. e praestantioribus aliquot φυῶσι, quod si verum est venit ἀπὸ τοῦ φυῆναι, contra φύωσιν ἀπὸ τοῦ φῦναι. Vid. Gr. ampl. in verbo φύω.“ Ceterum quemadmodum animi incitationem atque elationem cum volandi cupiditate Plato confert ut eam imaginibus illustret poeticis (257. A: τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἠναγκασμένη ποιητικοῖς τισὶ διὰ Φαῖδρον εἰρῆσθαι), sic etiam dolores procreationem antegredientes (Conviv. 206. D. sq.) cum gingivarum pruritu lepide comparat et ex hac pennarum proferendarum, h. e., ad pulchritudinem divinam sese attollendi cupiditate gigni facit amoris et dolores et voluptates. Liber Par. N et Mon. 407. φυῶσι καὶ. — κνῆσις] *ΔΠΣ* DGHNOPTrb Flor. g. Vindd. 1. 4. 5. 6. α. (a pr.) 3. et Monacc. κίνησις. Voces κνῆσις, κνῆσμα al., quae praecipue in amoris cruciatibus ponuntur (cf. *Xenoph.* Conv. IV, 28. Mem. Socr. I, 3. 12. Cyrop. V, 1. 15. *Meleag.* XXV, 2. Anthol. gr. T. I. p. 10. *Long.* Pastor. I, 29. Villois. al.) satis illustra-

runt *Spanhem.* ad Aristoph. Plut. 974. Observ. Misc. T. V. p. 57. T. VI. p. 302. *Dorvill.* ad Charit. p. 559 sq. et *Valckenar.* ad Herodot. VI, 62. T. VI. P. I. p. 185 sq. ed. Schweigh. Similiter *κέντρον* (p. 251. E. Cf. *Lennep.* ad Coluth. p. 59. et *Valcken.* ad Eurip. Hippol. 1303.), *δῆγμα*, *δάκνειν* (vid. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. 1303. et *Boisson.* ad Eunap. p. 241.) al. in amore dicuntur, v. libell. nostr. qui est de Plat. Phaedro p. 102 sq. — *ταὐτὸν δή*] N et Mon. 407. δὴ. Proxime *ΓΣΦG* *ἀρχομένη*. — *ζεῖ*] Clark. *ΔΠ*GT ζῆ, vid. supra. Proxime part. *τε* om. Ambros. r. Pro *ἀγανακτεῖ* *Piersonus* ad Moerid. p. 41. scriptum volebat *ἀδακτεῖ*. Sed v. *ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζεται* spectant ad praegressa *κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις*. Commode citavit Heindorfius Polit. IV. 440. C: *ζεῖ τε καὶ χαλεπαίνει*. Similiter *Plutarch.* de adulat. ab amico disting. 61. D: *καὶ τοῦτο κνᾷ καὶ γαργαλίζει κτλ.* — *ἐκεῖθεν*] Volgo hic locus sic exhibetur: *ἐκεῖθεν μέρη ἐπιόντα δήπου καὶ ῥέοντα, ἃ δὴ διὰ ταῦτα ἵμερος καλεῖται, δεχομένη τὸν ἵμερον ἄρδηταί τε κ. τ. λ.* Illud *δήπου*, in quo merito iam Heindorfius offendit, omittunt omnes fere libri (*ΠΕ* et Vind. 1. cum libris edd. faciunt); quocirca recte Bekker. Stallb. et Buttm. delerunt. Sed reliqua quoque pro insititiis habeo; verba videlicet *μέρη ἐπιόντα καὶ ῥέοντα* (*Σ*r Vindd. 3.

οντα ῥε
6. *ἐπιῤῥέοντα καὶ ἰόντα*, Vind. 1. *ἐπιρέοντα δή που καὶ ἰόντα*), *ἃ δὴ διὰ ταῦτα ἵμερος καλεῖται* ex interpretatione vocis *ἵμερον* nata sunt, et haec ipsa ficta est ad illa p. 255. C: *τότ' ἤδη ἡ ῥεύματος ἐκείνου πηγή, ὃν ἵμερον Ζεὺς Γανυμήδους ἐρῶν ὠνόμασε* et haec quae sequuntur: *τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα.* Simul respicere potuit qui hanc commentus est glossam notissimum illum Cratyli locum p. 419. E., ubi vox *ἵμερος* ducitur ab eo quod *ἱέμενος ῥεῖ*. Etenim vocem *ἵμερος* (quod ducitur a v. *ἵεμαι*) Plato, ut philosophos luderet partim ponentes omnia stare, partim fingentes omnia fluere, a v. *ῥεῖν* deducit; ac mihi quidem probabile est, hanc vocem philosophorum vel sophistarum grammaticam factitantium quempiam hoc modo deduxisse, quem, ni fallor, irridens Plato p. 255. C. ipsum Iovem fingit, quum Ganymedem amaret, pulchritudinis efflavium vocasse *ἵμερον*. *Ἵμερος* ex hac iocosa derivatione est id quod e pulchritudine emanat et per oculos (255. C.) in animum influit, h. e., cupido s. desiderium e pulchri adspectu proficiscens. *Ἵμερος* est igitur id quod exsistit demum s. in animo excitatur, si pulchritudo per oculos in eum influit, non ipsa pulchritudo vel partes e pulchritudine venientes et fluentes (*μέρη ἐπιόντα καὶ ῥέοντα, ἃ δὴ διὰ ταῦτα ἵμερος καλεῖται*),

ut ineptissime, si quid video, ponit qui hanc finxit interpretationem. Quocirca ἵμερος non recte vertitur *amoris illecebra* (quam nos dicimus *Liebreiz;* haec enim esset pulchritudo s. venustas ad amorem incitans), sed cupido s. appetitio est quam pulchri spectatio in animo nostro excitat; deinde in quavis cupidine vel appetitione haec vox ponitur, ut Legg. VII. 823. E: μηδ' αὖ ἄγρας ἀνθρώπων — λῃστείας τε ἵμερος ἐπελθὼν ὑμῖν θηρευτὰς ὠμοὺς — ἀποτελοῖ. IX. 870. A: οὗ κλεῖστός τε καὶ ἰσχυρότατος ἵμερος ὢν τυγχάνει τοῖς πολλοῖς, τῶν χρημάτων. Causam igitur cum effectu confudit qui glossam illam condidit in qua partes e pulchritudine emanantes dicuntur ἵμερος vocitari. Praeterea novi quid et inepti intulit vocem ἵμερον ducens a verbo ἰέναι (hinc ἐπιόντα), nomine μέρος s. μέρη et v. ῥεῖν (unde ῥέοντα). Igitur cupido (ἵμερος) non est id quod pulchritudo in animo nostro excitat dum subito quasi influit (ἱέμενος ῥεῖ, ut Cratylo ponitur; de v. ἱέμενος vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 408.), sed partes (sic!) e pulchritudine emanantes. Iocosa igitur illa Platonis derivatio homini videtur putidius syllabas urgenti non satisfecisse; quocirca, ut ι-με-ρος deduceret, ῑ factum esse fingit ab ἰέναι, μ̄ε̄ a μέρη et ῥ̄ο̄ς a ῥεῖν. Duo praeterea hanc meam suspicionem confirmant; primum enim Ficinus inepta illa μέρη ἐπιόντα et ῥέοντα, et ἃ δὴ διὰ ταῦτα ἵμερος καλεῖται ignorat; vertit enim *cupidinemque inde effluentem* (h. e. ἐκεῖθεν) *imbibens irrigatur.* Deinde solvunt haec verba interposita orationis cohaerentiam; etenim si μέρη illa inferciuntur, verbum δεχομένη duplicem habet accusativum, μέρη et τὸν ἵμερον. Quam quidem difficultatem ita tollere studuerunt Heindorfius et Stallbaumius ut ille quidem τῷ ἱμέρῳ pro τὸν ἵμερον scriberet, hic vero vocem τὸν ἵμερον tamquam e glossemate ortam uncis sepiret. At vero accusativum τὸν ἵμερον omnes tuentur libri, nec ipsa haec vox, quam sensus postulat, abesse potest. Deletis autem illis si locum nobiscum ita scripseris: ὅταν μὲν οὖν βλέπουσα πρὸς τὸ τοῦ παιδὸς κάλλος ἐκεῖθεν δεχομένη τὸν ἵμερον ἄρδηταί τε καὶ θερμαίνηται, nihil profecto erit in quo aliquid offendas. — ἄρδηταί τε] NP et Mon. 407. ἄρδηται. Proxime T λωφᾶται, *A* λωφᾷ τε καὶ, Flor. a. c. i. λωφῇ τε καί. Verbum λωφᾶν, respirare, ut h. l. a dolore, etiam interquiescere vel desinere (ut Legg. IX. 854. C: καὶ ἐὰν μέν σοι δρῶντι ταῦτα λωφᾷ τι τὸ νόσημα) illustravit *Valckenar.* in Euripid. Reliq. p. 126. Adde *Creuzer.* ad Procl. in Alcib. I. p. 264.

αὐχμήσῃ]: *Si puerum dilectum spectat animus, cupido in eo excitatur quae plumas irrigat et nutrit, contra si* D

abest a deliciis suis nec irrigatur, exitus ora, ubi pennae erumpunt, arescunt et constricta s. compressa pennarum germinationem occludunt. Stephanus in marg. „Videtur deesse particula καὶ ante partic. μύσαντα.“ Sic Ficinus: *aridi et constricti.* Quod improbans Heindorfius partic. συναναινόμενα ad αὐχμήσῃ et μύσαντα ad ἀποκλείει trahi iusserat interpunctione posita post συναναινόμενα. Sed αὐχμήσῃ, quod contrarium est praegressi ἄρδηται (sic Polit. X. 606. D: τρέφει γὰρ ταῦτα ἄρδουσα, δέον αὐχμεῖν) per se positum est; quocirca recte Stephanus librorum Ald. et Bas. 1. 2. interpunctionem: ὅταν δὲ χωρὶς γένηται, καὶ αὐχμήσῃ (Heindorf. ὅταν δὲ χωρὶς γένηται καὶ αὐχμήσῃ τὰ τ. δ. στόματα) ita mutavit ut αὐχμήσῃ a seqq. discerneret: ὅταν δὲ χωρὶς γένηται καὶ αὐχμήσῃ (int. ἡ ψυχή), h. e., non irrigatur ac nutritur; quam quidem interpungendi rationem iure sequuti sunt Stallb. Bekk. et Buttm. Participia autem συναναινόμενα (exarescentia) et μύσαντα (sese comprimentia), recte sine copula coniuncta sunt, siquidem priori causa posterioris continetur (est: *dum eo quod exarescunt constringuntur*; quod bene Schleiermacherus reddidit: *indem sie sich zusammenschrumpfend schliessen*). Vid. *Stallbaum.* ad Phileb. p. 53. et Euthyphr. p. 27. Adde *Schäfer.* Apparat. ad Demosth. T. II. p. 275 et 549. Restat ut scripturae discrepantias indicemus. Mon. 407. Ald. Bas. 1. 2. exhibent αὐχμήσῃ, Florr. a. c. i. αὐχμήσει, G αὐχήσῃ. In Vindd. 1. 3. 6. καὶ abest. Proxime N et Mon. 407. συναναινόμενα, P συναινόμενα, T συναραιρόμενα. Hermias videtur ἀναινόμενα legisse, v. p. 161. Mox μύσαντα om. T, ΔF et Florr. b. i. ἀποκλύει. — ἡ δ' ἐντὸς] int. ἡ βλάστη τοῦ πτεροῦ. — ἀποκεκλεισμένη] Clark. ΔΛΠBCG Florr. a. b. c. g. h. i. et Mon. 407. ἀποκεκλημένη, unde iure Bekk. Stallb. et Buttm. reposuerunt ἀποκεκλῃμένη. Vid. quae posui ad Protagor. p. 46. Adde *Poppon.* Proleg. ad Thucyd. P. I. V. I. p. 212 sq. Libri DHNOP Vindd. 1. 3. 7. ἀποκεκλιμένη, b ἀποκεκλιμένη, reliqui cum edd. ἀποκεκλεισμένη, quod in Γ a corr. m. comparet. Proxime Σr πηδῶντα. Sic etiam Vind. 3. superscr. σα. Verbum πηδᾶν, salire, palpitare, (germ. *schlagen*) in corde animantium eorumque commotorum ponitur, ut Conv. 215. E: πολύ μοι μᾶλλον ἢ τῶν κορυβαντιώντων ἥ τε καρδία πηδᾷ. Ion. 133. C: ἡ καρδία πηδᾷ. *Aristoph.* Nub. 1393. ibique Kuster. Cf. *Abresch.* ad Aristaen. II, 5. *Villoison.* ad Long. Pastor. p. 38 sq. al. — τὰ σφύζοντα] arterias intellige quae proprie dicuntur σφύζειν, palpitare, vid. *Foës.* Oecon. Hippocrat. p. 605 sq. F exhibet ἀκύζοντα, Mon. 407. σφίζοντα. Proxime art. τῇ om. Δ et

pr. Ξ. Mox vide ne pro ἑκάστῃ scribendum sit ἑκάστη. Sensus est enim: *pungit* (ἡ τοῦ πτεροῦ βλάστη, h. e., penna prorumpere studens) exitum *suum quaeque*, ut eius rigiditatem penetret vel per eum perrumpat. Verbum χρίειν sat multis illustravit *Ruhnken.* ad Tim. p. 104 sq. (88 sq. Koch.) Vind. 4. et Mon. 407. exhibent ἐγχρίει, in marg. ἐγχρίπτει, οἶμαι. Scribere fortasse voluit, qui hoc apposuit, ἐγχρίμπτει, quod Timaeus quoque Soph. Lexic. p. 104. videtur scriptum reperisse, v. *Ruhnk.* p. 106. In seqq. HNP et Mon. αὐτὴν διεξόδῳ, Vind. 4. Flor. h. et Mon. 407. αὐτὴν διεξόδῳ, sed in Vind. et Flor. ita ut vox διεξόδῳ punctis sit notata. — οἰστρᾷ] Γ corr. οἰστρεῖ. Vide de h. v. *Lennep.* ad Phalar. p. 43. ed. Lips. *Iacobs.* ad Achill. Tat. p. 484 sq. et ad Callistrat. p. 386. — ἐκ δ' ἀμφ. μεμιγμένων] *utrisque vero* (dolore et voluptate) *mixtis.* Sic enim solet praepos. ἐκ, quae per se indicat ex quo aliquid exsistat, per quid aliquid fiat cet., poni ut exprimi latine possit ablativo, v. c. Legg. VII. 810. E: τὴν νῦν ἐκ τῶν παρόντων λόγων τετμημένην ὁδὸν τῆς νομοθεσίας πορεύεσθαι. IX. 863. B: ἐξ ἐναντίας — φαμὲν ῥώμης δυναστεύουσαν (τὴν ἡδονὴν) πράττειν ὅ τί περ ἂν αὐτῆς ἡ βούλησις ἐθελήσῃ. al. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 1134. Cod. Monac. 407. ἐκ δὲ ἀμφοτέρῳ μεμιγμένῳ. — ἀδημονεῖ τε] Γ ἀδημονεῖται. Flor. i. et pr. Ξ ἀδημονεῖ. Theaet. 175. D: ὑπὸ ἀηθείας ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν. De verbo ἀδημονεῖν vid. *Buttmanni* Lexilog. II. p. 135 sq.

μεθ' ἡμέραν] Τ καθ' ἡμ. Sed vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1171. ibique coll. Proxime pro δέ post v. ποθεῖ pr. F τε. Mox τὰ pro τὸν Monacc. — ἐποχετευσαμένη] Verbum hoc ἐποχετεύειν (derivare, proprie per canalem deducere, ut Critia 117. B: δι' ὀχετῶν — ἐπωχέτευον, deinde etiam infundere, ut Gorg. 493. E: ὁ μὲν οὖν ἕτερος πληρωσάμενος μήτ' ἐποχετεύοι μήτε τι φροντίζοι), bene in cupidine dicitur quam, tamquam pulchritudinis effluvium, ad se quasi irrigat (ἐποχετεύεται) s. haurit animus. Similiter *Achill. Tat.* I, 6: ἐποχετευσαμένη ἐκ τῆς θέας ἔρωτα. Cf. *Iacobs.* ad Anthol. gr. V. II. P. III. p. 274. Liber Venet. Α exhibet ἀποχετευσαμένη, quod usurpavit verbum *Longin.* XIII. §. 3., ubi Plato dicitur ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ ἐκείνου νάματος εἰς αὐτὸν μυρίας ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευσάμενος. — συμπεφραγμένα] Clark. Δ G T et pr. Π συμπεπραγμένα. Mox G τε pro δέ. Mon. 407. κέντρῳ. De v. κέντρον vid. supra ad p. 251. C. Proxime part. καὶ abest a P. — ὠδίνων] Α N P T Flor. i. et Mon. 407. ὀδύνων (ω supra), Ξ ὀδυνῶν, F ὀδύνῶν. In seqq. γλυκυτάτην deest in G.

ἀπολείπεται] int. e seqq. τοῦ καλοῦ. — ἑταίρων] Sic Clark. ΓΔΠΣBCDHrϐ Florr. a. c. ϑ. et Vindobb. 1.4. 6. 7. α. pro eo quod volgo (etiam in Mon. 407.) scribitur ἑτέρων, idque iam Heindorfius correxit, Ficinum sequutus qui vertisset: *parentes, fratres, amicosque omnes oblivioni tradit.* Frequentissima est autem harum vocum confusio, ut Conv. 183. C. Legg. V. 729. C. Polit. IV, 420. A. *Xenoph.* Cyrop. II, 2. §. 1. Anabas. IV. 3. 30. Histor. gr. II, 3. 46. al. Cf. *Schäfer.* in H. Stephan. Thesaur. Lond. c. 3873. B. 3884. A. — λέλησται] om. T. Proxime NOP et Monacc. ἀπολλυμένης pro ἀπολλυμένης. — νομίμων δὲ] T v. τε. Ceterum in hac orationis parte antiquat (s. recantat) Socrates quae a Phaedro coactus supra de prava amantium cupiditate peroravit, simulque Lysianae carpit orationis argumentum. In seqq. πρὸ τοῦ Florr. quoque libri a. g. h. i. scribunt; vulgo προτοῦ. Cf. *Poppo* Proleg. ad Thucyd. P. I. V. I. p. 464. Vind. 7. ὧν προτοῦ. Deinde T ἐγκαλωπίζετο. — ἑτοίμη] int. ἐστί; solent enim adiectiva ἕτοιμος, ἱκανός al. sic poni ut verbum εἰμί omittatur. Vid. quae collegit quosque attulit *Matth.* Gramm. gr. p. 606 sq. Proxime v. καὶ κοιμᾶσθαι desunt in Pal. Vatic. ϐ. Mox Clark. ὅπου ἐὰν ἐᾶι — ἐγγυτάτω. Desideratus s. puer dilectus ipse dicitur πόθος, ut Latinis desiderium (Italis *il desio mio*). Sic *Bion.* I, 53: πόθος δέ μοι ὡς ὄναρ ἔπτη. *Catull.* II, 5: Quum *desiderio* meo nitenti Carum nescio quid lubet iocari. *Cicer.* ad div. XIV, 2. al. Ceterum post τίς interpungi oportet si post v. κοιμᾶσθαι distinctio ponitur, ut cohaereant κοιμᾶσθαι et ἐγγυτάτω τοῦ πόθου. Illud ὅπου ἂν ἐᾷ τις illustratur loco celebrato Conviv. 203. D: ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαίθριος κοιμώμενος. — πρὸς γ. τῷ σέβεσθαι] Sic pro πρὸς γ. τὸ σέβ. (quod in Mon. 407. quoque comparet) Clark. ΓΔΠΣBCDFGPrϐ Florr. b. ϑ. Vindobb. 1. 4. 6. 7. α. Iam Stephanus in marg. „Non τὸ sed τῷ legit etiam Fic. neque videtur illud posse ferri." In libro Ξ τὸ superscripto ῷ exstat. Proxime N et Mon. 407. μόνον. De re, bene Heindorfius sensum reddidit: *neque enim colit tantum veneraturque formosum illum, sed hunc etiam gravissimorum dolorum medicum unum sibi invenit;* et commode attulit *Chariton.* VI, 3. p. 102: φάρμακον γὰρ ἕτερον ἔρωτος οὐδέν ἐστι πλὴν αὐτὸς ὁ ἐρώμενος, ubi Dorvillius nostrum citavit locum tacite correcto τῷ σέβεσθαι.

δὲ] Hoc suppeditarunt Clark. ceterique Bekkeri et Stallbaumi libri, (accedit Mon. 407.) exceptis ΓEF, qui cum editis dant δή. Mox art. τὸ abest a N et Mon. 407., deinde pro ὃν T scribit ὅ. Ad verba ὦ παῖ καλέ cf. illa p. 243. E. 244.

A. In seqq. v. ἄνθρωποι μὲν desunt in Σ et Φr a pr. m. — διὰ νεότητα] non est *propter novitatem* (Schleiermacherus: *der Neuheit wegen)*, sed *propter lasciviam* s. *petulantiam* quam dictio prodit. Proprie est iuvenilis temeritas et petulantia (ut Legg. XI. p. 934. A.). Apolog. 26. E: καὶ ἀτεχνῶς τὴν γραφὴν ταύτην ὕβρει τινὶ καὶ ἀκολασίᾳ καὶ νεότητι γράψασθαι. *Dio Chrysost.* Orat. II. de regno p. 18. B: ἐνίοτε μὲν οὖν ταράττουσιν ἐν τῷ ἔργῳ διὰ τὴν νεότητα καὶ τὴν ἐπιθυμίαν φθεγγόμενοι. Et significatur lasciva fere, quam Plato lepide diis Homericis tribuit, hominum irrisio, quippe qui Ἔρωτα, quem homines nominent Πτέρωτα vocitent; idque ipse aperte declarat verbis sequentibus: ὧν τὸ μὲν ἕτερον (ἔπος, versus) πάνυ ὑβριστικὸν καὶ οὐ σφόδρα ἔμμετρον (i. e. modestum). Ridet videlicet Plato Homerum (et per hunc aequales suos, quippe insanos fere Homeri amatores) deos fingentem lingua uti ab humana diversa. Cratyl. 391. D: δῆλον γὰρ δὴ ὅτι οἵ γε θεοὶ αὐτὰ καλοῦσι πρὸς ὀρθότητα ἅπερ ἐστὶ φύσει ὀνόματα (et hoc sane quam convenit cum lingua illa naturali, german. *Natursprache*, quam praeter ceteros sumpsisse constat *Iac. Böhmium)*. Cf. *Eustath.* ad Iliad. α'. p. 93 sq. υ'. pag. 1262, 41. 1269, 47. interpp. ad Iliad. I, 403. *Valcken.* ad Eurip. Rell. pag. 275. et *Lakemacher.* Observv. philol. P. II. p. 250 sq. Quod quidem iam poëtis comicis largam dedit irrisionis materiam, vid. *Koen.* ad Gregor. Corinth. p. 38. — γελάσει] Sic Clark. ΓΔΠG; eodem ducit scriptura γελάσῃ quae in libr. ΔBCEFb Florr. a. b. c. g. i. ϑ. Vindd. 1. 3. corr. Γ exstat. ΣΦTr et Stob. Ecl. Phys. I, 12. γελάσεις, H γελάσας, Ξ et Mon. 407. γελάσειας, et hoc in libr. edd. comparet. Heindorfius iam Stobaei scripturam γελάσει praeferens vulgatae γελάσειας annotavit: „nisi ἀττικώτερον est γελάσῃ s. γελάσει, ridebis.“ De futuro γελάσομαι Atticorum proprio vid. *Bast.* et *Schäfer.* ad Gregor. Corinth. p. 92. *Poppo* ad Cyropaed. I, 4. 16. et *Matth.* Gramm. gr. pag. 327. Atque hoc recte sequuti sunt recentiores.

P. 184. οἶμαι] Clark. ΔΠDNOP corr. G (in quo a pr. m. τινες exstat) Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc. οἱ μέν. — Ὁμηρίδαι] Clark. ΓΔΞΠΣBCHNOPr Florr. a. b. c. g. i ϑ. Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Monacc. Ὁμηριδῶν (Bas. 2. Ὁμηρίδων), quod tot librorum munitum auctoritate iure receperunt Bekkerus et Stallbaumius. Cf. *Schäfer.* ad Gregor. Cor. l. l. Liber Venet. Δ exhibet ὁμηρικῶν, G τῶν ὁμηριῶν, b ὁμηρίδὸν, T ὁμηρηδὸν. — ἐκ τ. ἀποθέτων ἐπῶν] Ἔπη ἀπόθετα cum *Wernsdorfio* ad Himer. p. 430 sq. intelligebat Heindorfius *brevia*, *recisa*, *separata*

poëmatia, quae maioribus Homeri poëmatis opponerentur, et sic Schleiermacherus quoque verba ceperat reddens: *unter ihren kleinen Gedichten*. Sed ἀπόθετα, *reposita*, sunt *recondita* s. *arcana*. Sic *Plutarch*. Conv. VIII, 8. p. 728. F: ὁ μὲν ἀληθὴς ἴσως λόγος καὶ νῦν ἀπόθετος καὶ ἀπόῤῥητος ἐστ. *Athen*. IX, 669. B: ἵνα μὴ ὁ Οὐλπιανὸς βρενθύηται ὡς ἐκ τῶν ἀποθέτων τοῖς Ὁμηρίδαις μόνος ἀνασπάσας τὰ κοττάβια. Cf. *Iacobs*. Additam. Animadv. in Athen. p. 353. et ad Philostr. p. 268., ubi citat Philostr., vit. Apollon. III, 7. pag. 99. *Themist*. Orat. IV. p. 60. C. et XXV. p. 311. A. *Heynius* ad Homer. T. VIII. p. 793., approbante *Heinrichio* Proclus. prima de diasceuastis Homeric. p. 15., intellexit *recondita minusque nota*. *Welckerus* ad Philostrat. Imagg. p. 266. ed. Iacobs. hymnos intelligit *sacros* s. *reconditos*, „quos familiae sacerdotales sepositos habent et reconditos.“ Addit vir doctissimus: Homeridas quosdam ἐκ τῶν ἀποθέτων ἐπῶν mutuos sumsisse narrat (Plato) versus duos in Amorem, qui mystici argumenti sunt et Orphicam (?) scholam sapiunt, ut et duo alii in eundem deum Symp. p. 197. C.“ *Groen. v. Prinsterer*. Prosopogr. Plat. 168. „Homeridarum familia — quo magis hominum studia conciliare sibi posset, videtur prae se tulisse, *praeter vulgata* carmina poëtae, alios eiusdem versus sectae suae successione servatos esse. Hos enim cum Astio — intelligo ἀπόθετα ἔπη.“ Etenim ἀπόθετα sunt h. l. *recondita*, h. e., *secreta* s. *arcana* (licet Schneideri Lexicon hanc vocis ἀπόθετος vim ignoret; sed vid. supra citt.), siquidem res ipsa hanc efflagitat sententiam. Sic etiam *Fr. Schlegelius* (Geschich. d. Poesie d. Griech. u. Röm. p. 10.) acceperat. Etenim totum hoc Platonem finxisse arbitror (licet cl. *Welckerus* ad Philostr. p. 267. mihi adversetur), ut aequales Homero suo omnia tribuentes irrideret. Irrisio iam in hoc conspicua est quod deos Amori aliud atque homines nomen imponere dicit, quod non potest nisi ad Homerum spectare quem sumere constat deos res aliter vocare atque homines; hoc autem nomen lascivum esse indicant verba θεοὶ δὲ ὃ καλοῦσιν ἀκούσας εἰκότως διὰ νεότητα γελάσει, ὑβριστικὸν πάνυ et οὐ σφόδρα τι ἔμμετρον; lascivia igitur in ea amoris appellatione cernitur qua dii (Homerici) utuntur, h. e., in voce Πτέρωτα, quam alter continet versus. Atque ut irrisio augeretur, Plato non finxit tantum deos (int. Homericos) Amorem appellare non Ἔρωτα, sed Πτέρωτα, verum etiam duos attulit versus a se ipso compositos (quod recte etiam *Heynius* statuit ad Homer. V. IV. p. 109.), quos irrisor se e secretis et arcanis Homeridarum carminibus simulat deprompsisse. Hos autem versus fingit e reconditis

Homeridarum carminibus sumptos esse non solum quia non leguntur in volgatis Homeri carminibus, sed etiam ut *profanam* illam Amoris appellationem (*Πτέρωτα διὰ πτερόφοιτον ἀνάγκην*) acerbis facetiis perstringeret. Schleiermacherus Platonem opinabatur hos versus Homeridae alicui tribuisse ut fabulam suam auctoritate extolleret (*um seinen Mythos durch eine Autorität zu heben*): quasi id quod lascivus fere irrisor ipse finxit (id quod ipse quodammodo significavit interposito *οἶμαι*, i. e., si recte memini, et *τούτοις δὴ ἔξεστι μὲν πείθεσθαι, ἔξεστι δὲ μή*) auctoritatis instar possit obtinere. Illa autem profani significatio extollitur opposita arcani notione; arcanum est enim non solum id quod volgus ignorat, verum etiam quod ex interiore quadam ac puriore doctrina vel cognitione petitur; haec vero quae Homeridis tribuitur Amoris appellatio tantum abest ut interiorem quandam ac puriorem declaret amoris cognitionem, ut, quod verba apposita aperiunt *διὰ πτερόφοιτον ἀνάγκην*, volgarem et profanam indicet amoris notionem. Verbis igitur *ἀποθέτων ἐπῶν* Homerus perstringitur, qui Diis suis, velut ipsi summo Iovi (vid. Iliad. XIV, 294 sq. Cf. Plat. Polit. III. 390. B: *ἢ Δία τούτων πάντων ῥᾳδίως ἐπιλανθανόμενον διὰ τὴν τῶν ἀφροδισίων ἐπιθυμίαν καὶ οὕτως ἐκπλαγέντα ἰδόντα τὴν Ἥραν, ὥςτε μηδ' εἰς τὸ δωμάτιον ἐθέλειν ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτοῦ βουλόμενον χαμαὶ ξυγγίγνεσθαι κτλ.* Cf. *Cicer.* de nat. deor. I, 16.), volgarem illam, impuram ac profanam (quippe deo indignam) attribuerit cupiditatem, vere *πτερόφοιτον ἀνάγκην*. Heindorfium et Schleiermacherum (quos sequutus est *Groen.* v. Prinster. l. l. p. 170.) *ὑβριστικόν* illud in verbo *ποτηνόν* inesse censentes Platonis irrisio locique universi sententia latuit, quamvis Schleiermacherus superbia quadam, quam in tanto viro indignor, me insimulet rem prorsus invertisse. Voce *Homeridas* significare potuit Plato, quos *Pindarus* Nem. II, 1. vocat *ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδούς* s. rhapsodos qui dicuntur (vid. Schol. Pindar. l. l. *Coraius* ad Isocrat. T. II. p. 336 sq. *Heyn.* Excurs. ad Il. XXIV. T. VIII. p. 793. et *Nitzsch.* ad Plat. Ion. p. 4 sq.); attamen haud scio an Homeri *ἐπαινέτας* (i. e., insanos fere Homeri amatores, omnia Homero suo tribuentes omniaque ab hoc, tamquam a divino omnium artium fonte, deducentes. Cf. *Nitzsch.* l. l. p. 9.) intellexerit. Huc certe sensu posuit Plato Polit. X. 599. E: *οὔκουν λέγεταί γε οὐδ' ὑπ' αὐτῶν τῶν Ὁμηριδῶν*, vid. Nitzsch. p. 10. Atque acerbissima fere est Homeridarum (i. e., Homeri amatorum) irrisio si dicuntur tam inepti esse ut ex Homeri carminibus, quae vocitent, *arcanis profanum* illum proferant versum in quo dii ponantur Amorem nominare *Πτέρωτα διὰ πτε-*

ρόφοιτον ἀνάγκην. — *δύο ἔπη*] duos versus, int. heroos. Etenim quemadmodum *ἔπος* eximie dicitur carmen epicum (quamquam deinde etiam carmen in universum designat, v. *Franck.* in Callin. p. 85 sq.), sic etiam versus est qui dicitur herous, velut Protag. 347. B. Phaedr. 241. E. Cratyl. 392. B. Polit. II. 379. A. III. 386. C. 393. A. 394. C. X. 602. B. 607. A. alia fere innumerab. Cl. *Passow.* in Mus. p. 54., id quod admirabile est, duos hymnos intelligebat quos Pamphus et Orpheus in Amorem condidissent. Cf. *Bode* in libr. Orpheus poët. gr. antiquiss. p. 138. — *πάνυ ὑβριστικὸν*] Clark. ΔΠ DGNOPT Florr. g. h. Vind. 4. et Monacc. *ὑβριστικὸν πάνυ*, quod recte sequuti sunt Bekk. Stallb. et Buttm. Ceterum τὸ *ἕτερον* Heindorfius et Schleiermacherus (quos sequitur Groen. v. Prinster. l. l. pag. 170.) male retulerunt ad priorem versum *Τὸν δ' ἤτοι.* Vide modo disputata. — *οὐ σφόδρα τι*] Sic libri omnes; solus Paris. E cum libris edd. habet *οὐ σφόδρα τοι.* Proximum *ἔμμετρον*, ut praegressum *ὑβριστικόν* iam indicat, non ad metri formam refertur, sed sententiam quae dicitur moralem habet, ut sit *moderatus s. modestus.* Sic Phileb. 52. D. Polit. VI. p. 486. D. Legg. IV. 716. C. V. 746. E. al. — *Τὸν δ' ἤτοι*] Versus hos, quos per iocum memorat Homeri amatores e reconditis eius carminibus afferre, ipsum condidisse Platonem, ut et caecos Homeri amatores et aequales suos ventosissimos simulque voluptatis avidissimos perstringeret, ipsa, ni fallor, res declarat. Carpit videlicet Homerum et per hunc ineptos aequales, qui eum pro omnium et artium et doctrinarum principe venerarentur, et hunc, sapientissimum scilicet, poëtam significat diis attribuere impurissimam cupiditatem (id quod revera Homerus commisit Iliad. XIV, 294 sq.). Facit igitur Homerum dicentem deos Amorem non *Ἔρωτα* vocare, sed *Πτέρωτα* (quae quidem annominatio loci festivitatem auget), addens verba quae acerbam quandam irrisionem declarant et non potuerunt nisi a Platone proficisci: *διὰ πτερόφοιτον ἀνάγκην.* Quod quidem licet ex se intelligatur, tamen fuerunt qui hos versus pro Orphicis (vid. *Passow.* ad Mus. p. 55.) vel Hesiodeis (vid. *Sturz.* ad Empedocl. p. 536.) haberent. Ceterum Clark. ΔΔΠΣDFGNOPrϑ Vindd. 1. 4. 6. 7. et Monacc. *δή τοι*, Vind. 3. *δή τι.* Proxime *θνητὸν* reperitur in ΔΛΦϑ et pr. Σ. — *ποτηνὸν*] P *ποθηνὸν*, ΓΔΞΣ BCEFH Florr. a. b. c. i. *θ. πτηνόν.* In v. autem *ποτηνὸν* lasciviam illam (*τὸ ὑβριστικὸν*) inesse male, si quid video, censebant Heindorfius et Schleiermacherus, quum nihil fere frequentius sit Amore alato, vid. *Anacr.* III, 18. ib. Fischer. p. 15 sq. ibique *Oppian.* Halieut. IV, 27. al. qui mox citandi

unt. Quam Amoris alati imaginem iam Orphicos adumbrasse erisimile est, vid. fragmenta hymnorum qui Orpheo adscribuntur VI, 2. p. 260. Herm. 58, 2. pag. 324. Hermias hunc raeterea affert versum: *Χρυσέαις πτερύγεσσι φορευμένος ἔνθα καὶ ἔνθα.*) Poëtae vero amatorii alatum depingunt Amorem it eius levitatem, inconstantiam (v. *Serv.* ad Virgil. Aen. XII, 48.) solutamque cuiusvis pulchri appetitionem significent. *Mosch.* I, 16:

Καὶ πτερόεις ὡς ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλους
Ἀνέρας ἠδὲ γυναῖκας.

Propert. II, 12. 5:

Idem non frustra ventosas addidit alas,
Fecit et humano corde volare deum.

Ovid. Am. II, 9. 49:

Tu levis es multoque tuis ventosior alis.

Similiter poëta germanicus (Bragur T. II. p. 328.):

Och bezichent uns seyn gevidere
Gedanken dy ho und nedir
Vlygen alzo eyn burndez stro.
Och bezichent uns alzo,
Daz alle hern Amors kynt
Syn unstete samt der wynt.

Quocirca assentiri non possum Heindorfio sic scribenti: „Quam Amoris imaginem non admodum antiquam, si fides habenda est Schol. ad Aristoph. Av. 575., ineptam deoque hoc indignam et eiiciendam iudicare videtur prae illa, quam ipse finxit, imagine Amoris, *pennarum illam germinationem in mente humana excitantis.*" Similiter Schleiermacherus p. 385: „*die bekanntlich (?) damals noch nicht herrschende Weise den Eros mit Flügeln zu bilden musste Platon besonders in dem Zusammenhange als ruchlos darstellen, wenn man glaubt, es sollte durch dieses Wort nur die Flüchtigkeit der Liebe dargestellt werden.*" At vero cf. *Aristoph.* Av. 573. ibique Schol. et Bergl. *Eurip.* Hippol. 1270. 1275. Athen. XIII, 29. T. V. p. 30. *Themist.* Oratt. XI. pag. 151. D. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. p. 1268. Adde *Voss.* mythol. Brief. II. p. 30 sq. et *Böttiger.* griech. Vasengem. T. I. F. II. pag. 195. eiusdemque *Andeut. z. Vorträg. üb. die Archäologie.* — *Πτέρωτα*] Ductum a *πτεροῦν*, est qui alatum reddit, alas excitat, h. e., incitat et impellit, quod oppositum fere est praegresso *ποτηνόν*, ut Plato videri possit dicere voluisse: Amor non ipse est alatus s. volucer (*ποτηνός*), ut homines eum vocant, sed is qui alas excitat (de v. *πτεροῦν*, i. q. *ἐπαίρειν*, vid. *Villoison.* ad Long. p. 91 sq.), ut a diis, h. e., ex vera ratione, vocatur.

Platonem videtur tangere *Alexis* ap. Athen. XIII. p. 30. T. V:

λέγεται γὰρ λόγος
Ὑπὸ τῶν σοφιστῶν, μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν
Ἔρωτα, τοὺς δ' ἐρῶντας· αἰτίαν δ' ἔχειν
Ἐκεῖνον ἄλλως, ἠγνοηκότας δὲ τοὺς
Γραφεῖς ἔχοντα πτέρυγας αὐτὸν ζωγραφεῖν.

Ceterum pro *Πτέρωτα* *Δ* scribit πτέρωμα, *Ξ*E πτέρωμα, Stob. Eclog. I. pag. 276. *Πτέρτω*. — διὰ πτερόφοιτον ἀνάγκην] Clark. *ΔΞΠΣΦ*DHRrb Florr. g. h. Vindd. 3. 4. 7. α. Herm. et Schol. Aristoph. Equitt. 1341. πτερόφοιτον Lib. N et Mon. 407. πτερώφυτον, E πτερόφυτον et F πτερόφοιτον, GT et Stob. πτεροφύτορ', quod quum Heindorfius, Schleiermacherus et Schneiderus Lexic. h. v. praetulissent, Bekkerus et Buttmannus reposuerunt. Neque tamen cur vulgato πτερόφοιτον (quod exstat in *ΓΔ*BCEFGNOT Florr. a. b. c. i. ϑ. Vindobb. 1. 6. Ald. Bas. 1. 2. Steph. al.) longe praeferendum sit πτεροφύτορ' (quod Heindorfius statuit) equidem causam perspicio; immo praestare mihi videtur scriptura πτερόφοιτον, e qua per recentiorem vocal. οι pronuntiandi rationem natum est πτερόφυτον, quod transit in πτεροφύτορ' (Quod Suidas habet πτεροφοίτωρ s. h. v. sine dubio hinc ductum, v. *Toup*. Emendatt. in Suid. T. III. pag. 386. Lips., id repugnat, ut Buttmannus et Heindorfius iam posuerunt, linguae rationibus). Etenim πτερόφοιτον longe gravius reperitur quam πτεροφύτορ'. Ἀνάγκη videlicet, ut Latinorum *necessitas* (*Cicer*. de Offic. 1, 35: partes corporis ad naturae necessitatem datae) est *naturalis appetitio*, et in amore positum *libido* (vid. ad p. 231. A.); ἀνάγκη vero πτερόφοιτος lepide dicitur libido quae tamquam pennis instructa s. avis instar, h. e., inconstanter, vagatur (similiter *Callimach*. Epigr. XXX, 3: πτερόφοιτον ἐρώμενον), quam volgivagam cum Lucretio dicere possis: egregie autem hanc insanam libidinem adumbrat vox πτερόφοιτος, quum sub verbo φοιτᾶν (proprie impetu ferri et vagari) etiam furoris et insaniae subiecta sit sententia (vid. *Stanlei*. ad Aeschyl. Prometh. 603. *Valcken*. ad Ammon. p. 149.); accedit quod φοιτᾶν saepenumero in coitu ponitur (vid. interpp. ad Herod. IV, 1. V. V. P. II. p. 162. Schw.). Sensus est igitur: *immortales vero Amorem vocant* Πτέρωτα (alas excitantem) *propter inconstanter vagantem libidinem*, h. e., quia libidinem insane vagantem excitat atque incendit. Atque ne quis Platonis protervitatem atque obscaenitatem miretur, reputari

oportet primum, non deos in universum, sed Homericos significari et ipsum perstringi Homerum qui diis suis hanc volgivagam tribuerit libidinem ipsumque Iovem insana incensum cupiditate depinxerit (Il. IV. l. 1.); deinde Platonem, quippe Graecum, virili usum esse oratione, ideoque involucris et integumentis repudiatis res ex sua quamque natura et ratione et nominasse et descripsisse: cuius quidem rei insigne exemplum est locus ille p. 250. E., ubi impuram hominum libidinem perstringens et iocose depingens *ἡδονῇ παραδούς*, ait, *τετράποδος νόμῳ βαίνειν ἐπιχειρεῖ καὶ παιδοσπορεῖν.* Huiusmodi autem obscaenitas non vera, sed speciosa existimanda est, siquidem haec obscaenitas non propter se affertur, sed irrisionis causa admittitur, ipsoque ioco tollitur quodammodo propterea quod in risum vertitur. Quocirca poëta vel scriptor qui videtur obscaenissimus esse, potest castissimus esse atque purissimus.

τούτοις δή] G *δέ*. His vero verbis ipse significat Plato, vir ille *πεπλασμένα θαύματα εἰδώς* (v. *Athen.* XI, 15. *Diog. Laert.* III, 26.), quem utrum poëtam an philosophum magis admirere iure dubites, quid huiusmodi locis tribui oporteat ubi irrisionis causa fictione utitur. — *ἐρώντων*] F *ἐρώτων* superscr. *ν*. Proxime *Γ* et Flor. *ϑ*. *τοῦτ'* pro *τοῦτο*, idque merito revocarunt Stallb. et Bekk. De pronominibus *τοῦτ' ἐκεῖνο* vid. quae posui ad p. 241. D. — *ὀπαδῶν*] *ΓΞ*CH et Mon. 407. *ὀπαδῶν*. Phileb. 63. E: *ὁπόσαι, καθάπερ θεοῦ ὀπαδοὶ γιγνόμεναι, αὐτῇ ξυνακολουθοῦσι πάντῃ.* *Philostrat.* Heroic. p. 22: *θεούς τε γὰρ ὧν ὀπαδοί εἰσι (αἱ ψυχαί)*, ubi vid. *Boissonad.* p. 339. *Himer.* p. 628. al. Cf. *Creuzer.* ad Procl. in Alcib. I. p. 32. Sensus est: Iovis, h. e. philosophiae, sectator illius ad libidinem incitantis vim et onus constantius ac fortius potest perferre, nec tam facile amoris furore corripitur, Martis vero, i. e. impetus ac vehementiae, sectator amoris furore agitatus, si iracundia exarserit, atrocissima quaeque perpetrat. *Ἐμβριθές*, grave, non solum est ponderosum, verum etiam constans, firmum, ut Epist. VII. 328. B: *τὸ δὲ Δίωνος ἠπιστάμην τῆς ψυχῆς πέρι φύσει τε ἐμβριθὲς ὄν.* *Plutarch.* Coriolan. p. 220. D: *τὸ δ' ἐμβριθὲς καὶ τὸ πρᾶον, οὗ τὸ πλεῖστον ἀρετῇ πολιτικῇ μέτεστιν.* — *ἄχθος*] NOP Monacc. *ἄνθος*. — *Ἄρεώς τε*] *Ἄρεως* dant Clark. *ΓΔΠ* G T ꝺ Flor. *ϑ*. Vind. 1.; reliqui *Ἄρεος*; cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 194. Illud Bekkerus et Stallbaumius receperunt, Buttmannus vero (vid. eius Gramm. gr. I. pag. 227.) retinuit *Ἄρεος*. Vocula *τε* Heindorfio nata videbatur ex syllaba proxima. Clark. scribit *ἄρεως τεθεραπευται*. Cf. cum hoc loco *Themist.* Orat. XIII. p. 165. B. — *ἁλῶσι*] accommodato positum in Martis sectatoribus; de v. *ἁλίσκεσθαι*, unde *ἁλῶναι*, vid. *Carp-*

ξου. ad Achill. Tat. I, 4. p. 31. ed. Boden. et *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 254 sq. — *καί τι*] *Ξ* G N O et Monacc. τοι pro τι, Flor. b. i. *καί τοί τοι*. Proxime *Δ Ξ* T et pr. *Γ* φοινικοί, *Φ* φοινικοί τε, *Σ*r φονικοί τε. Mox *Δ Ξ* P καθαρμένοι. Pro *αὐτοὺς* G *αὔτός*. Mon. 407. Ald. Bas. 1. 2. *αὐτούς*. Vox τε om. N P T et Mon. 407.

μιμούμενος] N O P Mon. 407. *τιμώμενος*. Proxime Clark. *Δ Λ Π* D G ᵭ Florr. b. g. i. Vindd. 1. 3. 7. *ζῆν* vel *ζῇ*. Mox T et Mon. 407. *διάφθορος*, G *διάφορος*. — *βιοτεύῃ*] Clark. *Δ Λ Ξ Π* B C D G H N O T ᵭ Florr. a. c. g. h. i. Vindd. 7. α. Mon. 407. et Bas. 2. *βιοτεύει*, B. Mon. 11. *βιοτεύων*, *βιοτεύῃ* *Γ* corr. Ald. Bas. 1. Steph. Ficinus: *et hoc pacto primam hic vitae generationem ducit.* Bekkerus et Stallb. *βιοτεύει* receperunt. Heindorfius annotavit: „Aliter esset, si scriptum haberemus *καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὴν τῇδε πρώτην γένεσιν βιοτεύει*. Nunc illa *καὶ* — *βιοτεύῃ* dicta accipe pro *τὴν τῇδε* — *βιοτεύων*.“ Indicativus *βιοτεύει* cohaereret cum praegressis *οὕτω καθ' ἕκαστον θεὸν* — *ζῇ* — *καὶ* — *βιοτεύει*, ut nihil opus esset verbis *καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ*. Quocirca non orationis structura, sed sensus ratio me adduxit ut *βιοτεύῃ* retinerem; etenim verba *καὶ τὴν τῇδε πρώτην γένεσιν βιοτεύῃ* nihil aliud esse possunt nisi generalis illius enuntiati *οὕτω καθ' ἕκαστον θεὸν* — *ζῇ* definitio: *ita secundum deum, quantum potest, vivit, quamdiu incorruptus est et* (quamdiu) *in prima hic generatione versatur.* Hermias p. 165: *ἕως ἂν ζῇ τὸν ἐνταῦθα βίον μὴ διεφθαρμένος*; contra *βιοτεύει* foret: *sic vivit — et in prima hic generatione vivit.* Atque sic fere Schleiermacherus vertit: *lebt jeder — und lebt das hiesige erste Dasein durch.* *Βιοτεύει* vero si sequeris, verba *καὶ* — *βιοτεύει* praegressorum *οὕτω καθ' ἕκαστον θεὸν* — *ζῇ* explicationem quandam continent, ut *καί* sit vern. *und zwar* s. *nehmlich* (vid. *Fritzsch.* Quaest. Lucian. p. 9 sq.). — *τρόπῳ*] N et Mon. 407. *πρώτῳ*. Proxime *Λ Ξ Σ* F H et edd. *πρός γε τ.*; recte iam Heindorfius *τε* reposuit, quod libri reliqui Bekk. et Stallb. cum Mon. 407. dant. Praep. *πρός* om. *Δ* G T et pr. *Π*. — *ὁμιλεῖ*] Libri edd. cum Par. E *ὁμιλῇ* et *προςφέρηται*, quod Heindorfius iam emendavit; accedunt Clark. ceterique Bekkeri et Stallbaumi libri (quibus adde Mon. 407.); lib. H *ὁμιλεῖται καὶ προσφέρεται*, P *ὁμιλεῖταί τε καὶ προσφέρεται*. — *τόν τε ἔρωτα τῶν καλῶν κτλ.*] *amorem igitur pulchrorum pro suo quisque ingenio eligit*, h. e., *amorem igitur quisque ita sequitur* s. *colit ut delicias e pulchris eligat suo ingenio convenientes.* Nomen quod dicitur abstractum *τὸν ἔρωτα* ita cum verbo *ἐκλέγεται* coniunctum est ut concreti quod vocatur partes sustineat (sic supra 252. A. *τοῦ πόθου*) et ad hoc concre-

um nomen refertur in sequentibus αὐτὸν ἐκεῖνον. Lib. *Δ* τον αλῶν, NOP et Monacc. τοῦ καλοῦ. Proxime *Δ* et Flor. i. ρόπον. — ἕκαστος] G ἑκάστου. Proxime αὐτόν om. r et r. *Φ*. In seqq. G ἑαυτόν pro ἑαυτῷ. Cum verbis ἄγαλμα τεταίνεται κτλ. compar. *Plotin.* Ennead. I, 6. p. 57. D. et *Hierocl.* in aur. carm. p. 25. Paris. Quae praecedunt ὡς θεὸν αὐὸν ἐκεῖνον ὄντα ἑαυτῷ (quasi ipse ille, puer dilectus, deus ipsi it) spectant ad sequentia οἷον ἄγαλμα τεκταίνεται: puerum a format et ornat ut simulacrum quasi ex eo fingat quod tamuam deum veneretur omnibusque prosequatur honoribus. De oce ἄγαλμα (dei simulacrum s. statua, deinde in universum ecus et ornamentum) vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 4 sq. *Boissoad.* ad Philostr. pag. 377. et nostra ad Legg. p. 532. Iccirco oces ἄγαλμα et ἀνδριάς ad pulcherrima, limatissima et perectissima quaeque maxime transferuntur, vid. nostra ad Polit. 396. et *Boisson.* ad Philostr. p. 377. 582. ad Eunap. pag. 80. Atque huic voci ἄγαλμα egregie respondent quae sequunr κατακοσμεῖ et τιμήσων; verbum enim ἀγάλλειν, unde αλμα ductum, est proprie τιμᾶν (ἄγαλμα igitur imago veerationis causa posita) et κοσμεῖν, v. Anecd. gr. Bekker. I. 324. 328. et *Creuzer.* ad Plotin. p. 370. — τεκταίνεταί τε καὶ] Sic libri fere omnes Bekkeri et Stallbaumi; ılgo (ut a Mon. 407.) part. τε abest. — ὀργιάζων] Myeria videlicet et sacra, quae in superiore vita celebraverat, c repetit, dum puerum, divinae pulchritudinis imaginem, lit ac veneratur.

Οἱ μὲν δὴ] Libri *ΓΔΠ*BCDGHTъ Florr. a. c. g. h. Vindd. 1. 4. 7. addunt particulam οὖν, quam iure revocant Bekkerus et Stallbaumius; in libb. *ΞΣ*EFNOPr Florr. i. *ϑ*. Vindd. 3. 6. et Monacc. οἱ μὲν οὖν exstat. Proxime o *Δ*ιόν exstat in *Δ* pr. *Π* et Herm. p. 165, 26. δῖον, Clark. T δι' ὅντινα. Mon. 407. δι' ἰόν. In seqq. Clark. *ΓΔΠΣ* GNOPTrъ rc. *Ξ* Florr. g. h. *ϑ*. Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. *a*. Mon. 407. scribunt εἶναι ζητοῦσι. Sic etiam Hermias p. 34, 21: τὸν ἐρώμενον ζητεῖ *Δ*ῖον εἶναι, et infra 263. B: δὲ Ἀπόλλωνος — ζητοῦσι τὸν σφέτερον παῖδα πεφυκέναι. erbum enim ζητεῖν cum infinitivo est modo fortius illud *extere*, *flagitare*, modo lenius *cupere*, *postulare ut* —, *velle*, *aerere* (Schleiermacherus vertit: *Die — dem Zeus angeren, suchen dass ihr Geliebter ein der Seele nach dem Zeus nlicher sey.*). Sic Polit. II. 375. E: καὶ οὐ παρὰ φύσιν τοῦμεν τοιοῦτον εἶναι τὸν φύλακα. IV. 443. B: ἕτερον τεῖς δικαιοσύνην εἶναι ἢ κτλ. VI. 486. D: ἀλλὰ μνημονιν αὐτὴν ζητῶμεν δεῖν εἶναι. Alcib. I. p. 107. C: ἀλλὰ E

ζητήσουσιν ἰατρὸν εἶναι τὸν σύμβουλον. Charm. 172. C: καὶ ζητοῦμεν αὐτὸ μεῖζόν τι εἶναι ἢ ὅσον ἐστίν. al. Cf. *Heind.* Spec. crit. in Plat. p. 104. Iure igitur v. εἶναι receperant Bekk. Stallb. et Buttm. — τὸν — ἐρώμενον] Π τῶν, DNOPr Vindob. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Monacc. τῶν — ἐρωμένων. Hoc (ἐρωμένων) habent etiam Σ a pr. et Π a corr. m. Pro αὐτῶν C αὐτόν, Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. et Mon. 407. ἑαυτῶν; sic etiam r, superscr. ὀν. — σκοποῦσιν οὖν] Voc. οὖν abest a G. Ad verba seqq. cf. *Themist.* Orat. XIII. p. 165. B. De voce ἡγεμονικός cum v. φιλόσοφος coniuncta vid. quae posui ad p. 246. E. Praecipue huc pertinent Phileb. 30. D: οὐκοῦν ἐν μὲν τῇ τοῦ Διὸς ἐρεῖς φύσει βασιλικὴν μὲν ψυχήν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίγνεσθαι; Similiter *Plutarch.* de poët. puero intellig. 32. A: θειότατον γὰρ ἀποφαίνει (Homerus) τὴν φρόνησιν καὶ βασιλικώτατον, ἐν ᾗ τίθεται τὴν μεγίστην ὑπεροχὴν τοῦ Διός. In voce ἡγεμονικόν non dominationis notio eminet, sed supremae dignitatis s. principatus, qui in solam cadit sapientiam; νοῦς enim βασιλεὺς omnia regit et constituit; hinc Ζεύς, summa ratio, μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ p. 246. E. — πᾶν] Flor. ϑ. πάντα, ut Phaedon. 114. C: πάντα ποιεῖν ὥςτε ἀρετῆς — μετασχεῖν. Polit. VI. 488. C: πάντα ποιοῦντες ὅπως ἂν σφισι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψῃ. al. Utrumque recte habet. Vid. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 249. — ἐὰν οὖν] Voc. οὖν om. ΣΝΟΡ et Monacc. Proxime v. ἐμβεβῶσι — εὐποροῦσι desunt in Δ. Ceterum τῷ ἐπιτηδεύματι Hermias p. 165. intelligit τῷ ἐρωτικῷ; immo significatur philosophia, ut e praegressis perspicitur. Proxime Mon. 407. ὅτι ἂν τι δύναται. — κ. αὐτοὶ μετέρχονται] ipsi s. per se, quae ab aliis discere non possunt, persequuntur s. indagant. Verba a venatione ducta, μετέρχεσθαι, μετιέναι al. (sic Theaet. 187. C: ἴσως γὰρ οὐκ ἄπο καιροῦ πάλιν ὥςπερ ἴχνος μετελθεῖν. al.) ad investigationem et studium in universum transferuntur, velut *Xenoph.* Mem. Socr. IV, 2. 9: ὀρθῶς μετιέναι τὴν σοφίαν. Et huic respondet quod sequitur ἰχνεύοντες investigantes, h. e., quaerentes s. operam dantes ut —. Vid. ad Legg. p. 97. et adde quos *Creuzerus* citat ad Procl. in Alcib. I. p. 177. Ex suo ipsi animo dicuntur amatores dei quem sectantur naturam eruere, sedula perscrutatione eam excitantes et in memoriam revocantes. Vind. 4. μετέρχωνται.

εὐποροῦσι] Sic Bas. 2. Clark. ceterique et Bekkeri et Stallbaumi libri. Mon. 407. εὐποροῦσιν. F εὐποροῦσι (a superscr.). ΔHT Ald. et Bas. 1. ἀποροῦσι, Ξ ἐποροῦσι (υ superscr.), Steph. Lugd.

Bip. al. *εὑροῦσι*. Stephanus in marg. „In praeced. edit. *ἀπο-ροῦσι*; sed illam lect., non hanc, merito sequitur et Fic.“ Ficinus videlicet vertit: *voti tandem compotes fiunt*. Unde perspicitur Stephanum dare voluisse *εὐποροῦσι*, sed operas non paruisse. Proxime *διὰ τὸ* om. *Θ*. Mox NOP et Mon. 407. *συντόμως*. In seqq. dele vitiosas illas post *μνήμῃ* et *ἐνθου-σιῶντες* distinctiones, quas primus intulit Stephanus; in Ald. enim recte scribitur *μνήμῃ ἐνθουσιῶντες ἐξ*, in Bas. 1. et 2. *μνήμῃ, ἐνθουσιῶντες ἐξ κτλ*. Cohaerent enim *ἐνθουσιῶντες* et *λαμβάνουσι*, illud vero *ἐνθουσιῶντες* explicatur part. *ἐφα-πτόμενοι* (i. q. *τῷ* s. *διὰ τὸ ἐφάπτεσθαι*) *τῇ μνήμῃ*. Proxime Mon. 407. *καθὸ δυνατόν*. — *καὶ τούτων*] Sic pro *τοῦ-τον* ΞDNOP Monacc. mg. *Φ* corr. F. et Vindobb. 4. 7. *α*. Ficinus quoque hoc reddidit: *quoniam vero horum omnium causas referunt in amatum*. De verbis *ἔτι τε Stephanus* p. 62. annotavit: „In versu — prima fronte putet quispiam scriben-dum *ἔτι γε*; sed *τε* respicit ad *καὶ* quod sequitur, inclusum videlicet in particula *κἄν*.“ — *κἄν*] P *καί*. Proxime pro *ἐκ Διός De Geer* diatrib. in polit. Plat. princip. p. 92. scriptum volebat *ἐκ Διονύσου*: „paullo ante Iovis sectatores nominati sunt; icciroo hic alius videntur dei cultores significati. Prae-terea quod dicuntur hi *bacchantium more* agere, magis hoc referendum ad Bacchum, quam ad Iovem.“ Neque tamen ap-posita *ὥσπερ αἱ Βάκχαι* ad deum referuntur, sed ad verbum *ἀρύτωσιν* quod hac Baccharum imagine illustratur; hae enim credebantur divino afflato concitatae e mellis, lactis vinique rivis haurire; Ion. 534. A: *ὥσπερ αἱ Βάκχαι ἀρύτονται ἐκ τῶν ποταμῶν μέλι καὶ γάλα κατεχόμεναι*. Cf. *Eurip*. Bacch. 143. 709. ibique Elmslei. *Horat*. Carm. IX, 19. 10 sq. al. Vid. *Timkowsky* Comment. de dithyramb. in Beck. Act. Semin. reg. V. I. p. 219 sq. *Müller*. ad Plat. Ion. p. 50 sq. *Ol. Wor-mius* ad Luxdorf. e Plat. (Havn. 1801. 4.) p. 8 sq. et *Iacobs*. ad Philostrat. Imagg. p. 316. Scripturae *ἐκ Διονύσου* adver-satur praeterea quod sequitur *ὅσοι δ' αὖ μεθ' Ἥρας εἵποντο*; etenim Iovem excipit Iuno; quocirca *ἀρύτωσι* non potest ad alium referri deum nisi ad Iovem. Lib. G et Mon. 11. exhibent *ἀρύττωσιν*. De atticis formis *ἀρύτειν* et *ἀνύτειν* vid. *Porson*. ad Eurip. Phoeniss. 463. p. 39. ed. III. Lips. In Bas. 1. marg. exstat *ἀρτύωσιν*, de quo Stephanus annotavit: „Mirum est pro *ἀρύτωσιν* adscribi margini editionis illius Basileensis *ἀρ-τύωσιν*: quum nullum hic locum habere posse videatur hoc *ἀρτύωσιν*, at vero *ἀρύτωσιν* non solum aptum sit, sed etiam sequente participio *ἐπαντλοῦντες* confirmetur.“ — *αἱ*] Hac in

voce desinit Venet. *Λ*. Proxime *Ξ* ἐπαντελοῦντες. Attulit h. l. *Proclus* in Alcib. I. p. 26 sq. ed. Creuz.

P. 186. Ἥρας] Clark. μεθ' ἡμέρας ειποντό; ἡμέρας B comparet etiam in *ΓΔΠΣ*E G T b Vindd. 1. 3. Florr. b. i. ϑ. pr. B F et Mon. 407. — βασιλικὸν] oppositum fere hoc est praegresso ἡγεμονικόν ita ut in hoc principatus, in illo dominationis notio exstet; imperiosa est enim Iuno. Mox Flor. c. δρῶσι πάντα. Mon. 407. δρῶσιν. — οἱ δὲ] T οἷ. Deinde τε om. E. Sensus est: Apollinis ceterorumque deorum comites, quem quisque deum comitatus est, huius ut similitudinem quandam gerant deliciae flagitant. Genitivi Ἀπόλλωνος et ἑκάστου ita positi sunt ac si non μεθ' Ἥρας εἵποντο, sed ὀπαδοί praecesserit. Sic 252. E: Οἱ μὲν δὴ οὖν Διός, praegressis Τῶν μὲν οὖν Διὸς ὀπαδῶν et deinde interpositis ὅσοι δὲ Ἄρεώς τε θεραπευταὶ καὶ μετ' ἐκείνου περιεπόλουν. Vocula οὕτω refertur ad πεφυκέναι: *prout deus se habet quem comitati sunt, ita ut deliciae quoque natura comparatae sint flagitant.* Ἰέναι κατά τινα, proprie eadem via ire, ut *Herodot.* IX, 53., est *sequi, spectare aliquem* s. *sese ad aliquem accommodare*, in re positum, *alicui rei studere* (Conv. 205. D: οἱ δὲ κατὰ ἕν τι εἶδος ἰόντες τε καὶ ἐσπουδακότες), *aliquid persequi*, ut Theaet. 188. C: ἆρ' οὖν οὐ ταύτῃ σκεπτέον ὃ ζητοῦμεν, κατὰ τὸ εἰδέναι καὶ μὴ εἰδέναι ἰόντας, ἀλλὰ κατὰ τὸ εἶναι καὶ μή; Legg. III. 688. D: πειράσομαι ἰὼν κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον ἀνευρίσκειν κτλ. — ῥυθμίζοντες] ΣΝΟΡ Flor. g. Vindd. 1. 4. 6. *a*. Monacc., a pr. manu D et Vind. 3., rc. *Ξ* ὑβρίζοντες, quod a sensu aversum est. *Dio Chrysost.* Orat. IV. de regno p. 79. D: πειθοῖ καὶ λόγῳ μετ' εὐνοίας καὶ δικαιοσύνης πειρᾶται ῥυθμίζειν τε καὶ ἄγειν ἐπὶ τὰ βελτίω. Eodem verbo usus reperitur Timaeus qui fertur Locrensis p. 103. D: δεῖ δὲ καὶ τὰν ψυχὰν ῥυθμίζεσθαι ποτὶ τὰς ἀναλόγως ἀρετάς. — ἑκάστῳ] C ἑκάστου. — πρὸς τὰ παιδικά] Heindorfius haec sic distinxit: οὐ — παιδικά· ἀλλ' εἰς κτλ. annotans: „Haec, ne male vincta esset oratio, trahenda putavi ad praegressa, quo seqq. etiam ἀλλ' εἰς ὁμοιότητα — πειρώμενοι ἄγειν optime traherentur, nisi obstaret additum hoc οὕτω ποιοῦσι.“ At vero divelli nequeunt οὐ φθόνῳ — χρώμενοι et ἀλλ' εἰς ὁμοιότητα — πειρώμενοι ἄγειν; neque obstat οὕτω ποιοῦσι (quod sic participio solet subiici, vid. ad Protag. p. 95.); oratio enim, ut assolet, variatur, ut maiorem posterior sententia vim nanciscatur; πειρώμενοι igitur οὕτω ποιοῦσι dicitur ac si modus, qui dicitur finitus (καὶ οὐ φθόνῳ — χρῶνται), non participium χρώμενοι, praecesserit. Opposita autem haec sunt superioribus p. 239. A. 240. A.

241. C. Libri edd. (Ald. Bas. 1. 2. Steph.) αὐτοῖς, quod Heindorfius recte mutavit in αὑτοῖς. Cf. etiam *C. F. de Nieuport.* in Nouv. Mémoir. de l'acad. royale. Brux. 1820. T. I. p. 170.

πάντως] Γ ante v. ἄγειν collocat. — οὕτω ποιοῦσι] G τούτω π. Loquutio οὕτω ποιεῖν, ut πᾶν et πάντα ποιεῖν, τοῦτο πράττειν (Latinorum *hoc* s. *id agere*) in eo ponitur qui dedita opera et unice aliquid spectat, omnem in aliquam rem operam confert. Cf. *Viger.* de idiotism. p. 287. *Viger.* ad Euseb. Praep. Ev. XIII, 6. p. 63. *Bast.* Epist. crit. p. 287. al. Pro ποιοῦσι G πείθουσι. — οὖν] om. E. — τελετή] Clark. ΓΔΠΦFGNOƀ et Mon. 407. cum pr. ΣBr. τελευτή. Ceterum in hoc enuntiato duae conflatae reperiuntur orationes: *tam praeclarum est studium quod vere amantes ad delicias suas conferunt*, et: *tam pulchra et beata per eum qui amore concitatus diligit, puero obtingit consecratio*; utrisque vero, προθυμία et τελετή, in unum enuntiatum conflatis factum est ut verba τῶν ὡς ἀληθῶς ἐρώντων repeterentur his ὑπὸ τοῦ δι' ἔρωτα μανέντος φίλου, et verbum γίγνεται poneretur nomini posteriori τελετή conveniens, ita ut ad nomen prius προθυμία ex hoc intelligi possit ἐστί (προθυμία τῶν ἀληθῶς ἐρώντων οὕτω καλή ἐστι). — ἐάν γε διαπράξωνται] Hoc praebuerunt Florr. g. h. ϑ. Vind. 1. Mon. 11. Herm. p. 166, 25. et Γ a corr. m. Volgo ἐάν γ' ἐνδιαπράξωνται. Heindorfius: „ne singulare prorsus sit et contra sermonis usum, syllabam ἐν inducendam puto.“ Stallbaumius recepit διαπράξωνται, Bekkerus vero et Buttmannus retinuerunt ἐνδιαπράξωνται, quod Schneiderus Lexic. gr. h. v. mutari iubebat in εὖ διαπράξωνται; sed voculae εὖ nihil hic loci est, quum verba simpliciter hoc sibi velint: *quando assequuti sunt quod expetunt*, h. e., quando intimo amore et amicitia se cum deliciis suis coniunxerunt (vid. infra p. 256. A.). *Abreschius* Animadv. ad Aeschyl. p. 183. corrigebat ἔνδικα πράξωνται, quod sensui adversatur. De verbo διαπράττεσθαι v. quae notavi ad p. 234. A. Hoc autem loco non amoris fructum designat, sed intimam coniunctionem, qua amatoris expletur desiderium. Pro ἐάν γ' (Mon. 407. ἐάν γε) Clark ΔΠ ΣBCEGHTƀ et Florr. a. b. c. i. ἐάν δ' ἐνδ. — ἣν λέγω] F ἥ, Clark. ηνδ' ἐγώ, ΔΠGT ἦν δ' ἐγώ, CDHNOP corr. B. et Monacc. ἦν δ' ἐγὼ λέγω (sic, ni fallor, etiam Florr. a. c. h. et Vind. α., quos affert Stallbaumius p. 415., pro ἦν δ' λέγω sine dubio scribere volens ἦν δ' ἐγὼ λέγω). In Σ a corr. m. ἐγὼ λέγω. Vind. 4. ἣν ἐγὼ λέγω καὶ οὕτω καλεῖται καὶ εὐδαιμονική. De verbis ἣν λέγω Heindorfius: „Quod olim suc-

currit ἣ λέγω, trahendum ad ἐνδιαπράξωνται, ipsum quoque admodum friget. Mihi igitur haec corruptelae sunt manifestae; medelam viderint acutiores." Verba sunt sanissima, modo recte interpungatur; punctum enim quod post v. λέγω exempla edita habent mutari oportet in comma, ut ἣν λέγω, οὕτω καλή cet. cohaereant. Quemadmodum post pron. τοιοῦτος poni solet ὅς pro οἷος (v. c. Gorg. 473. E: ὅταν τοιαῦτα λέγῃς ἃ οὐδεὶς ἂν φήσειεν ἀνθρώπων. Cf. quae posui ad p. 243. E.), sic ἣν h. l. positum sequente οὕτω καλή cet., ut notio partic. *quam* (germ. *wie*), in eo lateat. Praesens λέγω graeco more positum est ita ut ad praegressa simul referatur; quocirca praeterito exprimi potest (Graecus v. c. dicit ὡς λέγω, nos: *wie ich gesagt habe* s. *wie gesagt*). Denique οὕτω more subiicitur. Ficinus bene reddidit: *cura igitur — qualem descripsimus.* — γίγνεται] Clark. γίγνηται. Proxime δὲ om. Σr, Vindd. 1. 3. 6.; deinde δὴ abest a Γ et Flor. ϑ. Pro αἱρεθῇ et αἱρεθείς Heindorfius (annotans: *mire hoc dictum: capitur qui captus est*) reponendum esse arbitrabatur εὑρεθῇ et εὑρεθείς (p. 252. E: ὅταν αὐτὸν εὑρόντες ἐρασθῶσιν. ib. ἰχνεύοντες — ἀνευρίσκειν. 253. B: εὑρόντες); et posterius εὑρεθείς sequutus est Schleiermacherus vertens: *wenn er ihn erobert hat. Erobert aber wird er, wenn er gefunden ist, auf diese Art.* At vero αἱρεθῆναι non est *capi*, sed *eligi*, qua quidem vi positum sexcentis locis apud Platonem reperitur. Sic Gorg. 456. B: ὁπότερον δεῖ αἱρεθῆναι (quod Stallbaumius ed. Goth. p. 57. interpretatur: *uter sit alteri praeferendus*; malim: *uter sit eligendus* s. *creandus*; etenim absolute sic αἱρεθῆναι ponitur, ut intelligi possit ἄρχων, praefectus vel qui alicui negotio praesit, v. *Sturz.* Lexic. Xenophont. I. p. 81.). Ib. C: ἀλλ' αἱρεθῆναι ἂν τὸν εἰπεῖν δυνατόν. Cf. Polit. X. 620. E. Legg. VI. 755. D. 760. B. 766. A. 767. D. VII. 813. A: ὁ περὶ τὴν μοῦσαν ἄρχων αἱρεθείς. Menex. 234. A. B. al. Totum hunc locum sic in germanicum convertimus: *So gross ist der Eifer der wahrhaft Liebenden, wann sie erreicht haben was sie begehren, so herrlich und beglückend die Weihe, die dem Geliebten durch den von Liebe Begeisterten zu Theil wird, wenn er von ihm erkoren ist; gewonnen aber wird der Erkorne auf diese Weise.* — διείλομεν] Ficinus vertit: *Quamlibet animam — trifariam divisimus.* Hinc Heindorfius: „ex Ficino vertente *divisimus* ipsiusque sermonis usu rescripsi διείλομεν, ut mox φαμέν et διείπομεν." At διειλόμην omnes tuentur libri; accedit quod neque sermonis usus neque plurales qui sequuntur φαμέν et διείπομεν huic scripturae adversantur: medium enim, διελέσθαι, frequentatur aeque atque activum.

ic Phaedr. p. 265. B. τέτταρα μέρη διελόμενοι. p. 270. B: ' ἀμφοτέραις δεῖ διελέσθαι φύσιν. Phaedon. 99. B: τὸ γὰρ ἢ διελέσθαι οἷόν τ' εἶναι. Theaet. 181. D: τοῦτο τοίνυν ὕτω διελόμενοι διαλεγώμεθα κτλ. 182. C: Οὐκοῦν ἀμφοέρας ἃς διειλόμεθα κινήσεις, φερόμενά τε καὶ ἀλλοιούμενα; ophist. 217. A: τρία καὶ γένη διαιρούμενοι. 219. E: τὸ ἐν ἀψύχον γένους διελομένους, τὸ δ' ἐμψύχου. 220. B: καὶ ῇ διαιρούμενος ἑκάτερον; 248. A: τὴν δὲ οὐσίαν χωρίς που ιελόμενοι λέγετε. 264. C: διειλόμεθα τῆς εἰδωλοποιικῆς εἴδη ύο, τὴν μὲν εἰκαστικήν, τὴν δὲ φανταστικήν. al. Neque est uod offendas in singulari διειλόμην, licet plurales ἡμῖν, φαιέν et διείπομεν sequantur; more enim utitur orator modo ingulari numero (*dico*, se significans), modo plurali (*dicimus*, e et puerum ad quem perorat designans), ut p. 245. B: Toσαῦτα μέν σοι — ἔχω μανίας — λέγειν καλὰ ἔργα. ὥστε οῦτό γε αὐτὸ μὴ φοβώμεθα μηδέ τις ἡμᾶς λόγος κτλ. Supra ἣν λέγω al. Ex hoc autem verba pendent accusativi qui equuntur ἱππομόρφω — τρίτον, ut solent verba dividendi trui, vid. quae collegit *Matth.* Gramm. gr. p. 767. Lib. Σr t Vind. 6. verba sic collocant: καθάπερ ἐν ἀρχῇ διειλόμην οῦδε τοῦ μύθου ψυχὴν ἑκάστην τριχῇ. — ἱππομόρφω] Clark. ἱππομόρφωι. NP et Monacc. ἱππομορείω. De re, duae llae animi partes rationi contrariae, ira et cupiditas (τὸ θυμοειδὲς et τὸ ἐπιθυμητικὸν) cum equis comparantur ab auriga (ratione) coercendis s. frenandis. Vid. quae posui ad p. 246. A. et cf. *Plutarch.* Plat. Quaest. p. 1008. B. C. Proxime Mon. 407. δύο τινές.

D ἔτι ἡμῖν ταῦτα] Sic ΔΠBDEGNOPTr Florr. a. b. g. h. i. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. *a.* et Mon. 407. In Γ et Flor. θ. ταῦτα ἡμῖν ἔτι. Reliqui libri, ut edd., ἔτι ἡμῖν ταὐτά. — τῶν δὲ] Voc. δὲ om. P. Proxime Clark. ἵππω. — φαμέν] „propter διείπομεν malim ἔφαμεν, ut in versione correxit Cornarius.“ Heindorfius. Bene reponit Stallbaumius: „quae his verbis continetur sententia, ea et antea exposita est et nunc adhuc probatur; quod secus est in proxima enuntiatione qua narratur quid antea praetermissum sit, ita ut nunc oporteat explicari.“ Omnino verba dicendi praesente ponuntur tempore ita ut praeteriti simul notio in eis lateat (quocirca nos praeterito utimur, ubi graecus praesens adhibet, v. supra ἣν λέγω, Protag. 316. E. Gorg. 465. A. Cratyl. 396. B. 426. D. Conv. 178. A. 186. E. 192. E. al.). — ἀρετή] r αἱρετή. Proxime Σb ἢ τοῦ κακοῦ, in libris vero DNP Vindobb. 4. 7. *a.* et Monacc. vox κακοῦ deest. — ὁ μὲν τοίνυν κτλ.] Laudat h. l. *Heraclid. Pont.*, qui fertur, Alleg. Hom. p. 432.

ed. Opusc. mythol. Sal. — *αὐτοῖν*] Δ G T et Heracl. αὐτοῖν, Flor. ϑ. *αὐτοῖς*. Mox G ὀρθῶς. Proxime καὶ abest a G. De v. διηρθρωμένος cf. *Küster*. ad Suid. et *Iacobs*. ad Philostrat. Imagg. p. 669. Ad v. ὑψαύχην conf. *Philostr*. imag. 9. p. 874. et *Gregor. Nyss*. Homil. VII. p. 462. T. I. Par. — *ἐπίγρυπος*] *naso adunco s. aquilino*, quod regiae cuiusdam dignitatis signum habebatur omninoque ponebatur in laudibus. Polit. V. 474. D: τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικόν φατε εἶναι. Cf. Euthyphr. 2. B. *Plutarch*. quomodo pueris poet. intellig. 44. F. quomodo adulat. ab amico internosc. 56. D. Apophthegm. reg. et imperat. p. 172. E. *Liban*. Ep. 114. p. 60. ed. Wolf. τὴν δὲ γρυπὴν ἐκείνην καὶ βασιλικὴν οὐκ ἠμελῆσθαι cet. Cf. *Philostrat*. Heroic. p. 122. Boiss. *Aristaenet*. Ep. I, 18. ib. interpp. p. 392 sq. Boisson. *Pollux* II. p. 189: γρυπός, ἐπίγρυπος, ὃν καὶ βασιλικὸν οἴονται. Cf. *Weisk*. ad Xenoph. Cyrop. T. I. p. 5. et *Creuzer* ad Olympiod. p. 154. — *λευκὸς ἰδεῖν*] *colore albo*, quod puritatis et castitatis est signum. Argutatur script. Geopon. XVI, 2. 2: Πλάτων τοὺς λευκοὺς ἀποδέχεται, ὡς ἐν τῷ λευκῷ καὶ τῷ μέλανι τὴν ἀκρότητα ἐπαινεῖσθαι. ubi vid. Niclas. Accedit quod λευκοὶ ἵπποι erant nobilium, v. *Iacobs*. ad Philostrat. p. 369. — *τιμῆς ἐραστὴς κτλ.*] Heindorfius: „*honoris cupidus est, sed modeste prudenterque*, cui mox opponitur ὕβρεως καὶ ἀλαζονείας ἑταῖρος.“ Egregie haec verba eam partem animi describunt quam Plato aliis locis τὸ θυμοειδὲς vocitat, v. c. Polit. IX. 581. A: τὸ θυμοειδὲς οὐ πρὸς τὸ κρατεῖν μέντοι φαμὲν καὶ νικᾶν καὶ εὐδοκιμεῖν ἀεὶ ὅλον ὡρμῆσθαι; — Ε. οὖν φιλόνεικον αὐτὸ καὶ φιλότιμον προσαγορεύοιμεν, ἢ ἐμμελῶς ἂν ἔχοι; al. — *ἀληθινῆς δόξης ἑταῖρος*] Etenim pars animosa in sola opinatione, quamvis vera (cf. Theaet. 187. B. 189 sq. Menon. 79. B. al.) versatur, ratio autem, quae rerum causas explorat exploratasque perspicit, scientiae est particeps. Cf. Theaet. 190. A sqq. Sophist. 263 sqq. Phileb. 37 sqq. Conviv. 200. A. al. Vox ἀληθινῆς ignorat Heracl. l. l. — *ἄπληκτος*] Δ ἄπληστος. Ἄπληκτος (*qui nullis verberibus vel stimulis regitur*) est idem qui Pindaro Olymp. I, 33. dicitur δέμας ἀκέντητον παρέχων ἐν δρόμοις. Pars videlicet animosa (τὸ θυμοειδὲς) natura ita comparata est ut rationi et obediat et auxilietur. Polit. IV. 441. E: Οὐκοῦν τῷ μὲν λογιστικῷ ἄρχειν προσήκει, σοφῷ ὄντι καὶ ἔχοντι τὴν ὑπὲρ ἁπάσης τῆς ψυχῆς προμήθειαν, τῷ δὲ θυμοειδεῖ ὑπηκόῳ εἶναι καὶ ξυμμάχῳ τούτου; — *κελεύσματι*] Clark. Δ b et pr. ΓΠΒ κελεύματι, quod Bekkerus reposuit. Proxime μόνῳ ΓΠΩΝΡΤ Flor. ϑ. Vindd. 3. 4. 7. *a*. et Monacc.,

Heraclid. Pont. Alleg. Hom. ed. Schow. p. 60: κελεύσματι καὶ λόγῳ μόνῳ. Sed recte habet μόνον (*tantum*), vid. *Heindorf.* ad Euthyd. p. 389., ubi praeter locos Platonicos citantur *Dorvill.* ad Charit. p. 691. et *Heusinger.* ad Cicer. de Offic. I, 7. 5. — ὁ δ'] H et Flor. b. οὐδ'.

σκολιός] in quo fraudulenti et perversi notio inest. E Gorg. 525. A: καὶ πάντα σκολιὰ ὑπὸ ψεύδους καὶ ἀλαζονείας. Cf. Polit. II. 365. B. VI. 506. C. Vid. *Iacobs.* ad Anthol. gr. T. II. P. I. p. 61. et *Creuzer.* ad Plotin. p. 239. — πολύς] quod alias in corpore positum est *ingens* (v. *Schäfer.* ad Long. Pastor. p. 352.), h. l. est *crassus* (germ. *plump*, ut bene vertit Schleiermacherus). Coniunctum cum seqq. εἰκῇ συμπεφορημένος molem designat crassam inconditamque (temere s. nullam ad normam compositam), beneque opponitur praegresso διηρθρωμένος, vid. *Davis.* ad Max. Tyr. Diss. XVII, 7. p. 563. Iam quia verba πολύς et εἰκῇ συμπεφορημένος unam fere notionem designant (eius videlicet quod crassum et inconditum est) haud scio an rectius scribatur πολὺς καὶ εἰκῇ συμπεφορημένος, ut supra τό τε εἶδος ὀρθὸς καὶ διηρθρωμένος. Sic *Procl.* in Alcib. I. p. 36: τὸν δὲ φορτικὸν πολὺν καὶ εἰκῇ συμπεφορημένον. Etiam *Ficinus:* multiplex temereque delatus fususque et confuse compositus. *Abreschius* Dilucidatt. Thucyd. Auctar. p. 328. v. πολύς accipiebat pro σφοδρὸς et ἀκατάσχετος, quod ab h. l. est alienum. Flor. ϑ. συμπεφυρμένος. Hermias p. 168, 3: καὶ μιμεῖται τὸ συμπεφυρμένον καὶ συγκεχυμένον. Cf. *Creuzer.* ad Plotin. p. 246 sq. Totam autem hanc equorum descriptionem cave in seriam partem accipias. Ludit enim Plato, lascivus fere irrisor, Phaedrum, in cuius gratiam iuveniliter in poetica exsultat adumbratione (p. 257. A.), simulque Homericorum carminum amatores et interpretes (τοὺς νῦν περὶ Ὅμηρον δεινούς: Cratyl. 407. A.). Animi videlicet partes cum equis comparat (Homerici Ξάνθος et Βαλίος Iliad. XVI, 149. ante oculos ipsi obversari potuerunt), ut hos celebret, quippe quos tantis Homerus auxerit honoribus, ut non solum loquendi cum hominibus, verum etiam vaticinandi eis tribuerit facultatem (cf. Iliad. XIX, 404 sq.). Hinc, ni fallor, Cratyl. 407. D: ὄφρα ἴδηαι οἷοι Εὐθύφρονες ἵπποι, ut Hom. Il. V, 221: ὄφρα ἴδηαι Οἷοι Τρώϊοι ἵπποι. Accedit quod aequalium volgarem amorem sectantium libidinem neque iocosius neque dilucidius exprimere potuit, quam equi salacis et salientis (supra 250. E: τετράποδος νόμῳ βαίνειν ἐπιχειρεῖ) imagine. — βραχυτράχηλος] Dura dicitur equi pravi cervix, breve et compressum collum, quibus et forma prava et contumelia significatur; equus

contra bonus ὑψαύχην depingitur, quo et forma et animus excelsus generosusque designatur. Proxime Σ r ϑ Vind. 1. 6. et 3 a pr. m. βαρυτράχηλος. Ap. Heraclidem Pont. πολυτράχηλος exstat. Mon. 407. βραχυτράχυλος. — σιμοπρόσωπος] *simus* s. qui naso est, ut Festus ait, sursum versus repando, vid. *Plin.* H. N. IX, 8. ibique interpp. et quae *Creuzerus* collegit ad Cicer. de nat. deor. p. 128. Hoc vero oppositum est voci praegressae ἐπίγρυπος. Respexit hunc locum Pollux II, 73. p. 189. Proxime G μελαγχρὼς, T μελάγχρως, Flor. ϑ. μελάγχρους. — γλαυκόμματος, ὕφαιμος] Haec quoque cohaerent ut videri possit particula καί excidisse; ὕφαιμος enim ad ὄμματα refertur, quod quidem nomen in v. γλαυκόμματος latet. Ficinus: *oculis caesiis sanguineque suffusis.* Ut oculi caesii pro truculentis habebantur (vid. *Heins.* ad Ovid. A. A. II, 659. *Hemsterhus.* ad Lucian. Deor. dialog. VIII, 24. T. I. p. 226.), sic sanguinolenti irae ac furoris existimabantur indices, vid. *Dorvill.* ad Charit. p. 40. Amst. — ὕβρεως καὶ] Δ ὕβρε, ceteris lacuna haustis. *Clem. Alex.* Paedag. II, 10. T. I. p. 223: καὶ τὸν τῆς ἐπιθυμίας ἵππον ὑβριστὴν ὁ Πλάτων προςεῖπεν. Pro ἑταῖρος Mon. 407. ἑταῖρα. Proxime Clark. Δ G T et pr. Π λασιόκωφος, idque exstat quoque ap. *Synes.* calvit. encom. p. 67. D: εἰ δὲ καὶ Πλάτων ὁ σοφὸς τῆς ξυνωρίδος, ἣν ἐλαύνει ψυχή, τὸν ἄδικον ἵππον περὶ ὦτα λασιόκωφον λέγει. Suid. λασιόκωφος· ὁ λίαν κωφός· οἷον λάσια τὰ ὦτα ἔχων. Cf. Hesych. et Phot. Neque tamen convenit vox λασιόκωφος cum praegressis περὶ τὰ ὦτα, quae, quia aurium significatio iam in adiect. κωφός (surdus) inest, tantummodo cum adiect. λάσιος coniungi possunt. Quocirca vide ne scriptura λασιόκωφος nata sit e λάσιος κωφός, ut libri (v. c. Mon. 407.) scribunt; ex hoc enim proficisci potuit scriptura λασιόκωφος (Clark. λασιοκωφος), quam posterioris scriptores aetatis sequuti videntur vocem λασιόκωφος frequentasse (recte iam *Siebenkeesius* Anecd. gr. p. 20. „quae [vox] iure Attico numquam gavisa corruptae codicis lectioni originem debuisse videtur)," licet λάσιος et κωφός (*hirsutus* et *obtusus s. surdus*) non ita possint connecti ut una vox (λασιόκωφος) exsistat; λάσιος enim *rei*, quae hirsuta est, designationem efflagitat, ut in λασιαύχην, λασιόκνημος, λασιόφρυς al. Accedit quod κωφόν (pr. *obtusum*, stumpf, quippe a v. κόπτω dictum) non solum *surdum* significat, sed in universum sensibus et mente captum, stupidum ac dementem (germ. dicimus in huiusmodi homine: *er sieht und hört nicht)*, vid. *Valckenaer.* ad Ammon. p. 133 sq. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. III, 51. et *Coraius* ad Heliodor. p. 152 sq. Ap. Heracl. exstat περιωτάλσιος et ὑπόκωφος.

μάστιγι] pr. Π μάστι. Vind. 4. μάστιγγι. Proxima μετὰ κέντρων in lacuna absunt a Δ. Ceterum μετὰ κέντρων est id fere quod καὶ κέντροις, ut supra D: τιμῆς ἐραστὴς μετὰ σωφροσύνης τε καὶ αἰδοῦς. Infra 255. B: μετὰ τοῦ ἅπτεσθαι. *Thucyd.* II, 15: μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατός. Cf. *Wyttenbach.* Ep. crit. p. 9. et *Boissonad.* ad Philostr. p. 508. Deinde Heracl. μόλις. — ὅταν δ' οὖν] ΔNOP Vindd. 2. 7. a. et Mon. 407. ὅταν δὴ οὖν. Flor. ϑ. ὅταν οὖν ἰδὼν ὁ ἡνίοχος. — τὸ ἐρωτικὸν ὄμμα] Δ ἐρω, ceteris lacuna haustis. Vox ὄμμα, ut Latin. *species* et *vultus*, vern. *Gesicht*, sensu qui dicitur passivo in eo ponitur quod oculis obversatur i. cernitur, (vern. *Gestalt*, *Bild*), praecipue in homine quem aeti spectamus: ut pulchram eius circumloquutionem faciat. Sic *Aeschyl.* Coeph. 236: ὦ τερπνὸν ὄμμα τέσσαρας μοίρας ἔχον Ἐμοί. *Sophocl.* Electr. 890: σύμπαιει τί μοι Ψυχῇ σύνηθες ὄμμα. Vid. *Stanlei.* ad Aeschyl. Pers. 428. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 152. et ad Ammon. p. 76. Male *Mangei.* ad Philon. T. IV. p. 108. corrigi volebat ὄχημα. — αἰσθήσει] Heindorfius: „verbum αἰσθήσει adeo est ignavum et supervacaneum, ut mendi moveat suspicionem. In quo, si quid video, latet vocabulum eiusdem generis, cuius est mox illatum ὑποπλησθῇ." Quod iure Stallbaumius improbavit. Etenim αἴσθησις est *spectatio* (vern. *Anblick*, *Anschauung*). Sic Phaedon. 111. C: αἰσθήσεις τῶν ϑεῶν al. Schleiermacherus vertit: *die ganze Seele von Empfindung durchglüht*, quod nescio quomodo a graeci amoris (quippe masculi et plastici, ut ita dicam, non feminei et sentimentalis, qui vocatur) ingenio abhorret. Etiam magis Hermias in v. αἴσθησις peccavit ἀνάμνησιν intelligens: τὴν δὲ ἀνάμνησιν αἴσθησιν ἐκάλεσε. Ceterum dele vitiosas illas distinctiones post v. ἡνίοχος et v. ψυχήν. — διαϑερμήνας] F διαϑερμανας. Proxime Δ γαργα, Florr. b. i. τε πόϑον. Partt. τε καί om. E et pr. F, καί om. H. Vox πόϑου abest a T; deinde καὶ κέντρων EFH.

εὐπειϑής] Florr. g. h. et Monacc. ἀπειϑής. Proxime 254 ἀεί (Florr. g. h. Mon. 407. αἰεί) τε καὶ τότε est *tunc*, ut *semper*, v. *Schäfer.* ad Sophocl. Antig. 181. T. II. p. 301 sq. Adde *Stallbaum.* ad Phileb. pag. 200. et *Matth.* Gramm. gr. pag. 1276.

P. 188. ὁ δὲ οὔτε] N et Mon. 407. ὁ δὲ οὕτω. Verba οὔτε — ἐντρέπεται citat *Priscian.* XVIII. p. 1182. Putsch. docens ἐντρέπομαι et τοῦτο et τούτου Atticis usurpari. — βίᾳ] N et Mon. 407. βίων. Proxime Florr. b. i. φαίνεται pro φέρεται. Respexit h. l. *Plutarch.* M. Anton. p. 932. B. — σύ-

ζυγί] T συζυγεῖ. Proxime Flor. g. ἰέναι πρὸς τ. π., F ἴέναι. — τῷ δέ] Clark. τῶι δέ. Deinde Mon. 407. cum Ald. Bas. 1. et 2. καταρχὰς. Proxime ΓΝ et Mon. 407. ἀγανακτοῦντες, H ἀγανακτοῦντι. Mox F. καὶ ὡς. De accusativis δεινά et παράνομα cum v. ἀναγκάζειν coniunctis vid. ad Protag. p. 144. et *Matth.* Gramm. gr. p. 767. Ceterum similiter depingitur rationis cum cupiditate conflictio Polit. IV. p. 440. A sq.

τελευτῶντε] Clark. ΔΠGT τελευτῶντες. Mox G πορευέσθωσαν, Π ὁμολογήσαντες, E ὁμολογήσατε. Deinde I αὐτό. — καὶ πρὸς αὐτῷ τ᾽ ἐγ.] Flor. c. δ᾽, Flor. b. i. γ᾽. Ceterum πρὸς (*prope, apud*) αὐτῷ ἐγένοντο est id quod infra D. dicitur ἐγγὺς ἦσαν. Particulae τε — καί ita ponuntur ut actiones copulent, καί vero praefigatur actioni quae alteram consequitur, nostrum *da*, *so*, vel *als*, ut ap. *Xenoph.* Cyrop. I, 4. 28: Καὶ ὁδόν τε οὔπω πολλὴν διηνύσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸν Μῆδον ἥκειν πάλιν ἱδροῦντι τῷ ἵππῳ. Phaedon. 118. A. Euthyd. 273. A. *Herod.* IV, 181. 199. *Thucyd.* II, 93. IV, 8. VII, 60. al. Vid. *Krüger.* ad Dionys. Hal. Historiogr. pag. 291. et *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1257 sq. Nostro loco est: *und sind sie bei ihm, so schauen sie das strahlende Antlitz des Lieblings.* Adverte praeterea aoristos ἐγένοντο — εἶδον et seqq. *Heindorfius:* „εἶδον autem h. l. est *visere solent*" (ita videlicet accipere solebant viri docti aoristos, vid. *Heindorf.* ad Phaedon. pag. 78. *Willet.* ad Galen. Protrept. p. 96. al.) Sed ita loci pulcherrimi sensus ac vis plane exstingueretur. Immo aoristos Graeci ponunt ad ipsam actionem efferendam fortiusque designandam, ita ut aliquid indicetur omnino vel absoluta ratione, igitur certo fieri (vid. ad Protag. pag. 14 sq. 34. 155. 164. al.); actiones vero si copulantur, vel ambae aoristo exprimuntur, vel altera sola, quae tam certo cogitatur cum priore coniuncta, ut statim eam consequatur; quocirca cogitatione adiici potest *statim (gleich)*. Sic Phaedon. 73. D: οὐκοῦν οἶσθα ὅτι οἱ ἐρασταὶ ὅταν ἴδωσι λύραν ἢ ἱμάτιον — πάσχουσι τοῦτο· ἔγνωσάν τε τὴν λύραν καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ ἔλαβον τὸ εἶδος τοῦ παιδὸς οὗ ἦν ἡ λύρα; Polit. VI. 495. C: οὗτοι μὲν δὴ οὕτως ἐκπίπτοντες — βίον οὐ προσήκοντα οὐδ᾽ ἀληθῆ ζῶσι, τὴν δὲ (φιλοσοφίαν) — ἄλλοι ἐπεισελθόντες ἀνάξιοι ᾔσχυνάν τε καὶ ὀνείδη περιῆψαν. Polit. V, 462. C. *Xenoph.* Cyrop. I, 2. 2: ἢν δέ τις τούτων τι παραβαίνῃ, ζημίαν αὐτοῖς ἐπέθεσαν. al. innumerab. Quocirca nullo omnino modo mihi probantur quae de aoristi natura et vi nuperrime exposuerunt *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 954. („*insofern man eine Handlung als einen einmal da gewesenen Fall betrachtet*") et vir doctus in Annal. (Iahrb. f. wissensch. Kritik)

1829. Nr. 5. 6. p. 44. al. Hinc nostrum locum sic in germanicum convertere possumus: *und so wie* (vel *sobald*) *sie ihm nahe kommen, schauen sie* cet. — ὄψιν κτλ.] Schleiermacherus vertit: *glänzende Gestalt*, potius est: *strahlendes Antlitz.* Ὄψις est enim, ut vern. *Gesicht*, h. l. *Antlitz*, ut 240. D: ὄψιν πρεσβυτέραν καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ. Parmen. 127. B: καλὸν δὲ κἀγαθὸν τὴν ὄψιν. Euthyd. 271. B: καλὸς καὶ ἀγαθὸς τὴν ὄψιν. Lys. 207. A. al. Atque in faciem, praecipue in oculos cadit quod sequitur ἀστράπτουσαν (*splendentem*). *Sophocl.* ap. Athen. XIII. p. 36. T. V: ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει. *Asclepiad.* Epigr. XII: ἵμερον ἀστράπτουσα κατ' ὄμματος. al. Quamquam ἀστράπτειν in universum quoque in pulchro ponitur, ut Meleag. XXXVIII, 1: Ἤστραψε γλυκὺ κάλλος. Cf. *Straton.* Epigr. XXXVIII, 4. Antholog. gr. T. III. *Oppian.* Cyneget. I, 360. al. Vid. *Iacobs.* Animadv. in Anthol. T. V. II. P. III. p. 85. Imago ducta est a stellis micantibus. Sic *Homerus* iam Iliad. VI, 295. de peplo: ἀστὴρ δ' ὣς ἀπέλαμπεν. Ib. de Astyanacte v. 401: ἀλίγκιον ἀστέρι καλῷ. — Ct. τὴν post v. ὄψιν om. ΣEFPr et Flor. b. — ἰδόντος] ος ος ἰδόντων, Ξ ἰδόντες, N et Mon. 407. ἰδόντες. Proxima τὴν μνήμην absunt a Flor. ϑ. Verba τὴν τοῦ κάλλους φύσιν designant pulchritudinem per se cogitatam, h. e. ideam pulchri (os: *das unbedingt Schöne*), vid. ad p. 247. C. — βεβῶσαν] G βεβρῶσα, P κεβῶσαν. Constat βεβηκέναι (*pedem posuisse*) dici quae insistunt, innituntur, firme stant, et in universum quae stant. Parmen. 138. C: οὐκοῦν κύκλῳ μὲν περιφερόμενον ἐπὶ μέσου βεβηκέναι ἀνάγκη; Polit. X. 617. B. Tim. 55. E. al. Cf. *Vales.* ad Euseb. Hist. Eccl. X. pag. 192. *Hemsterhus.* ad Lucian. Deor. dial. XXV, 2. interpp. ad Herodot. VII, 164. T. VI. P. I. p. 413 sq. et *Schweighaeus.* ad Polyb. T. VI. p. 445. — Verba ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν respexerunt *Procl.* in Theolog. Plat. 1. p. 1: ἐν ἁγνῷ βάθρῳ ϑαρρῶς ἱδρυμένην, et *Iamblich.* ap. Stob. Serm. V. p. 68, 5. *Plotin.* 57. D. ubi v. Wyttenbach. et Creuz. p. 372 sq. — ἰδοῦσα] Hoc participium refertur ad praegressum εἶδεν in verbis: τοῦ ἡνιόχου ἡ μνήμη — εἶδεν, et propter hoc obiectum ἡ μνήμη positum est ἰδοῦσα pro ἰδών (int. ὁ ἡνίοχος). Quae sequuntur ἔδεισε, σεφϑεῖσα al., ut praegressa ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν et supra posita ἔφριξε, εὐδαίμονα φάσματα cett. posita sunt et imagine et loquutione ducta a spectaculis mysticis (quae μυστικὰ ϑεάματα vocat *Dio Chrysost.* Or. XII. p. 202. Cf. *Procl.* in Alcib. I. p. 61. Creuz.) horrorem quendam ac venerationem iniicientibus, vid. ad p. 250. C.

— Pro δέ Florr. b. c. i. Vindd. 1. 3. 6. et Ambros. r habent τε; deinde τε Ambros. r om. Proxime B H Vind. 4. et pr. ΓC erm rc. Σ et γρ E στεφθεῖσα, Ξ et corr. Γ στρεφθεῖσα, EF στραφεῖσα, NOP et Mon. 407. ὀφθεῖσα. Pertinent huc glossae Antiatt. in Bekker. Anecd. gr. I. pag. 113, 31: σεφθεῖσα ἀντὶ τοῦ σεβασθεῖσα. Πλάτων Φαίδρῳ, et ap. Phot. Lex. p. 376. Herm. σέφθησαν καὶ οἱ τραγικοὶ καὶ Πλάτων Φαίδρῳ ἀντεσεβάσθησαν (scribend. ἀντὶ vel ἀντὶ τοῦ ἐσεβάσθησαν). De forma ἐσέφθην vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 346.

ἀνελκύσαι] Clark. ΓΔΞΠΣBCDGHNOPTr Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. a. Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. et Monac. ἑλκύσαι, quod merito revocarunt Bekk. Stallb. et Buttm. In Ald. Bas. 1. 2. et Steph. ἀνελκύσαι. Φ ἐκλῦσαι. In seqq. Mon. 407. ὥςτ' (sic, non ὥστ') ἐπὶ. — καθίσαι] Schleiermacherus: *dass beide Rosse sich auf die Hüften setzen.* Verbum καθίζειν (int. ἑαυτόν: *se collocare*, h. e. *sedere*) saepius quidem sic usurpatur, v. c. Conv. 213. B: ὡς ἐκεῖνον καθίζειν. Legg. II. 659. B: οὐ γὰρ μαθητής, ἀλλὰ διδάσκαλος — θεατῶν μᾶλλον ὁ κριτὴς καθίζει. al. (Vid. *Valckenar.* ad Thom. M. in Ruhnken. Valcken. et alior. epist. ed. Tittmann. p. 165. *Villoison.* ad Long. II. p. 147. et *Sturz.* Lex. Xenoph. II. p. 607 sq. et nostra ad Legg. p. 108.); hoc tamen loco rectius activo accipitur sensu: *tam vehementer* (auriga habenas retrahit) *ut ambo faciat equos in coxas considere* (infra E: τὰ σκέλη τε καὶ τὰ ἰσχία πρὸς τὴν γῆν ἐρείσας). Sic Pollux III, 89: Ξενοφῶν δὲ τὸ ἐκάθισεν ἀντὶ τοῦ καθίσαι (h. e. καθῆσθαι) ἐποίησε. Cf. *Sturz.* Lex. Xenoph. l. l. Quocirca καθίζειν modo est *sedere iubere*, vern. *setzen* (ut Charmid. 183. C: καὶ ἅμα με καθίζει ἄγων παρὰ Κριτίαν τὸν Καλλαίσχρου. Legg. VI. 755. E. al.) modo, si activi notio eminet, *machen (s. verursachen) dass sich einer setzt*, ut h. l. In Mon. 407. vitiose scribitur καθίσας τῷ ἵππω. — μὴ ἀντιτείνειν] Part. μὴ abest a ΠΝΟΡ Flor. g. Vind. a. Mon. 407. et pr. ΦGTr. Pro ἀντιτείνειν vir quidam doctus (Classic. Iourn. XXIX. p. 380.) scriptum volebat ἀκταίνειν. Nulla tamen causa est volgatae mutandae: Ad rem cf. *Plutarch.* de virt. mor. p. 445. B. C. et de Socrat. gen. p. 592. B. — μάλα ἄκοντα] Florr. g. h. et Monacc. μάλ' ἄκοντα. In Γ a pr. m. μᾶλλον. — ἀπελθόντε] Δb ἀπελθόντες, G et Vind. 7. ἀπελθόντα. Mon. 407. ἀπέθον δὲ ἀποτέρω. Proxime τε abest ab Γ. Deinde Γ et Flor. ϑ. ἱδρῶσι. — ἦν] om. G. Mox τε abest a Γ. Deinde T μόλις, DNO Mon. 407. ἀναπνεύσας, Vind. 4. ἀναπναύσας, P ἀναπλεύσας. In seqq. Mon. 407. ἐλοιδώρησεν ὀργῇ. — πολλὰ] NP et Mon. 407. ἀλ-

ὰ. Proxime τε om. G. — ὁμόζυγα] ΠΝΟΡΤ et Mon. 107. ὁμόζυγον. Mox ὡς om. Σ. — λιπόντε] Clark. ΔGT t pr. Π λιπόντα, Vindd. 1. 3. λιπόντε, N et Mon. 407. (fol. utem 136. scribit λιπόντε) λιπόντες. Ceterum λείπειν τὴν άξιν, *ordinem deserere* (unde λειποταξία, λειποτάκτης, λει-οταξίου δίκη cet.), maximo erat opprobrio, quippe lege Attica sancitum (vid. *S. Petit.* Legg. Attic. pag. 666 sq. Wesseling. et *Köpke* in libr. Gesetzgeb. d. Griechen pag. 551 sq.). Vid. *Muret.* ad Aristot. Ethic. T. III. pag. 371. ed Ruhnk. Gottleb. ad Menex. p. 55. et *Stallbaum.* ad Conv. p. 42.

δεομένων] Heindorfius: „placet δεομένοιν post συνεχώρησε.“ *Ficinus:* concessit *illis* differri in posterum *exorantibus.*“ Sed significantius ponitur δεομένων (*wenn sie bitten*), quam δεομένοιν (quod esset: *den bittenden*). Neque ad δεομένων intelligitur αὐτῶν tamquam omissum, sed pronomen personale (vern. *sie*) in ipso latet verbo, vid. ad Protagor. p. 65. De genitivo qui vocatur absoluto vid. *Dorvill.* ad Charit. pag. 354. Lips., qui recte δεομένων tuetur, et *Matth.* Gramm. gr. p. 1107 sq. In seqq. libri omnes dant εἰςαῦθις (vel εἰσαῦθις, ut Mon. 407.), quod retinendum. — ὑπερβαλέσθαι] G ὑπερβάλεσθαι, F ὑπερβαλλέσθαι, Flor. ϑ. ὑπερβάλλεσθαι. Sed fortior reperitur aoristus (*dass sie es — aufschieben sollen*), vid. ad Protag. p. 14. Proxime ΠΤ συνελθόντος. — οὗ ἀμνημονεῖν] Sic libri omnes, solis exceptis Δ et pr. Γ, qui vitiose scribunt ἀναμνημονεῖν, et Vind. α., qui habet ἀμνημονεῖ. *Heindorfius:* „Durissime in his coartata est structura, quam tamen inducenda una syllaba expedias. Quippe inducto isto οὗ post χρόνου omnia optime cohaerebunt: *quando autem constitutum venit tempus, admonens illos oblivionem simulantes, urgens, hinniens, trahens cogit rursus accedere ad amatum.*“ Etiam *Stallbaumius:* „Vix dubium esse potest, quin οὗ delendum sit, quia ita demum periodi integritas efficitur.“ Vereor tamen ne levitatis sit vocem οὗ, quam omnium auctoritas librorum tuetur, quia cum sequente non videatur concinere oratione, exterminare. Equidem sanissima existimo verba eaque ad vim artemque insignia. Esse debebat: οὗ ἀμνημονεῖν προςποιουμένω ἀναμιμνήσκει, βιαζόμενος — ἕλκων ἠνάγκασεν κτλ. Pro modo autem finito ἀναμιμνήσκει propter participia quae sequuntur inter se quasi urgentia (quibus urgentis videlicet equi cupiditas egregie depingitur) ponitur participium ἀναμιμνήσκων, ita ut oratio (οὗ ἀμνημονεῖν προςποιουμένω ἀναμιμνήσκει) a sequente (βιαζόμενος — ἕλκων ἠνάγκασεν) quasi proripiatur vel in unum eundemque abripiatur impetum ac fer-

rorem. Quocirca nec opus est intellecto *ἰστόν* ad *προςποιουμένῳ* (vid. *Zeun.* ad Xenoph. Mem. II, 1. 23. et *Fischer.* ad Weller. III, 2. p. 8 sq. Quos rite castigat *Hermannus* ad Viger. p. 770. et 776.); immo duabus constructionibus in unam conflatis (v. *Bornemann.* ad Xenoph. Anab. II. 6, 24. p. 162 sq.) vel, quod verius dicitur, duabus orationis partibus in unam orationem contractis (quod facere solent Graeci contractionis, quam volgo dicunt attractionem, amantissimi, vid. ad Protag. p. 97 sq.) *οὗ — προςποιουμένῳ ἀναμιμνήσκων* coniunctim oportet legi. Vid. quae supra posui ad p. 249. D. — *χρεμετίζων*] Flor. ϑ cum Ald. Bas. 1. et 2. *χρεμμετίζων.* Mox Mon. 407. *ἠνάγκασαν.* Deinde NO et Mon. 407. *αὖϑις.* Voc. *αὖ* om. Φ. — *ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς λόγους*] Respiciuntur ac repetuntur fere supra A. posita: *ἀναγκάζει ἰέναι τε πρὸς τὰ παιδικὰ καὶ μνεῖαν ποιεῖσϑαι τῆς τῶν ἀφροδισίων χάριτος.* — *ἐπειδὴ*] Clark. ΔΠGT *ἐπεὶ δέ.* — *ἦσαν*] Heindorfius: „Mirum hoc *ἦσαν*, pro quo sermonis ratio vel praesens vel aoristum requirebat. Veram puto Buttmanni correctionem *εἰσίν.*" Cave credas. Recte se excipiunt *ἦσαν* et *ἕλκει* (quod *Böckhius* in Plat. Min. pag. 167. mutatum volebat in *εἷλκεν*), propterea quod *ἦν* pro praesente positum est ita ut simul praegressa (B: *καὶ πρὸς αὐτῷ τ' ἐγένοντο*) respiciat, vid. ad Protag. p. 52. Atque solent sic imperfectum vel aoristus (v. *Heindorf.* ad Phaedon. p. 123 sq.) et praesens coniungi, velut *Thucyd.* II, 81: *καὶ ἐπειδὴ ἐγγὺς ἦσαν — προςπίπτουσι.* *Xenoph.* Anab. IV, 2. 15. VII, 2. 18. Vid. *Markl.* ad Lys. T. V. p. 917. Reisk. et quos laudavit *Schäfer.* Melett. critt. p. 116. — *ἐκτείνας*] ΔΠDGNOP Florr. g. h. Vindd. 4. 7. et Monacc. *ἐντείνας* (*ἐν* superscr.), T *ἐκτείνας*, et hoc *ἐντείνας* receperunt Bekk. et Stallb. Neque tamen est cur a volgata discedamus scriptura *ἐκτείνας*, quam reliqui omnes libri (in his etiam Clark.) exhibent; immo praestare videtur *ἐκτείνας*, oppositum fere praegresso *ἐγκύψας* (*caput demittens, caudam vero extendens*). De v. *κέρκος* Antiattic. in Bekkeri Anecd. gr. I. p. 103, 6: *κέρκους τὰς οὐρὰς οὐκ οἴονται δεῖν λέγειν. ἐπιχωριάζει δὲ κατὰ τὴν Ἀσίαν βάρβαρον μέντοι νομίζεται.* In seqq. dele distinctiones post *κέρκον* et *χαλινόν*; participia enim sine copula posita (v. ad Protag. p. 146.) et ita inter se nexa sunt ut unam h. l. adumbrent imaginem (nos: *mit gebücktem Kopfe und ausgestrecktem Schweife zieht er sie in den Zügel beissend schamlos fort*). Equum ferocientem inprimis depingunt verba *ἐνδακὼν τὸν χαλινόν.* Sic *Aeschyl.* Prom. 1009:

δακὼν δὲ στόμιον, ὡς νεοζυγὴς
Πῶλος, βιάζει καὶ πρὸς ἡνίας μάχει.

'ostrum locum videtur respexisse *Lucian.* Navig. §. 30. T. II. . 436: ἢ καὶ θυμοειδὴς ὁ ἵππος ὢν ἐξενέγκῃ με τὸν χαλι-ὸν ἐνδακὼν ἐς μέσους τοὺς πολεμίους. *Theodoret.* Therap. erm. V. p. 558. D: οἱ μὲν ἀτάκτως καθάπερ ἵπποι θέουσιν ›δακόντες τὸν χαλινόν. *Achill. Tat.* 1, 12: τὸν γὰρ χαλινὸν ακὼν καὶ τὸν αὐχένα σιμώσας — δι' ἀέρος ἵπτατο. Cf. *Valken.* ad Eurip. Hippol. 1223. Etiam eorum quae sequuntur ετ' ἀναιδείας ἕλκει similia apud posteriorum temporum scriptores reperiuntur, v. c. *Achill. Tat.* 1, 4: ἔβλεπον ἀναιδῶς - οἱ δὲ (ὀφθαλμοὶ) οὐκ ἤθελον, ἀλλ' ἀνθεῖλκον ἑαυτοὺς ἐκεῖ ῷ τοῦ κάλλους ἑλκόμενοι πείσματι καὶ τέλος ἐνίκησαν. Cf. *ong.* Past. 1. p. 20. *Xenoph.* Ephes. I, 3. *Aristaenet.* Epist. , 2. al. Pro ἕλκει *Creuzerus* ad Plotin. de pulcr. pag. 255. ;ribi iubebat ἀνιμᾷ, male nixus in Timaei (Lex. Plat. p. 35.) lossa: ἀνιμᾷ· ἀνέλκει. Primum enim haec non ad Platonem ›ectant, sed, ut videtur, ad *Xenophontem* (Anab. IV, 2. 8. 'e re equestr. VII, 1. 2.); deinde plane aversum esset ἀνιμᾷ a ›ci nostri sensu; ἀνιμᾶν esset enim levare, attollere (*heben, inaufheben* vel *hinaufziehen*, ut ap. Xenoph. ll. citt. Sic et-ım *Iamblich.* Adhort. ad philos. c. 21. pag. 308. Kiessl. εἰς ψος ἐκ βάθους ἀνιμῶσα), hoc autem loco verbum trahendi el pertrahendi (int. ad delicias) sensus postulat; hoc est au-:m ἕλκειν.

ταὐτὸν] Sic Clark. et reliqui libri ap. Bekker. et Stallb. E etiam Monacc.) praeter ΞEF, qui cum libris edd. scribunt αυτὸ (Flor. ϑ. i. τὸ αὐτὸ). Refertur autem ταὐτὸν πάθος *dem — quod ante)* ad praegressa ἔδεισέ τε καὶ σεφθεῖσα ἀν-πεσεν ὑπτία. Quocirca explicationis causa adiecta sunt vera ὥςπερ ἀπὸ ὕσπληγγος ἀναπεσών; est igitur: *cui idem, idue magis quam ante, accidit ut tamquam a carceribus reciat.* Ὕσπληξ (i. q. βαλβίς, ἀφετηρία vel πύλαι, Latin. *carceres*, vern. *Schranken)* vectis transversus vel repagulum diebatur, quo demisso vel decidente *(Lucian.* calumn. non te-ıere cred. §. 12. T. II. p. 367: τῆς ὕσπληγγος εὐθὺς κατα-εσούσης. Tim. §. 20: ἅμα οὖν ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ.) equi in ursum effundebantur, v. *Salmas.* Exercit. Plin. p. 648. et *larth.* ad Stat. Theb. VI, 593. Thomas Mag. p. 131. poëticum ocat hoc nomen. Ceterum ΞΣΦDPr cum pluribus libris 'indd. et Florr. scribunt ὕσπληγγος, ut ap. Lucian. l. l. 'atapl. 4. T. 1. p. 280: ὥςπερ ἀπὸ ὕσπληγγος θέοντες, al. 'id. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 71 sq. Pro ἀπὸ DNOP Vindd. . 4. 7. *a.* Florr. g. a. et Monacc. ὑπὸ dant. — **ὀδόντων]** ' ὀδῶν, Mon. 407. ὀδὸν superscr. ῶν. Quod praecedit ἔτι ιᾶλλον, trahendum ad part. σπάσας, refertur ad praegressa:

etiam *gleichkommen*, *übereinstimmen*, ut Polit. II. 359. C: *τὸν δίκαιον τῷ ἀδίκῳ εἰς ταὐτὸν ἰόντα*. 360. C: *ἐπὶ ταὐτὸν ἴοιεν ἀμφότεροι*. Cf. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. p. 192 et Lex. Xenoph. I. p. 480.), sic *εἰς ἓν* s. *ταὐτὸν ἄγειν* vel *συνάγειν* frequentant, quod est Latinorum *in unum conducere*, h. e., *coniungere* vel *iungere*; quocirca *τὴν φιλίαν εἰς ταὐτὸν ἄγειν* est Latinorum *amicitiam iungere* (ut ap. *Cicer.* pro R. Deiot. IX. 27, al.). Sic *Aristotel.* Polit. II. 5. §. 12: *εἰ γάρ τις καὶ συνάγοι τοὺς τόπους εἰς ἕν*. *Lucian.* Alexandr. §. 4. T. 1. p. 521: *ἀλλ' εἴ τις τὰ χείριστα καὶ βλασφημότατα — συναγάγοι εἰς τὸ αὐτὸ κτλ.* *Plutarch.* de oracul. def. 415. A: *οἱ τὸ τῶν δαιμόνων γένος — τὴν κοινωνίαν ἡμῶν συνάγον εἰς ταὐτὸ καὶ συνάπτον ἐξευρόντες*. *Long.* Pastor. II. p. 39. Schäf. *εἰς ἓν συνάγω*. al. Ita perspicimus nihil omnino esse quod in verbis *εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν* offendamus. Quocirca si in libris pluribus eisque praestantibus desiderantur, alia indaganda eorum omittendorum est causa; atque haec se ipsa aperit. Participium videlicet *τῷ θεραπεύοντι*, quod sine ulla controversia coniungi oportet cum *φίλος*, ad v. *εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν*, quae dativum postulare visa essent, adscriptum est; quod quum in ipsam illatum esset orationem, prius τ. *θεραπεύοντι* post v. *φίλος*, quippe quod alieno loco positum haberetur, deletum est. Iam si alii libri hoc dabant: *φίλος τῷ θεραπεύοντι*, alii: *φίλος*, *εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν τῷ θεραπεύοντι* (natum ex interpretatione: int. *τῷ θεραπεύοντι* ex praegressis), qui utrumque reperisset, is facile adduci poterat ut existimaret alterum *τῷ θεραπεύοντι* male repetitum et hoc totum *εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν τῷ θεραπεύοντι*, ab aliena manu illata esse. Itaque *τῷ θεραπεύοντι* bis positum effecit ut una cum altero verba annexa *εἰς τ. ἄγει τὴν φιλίαν* exstinguerentur. Genuinam igitur scripturam hanc existimo: *καὶ αὐτὸς ὢν φύσει φίλος τῷ θεραπεύοντι, εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν.* Atque hanc expressit Ficinus (vid. supra), qui de suo, ut sensum redderet perspicuum, cogitandus est adiecisse *cum amatore*; eandemque sequutus est Hermias in scholiis p. 170. ed. nostr.: *εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν καὶ τὸν ἔρωτα* (sic Mon. 407. f. 138, 10.), sine part. *τῷ θεραπεύοντι*. Iam sensus hoc postulat ut adiect. *φίλος* expleatur participio *τῷ θεραπεύοντι*. *Φύσει* enim *ὢν φίλος* esset: et *quum natura propensus ad amicitiam sit* (quod, quum sumi vel supponi tantum posset, non recte diceretur pro: *si per se quoque propensus est ad amicitiam*). Sensus igitur restituitur si scribimus: *καὶ αὐτὸς ὢν φύσει φίλος τῷ θεραπεύοντι*: *et quum ipse quoque per se amicus sit cultori s. ei qui ipsum*

colit, s. *quum praeterea hominis natura ita ferat ut amicus sit cuique ipsum colenti ac veneranti.* Τῷ θεραπεύοντι in universum est positum, ut sit: *cuique ipsius cultori atque veneratori* (ergo etiam amatori ipsum colenti, et eo magis quo praestantior ac divinior est cultus quem puero tribuit). In seqq. εἰς ταὐτὸν ἄγει τὴν φιλίαν nullo opus est dativo, quum haec ad priora referantur, ut ex praegresso τοῦ ἐρῶντος pronom. αὐτῷ (τῷ ἐρῶντι) sponte intelligatur, quod Graeci recte non apponunt (vid. ad Protag. p. 65.). — ἐὰν ἄρα καὶ] *Stephanus:* „Desiderari puto particulam καὶ ante ἐάν (nisi potius ἐὰν δ' ἄρα scriptum fuisse suspicandum sit), et post προϊόντος perperam scriptum esse δὲ pro γέ." Prius praeferebat Heindorfius; et Stallbaumio quoque *Καὶ ἐὰν ἄρα* (Ficinus: *ac etiamsi*) vel *'Εὰν δ' ἄρα* videbatur scribendum esse. Attamen quum omnes ad hanc scripturam libri consentiant, nec sermoni graeco ea adversetur, temeritatis foret aliquid novare. Graeci videlicet non solum singula orationis membra, verum etiam plena enuntiata sic solent componere vel potius contrahere, ut particula modo explicans (nostr. *nehmlich*, vid. ad Protag. p. 100.) modo copulans (v. c. καί, οὖν al.) videatur omissa esse; atque ex posteriore enuntiatorum apponendorum ratione exsistit dissolutum illud s. ἀσύνδετον, quod vocitatur, vid. ad Protag. p. 49. Igitur h. l. ἐὰν ἄρα καὶ est vero. *Und wenn vielleicht auch* (ἄρα enim, coni. εἰ, ἐάν al. subiectum, est, ut constat, *forte*). — ξυμφοιτητῶν] Ξυμφοιτητής (ductum a φοιτᾶν, Latinor. *ventitare ad aliquem*, int. discendi causa, v. *Valcken.* ad Thom. Mag. in Ruhnk. al. epist. p. 182. Tittm., unde φοιτητής, discipulus, Polit. VIII. 563. A. bis. Legg. VI. p. 779. D. Alcibiad. I. 109. D. Euthyd. 295. D. al.) est *condiscipulus*, ut Euthyd. 272. D. *Liban.* Ep. 20. 87. 282. 572. Wolf. *Pollux* IV, 45. p. 370. Cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 382. et interpp. ad Phrynich. p. 400 sq. Lob. In Mon. 407. omissa sunt ἤ τινων — λεγόντων. Deinde N ἀλλήλων pro ἄλλων. — διαβεβλημένος] *Heindorfius:* „h. l. *deceptus*, quem verbi usum ex Herodoto aliisque vel Lexica firmant." Schleiermacherus quoque vertit: *wenn er auch — fälschlich wäre überredet worden.* Immo διαβάλλειν est invidiam vel discordiam concitare (vern. *entzweien*, ut Polit. VI, 492. C: Μὴ διάβαλλε — ἐμὲ καὶ Θρασύμαχον ἄρτι φίλους γεγονότας. al.); unde διαβεβλῆσθαι, proprie disiunctum esse s. dissidere (vern. *entzweit seyn*) est *odisse, aspernari*; quocirca sequitur: καὶ διὰ τοῦτο ἀπωθῇ τὸν ἐρῶντα. Ad διαβεβλημένος ᾖ intelligi potest αὐτῷ (τῷ ἐρῶντι). Sic Phaedon. 76. E: εἰ γὰρ διαβέβληνται μὲν πανταχῇ τῷ σώματι. 68. A: ᾧ δὲ διαβέ-

III. 699. C: ὁ φόβος — ἣν αἰδῶ — εἴπομεν. I. 628. B: πρὸς πόλεμον τὸν ἐν αὐτῇ γιγνόμενον ἑκαστότε, ᾗ δὴ καλεῖται στάσις." Cf. *Schäfer*. Epimetr. in Aristoph. Plut. p. XLV. *Heindorf*. ad Cratyl. p. 75. *Matth*. Gramm. gr. p. 886 sq. De Latinis, vid. *Bünemann*. ad Lactant. p. 258 et 889. Verba ὃν ἵμερον referuntur ad τοῦ ῥεύματος ἐκείνου, quo iocosa vocis illius derivatio (ἰέμενος ῥεῖ: Cratyl. 419. E. Cf. ad 251. C.) significatur. — Γανυμήδους] ΓΞCEFHTr Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 3. 6. 8. γαννυμήδους, Φ γαννυμήδου, N γεννομίδους, Mon. 407. γενομίδους. Festiva est autem sententia, Iovem ipsum, tamquam amoris philosophi auctorem ac principem, venustatis effluvium nominasse ἵμερον (de qua voce vide supra ad p. 251. C. posita). De Ganymede, Iovis deliciis, vid. *Xenoph*. Sympos. VIII, 29., ubi inter alia: καὶ ἐγὼ δέ φημι καὶ Γανυμήδην οὐ σώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἕνεκα ὑπὸ Διὸς εἰς Ὄλυμπον ἀνενεχθῆναι. Quem quidem locum fortasse respexit Plato, festive adversus Xenophontem faciens cum Homero Il. XX, 232: ἀντίθεος Γανυμήδης, Ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων· Τὸν δὴ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διῒ οἰνοχοεύειν Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν᾽ ἀθανάτοισι μετείη. De fabula illa copiosius exposuerunt *Heyn*. Observatt. ad Iliad. XX, 234. T. VIII. p. 57. *Böckh*. in Plat. Min. p. 106 sq. et *Moser*. in Nonn. p. 175 sq. Verbis deinde Ζεὺς ὠνόμασε lepide tangitur Homerus, qui diis sermonem ab humano diversum tribuerit. Vid. ad p. 252. B. — ἡ δ᾽ ἀπομ.] δ᾽ om. G. In Mon. 407. ἥ δ᾽, Bas. 2. ἥδ᾽. Deinde Ξ ἀπὸ μεστουμένου. Proxime Clark. et Mon. 407. ἀπορεῖ. In seqq. Mon. 407. εἴ τις ἦχω (poster. a corr. m.). Deinde Vind. 1. et Mon. 407. ἀπολείων; mox Mon. 407. στερεόν. — ἁλλομένη] Clark. E. Florr. a. b. c. g. h. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. Monacc. et Euseb. partim. ἀλλομένη, partim ἁλλομένη. Ficinus: *a levibus solidisque repulsa corporibus*. Idem *Stephanus* et *Abreschius* Animadv. ad Aeschyl. p. 183. reponi iusserant. Ceteri libri cum edd. ἀλωμένη. *Heindorfius* attulit *Aristot*. de anim. II, 8: δεῖ τὸ τυπτόμενον ὁμαλὸν εἶναι, ὥςτε τὸν ἀέρα ἀθρόον ἀφάλλεσθαι καὶ σείεσθαι. — τοῦ κάλλους] NOP et Monacc. τοῦ καλοῦ. — πάλιν εἰς τὸν καλὸν] Cohaerent haec cum part. ἀφικόμενον, ut verba διὰ τῶν ὀμμάτων ἰὸν modum indicent revertendi (*eo quod s. dum per oculos fluit*). Cupido (ἵμερος, non, quem dicimus, Liebreiz) pulchri *spectatione* in animo nostro exercitatur; iccirco per oculos dicitur in animum influere (vid. 251. B.). Quod posterioris scriptores aetatis ad satietatem repetiverunt, velut *Lucian*. de domo §. 4: σχεδὸν γὰρ εἰςρεῖ τι διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπὶ τὴν

ψυχὴν καλόν. *Achill. Tat.* 1. 4: διὰ τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ (τὸ κάλλος): ὀφθαλμὸς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι. Cf. V, 13. *Valcken.* ad Eurip. Hipp. p. 224. et *Locell.* ad Xenoph. Ephes. I, 3. p. 139 sq. Pro ὀμμάτων Σ ὀνομάτων, quae frequentissima est confusio, vid. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. 415. — ἀναπτερῶσαν] Heindorfius: „verbum ἀναπτερῶσαν Ficinus non expressit, et sane id incommode neque usitato significatu h. l. adhibitum. Reponendum arbitror ἀναπληρῶσαν." Et hunc sequutus est Schleiermacherus, qui part. ἀναπτερῶσαν, licet omnes tueantur libri, praetermisit. Etiam magis miror Schneiderum Lex. gr. I. p. 107. scribentem: „Bey Plato Phaedr. 79. steht ἀναπτερῶσαι (sic!) τὰς διόδους falsch als ἀναστομῶσαι." In errorem se induci passi sunt viri docti falsa quae in libris edd. comparet distinctione; sic enim scribitur in Ald. Bas. 1. 2. et Steph.: ἀφικόμενον, καὶ ἀναπτερῶσαν τὰς διόδους, cet., ut ἀναπτερῶσαν referatur ad τ. διόδους. Immo scribendum: πάλιν εἰς τὸν καλὸν — ἀφικόμενον καὶ ἀναπτερῶσαν (int. αὐτόν). Verbum ἀναπτεροῦν solitam habet significationem *excitandi* vel *incitandi*, quo quidem praeparatur quodammodo id quod sequitur ὥρμησε πτεροφυεῖν (*impellit ad pennas procreandas*, cf. 251. B., ubi ὥρμησε φύεσθαι positum est in pennarum caule, ut ὥρμησε, int. ἑαυτόν, sit: *contendit* s. *nititur*, velut 256. D: ὡρμηκότες δὲ πτεροῦσθαι al.).

ἄρδει] Δ ὅδευ. Deinde DOP Vind. α. et Florr. g. h. ὑπερφυεῖν, N et Mon. 407. ὑπερφυεῖ. — ἐνέπλησεν] GNP et Mon. 407. ἀνέπλησεν. — ὅτου δέ, ἀπορεῖ] Cf. Conv. 192. C. D. Pro ὅτου T scribit ὅτι. — οὔθ' ὅ τι κτλ.] Inter se h. l. respondent οὔτε — οὐδέ, ut aliis sexcentis locis, vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1225 sq. et *Engelhardt.* ad Plat. Lachet. pag. 18., qui anacoluthis haec annumeranda esse censet „ut scriptores quum initio καί — καί, οὔτε — οὔτε, μητέ — μητέ ponere voluissent, postea oblitos (?) fortasse initii mutasse structuram et paullulum invertisse orationem statuamus, quasi nos diceremus: *weder — auch nicht.*" Quae mihi neutiquam probantur. Particula δὲ in antiquo Graecorum sermone (ut apud Homerum) nectendi vim habet, et praecipue ibi ponitur, ubi praegressis aliquid annectitur quod ex illis sequitur vel colligitur (est igitur *also auch*, c. negatione, ut οὐδέ, *also auch nicht*; quocirca etiam in apodosi ponitur, ubi est vernaculum *so*). Itaque οὔτε — οὐδέ est h. l. *weder — noch auch* (plene: *noch also auch*): *er weis nicht was ihm widerfahren ist, und kann es* (also) *auch nicht sagen.* Polit. VI. 499. B: οὔτε πόλις, οὔτε πολιτεία, οὐδέ γ' ἀνὴρ ὁμοίως

ac genuinus quasi amor est amatoris affectus, et secundus (qui ex illo proficiscitur eiusque imaginem quasi repercussam exprimit) est amati affectus; quocirca recte hic secundus amor dicitur εἴδωλον ἔρωτος (*ein Abbild* vel *Wiederschein der Liebe*, non, ut Schleiermacherus vertit, ein *Schattenbild* der Liebe). Hoc quoque frequenter posteriores usi reperiuntur, ut *Plutarch.* vit. Alcib. p. 139. C: ἐλάνθανεν εἴδωλον ἔρωτος, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἀντέρωτα κτώμενος (sic enim locus solo ; eiecto sanatur, v. interpp. ad h. l., inprimis Baehr. p. 85., cui assentiri non possum pro ἀντέρωτα e Platone ἀντ' ἔρωτος scribi volenti). Cf. *Dionys.* Areopag. de div. nom. IV, 2. p. 566 et *Creuzer.* ad Plotin. de pulcr. p. 203. — ἀντ' ἔρωτος] Clark. (ἀντ' ἔρωτα) ΓΔΠΣBCDGHNOPTrb Florr. a. b. c. g. h. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. Monacc. et γρ F ἀντέρωτα. Etiam Ficinus: *mutuum amorem tamquam amoris simulacrum possidens.* Verba autem potius sic intelligenda sunt: *amore alterius* (amatoris) *amori respondente affectus* (sic ἔχειν ἔρωτα ponitur, ut supra ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα al.), qui amoris (quasi primi ac genuini) imago est: *von Gegenliebe, dem Wiederscheine der Liebe, erfüllt s. ergriffen.* Verba igitur εἴδωλον ἔρωτος appositionem nominis ἀντέρωτα efficiunt, vid. quae ad Protag. pag. 104. posuimus. Libri edd. ἀντ' ἔρωτος scribunt, quod, etiamsi a sensu discesseris, per se iam alteri librorum et praestantissimorum et plurimorum (etiam Plutarchi l. l.) auctoritate firmato cedere debet. Etenim licet Ἀντέρως (quippe *deus*) etiam dicatur Amor, qui, tamquam δαίμων ἀλάστωρ, amorem spernentes ulciscatur (*Pausan.* I, 30.) vel Amor contrarius Cupidini (v. *Serv.* ad Virgil. Aen. IV, 520. Cf. *Huschk.* Anal. crit. p. 47 sq.), tamen h. l. substant. ἀντέρως nihil aliud esse potest nisi amor alterius amori respondens. De Anterote vid. *Themist.* Orat. XXIV. p. 204. D. Adde quae collegerunt et disputaverunt *Creuzer.* ad Cic. de nat. Deor. p. 622. Vir doct. in Ephem. litter. Ienens. 1824. Nr. 208. p. 213. *Iacobs.* ad Antholog. T. XII. p. 25. ad Achill. Tat. pag. 448. et *Barker.* Ep. crit. ad calc. Arcadii de accent. ed. Lips. p. 212 sq. Bene Hermias p. 172: εἴδωλον δὲ (sic Cod. 407.) ἔρωτος τὸν ἀντέρωτά φησι· τὰ δεύτερα δὲ προςάπτει τῷ ἀντέρωτι, ἐπειδὴ καὶ πρωτουργὸν αἴτιόν ἐστι τοῦ ἀντέρωτος ὁ ἔρως. Quae cl. *Schneiderus* in libello: De loc. nonnull. Phaedr. Plat. p. 7. de hoc loco disputavit, eis uti mihi non licuit.

ἐπιθυμεῖ] Haec usque ad κόσμιοι ὄντες exscripsit *Euseb.* l. l. Proxime T ποιεῖν, Φ τὸ μ. τ. ποιεῖ. Pro αὐτὰ DN OP Florr. g. h. Vindd. 4. 6. α et Mon. 407. τὰ αὐτά. Proxime G συγκομίσει. — λέγῃ] Clark. ΓΔΞΠBCDGHN

OPTrb, omnes Stallbaumi libri et Monacc. λέγει, quod Stallbaumius reposuit, libri ceteri cum edd. λέγοι; recte autem Bekkerus scripsit λέγῃ, quod Buttmannus quoque sequutus est. Etenim sermonis ratio postulat ἔχει ὅ τι λέγῃ (habet quod *dicat s. dicere possit*), vid. *Hermann.* ad Viger. pag. 741. et *Schäfer.* Appar. ad Demosth. T. II. p. 643. Vitiosae scripturae λέγει et λέγοι hic quoque itacismi vitio natae sunt; etenim pro *legi*, ut λέγῃ pronuntiabatur, partim λέγει partim λέγοι, eodem modo pronuntiata, scribebatur. — πολλῶν] NOP et Monacc. τῶν πολλῶν, quod recipiendum; significantur enim aerumnae ac dolores supra pag. 254. B. C. E. descripta; quocirca articulus abesse nequit. In Mon. 407. πόνων bis positum comparet.

σπαργῶν] Verbum σπαργᾶν, positum in eo qui, tamquam humoribus, velut lacte, sic cupiditate tumet, egregie illustravit *Ruhnken.* ad Tim. p. 234. (190 sq. Koch.). Conviv. 206. D: ὅθεν δὴ τῷ κυοῦντί τε καὶ ἤδη σπαργῶντι πολλὴ ἡ πτοίησις γέγονε περὶ τὸ καλὸν διὰ τὸ μεγάλης ὠδῖνος ἀπολύειν τὸν ἔχοντα. Adde *Creuzer.* Melett. III. p. 19 sq. Nostrum locum respexit *Himer.* p. 186. — σφόδρα] ΓΗb et Florr. a. b. σφόδρ', quod Bekkerus et Stallb. reposuerunt. Heindorfius: „οἷός ἐστι, i. q. μέλλει, ἐθέλει, eo inclinat ut, quantum in eo est, morigeretur amatori" cett. In seqq. pro ἐστι G τις. Deinde ἂν om. Clark. ΔDΣGT Florr. c. ϑ. et pr. Φ. T ἀπαρνηθῆναι. Mox F δέοι (in mg. apposito δεηθείη.) — μετ' αἰδοῦς] om. r et Vindd. 1. 3. 6. Mox λόγους ETb Vindd. 1. 3. 6. et pr. Γ. Proxime Mon. 407. ἀντιτείνειν. — ἐὰν] Clark. DGT et pr. Π. ἂ. Mox part. τέ om. ΠDNOPT Florr. g. h. Vind. 4. Monacc. et Euseb. Proxime Clark. νικήσει. *Abreschius* Animadv. ad Aeschyl. p. 151. verba sic collocata volebat: ἐὰν τὰ βελτίω νικήσῃ τῆς διανοίας, ἀγαγόντα εἰς τετ. — φιλοσοφίαν. At recte verba, in quibus orationis vis inest, εἰς τεταγμένην — φιλοσοφίαν praeposita sunt, hisque opponuntur sequentia ἐὰν δὲ διαίτῃ φορτικωτέρᾳ — χρήσωνται. Heindorfius: „τεταγμένην autem δίαιταν *modestam* dicit, in qua inest ἐγκράτεια et κόσμος, cui mox opponitur φορτική." Sic Gorg. 504. A: ἕως ἂν τὸ ἅπαν συστήσηται τεταγμένον (*rite et ordine dispositum*) τε καὶ κεκοσμημένον πρᾶγμα. Polit. X, 619. C: ἐν τεταγμένῃ πολιτείᾳ al. Ab Euseb. ἀγαγόντα abest. — μακάριον μέν] Σr Φ μακ. μὲν οὖν, in NOP Mon. 407. et Eus. om. μέν.

ὁμονοητικὸν] T ὁμονοϊκὸν. Seq. τὸν om. G. Deinde H συνδιάγουσιν. Proxime H αὐτῶν superscr. οἱ, DNP Vindd. 1. a. Monacc. et mg. F αὐτοὶ, T αὐτὸν. Ald. Bas. 1. 2. αὐ-

πίστεις] Δ πίστει. Deinde Clark. ΓΔΠBCEGTD Vind. 1. Florr. a. c. i. et corr. r ἡγουμένων. Proxime H ἀλλήλοις. — δεδέχθαι] T δέχθαι, G δέχεσθαι, Vind. 6. δεδόχθαι, δ μεμίχθαι. In seqq. EFNP Flor. b. et Monacc. ἱεσαντές. — ὡρμηκότες] Vid. ad 255. D. T εὑρηκότες. Proxime Vind. 3. a m. sec. διαπτεροῦσθαι. — σμικρὸν] lacuna in G. Laudat h. l. *Theodoret.* Therap. IX. pag. 618. D. T. IV.

P. 194. εἰς γὰρ] Mon. 407. εἰ γάρ. Vindd. 4. 7. a. σκότω. Proxime Euseb. ὑπὸ γῆν. Ceterum haec quoque ducta sunt ex mysteriorum doctrina; etenim ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει: Phaedon. 69. C. Cf. 81. A. D. *Cicero* ap. Lactant. III, 19. 6: nam vitiis et sceleribus contaminatos deprimi in *tenebras* atque in coeno iacere docuerunt. Vid. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. v. 25. et *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 173. et ad Plutarch. V. VI. P. I. pag. 222. — οὐ νόμος ἐστὶν] Mon. 407. οὐ μόνως ἐστι. Deinde pro ἔτι H ὅτι. Proxime H NP Mon. 11. et 407. (a pr.) κατηρμένοις. Theodoret. καθειργμένοις. — ἐπουρανίου] Sic Clark. Ξ (in quo ὑ superscript.) Ald. Bas. 1. 2. et Steph. Contra libri reliqui iique longe plurimi (ΓΔΠΣBCDGHNOPTrδ Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. a. Florr. a. g. h. i. ϑ. Monacc. Euseb. et Theodor. ὑπου-
ὑπ
ρανίου, Ficinus quoque: *iter sub coelis.* F οὐρανίου, E οὐρανίου. Bekk. et Stallb. ὑπουρανίου reposuerunt. Neque tamen haec migratio vel lustratio sub caelo instituitur, sed in caelo vel intra caelum (vid. supra p. 247. A. B. et 249. A.); quocirca non potest nisi caelestis (οὐράνιος vel ἐπουράνιος) vocari. Sic ὑπουράνιοι et ἐπουράνιοι inter se opponuntur in Pindari fragm. T. III. p. 36. Heyn. Scriptura igitur ὑπουρανίου non potuit proficisci nisi ab interprete qui falsam caeli Platonici cogitationem informasset, velut ipse Proclus, vid. ad loc. p. 247. B., ubi similiter inter οὐράνιον, ἐπουράνιον et ὑπουράνιον libri fluctuant. *Hierocl.* in Pythag. carm. p. 309: ἵνα — πρὸς τὴν οὐρανίαν πορείαν ὦσιν εὔζωνοι οἱ τῶν φιλοσοφίας ἀγώνων ἀθληταί. — φανὸν βίον] *splendidam vitam*, quae oppon. praegresso σκότον.

ὁμοπτέρους] Quam vocem latiore fere sensu (ita ut E notio τοῦ ὁμοῦ, i. e., aequalitatis emineat) poëtae usurparunt, ut *Aeschyl.* Pers. 558: ὁμόπτεροι κυανώπιδες νᾶες. *Eurip.* Phoeniss. 338: ἀπήνας ὁμοπτέρου. Vid. *Pollux* VI, 156. et *Valcken.* ad Phoeniss. p. 116 sq. — ὅταν γένωνται] Sic

Clark. cum reliquis libris (etiam Monaco.) et Bas. 2.; in GF Ald. Bas. 1. et Steph. comparet *γένηται.* Stephanus in mg. „Alia etiam est lectio *γένωνται.* Sed ne hanc quidem agnoscit Fic. qui vertit: *Atque haec amoris gratia fiunt.* Apud Euseb. autem post *χάριν* proxime sequitur *ταῦτα τοσαῦτα* etc., non interiectis illis *ὅταν γένηται, γενέσθαι.*" Verba *ὅταν γένωνται* indicant non pro certo hoc affirmari, sed poni tantum tamquam aliquid quod fieri possit (quocirca vertimus: *ut* exsistant, vern. *wenn sie anders s. wirklich es werden).* Huiusmodi dictiones modo fortiorem habent significationem, ita ut loquens neget aliquid fieri vel futurum esse (sic *Lucian.* Apol. pro merc. cond. §. 15. T. I. p. 332: *σοῦ μέντοι καὶ θαυμάσαιμ' ἂν ἐπιτιμῶντός μου τῷ νυνὶ βίῳ, εἴ γε ἐπιτιμώης.* Vid. *Fritzsch.* Quaest. Lucian. p. 159.), modo leniorem, ut loquens se significet aut nolle aut non posse rem clarius exponere, vid. *Hermann.* ad Viger. p. 709 sq. De *ὅταν* c. coniunctivo vid. quae posuimus ad Protagor. pag. 360. A. Quocirca mihi non probantur quae Heindorfius annotavit: „Quippe ejusmodi animos *ὁμοπτέρους* fieri dicit *quandoque, serius ocius.*" — *Ταῦτα*] om. H. et Flor. b; in Vindd. 1. 3. 6. ad praegressa trahitur. — *οὕτω θεῖα*] Clark. ΔΠDGNOPT Florr. g. h. Vind. 4. et Monacc. *θεῖα οὕτω*, quod recte sequuti sunt Bekk. Stallb. et Buttm. — *ἀπὸ*] ΣΦ *ὑπὸ.* Proxime *μὴ* om. pr. E. In Monac. 407. dein scrib. *ἐρῶν.* In seqq. Clark. et Ald. *σωφροσύνη θνητῇ.* — *κεκραμένη*] Vindd. 3. 4. 6. Flor. g. *κεκραμμένη.* Ceterum *κεκραμένη, temperata* (ut vinum aqua temperatur), notionem adiunctam habet diluendi ac fere conturbandi depravandique. (Cf. *Sophocl.* Ai. 895. Antigon. 1295. al. Vid. *Creuzer.* ad Plotin. de pulcr. p. 256. Ceterum *ἡ ἀπὸ τοῦ μὴ ἐρῶντος* (proprie: *ab eo proficiscens qui non amat;* de quo praepos. *ἀπό* usu vid. *Matth.* Gramm. gr. pag. 1130. *Iacobs.* Additam. Animadv. in Athen. p. 321. et *Welcker.* in Creuz. Melett. II. pag. 28.) *οἰκειότης*, familiaritas hominis ab amore alieni, describitur illiberalitas, quae nihil nisi parca et terrestria dispensat eaque pusillo animo computata. Haec illa est Lysiae virtus; sic p. 231. A. *ἑκόντες, ὡς ἂν ἄριστα περὶ τῶν οἰκείων βουλεύσαιντο, πρὸς τὴν δύναμιν τὴν αὑτῶν εὖ ποιοῦσιν.* — *ἀρετὴν*] Σ *ἀρετῇ*, Mon. 407. *ἀρετῇ.* Mox Clark. *χιλιάδες.* Deinde Ξ *ἐκτῶν.*

περὶ γῆν] Sic CHrδ Flor. c. cum mg. Φ, *γρ.* F et re. 257
ΓBD; reliqui, Ald. Bas. 1. 2. Steph., *περὶ τὴν*, (E $\overset{\gamma\tilde{\eta}\nu}{\tau\grave{\eta}\nu}$), quod iam *Dorvill.* ad Charit. 160. emendaverat. Adde *de Geer* Diatrib. in Polit. Plat. princ. p. 145. Animum veteres credebant

rerum terrestrium amore captum nec corporis vinculis liberatum post mortem sub terra et circum terram volutari, vid. Phaedon. 81. C. Cf. *Pindar.* fragm. T. III. p. 36. Heyn.: Ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπουράνιοι γαίᾳ πωτῶνται ἐν ἄλγεσι φονίοις ὑπὸ ζεύγλαις ἀφύκτοις κακῶν et *Cicer.* Somn. Scip. extr. Deinde pro αὐτὴν Ald. Bas. 1. 2. αὐτὴν. E αὐτὰ, superscr. ἡν. Mox περὶ τῆς Clark, GT. — ἄνουν] BCH et corr. Σ ἄνουν, EF ἄνω superscr. ἄνουν, in T lacuna. — Αὕτη σοι] Vindd. 3. 6. et Ambros. r. αὕτη τοι. Mox ὦ φίλ'. — εἰς ἡμετέραν δ.] NP et Mon. 407. εἰς ἡμέραν. — δέδοται] Clark. ΔΣDG PT Vindd. 4. 7. a. et Florr. g. h. δέδοκται, NO et Mon. 407. δέδικται. Deinde G ἐπέκτισται, P ἐκτέτικται. Ceterum verte *persoluta est palinodia* (quippe tibi, in quem peccaveramus, dicatam). Vid. supra 242. E. Hinc 243. B: πειράσομαι αὐτῷ ἀποδοῦναι τὴν παλινῳδίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ. Atque idem, quod ἀποδοῦναι est ἐκτίνειν, *solvere s. pendere quod debeas.* — ἄλλα] N et Monacc. τὰ ἄλλα. Heindorfius: „τὰ ἄλλα pro ἄλλως, quod attinet ad ἐνθυμήματα, conf. §. 22. Absurde Ficinus: *poëticis tum verbis, tum figuris.*" Est *et cetera* (quod ad cetera, velut sententias, similitudines al., attinet, i. q. in universum) *et vocibus*, h. e., *praesertim vocibus.* Ludit vero hic quoque Socrates Phaedrum, qui, Lysiana oratione perlecta, hoc adiecisset: Τί σοι φαίνεται, ὦ Σώκρατες, ὁ λόγος; οὐχ ὑπερφυῶς τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν εἰρῆσθαι; (p. 234. C.) Proxime Mon. 407. ποιητικῆς τισι διαφαίρει. — τῶν προτέρων] Art. τῶν abest a G. Adhibuit haec *Aristaenet.* II, 1. p. 133. Boiss.: ἀλλὰ τῶν προτέρων τε συγγνώμην καὶ τῶνδε χάριν ἔχουσα εὐμενὴς τό γε λοιπὸν εἴης τῷ σῷ Χαριδήμῳ. Ceterum τῶν προτέρων refertur ad superiorem orationem qua Amorem vituperaverat Socrates a Phaedro coactus. — Proxime τε om. Σ et pr. Φr. — εὐμενὴς καὶ ἵλεως] Quae solemnis erat precatio. Legg. IV, 712. B: θεὸν δὴ πρὸς τὴν τῆς πόλεως κατασκευὴν ἐπικαλώμεθα· ὁ δὲ ἀκούσειέ τε καὶ ἀκούσας ἵλεως εὐμενής τε ἡμῖν ἔλθοι συνδιακοσμήσων τήν τε πόλιν καὶ τοὺς νόμους. Cf. *Xenoph.* Cyrop. I, 6. 2. II, 1. 1. III, 3. 21. al. De v. ἵλεως vid. *Potter.* ad Clem. Alex. T. 1. p. 361. — τήν μοι ἐρωτικὴν] Sic libri plures cum Ald. Bas. 1. 2. Steph.; in Clark. vero ΔΠD GNOPT Florr. g. h. θ. Monacc. et corr. F τὴν ἐρωτικήν μοι, quod rite sequuti sunt post Bekkerum Stallb. et Buttm. ΣΦr τήν τε ἐρωτικήν — ἥν μοι. — δέδωκας] Clark. ΔΠDN OPT Vind. a. Florr. a. g. h. θ. et Monacc. ἔδωκας, quod recte receperunt Bekk. Stallb. et Buttm. Proxime Florr. g. h. θ. et Mon. 407. μήτ' ἀφέλῃ. Vind. a. ἀφέλει. Deinde Σ Flor. a.

Vindd. 1. 3. et corr. *Π* παρώσης. Vind. 6. παρώσῃ. Laudat . I. ex memoria, ut videtur, *Olympiod.* in Alcib. 1. p. 12. Creuz.: Ἐρωτικὸς δὲ ὁ Σωκράτης, ὡς καὶ ἐν Φαίδρῳ πρὸς ὸν Ἔρωτά φησιν· τὴν δὲ ἐρωτικὴν ἥν μοι παρέσχες, δεσπότα, μή με ἀφέλῃς (scribendum fortasse μήτε ἀφέλῃ) μηδὲ ηρώσῃς δι' ὀργήν τινα ἢ ἄλλην αἰτίαν. — δίδου τ' ἔτι] ' dant *ΔΠ*DGNOPTb Florr. a. c. g. h. Vind. 4. et Mon. 1., in Mon. 407. δέ τι. Recte δ' reposuerunt Bekk. Stallb. t Buttm. Proxime Mon. 407. παρὰ τοῖς ἄλλοις.

ἐν τῷ πρόσθεν — λόγῳ] Clark. *ΔΠ*DGNOPT B Florr. g. h. et Monacc. om. ἐν, quos rite audiverunt Bekk. Stallb. et Buttm. Proxime *Γ* πρόσθε. Mox EF σοι λόγῳ. Deinde DO Vind. 7. Flor. h. Mon. 11. et γρ. F ἀπηχές, N et Mon. 407. ἀπειχές, P ἀπαχές. — πατέρα] Πατήρ dicitur t inventor (ut 275. A.) et auctor, ut h. l. Conviv. 177. D: ἄρχειν δὲ Φαῖδρον πρῶτον, ἐπειδὴ καὶ πρῶτος κατάκειται καὶ ἔστιν ἅμα πατὴρ τοῦ λόγου. Quem locum respexit *Plutarch.* Quaest. Plat. p. 1000. F: ὡς τῶν ἐρωτικῶν λόγων πατέρα Φαῖδρον ἐν συμποσίῳ προςεῖπεν, εἰςηγητὴν αὐτὸν γενόμενον — πολλοὺς γὰρ καὶ καλοὺς λόγους ἐν φιλοσοφίᾳ γενέσθαι τὴν ἀρχὴν ἐκείνου παρασχόντος (vid. Phaedr. 242. A.). Hoc quoque posterioris scriptores aetatis frequenter imitati sunt, ut *Athen.* I. p. 3: Ἀθηναῖος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατήρ, ibique Casaub. Cf. *Synes.* Ep. 1. Vid. *Olear.* ad Philostr. vit. Sophist. p. 490. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 599. et *Boissonad.* ad Marin. vit. Procl. p. 78. Pro πατέρα H πρὸς. — ὁ ἀδελφὸς] Sic Clark. (nihil enim in Gaisf. Lectt. notatum reperitur) *ΔΞΠ*DNOPb Florr. b. g. h. ϑ. Vind. α. Monacc. Ald. Bas. 1. 2. et Steph.; contra in *ΓΔΣ*BCEFGHTr Florr. a. i. et Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. artic. ὁ omittitur, quod secutus est Stallbaumius. Bekkerus scripsit ἀδελφός. Ac plura quidem affert cl. Stallbaumius (*Schäfer.* Melett. p. 45. et 106., idem ad Sophocl. Oed. Tyr. v. 630. *Heindorf.* ad Phaedon. §. 108., quibus adde quae nos ipsi posuimus ad Protag. p. 19.); neque tamen causa est articuli reiiciendi, qui recte, ni fallor, hic positus est ubi Lysiae frater Polemarchus (ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Πολέμαρχος) ita designatur ut quodammodo extollatur, quippe philosophus. Polemarchus, Cephali filius, Lysiae frater fuit natu maximus (v. *Taylor.* vit. Lys. p. 106.), cuius Plato in Polit. I, 327. B. 331. D. IV, 427. D. meminit. *Plutarch.* de esu carn. T. II. p. 998. B: Πολέμαρχον, τὸν φιλόσοφον. Libri NP et Mon. 407. scribunt πολέμαρνος. — τέτραπται] Lacuna in T. Clark. *Δ*G et pr. *Π* γέγραπταί τε τέτραπται.

Deinde H τρῖψον. — ὅδε] CH Florr. a. b. c. ὅδε φαῖδρος. Praeterea Florr. a. b. c. αὐτοῦ. Phaedrus, quem praesentem indicat ὅδε (vern. *da)*, Lysiae dicitur amator (supra p. 236. B. Lysias παιδικὰ dicitur Phaedri), quem nos dicimus *Verehrer.* Festivus enim dicaxque Atticus quemvis cultum, admirationem, assectationem, et quae alia sunt generis eiusdem, amorem describit et vocitat. — ἐπαμφοτερίζῃ] h. e., *fluctuet et haesitet* (int. inter divinum et profanum s. impurum amorem). Verbum illustravit *Ruhnken.* ad Tim. p. 107 sq. (91 sq. Koch.) — ἀλλ'] Sic Γr cum Florr. et Vindobb. omnibus. — πρὸς ἔρωτα μετὰ φιλοσόφ. λόγ.] Sensus: *ut ad amorem philosophasque orationes s. philosophiam vitam instituat atque accommodet.* De praep. μετά vid. 253. E. Pro βίον OP et Monacc. λόγον scribunt. — εἶναι] om. G. Mox v. ταῦτα γίγνεσθαι absunt a ΣΦr.

θαυμάσας ἔχω] Vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1106 C et quae posuimus ad p. 236. E. Laudat h. l. *Aristid.* Oratt. II. p. 399. In praegr. G πάλιν dat pro πάλαι. Proxime Ξ ταπεινὸς ὁ λυσίας. — ἐὰν ἄρα καὶ κτλ.] N et Mon. 407. ὅρα pro ἄρα. Ap. Aristid. καί abest. Heindorfius: „*etiamsi aliam scribere voluerit orationem, quae tuae huic contendatur.*“ — ἀντιπαρατεῖναι] Φ ἀντιπαρατεῖναι ἄλλον, F ἄλλον ἀντιπαρατεῖναι (θ superscr.), Γ et Flor. θ. ὅλον ἀντιπαρ. Verba τείνειν, ἀποτείνειν et ἐκτείνειν constat in oratione poni copiosa et iusta (nos dicimus: *eine ausführliche s. förmliche Rede halten)*, vid. ad Protag. p. 116. et *Blomfield.* Glossar. in Aeschyl. Agam. v. 889. et in Choëph. v. 530. Atque haec prolixae orationis significatio effertur quodammodo verbo παρατείνειν *(producere s. extendere)*, unde ἀντιπαρατεῖναι ἄλλον h. l. *aliam* (eamque plenam et iustam) *orationem exprimere qua cum Socrate contendat.* — αὐτῷ] Clark. ΓΔΞΠΣB CDFGHNOPr Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. *a.* et Monacc. αὐτόν, E αὐτῶν (ὸν superscr.). Reliqui libri cum Ald. Bas. 1. 2. Steph. αὐτῶν, quod Heindorfius mutaverat in αὐτῷ; sed recte αὐτόν (quod refertur ad λοιδορῶν) Bekk. Stallb. et Buttm. revocarunt, idque etiam cl. *de Geer.* Diatrib. in Polit. Plat. p. 145. scribi iussit. Mox ἔναγχος om. E et pr. F. — λογογράφον] Schol. λογογράφους γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐπὶ μισθῷ λόγους (int. δικανικοὺς) γράφοντας καὶ πιπράσκοντας αὐτοὺς εἰς δικαστήρια, ῥήτορας δὲ τοὺς δι' ἑαυτῶν λέγοντας. Cf. *Aeschin.* c. Timarch. p. 114. c. Ctesiph. p. 563, R. Causarum forensium est scriptor (v. *Pierson.* ad Moer. p. 244.), qui

iam λογοποιός (vid. Thom. Mag. p. 580 sq.) dicitur, v. Euyd. 289. D. 305. B. Cf. *Cresoll.* Theatr. Rhet. III, 2. et *Maussac.* ad Harp. in v. λογοποιός, ubi v. Vales. Apposite affert Heindorfius *Demosthen.* Orat. falsae legat. p. 417: λογογράφους τοίνυν καὶ σοφιστὰς ἀποκαλῶν τοὺς ἄλλους καὶ ὑβρίζειν πειρώμενος. Respexit h. l. *Pollux* II, 121. p. 214.

P. 196. τάχα οὖν ἂν] Part. ἂν om. Ξ et Vind. 6.; Florr. g. h. et Mon. 407. τάχ' οὖν ἂν, quod recte sequutus est Stallbaumius. Bas. 2. τάχα ἂν omisso οὖν. Ceterum prius ἂν cohaeret cum τάχα (vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 1199 ibique citatt.), alterum ad v. ἐπίσχοι; et τάχ' ἂν, *fortasse* s. *forsitan*, h. l. fortius est i. q. τάχ' ἂν ἴσως (vid. ad Legg. . 78.), vern. *wohl* vel *gewiss*. Sensus est enim: *ac sane verendum est ne Lysias ambitione commotus se a scribendo abstineat: ut nihil in posterum ab eo scriptum legamus* (vern. *Gewiss schreibt er uns also aus Ehrgeiz nichts mehr*). Phaedrus enim macrore quodam affectus dicit quod veretur, non quod optat vel putat futurum esse (ut Schleiermacherus locum accepit vertens: *Vielleicht also, dass er sich schon aus Empfindlichkeit des Schreibens enthalten wird*). Egregie orationem maeroris plenam adiuvat interpositum ἡμῖν. — Γελοῖόν γ'] Mon. 407. Γελοῖόν γε. Mox ad vv. καὶ τοῦ ἑταίρου κτλ. Heindorfius annotavit „amici mores animumque prorsus ignoras. De rep. I. p. 334. D: πολλοῖς ἄρα — ξυμβήσεται, ὅσοι διημαρτήκασι τῶν ἀνθρώπων, δίκαιον εἶναι κτλ." Vid. ib. nostra p. 345.

τινὰ ἡγεῖ] Clark. ΔΠDGNOPT Florr. g. h. Vindd. 4. α. et Monacc. ἡγεῖ (al. ἡγῇ) τινα, quod Bekk. Stallb. et Buttm. recte sequuti sunt. Ald. Bas. 1. 2. ἡγῇ, Steph. ἡγῇ. — νομίζοντα] Clark. ΔGT et pr. Π ὀνειδίζοντα νομίζοντα, etiam Flor. ϑ. superscriptum habet ὀνειδίζοντα. Ceterum νομίζοντα (Latin. *ita sentientem*, vern. *es so meinend*) est i. q. serio, non tantum eo consilio ut convicium Lysiae faceret. — σεμνότατοι] T σεμνότητι. — μὴ σοφισταὶ καλῶνται] In hoc igitur, quod Phaedrus addit, opprobrii causa quaerenda est, non in ipsis orationibus scribendis scriptisque relinquendis, quod Phaedrus putat et Socrates deinde refellit. Opprobrio igitur habebatur, id quod rhetores (λογογράφοι) faciebant, quaestus causa orationes scribere; qui idcirco hac notabantur ignominia ut Sophistae nominarentur, siquidem horum erat quicquid facerent quaestus causa facere. — γλυκὺς ἀγκών] T γλυκὺς κω ὤ. In seqq. Clark. ΓΔΠΣDGNOPTr. Florr. g. h. ϑ. Vindd. 1. 6. et Monacc. art. τόν ante v. Νεῖλον ignorant, quos recte sequuti sunt Bekk. Stallb.

et Buttm. Ipsa haec verba γλυκὺς ἀγκὼν λέληθέ σε κτλ. vario modo et veteres et recentiores interpretati sunt, vid. Athen. XII, 3 et 10. Suid. v. γλυκὺς ἀγκών, Hesych. I. p. 839. ib. interpp. *Eustath.* ad Iliad. κ'. pag. 791. π'. pag. 1082., *Zenob.* Paroem. Cent. II. 92. ibique Schott., Schol. Plat. Ruhnk. p. 63., *Erasm.* Adag. p. 307. ed. Colon. sub v. Dulcis ambitus, *Dorvill.* Vann. crit. p. 492., *Heindorf.* Spec. Coni. in Plat. p. 12 sq. et ad h. l. et *Schneider.* Progr. I. p. 16 sq. Ex diversis illis quas Grammatici proferunt et narrationibus et interpretationibus perspicitur, vario quidem modo sensuque veteres proverbialem loquutionem γλυκὺς ἀγκὼν usurpasse (v. Athenaei narrat. l. l.), in universum autem ea usos esse in re mala vel tristi (sic ap. *Liban.* Ep. 611. p. 294. inprimis Ep. 64. p. 23: ὃ γὰρ τοῖς ἄλλοις εἰς τέρψιν ἔρχεται, ταῦτ' ἐμοὶ γλυκὺς ἀγκών· διὰ τὴν ἀσθένειαν): ut vox γλυκὺς ex Graecorum consuetudine rei malae vel tristis leni nomine mitigandae κατ' ἀντίφρασιν vel ὑποκοριστικῶς, quod Grammatici dicunt, posita sit. Vereor tamen ne apud posteriores demum scriptores γλυκὺς ἀγκὼν in consuetudinem proverbii venerit, hoc autem Platonis loco proprio accipiendum sit sensu (nescis suave vel lepidum brachium e magno illo Nili brachio nominatum esse). Etenim si verba γλυκὺς ἀγκὼν per se h. l. proverbium efficerent, intolerabilis esset ea quae sequitur proverbii illius explicatio ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη, quippe quae a Platonicae orationis ingenio prorsus abhorreret. Quod quidem bene sentiens Heindorfius annotavit: „Deinde proverbium hoc utcunque interpretabere, verba haec ὅτι — ἐκλήθη Grammatici esse possunt, Platonis esse non possunt. Quid? repentene Grammaticum hic agere Platonem putabimus?" Addit: „Nimirum liquet, opinor, ex his Platonis verbis proverbium hoc non fuisse simpliciter γλυκὺς ἀγκών, sed potius γλυκὺς ἀγκὼν λέληθέ σε; alioquin molesta esset et inepta prorsus verbi iteratio in his καὶ πρὸς τῷ ἀγκῶνι λανθάνει σε." Immo neque γλυκὺς ἀγκὼν verum est proverbium (etiam *Plato* Comic. ap. Suid. γλυκὺς ἀγκὼν proprio sensu, in suavi amplexu, videtur posuisse), neque γλυκὺς ἀγκὼν λέληθε, quod et Grammaticorum adversatur testimoniis et sequentem explicationem ὅτι — ἐκλήθη prorsus efficeret intolerabilem. Itaque non proverbio utitur Plato, sed similitudine (ita ut more graeco rem ipsam ponat, quae cum altera comparatur, nulla comparationis, v. c. *velut*, *tamquam*, particula adiecta. Sic 258. B: γεγηθὼς ἀπέρχεται ἐκ τοῦ θεάτρου ὁ ποιητής, ubi legis scriptor cum poeta dramatico comparatur et, nulla comparationis particula apposita, ipse dicitur poëta): *quemad-*

rodum brachium dicitur suave vel lepidum, quod magnum ac ericulosum est, sic orationum scribendarum studium rheto- um tantum proprium existimatur (qui iccirco irridentur et ophistae dicuntur), *licet viris civilibus fere omnibus sit com- une, ita ut latissime pateat.* Sensus igitur, ni fallor, hic st: *nescis hoc malum* (quasi morbum) *esse universum latissi- eque patere, et praeterea eiusmodi esse, quo superbissimi nique maxime laborent.* Rem ipsam ita explicat Schol. p. 63. Luhnk. 316. Bekk.: τόπος δέ ἐστιν ἐν τῇ Μεμφίδι ἀγκὼν ρυσαγορευόμενος ὑπὸ τῶν πλεόντων κατ' ἀντίφρασιν ἴσως ιὰ τὸ δυςχερές. Cf. *Eustath.* ad Iliad. *κ'*. p. 791. Neque ta- nen ἀγκών, si quid video, τόπον significat, sed brachium Nili, fortasse periculosum illud, cuius *Herodotus* II, 99. me- ninit: ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ Περσέων ὁ ἀγκὼν οὗτος τοῦ Νείλου, ς ἀπεργμένος ῥέει, ἐν φυλακῇσι μεγάλῃσι ἔχεται, φρασσό- ιενος ἀνὰ πᾶν ἔτος· εἰ γὰρ ἐθελήσει ῥήξας ὑπερβῆναι ὁ πο- αμὸς ταύτῃ, κίνδυνος πάσῃ Μέμφι κατακλυσθῆναί ἐστι. Hermias p. 176. γλυκὺς ἀγκών, δυςχερὴς ὢν καὶ πικρὸς ὁ όπος, unde Schneiderus l. l. ap. Platonem pro μακροῦ legi olebat πικροῦ, quod nullo mihi modo probatur.

πρὸς τῷ ἀγκῶνι] Verba haec πρὸς τῷ ἀγκῶνι Grae- E corum more (vid. *Heindorf.* ad Charm. p. 98. Similiter μετὰ ponitur, ut μετὰ τὴν γῆν al., v. *Boissonad.* ad Philostr. He- roic. p. 429. *Iacobs.* Addit. Animadv. in Athen. p. 218 sq. al.) breviter dicta sunt pro: *praeterquam quod te fugit, lepidum brachium nominatum esse e magno illo Nili brachio*, h. e., malum s. morbum illum latissime patere (non eiusmodi esse quo rhetores tantum laborent). — μέγιστον] Flor. ϑ. ὅτι οὐ μέγ. P μέγιστοι. A cod. Mon. 407. art. οἱ abest. Mox F Florr. g. ϑ. μάλιστ', quod sequuti sunt Bekk. et Stallb. In Vind. 4. μάλιστα deest. — τε καὶ] N et Mon. 407. τῷ, P et Mon. 11. τὸ, F καί. Deinde *ΠNOT* et Mon. 407. καταλήψεως. Proxime Mon. 407. συγγράμματα. — τοὺς ἐπαινέτας] Φr ἐπαινοῦντας. Ceterum ἐπαινέτης est, quem Latini dicunt, *adscriptor;* quemadmodum iam Homerus v. simplex αἰνεῖν sensu adstipulandi vel comprobandi usurpavit, v. Iliad. VIII, 9. Odyss. XVI, 380. al. Hinc ἐπαινεῖν est assentiri s. com- probare dictum vel sententiam ab aliquo latam, vid. ad Protag. p. 10. *Monk.* ad Alcest. 2. et *Blomfield.* Glossar. in Aeschyl. Agam. 174. — προςπαραγράφουσι] NOP et Monacc. προςγράφουσι, F παραγράφουσι. Proxime G ἐπαινῶν. — τοῦτο λέγεις] Clark. ΔΠDGNOPT Florr. g. h. ϑ. Vind. 4. et Monacc. λέγεις τοῦτο, quod Bekk. Stallb. et Buttm. receperunt.

ἐν ἀρχῇ ἀνδρὸς] G ἀγροῦ. — *συγγράμματος*] Sic ΞEF Florr. b. ϑ. Vindd. 1. 6. 7. 8. cum libris edd. Clark. vero cum reliquis libris (etiam Mon. 407.) *συγγράμματι*, quod recte Bekk. Stallb. et Buttm. revocarunt; sic enim dativus ponitur, ut praepositione *apud* vel *in* exprimi possit, v. nostra ad Protag. p. 132. et *Matth.* Gramm. gr. p. 709 et 742. Verba *ἐν ἀρχῇ* cohaerent cum *γέγραπται*. — *ἔδοξέ που φησὶν*] Sic sine distinctione scribunt Mon. 407. et Ald.; Bas. 1. et 2. *ἔδοξέ που (φησίν)*, Steph. *ἔδοξέ που (φησὶν αὐτὸ τὸ σύγγραμμα)*. Etenim verbum prius (*ἔδοξε*) encliticam quae alterum (*φησί*) sequi debebat attraxit, vid. ad Legg. p. 216. et ad Protag. p. 99. Buttmanno videbatur vocula που assensum poscere colloquentis „et hic quidem affirmare debet Phaedrus hoc, solere formulam illam in exordio decretorum poni. Recte itaque ipsis formulae primis verbis inseritur." At vero *πού*, quod refertur ad *φησί*, propr. *ni fallor*, *opinor*, h. l. pro fortiore, *sane*, *ut constat* (vern. *bekanntlich*) positum est (est i. q. *nonne dicit vir civilis —?*), nec ad Phaedrum spectat, sed Socrates eo utitur ut suam ipse confirmet sententiam in praegressis prolatam. Deinde verba *αὐτὸ τὸ σύγγραμμα* recte ignorant Clark. ΔΠDGNOPT Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc. (ΓΕBCEFr Florr. a. b. c. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 6. *αὐτῶν τὸ σύγγραμμα*), quae, ut *αὐτό* iam indicat, glossema sunt verbo *φησί* (*αὐτό*, *τὸ σύγγραμμα*) adscriptum. Recte hos libros audivit Bekkerus. Per se enim e praegressis *ἀνδρὸς πολιτικοῦ συγγράμματι* intelligitur subiectum verbi *φησί* esse *ἀνὴρ πολιτικός*. Verbum autem *ἔδοξε* (*visum est senatui* cett.) neque ad ipsam legem a viro civili scriptam (ad *σύγγραμμα*) refertur, neque ad legis sententiam a scriptore rogatam et a senatu vel populo vel utrisque approbatam (ut Schleiermachero videbatur qui p. 387. annotat: *Den Ausdruck „es hat gefallen", auf den dem Gesetz zum Grunde liegenden Vorschlag zu beziehen, dies ist auch eine von den wunderlichen (?) Platonischen Auslegungen)*, sed absolute est *decrevit* vel *scivit senatus vel populus vel utrique*; ipsum autem senatus vel populi scitum approbatio eius quod quis ad senatum vel populum tulisset, h. e., rogationis, antecedebat; approbatio igitur verbo *ἔδοξε* involuta est; quocirca *ἔδοξε*, *visum est*, idem fere est quod *approbavit*. Etenim legis formula haec erat: *ἔδοξε τῇ βουλῇ* vel *ἔδοξε τῷ δήμῳ*, vel *ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ* (v. c. *Andocid.* Orat. de myster. T. IV. p. 39: *ἔδοξε τῷ δήμῳ· Τισαμενὸς εἶπε* cet. p. 47: *ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. — Κλεογένης ἐγραμμάτευε*. Cf. Thucyd. IV, 118. *Plutarch.* vit. Antiph. T. II. p. 833. D. al. *Osann.*

d Lycurg. p. 132.). Eorum igitur nomina (senatus, populi el utriusque) praeponebantur qui scivissent vel rogationem ccepissent (hoc est ἐπαινεῖν in praegressis); quocirca his illustratur id quod praecedit: ὅτι ἐν ἀρχῇ ἀνδρὸς πολιτικοῦ συγγράμματι πρῶτος ὁ ἐπαινέτης (ἡ βουλή vel ὁ δῆμος vel ἀμφότεροι) γέγραπται. Sine causa igitur Heindorfius statuit Platonem illud ἔδοξε aliter longe, quam volgo acciperetur, neque ine calumnia quadam (sic!) interpretatum esse, et interpretamenti loco addere debuisse αὐτὸ τὸ σύγγραμμα. Vocem σύγγραμμα (quod in quavis scriptione prosa poni constat, v. Fallier. ad Thom. M. p. 813.) h. l. scitum (ψήφισμα) significare, Stephanus iam annotavit; hinc sciti auctor et scriptor συγγραφεύς infra dicitur. Cf. Thucyd. VIII, 67. Gorg. 451. B. Harpocrat. p. 325. al. — ὅς εἶπεν] *hic rogavit.* Pronomen ὅς modo personale est (vern. *er*, ut in ἦ δ' ὅς), modo demonstrativum (vern. *der*, vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 907.). Vernaculum *er* et *der* graeco ὅς plane respondet; ὅς enim in ὅρ ut ap. Aeoles et Lacones, qui v. c. οὗτορ pro οὗτος, σιόρ pro θεός al. loquebantur, v. *Maittair.* Ling. gr. dialect. p. 197. Sturz.), et hoc ὅρ in *er* (ut lector, germ. Leser) transit. Quocirca nominum terminationes gr. ός, lat. *or* et germ. *er* per se pro eisdem haberi oportet. — τὸν ἑαυτὸν] D αὐτόν, Clark. ΔΠGNOPT et Mon. 407. τὸν αὐτὸν. Stephanus corrigebat αὐτὸς ἑαυτόν. Sed solent sic Attici pronominibus personalibus in quarto positis casu articulum praefigere personae ipsius efferendae causa, ut Sophist. 239. A: τὸν μὲν τοίνυν ἐμέ γε ἔτι τί τις ἂν λέγοι; Phileb. 20. B: δεινὸν μὲν τοίνυν ἔτι προςδοκᾶν οὐδὲν δεῖ τὸν ἐμέ. al. Vid. *Apollon.* Alex. de pronom. in Mus. antiq. stud. V. I. F. 2. p. 275, 7. et *Stallbaum.* ad Phileb. p. 44 sq. Quod sequitur δή, Latin. scilicet (vern. *es versteht sich*), vim habet ironicam, vid. quae *Matth.* Gramm. gr. citavit p. 1210. — μάλα σεμνῶς] G σεμνῶς πάνυ, NP et Monacc. μάλα σεμνός. Proxime NP cum Monacc. ὡς pro ὁ. — λέγει δὴ] G δὴ λέγει, T λέγει τι, r simpliciter dat λέγει. Ceterum haec ἔπειτα et μετὰ τοῦτο posita sunt ἐκ παραλλήλου, quod Grammatici dicunt, ut ap. Latinos *deinde postea.* Euthyphr. 3. A: ἔπειτα μετὰ τοῦτο δῆλον ὅτι — αἴτιος τῇ πόλει γενήσεται. al. Quod sequitur ἐπιδεικνύμενος τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν dicacitatem redolet atticam; hoc enim, quod sophistarum fere proprium erat, ad legum scriptores nunc transfertur. Voce autem ἐπαινέταις significantur senatus vel populus vel utrique qui rogationem ad ipsos latam accepissent. — μακρὸν] ΣΦr et Vind. 3. a m. s. σμικρὸν. Proxime EF τοιοῦτο, et G λόγοις.

ἐὰν μὲν] P *μὲν οὖν*. Proxime G *οὕτως* pro *οὗτος*, B quod refertur ad *λόγον συγγεγραμμένον*. Quod sequitur *ἐμμένῃ* Schol. p. 63. explicat *δεχθῇ καὶ μὴ ἐκβληθῇ ὁ λόγος*. Verbum *ἐμμένειν* (Latin. *stare*, v. *Horat.* Satir. I, 10, 17. Epist. II, 1, 176., ubi v. Lambin. T. II. p. 316. B.) proprie in fabula dicitur quae probatur vel placet (*Terent.* Hecyr. Prol. 2, 6. al.), eiusque contrarium est *ἐκπίπτειν* (*exigi* vel *explodi*). Vid. *Hemsterh.* ad Lucian. T. 1. p. 242. Bip. et *Heindorf.* ad Gorg. p. 242. Etenim legum scriptor nunc dicitur poeta dramaticus (proprie: cum poeta comparatur, vid. supra p. 257. D.). Quocirca *ὁ ποιητής*, ut praegressum *ἐκ τοῦ θεάτρου* declarat, poëta intelligendus est dramaticus, non, quod *Dorvillio* ad Char. p. 289. videbatur, auctor vel suasor legis. Bene Heindorfius: „coartata est more antiquorum non raro oratio in hanc sententiam: *γεγηθὼς ἀπέρχεται ὁ συγγραφεὺς ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ὥςπερ ποιητὴς ἐκ τοῦ θεάτρου*;" et apposite *Dorvillius* iam attulit locum Plat. Critia 108. B: *προλέγω γε μήν, ὦ φίλε Κριτία, σοι τὴν τοῦ θεάτρου διάνοιαν, ὅτι θαυμαστῶς ὁ πρότερος εὐδοκίμηκεν ἐν αὐτῷ ποιητής*. *Nieuport.* in Nouv. Mém. de l'ac. royal. Brux. T. I. p. 170. corrigebat sine causa *ὡς ἐκ τοῦ θεάτρου*. — *ἐὰν δὲ*] N et Mon. 407. *ἐὰν δή*. — *ἐξαλειφθῇ*] Clark. *Δ* G et pr. *Π* *ἐξαλιφῇ*, quod Bekk. et Stallb. reposuerunt. Verbum *ἐξαλείφειν* (proprie *exstinguere* vel *oblitterare*, v. *Wesseling.* ad Diod. I. p. 207. *Abresch.* Animadv. in Aeschyl. II. p. 438. al.) notionem habet adiunctam reprobandi vel reiiciendi (ut vernac. *streichen*, h. e. *nicht genehmigen*). Polit. III. 386. C: *ἐξαλείψομεν ἄρα — πάντα τὰ τοιαῦτα*. *Lycurg.* in Leocrat. 184. (p. 71. Osann): *φέρε γάρ — εἴ τις ἕνα νόμον εἰς τὸ Μητρῷον ἐλθὼν ἐξαλείψειεν κτλ.* — *ἄμοιρος γένηται*] Haec cohaerent cum proxime sequentibus *πενθεῖ αὐτός τε καὶ οἱ ἑταῖροι*; quocirca pronomen *αὐτός* subiectum debet intelligi verborum *ἄμοιρος γένηται*. Neque haec subiecti mutatio in graeco sermone, quippe non tam grammaticis adstricto legibus, quam libere ac poëtice agitato (ut non forma, sed sensus emineat) offensioni esse debet. Vid. Phaedon. 72. C: *οἶσθ' ὅτι — πάντ' ἂν λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειε καὶ οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο* (int. *ὁ Ἐνδυμίων*). Gorg. 510. B. Theaet. 148. A. al. Vid. quae ad Protag. p. 164. attulimus exempla. — *τε καὶ*] Part. *τε* om. E F.

P. 198. *ὡς ὑπερφρονοῦντες*] *Σr* Vindd. 1. 3. 6. *οὕτως*. Mon. 407. *οὐχ' ὡς*. — *Τί δέ*;] Solus F *Τί δαί*; quod Bekkerus assumpsit. Flor. *θ*. *τί δ' ὅταν*, quod fortasse rectius habet; distinctio certe *Τί δέ*; *ὅταν* vitiosa videtur,

quum *Τί δέ* in sequentem redundet interrogationem. — Quod sequitur *ἱκανὸς — ὥςτε λαβὼν — γενέσθαι* simpliciter est: si *Lycurgi — potestatem nactus — exsistere potest* (ubi *ὅταν* itidem verti potest *ut*, vern. *angenommen dass*). Sic enim solet *ὥςτε* poni, velut Polit. 295. A: *πῶς γὰρ ἄν τις ἱκανὸς γένοιτ᾽ ἄν ποτε — ὥςτε — προςτάττειν τὸ προςῆκον*; Vid. ad Protag. p. 150. et *Poppon.* Proleg. ad Thucyd. p. 146 sq. De Dario, Legg. III. 695. C: *Δαρεῖος γὰρ βασιλέως οὐκ ἦν υἱός, παιδείᾳ τε οὐ διατρυφώσῃ τεθραμμένος· ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν — νόμους ἠξίου θέμενος οἰκεῖν, ἰσότητά τινα κοινὴν εἰςφέρων.* Cf. Epist. VII. 332. A. B. et *Valcken.* ad Herodot. T. V. P. II. p. 92.

ἆρ᾽ οὐκ] Sic Clark. *ΓΔΞΠΣ*DGNOPTr Florr. C g. h. *ϑ*. Vindobb. 3. 4. 6. et Monacc. Volgo *ἆρ᾽ οὖν οὐκ*. Proxime *τέ* abest a *ΣΦρ*. Deinde *Γ ἑαυτὸν*, Mon. 407. *αὐτὸν*. *γιγν*
τὸ γιγνόμενοι B *γενόμενοι*. Deinde *Ξ αὐτὰ ταῦτα*, T et pr. *Π ταῦτα*. In seqq. G *ταὐτοῦ* et Mon. 407. *νομίζουσιν θεώπεοι*. — *Οἴει οὖν τινὰ*] *ΔΠ*DGNOPT Florr. g. h. *ϑ*. Vind. 4. et Monacc. *Οἴει τινὰ οὖν*, quod recte videntur Bekkerus, Stallb. et Buttm. recepisse. Verbum *οἴει* (id quod Graeci mant) cum sequente oratione magis coalescit pronomine *τινά* attracto. In Clark. *οὖν* deest. — *δύςνους Λυσίᾳ, ὀνειδίζειν*] Sic libri edd. recte distinguunt; *δύςνους* enim cohaeret cum *Λυσίᾳ*, et hoc sua sponte ad verb. *ὀνειδίζειν* intelligitur (ut ne opus quidem sit intellecto *αὐτῷ*). Contra Heindorfius: „perperam in his vulgo post *Λυσίᾳ* interpungitur — in quibus *ὀνειδίζειν* dativo suo caret," quod cave credas. Addit: „*αὐτὸ τοῦτο* est *hoc unum*, *αὐτό γε τὸ γράφειν*." Immo *hoc ipsum* (*τὸ συγγράφειν*). In libro *Ξ ὅτι ὀνειδίζει*. Mon. 407. *ὀνειδίζει*. — *οὔκουν εἰκός*] G *οὐ κός*, Florr. a. c. i. *οὐκοῦν*. Pro *γε* H *τε*. De v. *ἐξ ὧν* vid. ad Protag. p. 37. Distinctio ante *ἐξ ὧν* rectius deletur, ut Ald. Bekk. et Stallb. scripsunt. Deinde *Ξ* cum Florr. b. i. *λέγεις σύ*. — *αὑτοῦ*] Clark. *ΔΠ*DGNOPT Florr. g. h. et Mon. 407. (*τῆς ἑαυτοῦ*) dant *αὐτοῦ*, quod Bekk., Stallb. et Buttm. merito revocarunt. Ald. Bas. 1. et 2. *αὐτοῦ*. Proxime T et Mon. 407. *ὀνειδίζει*. Respexit haec *Aristaenet.* 1, 7. pag. 150: *ἵνα μὴ ταῖς σαῖς ἐπιθυμίαις ὀνειδίζουσα λάθοις*.

αὐτό γε] Verba *αὐτό γε — οἶμαι* om. *Σ*. Proxime Vind. D 1. *τοὺς λόγους*. — *οἶμαί γε*] Clark. *ΔΠΣ*DGNOPT Flor. g. et Monacc. *οἶμαι* sine part. *γέ*, quod sequuti sunt Bekk. et Buttm. E *οἶμαί σε*. Proxime Flor. g. et Mon. 407. *ἀλλὰ μικρῶς*. Mox *τε* abest a *Σr*. — *Τίς οὖν ὁ τρόπος κτλ.*]

Recte haec, quae in Ald. Bas. 1. 2. et Steph. Phaedro assignantur, in ΞBCDEGHr Flor. c. Vindd. 1. 3. 6. 7. et ap. Ficinum Socrati tribuuntur, quos praeeunte Heindorfio secuti sunt Bekk. et Stallb. Bene Heindorfius annotat: „Nam per totum hunc sermonem Socrates disputandi tenorem deducit, Phaedri non aliae sunt partes, nisi docilis auditoris. Hac autem quaestione *Τίς οὖν ὁ τρόπος* etc. altera dialogi huius pars priori adiungitur, eandemque iterum post proponit Socrates quaestionem, non Phaedrus (259. E): *Οὐκοῦν, ὅπερ νῦν προὐθέμεθα σκέψασθαι τὸν λόγον ὅπῃ καλῶς ἔχει λέγειν τε καὶ γράφειν καὶ ὅπῃ μή, σκεπτέον.*" Legitur hic locus in Stobaei Florileg. II. p. 20. Gaisf. — *δεόμεθά τοι*] Clark. ΓΔ ΠBCDGHNOT Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. α. Monacc. et Stob. *δεόμεθά τι*, quod recte receperunt Bekk., Stallb. et Buttm. Etenim *τί* (ut post *εἰ, ἦ, πῶς*, al.), Latinorum *quid* (in *ecquid, numquid* al., vern. *etwa, vielleicht*) in quaestione sic frequentari constat. In EFP solum *δεόμεθα* exstat. Deinde post *Λυσίαν* libri plurimi Bekkeri (exceptis EF), omnes Stallbaumi, uterque Monac. et Stob. interponunt *τέ*, quod rite assumpserunt Bekk. Stallb. et Buttm. Ceterum verte: *Lysiam hac in re examinare.* Bene Heindorfius: „Lysiae ceterorumque scripta examinare, in iisque velut in exemplis quibusdam rem considerare." In seqq. Stob. *ἄλλων.* — *πώποτε*] ΣΦr *ποτε.* Vind. 1. *ὅς τίς πώ ποτέ τι γ.* In seqq. Mon. 407. *εἴτε πολιτικὸν ἐν μέτρῳ* (omissis *σύγγραμμα εἴτε ἰδιωτικόν*). Inter se opponuntur *σύγγραμμα πολιτικόν* (*civile*, ergo publicum) et *ἰδιωτικόν* (*privatum*, h. e., ad privatum usum compositum), ut in seqq. *ποιητής* (qui poësin exercet, artem publicam ac popularem, *μουσικὴν δημώδη*, ut Phaedon. 61. A. dicitur) et *ἰδιώτης*, qui, poëtae oppositus, prosae est scriptor, ut Conviv. 178. B: *γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ.* Legg. X. 890. A: *ἰδιωτῶν τε καὶ ποιητῶν.* Vid. *Ruhnken.* ad Longin. p. 410. ed. Weisk. Pro *ἰδιώτης* ΠDNOT et Mon. 11. *ἰδιώτερον*, Mon. 407. *ἰδιότερον*, P. *ἰώτερον.* Sic in praegress. Vindd. 4. 7. α. *εἴτι ἰδιώτερον.*

τίνος μὲν οὖν κτλ.] Mirum de toto hoc loco Heindorfius et Schleiermacherus fecerunt iudicium. Ille: „ipsis his Phaedri verbis *Ἐρωτᾷς — κέκληνται* ex meo quidem sensu nihil hic inferri poterat languidius et ieiunius, nihil Phaedri persona dialogique tenore alienius, nihil denique magis *ἀπροσδιόνυσον.* Quae si sunt Platonis (nam fraudis equidem ne minimum quidem vestigium deprehendo) dormitasse hic putandus est unus omnium optimus scriptor." Schleiermacherus: „Dies

;anze Stelle — wird gewiss im Zusammenhange jedem unbefangenen Leser höchlich misfallen. Nicht als ob das Einzelne les Platon eben unwürdig wäre, sondern weil nichts an seiner Stelle steht" cet. Loci igitur festivitas viros doctissimos fugit. Disputationis tenor hic est: Postquam Socrates ostendit, orationes scribere non per se esse turpe, sed ita ignominiosum esse, si turpiter et male scriberetur (igitur si quis Lysiae exprobrasset quod orationes scriberet, ut Phaedrus narravit 257. C., non hoc ei exprobrasse quod scriberet, sed quod male scriberet), ut Phaedri offensioni occurrat vel irritatum placet, novam hanc instituit quaestionem, quomodo recte secusve scribatur, et ex Phaedro quaerit, num Lysiam aliumve scriptorem hac de re examinari oporteat. Iam homo sermonum avidissimus et Lysiae, deliciarum suarum commemoratione excitatus exprobrat quasi Socrati hoc quod etiam quaerat sitne hac de re Lysias aliusve scriptor examinandus; homo autem maxime irritabilis hac re adeo excitatur, ut leni illi exprobrationi (*ἐρωτᾷς εἰ δεόμεθα*) admonitionem adiungat et doctoris fere partes incipiat: *τίνος μὲν οὖν ἕνεκ' κἄν τις — ζῴη*, et *διὸ καὶ δικαίως ἀνδραποδώδεις κέκληνται*. Quae quidem omnia festivitatem et dicacitatem non Atticam solum, sed subtilem illam tectamque, quae Platonis est propria, spirant. — Pro τίνος Γ τις. Ante v. τίνος, ut memorat Stallbaumius, in Flor. c. duo stigmata sunt, quae indicant aliam personam loqui. Ac sane in Ald. haec *τίνος μὲν οὖν κτλ.* Socrati assignata reperiuntur. — ἕνεκ' ἄν] Clark. ΔΠDGT Flor. g. *ἕνεκα κἄν*, quod merito revocarunt Bekk. Stallb. et Buttm. Ap. Stob. *ἕνεκά τις*. — ὡς εἰπεῖν] Quod volgo explicant: *prope dixerim*, est *ut dicam quod res est* s. *ut recte dicam* (quemadmodum Cicero reddidit in Timaeo), *si verum fateri volumus*, quocirca exprimi potest *re vera*, *omnino* (vern. *in Wahrheit*, *in der That.*) Sic Sophist. 220. E: *τὸ δέ γε λοιπόν ἐστιν ἓν ἔτι μόνον ὡς εἰπεῖν εἶδος*. 229. A: *τὸ γοῦν εἰκὸς ὡς εἰπεῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην δόξαν*. Polit. X. 619. D: *ὡς δὲ καὶ εἰπεῖν οὐκ ἐλάττους εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις ἁλισκομένους τοὺς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἥκοντας, ἅτε πόνων ἀγυμνάστους*. Leg. I. 639. E: *τὰ πολλὰ δὲ ξύμπανθ' ὡς εἰπεῖν διημαρτημένα* (ubi vertimus: *prorsus perversa*; nunc malim: *reapse* perversa). Phileb. 14. E: *ξυγκεχωρημένα δὲ ὡς ἔπος εἰπεῖν ὑπὸ πάντων ἤδη*. al. Similiter *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, ut Gorg. 450. D: *καὶ ἔργου ὡς ἔπος εἰπεῖν ἢ οὐδενὸς προσδέονται ἢ βραχέος πάνυ*. Apol. 17. A: *καίτοι ἀληθές γε ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐδὲν εἰρήκασι* (ubi *ὡς ἔπος εἰπεῖν* est, ni fallor, *revera*, *in der That.*). Hipp. mai. 285. C: *ἐπεὶ οὐδ' ἀριθμεῖν ἐκείνων γε ὡς ἔπος εἰπεῖν πολλοὶ*

ἐπίστανται. al. Cf. *Stallbaum.* ad Phileb. p. 21. Distinctiones ante et post v. *ὡς εἰπεῖν* malim deletas. — *ἤ*] ut latinum est *alioquin*, vid. ad Protag. pag. 89. Deinde *μηδέ* est enim *non*, vid. ad Protag. p. 170 sq. In Σr et Vindd. 1. 3. 6 *οὐ* scribitur. — *ἀνδραποδώδεις*] Attulit Heindorfius Epist. VII. p. 335. A: *ὁ φιλοχρήματος πένης τε ἀνὴρ — πανταχόθεν ἀναιδῶς ἁρπάζει πᾶν ὅ τί περ ἂν οἴηται, καθάπερ θηρίον, φαγεῖν ἢ πιεῖν, ἢ περὶ τὴν ἀνδραποδώδη καὶ ἀχάριστον, ἀφροδίσιον λεγομένην οὐκ ὀρθῶς, ἡδονὴν ἐκπορεῖν αὐτῷ.* *Aristot.* Ethic. III, 10. 24: *περὶ τὰς τοιαύτας δὴ ἡδονὰς ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀκολασία ἐστίν, ὧν καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα κοινωνεῖ, ὅθεν ἀνδραποδώδεις καὶ θηριώδεις φαίνονται. αὗται δ' εἰσὶν ἁφὴ καὶ γεῦσις.* Opponuntur his, addit vir doctissimus, *αἱ ἡδοναὶ αἱ ἐλευθέριοι λεγόμεναι, quibus oculi auresque delectantur.* Cf. *Plutarch.* Symp. p. 706. B. Add. Polit. IV, 430. B: *δοκεῖ γάρ μοι τὴν ὀρθὴν δόξαν περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἄνευ παιδείας γεγονυῖαν, τήν τε θηριώδη καὶ ἀνδραποδώδη, οὔτε πάνυ νόμιμον ἡγεῖσθαι ἄλλο τέ τι ἢ ἀνδρείαν καλεῖν.* Cf. Zell. ad Aristot. Ethic. Nicom. T. II. pag. 21. Lepide autem Plato Phaedrum mollem facit docentem, voluptates rite dici serviles h. e., homine ingenuo liberoque indignas, quae dolore ac labore comparentur (*ὧν προλυπηθῆναι δεῖ*). Etenim philosophis non hoc *ἀνδραποδῶδες* dicitur quod cum dolore ac labore coniunctum, sed id quod a sapientia seiunctum est. Phaedon. 69. B: *χωριζόμενα δὲ φρονήσεως καὶ ἀλλαττόμενα ἀντὶ ἀλλήλων* (int. *ἡδονάς, λύπας, φόβους* al.) *μὴ σκιαγραφία τις ᾖ ἡ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τῷ ὄντι ἀνδραποδώδης τε καὶ οὐδὲν ὑγιὲς οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα.* Quocirca irridentur quodammodo Phaedri *ἀνδραποδώδεις ἡδοναί* in seqq.: *δικαίως ἂν καταγελῷεν ἡγούμενοι ἀνδράποδ' ἄττα σφίσιν ἐλθόντα εἰς τὸ καταγώγιον — μεσημβριάζοντα περὶ τὴν κρήνην εὕδειν.* Quasi scilicet *ἀνδραποδώδης* sit meridiatio. Huc etiam spectat festiva quae de cicadis sine cibo potuque viventibus narrat fabula. Vid. infra ponenda. Respexit, ut videtur, h. l. *Phrynich.* in Bekk. Anecd. gr. I, 29: *ἀνδραποδώδεις ἡδοναί· σημαίνει τὰς εἰκαίους καὶ ἀλογίστους ἡδονάς.* — *Σχολὴ μὲν δή*] Transscripsit h. l. *Stob.* Floril. II. p. 23. Gaisf. — *ὡς ἐν τῷ πνίγει*] Heindorfius: „*ut solent in calore.* Cf. *Aristoph.* Ran. 1095." Cf. *Aelian.* Hist. Anim. III, 38. *Beckmann.* ad Aristot. Auscult. mirab. p. 137. al. Respexerunt h. l. *Themist.* Orat. XXI. pag. 246. A. et *Dio Chrysost.* Orat. XLVII. p. 527. A. — *ἡμῖν*] Sic libri edd. Libri vero Mss. (etiam Monacc. et Stob.) praeter E dant *ἡμῶν* (quod etiam in Bas. 2. exstat); quocirca recte reposuerunt Bekk. et Stallb. Buttmannus: „quamvis me in-

ico dativus longe sit aptior formulae ὑπὲρ κεφαλῆς." At vero μεῶν rem magis per se describit; quocirca sequitur ᾄδοντες non nobis, sed per se) καὶ ἀλλήλοις διαλεγόμενοι καθορᾶν αὶ ἡμᾶς. Fabula quam a se fictam Plato narrat de cicadis et er se venustissima et ratione Phaedri lepidissima reperitur. tenim non Phaedrus solum luditur, cui confabulandi voluptas summum esset bonum, verum etiam Athenienses τεττιγοφόροι (v. *Thucyd.* I, 6. *Aristot.* Hist. Anim. V, 25. Schol. ad ristoph. Nub. 980.), quorum imago quasi est Phaedrus, irridentur, ut ap. *Aristoph.* Av. 39:

Οἱ μὲν γὰρ οὖν τέττιγες ἕνα μῆν' ἢ δύο
Ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσιν, Ἀθηναῖοι δ' ἀεὶ
Ἐπὶ τῶν δικῶν ᾄδουσι πάντα τὸν βίον.

De cicadarum cantu omnia nota sunt, vid. *Polit.* ad Eustath. . II. p. 857, ed. Flor. *Barnes.* et *Fischer.* ad Anacr. XLIII, sq. al. Iccirco poëtarum et oratorum symbolum habebantur v. *Eustath.* ad Iliad. III. p. 395. *Cresoll.* Theatr. Soph. I, 9. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 199.). Huius quoque venustatis fons st *Homerus* Iliad. III, 151:

ἀλλ' ἀγορηταὶ
Ἐσθλοί, τεττίγεσσιν ἐοικότες, οἵτε καθ' ὕλην
Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

διαλεγόμενοι] *Cornarius* Eclog. pag. 48. corrigebat 259
ιαλεγομένους (vertit: *et dum inter nos colloquimur, etiam os intueri*) „ut ad homines, non ad cicadas, referatur." Quo abulae venustas magnam partem periret. — καὶ ἡμᾶς])esunt haec in Clark. Δ G T et pr. Π, quos nollem Bekkerus udivisset. Insignia sunt enim haec ad venustatem; cicadae videlicet lepide superiores naturae describuntur ad homines, tamuam ἀνδράποδ' ἄττα, despicientes. Etiam *Ficinus* expressit verba illa: *canentes et invicem disputantes nos contueri.* ιtque explicantur quodammodo verba καθορᾶν καὶ ἡμᾶς sequentibus: εἰ οὖν ἴδοιεν καὶ νῷ — μὴ διαλεγομένους, ἀλλὰ υστάζοντας κτλ. —

P. 200. κηλουμένους] Hinc infra: ὥςπερ Σειρῆνας quae hanc ob causam a Pindaro dictae sunt Κηληδόνες, v. *Eustath.* ad Odyss. XII. pag. 1709. et *Huschk.* Analect. crit. . 9 sq.), ἀκηλήτους. De verbo κηλεῖν vid. nostra ad Protag. . 49. et *Boissonad.* ad Eunap. p. 228. Mon. 11. κατακηλουμένους. Flor. c. vitiose habet καλουμένους. — ὑφ' αὑτῶν] Monacc. ὑφ' ἑαυτῶν, Σ Φ r b ὑπ' αὐτῶν. Mox G T Flor. h. αταγελῶμεν. Proxime Monacc. ἡγούμενα. — ἀνδράποδ'] Sic b Mon. 407. et Stob.; reliqui libri, ut editi, ἀνδράποδα. Ceterum haud dubie Socrates his verbis Phaedrum irridet

ἀνδραποδώδεις corporis voluptates in praegressis dicuntur, quasi significaturus: ut id, quod monuisti, observemus, committere non debemus ut a suavi cicadarum cantu nos deliniri sinamus et, meridie insuper invitante, somno nos dedamus; aliter verendum est ne cicadae nos derideant et pro mancipiis habeant meridiandi causa in hoc diversorium profectis. In seqq. Flor. α. *μεσημβρίζοντα.* — *Σειρῆνας*] Mon. 407. *σηρήνας*, Vind. 4. *Σειρήνας*. Sirenes, ut constat, tres petras in Paestano sinu incoluisse navigantesque ad illa loca voce sua blanda (unde earum nomen in universum ad suaviloquentiam transfertur, vid. *Abresch.* Lectt. Aristaen. p. 5. *Bergler.* ad Alciphr. p. 179.) allexisse ac retinuisse perhibentur, vid. *Homer.* Odyss. XII. 39 sq. *Virgil.* Aen. V, 864 sq. ubi vid. Heyn. *Strab.* I, 2. pag. 59 sq. Siebenk. Cf. *Lambin.* ad Horat. T. II. p. 212. B. C. *Beckm.* ad Aristot. Ausc. mir. p. 223. et *Ruperti* ad Sil. Ital. XII, 53 sq. XIV, 473 sq.

ἀκηλήτους] T *ἀκ....* Mox libri fere omnes (etiam Monacc. et Stob.) *παρὰ θεῶν ἔχουσιν*, quod recte sequuti sunt Bekk. et Stallb. In ed. Heindorf. II. *ἔχουσι ἀνθρ.* Soli EF cum libris edd. faciunt. — *δὲ δὴ*] Part. *δή* abest a NOP et Monacc. Deinde in Mon. 407. scribitur *δέ τι*. Pron. *τί* abest a Vind. 7. α. Proxime N et Monacc. *τοιοῦτο*, P *τοιοῦτον*. — *ὢν*] Abest a N et Mon. — *τρέπει γε*] Part. *γέ* abest a Clark. et Δ. De partt. *μὲν δὴ* — *γέ* vide *Stallbaum.* ad Euthyphr. p. 65 sq. — *λέγεται δ' ὡς*] Part. *δ'* om. NO et Monacc. Heindorfius malebat *δή*, sine causa. — *τῶν*] abest a CDNOPT Florr. a. c. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc. Sed recte habet *τῶν*, i. q. *τινὲς τῶν ὄντων πρὶν κτλ.* Vid. ad Protag. p. 93. Respexerunt hanc fabulam *Liban.* T. II. p. 640: *ὃ γὰρ ἐπὶ τεττίγων μεμυθολόγηται, λιμῷ τελευτῆσαί τινας ἀνθρώπους ἔρωτι ᾠδῆς, ἔπειτα γενέσθαι τέττιγας τιμῇ Μουσῶν.* Cf. Epist. 414. p. 212. Wolf. *Himer.* Eclog. X. p. 178. al. — *ᾠδῆς*] deest in Mon. 407. — *ὥςτε ᾄδοντες*] Flor. θ. *ὥςτ' ᾄδοντες*. Quae sequuntur *ὑφ' ἡδονῆς* irrisionem quandam continent praegressae Phaedri orationis: *τίνος μὲν οὖν ἕνεκα κἄν τις — ζῴη, ἀλλ' ἢ τῶν τοιούτων ἡδονῶν ἕνεκα?* Quemadmodum enim homines illi prae canendi voluptate cibi potusque obliti sunt, ita Phaedrus quoque prae disserendi aviditate meridiationis obliviscitur, homo quasi non vivens, sed vox semper stridens, quod *Artemidorus* III, 49. in cicadis dicit: *οὐδὲν γάρ εἰσι τέττιγες, πλὴν φωνὴν ἔχουσι — τροφῆς γὰρ οὐ μέτεστιν αὐτοῖς.* Cicadae enim rore credebantur vesci, v. *Aristot.* Hist. Animal. IV, 7. 9. V, 30. *Plin.* H. N. II, 26.

. Cf. *Iacobs.* Anthol. gr. T. I. pag. 121. Nota sunt Ana-
'eontia (43):

Μακαρίζομέν σε, τέττιξ,
ὅτι δενδρέων ἐπ' ἄκρων
ὀλίγην δρόσον πεπωκὼς
βασιλεὺς ὅπως ἀείδεις.

bi v. quae Fischer. p. 167 et 169. collegit. Huc etiam illa
ertinent:

φιλέουσι μέν σε Μοῦσαι
φιλέει δὲ Φοῖβος αὐτός,
λιγυρὴν δ' ἔδωκεν οἴμην —
σοφέ, γηγενές, φίλυμνε,
ἀπαθής, ἀναιμόσαρκε (vel *ἄναιμ', ἄσαρκε*)
σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος.

ἔλαθον τελευτήσαντες] Π ἔπαθον, T ἔπαθον (with λ written above) C
Graserus Spec. Adversar. in Plat. pag. 72: „*sie merkten es gar nicht wie ihr Ende gekommen war*, quum *τελευτῶντες* esset *wie ihr Ende kam.*" Immo aoristus positus est quia actio vel res (non tempus) eminet vel effertur atque eiusmodi actio quae non temporis unius vel certi circumscripta sit terminis (quocirca est fere vernaculum: *sie starben jedesmal ohne es zu wissen*). Vid. ad Protag. p. 14. 34. al. — *αὐτούς*] Cod. Mon. 407. *αὐτούς*. Flor. h. *ἑαυτούς*. Proxime pro *τὸ* ΠΝΤ Mon. 407. et pr. Δ *τῶν*. DOP Vindd. 4. 7. *a.* Florr. g. h. (*ἀπ'* written above) b. Mon. 11. et corr. F *τὸ τῶν*. — *μετ' ἐκεῖνο*] Φ *μετ'*. Deinde Σ Vindd. 3. 6. 7. et Stob. *ἐκείνων*. — *γενόμενον*] „i. e. *εὐθὺς γενόμενον*, *statim ut natum est.*" Heindorfius. — — *ἄσιτόν τε*] Part. *τε* om. Δ. Proxime N et Mon. 407. *ὡς ἐν*. Deinde G *τελευτήσαντες αὐτοὺς — δεῖσθαι γενομένους*. Cum verbb. *παρὰ Μουσὰς ἀπαγγέλλειν* cet. conf. *Philostrat.* Vit. Apollon. VII, 11. p. 287. Olear. et *Liban.* Orat. 31. p. 546. D. Mon. 407. *ἐλθών*, deinde ΞΣGO *ἀπαγγέλλειν*, E *αὐτόν*, T *τιμᾶν*. — *Τερψιχόρᾳ*] Terpsichore, ut nomen eam indicat, chororum est praeses. De hac et sequentibus Musis vid. *Plutarch.* Amat. p. 746. B. C. D. interpp. ad Fulgent. p. 640. et *Creuzer.* Symbol. u. Mythol. III. p. 283 sq. Ceterum volgo, ut in Ξ et rc. Γ, scribitur *Τερψιχόρῃ*, Clark. *τερψιχόραι* (η written above), reliqui (etiam Florr. a. b. c. g. h i. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. *a.* et Mon. 407.) *τερψιχόρᾳ*. Cf. de hac attica forma *Choerob.* in Bekkeri Anecd. gr. pag. 1173. med. — *ἀπαγγέλλοντες*] Mon. 407. *ἐπαγγέλλοντες*, GO *ἀπαγγέλοντες*.

Ἐρατοῖ] Erato, amoris praeses; quocirca in carminibus celebratur et invocatur (v. *Athen.* XIII. p. 4. T. V.) amatoriis. Vid. *Ovid.* Fast. IV, 195. Ars am. II. init. et 425. Proxime NP Mon. 407. τοῖς ἄλλοις. Mox Clark. cum Florr. a. b. c. g. h. i. οὕτως. Vid. quae posuimus ad Protag. p. 66. — τιμῆς ἑκάστης] Clark. cum reliquis libris (etiam Stob. et Mon. 407.) ἑκάστης τιμῆς; solus Par. E. cum libr. edd. facit scribens τιμῆς ἑκάστης. Illud merito receperunt Bekk. Stallb. et Buttm. — Καλλιόπῃ] παρὰ τὸ καλὸν τῆς ὀπὸς dictae, vid. *Phurnut.* de nat. deor. 14. pag. 160. in Opusc. myth. ed. Gal. Calliope (poesis, praecipue epicae praeses: προφερεστάτη ἁπασέων, *Hesiod.* Theog. 78. Cf. Leonid. Epigr. XXVII, 4. in Anthol. T. II. p. 180. Vid. *Ruperti* ad Sil. Ital. III, 222. XII, 390.) et Urania (astronomiae praeses) ad philosophiam traducuntur. *Max. Tyr.* Diss. VII, 2. p. 63: δεῖ δέ τινος, ἄλλης Μούσης ἀνδρικωτέρας, ἣν Ὅμηρος μὲν Καλλιόπην ὀνομάζων χαίρει, ὁ Πυθαγόρας δὲ φιλοσοφίαν. Nostrum locum respexit *Iamblich.* in Stob. Serm. LXXIX pag. 471, 20: ἡ τῶν Μουσῶν πρεσβυτάτη Καλλιόπη. — καὶ τῇ] Mon. 407. καὶ τὴν. Proxime Clark. ΔΞΠΣDGNOP Tr Florr. g. h. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. Monacc. et Stob. μετ' αὐτὴν, quod tot firmatum auctoritatibus merito reduxerunt Bekk. Stallb. et Buttm. Libri E et pr. F μετὰ ταύτῃ. — καὶ τιμῶντας] om. N et Mon. 407., T τιμῶντας post μουσικὴν collocat. — ἀγγέλλουσιν] Sic libri scripti, edd. ἀγγέλλουσι. G ἀγγέλουσιν. — αἳ δὴ] Mon. 407. ἃ δή. — ἱᾶσι] ΓCHT et rc. Ξ cum Ald. Bas. 1. et 2. ἴασι, Stob. ἰῶσι, DE FGNOPr et Monacc. ἴσασι. In Clark. „ἴασιν a p. m. sed

πέμπουσι

abrasum. nunc superscr. sic a manu recentiore ἰᾶσι." Gaisf. Ceterum Platonem verbis περὶ οὐρανόν Uraniae et v. καλλίστην φωνὴν ἱᾶσι Calliopes (v. supra, cf. *Diodor. Sic.* IV, 7.) nomen et significasse et explicasse liquet. — οὖν δὴ] Clark. ΣBH pr. Γ corr. Ξ Florr. a. c. g. h. ϑ. Vindd. 1. 3. 6. δὴ οὖν; sic Phaedr. 242. C. 246. B. 252. E. 256. A. Theaet. 143. E. 150. C. Polit. VI. 497. C. Leg. VII. 802. E. Crit. 49. D. al. A libris ΔΠCDEFGTOP et Monacc. abest δὴ, a ΔΠGT al. οὖν. Deinde ἕνεκεν dant cum libr. edd. Clark. ΣBCEFHDOP Florr. a. b. c. g. h. ϑ. Vindd. 1. 3. 6. pr. Ξ corr. Γ mg. F et Monacc.; in libris ΔΠG οὕνεκεν, T οὕνεκα, N et pr. Γ ἕνεκε, E et Φ ἕνεκα. Bekkerus, quem Buttmannus audivit, scripsit cum ΔΠG πολλῶν δὴ οὕνεκεν; sed rectius mihi videtur Stallbaumius cum longe plurimis ac praestantissimis libris dedisse δὴ οὖν ἕνεκεν. Sic ἕνεκεν Conviv.

:10. E: οὐ δὴ ἕνεκεν καὶ οἱ ἔμπροσθεν πάντες πόνοι ἦσαν. Charm. 165. A. Men. 82. A. Theag. 121. A. Hipp. mai. 302. ι. Demodoc. 383. B. Eryx. 401. E. Definit. 413. A. 416. al. — λεκτέον τι] lacuna in *Δ*.

γὰρ οὖν] DOP Flor. h. Vindd. 4. 7. *α.* et Monacc. E οιγαρούν. Part. γάρ fortis est affirmatio (vern. *Freilich müs-sen wir reden*). Sic Gorg. 466. E: Φημὶ γὰρ οὖν. al. Vid. ad Protag. p. 39. Schleiermacherus h. l. notavit pag. 388: „Und vie kann eben dieser Phaedros nun noch nach der schönen Dichtung halb unnöthig sagen: *Reden also wollen wir?*" Imno hoc: *Freilich müssen wir reden* bene in Phaedrum sermonum avidissimum quadrare quis est quin videat? Lepide autem Plato Phaedrum (quippe hominem instar cicadarum nihil aliud quam loquentem) facit simpliciter dicentem: *Sane s. omnino lisserendum*: quasi in Socratis oratione πολλῶν δὴ οὖν ἕνεκεν λεκτέον τι καὶ οὐ καθευδητέον ἐν τῇ μεσημβρίᾳ ad hoc tanum: λεκτέον animum attenderit. — Οὐκοῦν] lacuna in *Δ*. Verba οὐκοῦν — τὸν λόγον om. *Γ* et Flor *ϑ*. Proxime G σκέψαι. Deinde καλῶς abest a *Δ*. Proxime CT ἔχειν. V. καλῶς — καὶ ὅπῃ desunt in G.

P. 202. ὑπάρχειν] T*Π* ὑπάρχει. Monac. 11. ὑπαρέχειν, Mon. 407. ὑπαρέχειν. Mox *Π* a rc. m. δή. Deinde *ΔΠ* DGNOPT Florr. a. c. g. h. Vindd. 7. *α.* et Monacc. εὖ γε, quod receperunt Bekk. Stallb. et Buttm. Vind. 3. εὖ καὶ καλῶς. Mox T εἰδυῖα. Deinde Clark. et Monacc. τὸ ἀληθές. Mox T ἀναιρεῖν pro ἂν ἐρεῖν. Vind. *α.* μέλῃ. Ad rem, expressit fere hunc locum *Cicero* de Orat. I, 6: *Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consequutus. Etenim ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio, quae, nisi subest* (graec. ὑπάρχειν) *res ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet eloququtionem et paene puerilem.* In universum haec dialogi nostri pars artis rhetoricae magistris (v. c. Aristoteli, vid. *Geddes* in: Essay on the Composition cet. Sect. VI. p. 80 sq. 91 sq.) facem praetulit. — περὶ τούτων] Clark. ceterique omnes libri (etiam Monacc.) περὶ τούτου; soli ΞH cum libris edd. faciunt. Quocirca recte Bekk. et Buttm. π. τούτου revocarunt. T σοῦ τοῦ.

τῷ μέλλοντι — δίκαια] Om. haec Mon. 407. 260 Quae Phaedrus profert, ea egregie sophisticae eloquentiae ingenium adumbrant, quippe quae non verum (vere iustum cet.) spectet, sed inanem sectetur speciem et ad imperitae, cui persuadere studeat, multitudinis opiniones et iudicia sese accom-

modet. Haec non est ars, quippe quae a cognitione eaque altiore (philosopha) seiungi non possit, sed ἄτεχνος τριβή (vid. infra 260. E.). Ab his vero (Siculis) rhetoribus Lysias profectus erat. — δόξαντα] corr. Γ. Proxime T πλήθη. — οἵπερ] T εἴπερ, N et Mon. 407. ἅπερ. Mox E et pr. F οὐδ' ὄντα; οὐδὲ abest a T et pr. Π. Deinde Mon. 407. ὄντος. In seqq. pro ἢ ΣΦF καί. — Οὔ τοι ἀπόβλητον] Sic libri omnes, etiam edd. Ald. Bas. 1. et 2. (ΠT οὔτοι); in solo Stephaniano (unde in reliquos libros fluxit) operarum sine dubio vitio exstat οὔποι. Verba οὔτοι — ἔπος sunt Homerica Iliad. II, 361:

Οὔτοι ἀπόβλητον ἔπος ἔσσεται ὅ, ττι κὲν εἴπω.

Similiter Il. III, 65:

Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

Theocrit. XVII, 136: ἔπος οὐκ ἀπόβλητον Φθέγξομαι ἐσσομένοις. Quod posteriores quoque scriptores frequenter imitati reperiuntur, ut *Lucian.* Tim. §. 37. T. I. pag. 51: οὔτοι ἀπόβλητά εἰσι τὰ δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός. *Apulei.* Apol. p. 275. ed. Elmenh. Vid. *Casaub.* ad Athen. I, 25. — δεῖ ὦ] Δ δὴ ὅ; in ΠDNOPT Florr. g. h. Vindd. 4. 6. α. et Monacc. desideratur v. δεῖ. — σοφοί] Heindorfius: „quum certum h. l. sapientum genus significetur, sophistarum rhetorumque, vide an praestet ὃ ἂν εἴπωσιν οἱ σοφοί." Subiicit Buttmannus: „Atqui melius per ironiam hic σοφοὺς, quam ex vulgari sermone τοὺς σοφοὺς eos appellat Socrates." Immo oratio sententiae generalis habet speciem; quocirca significantius positum est σοφοί. In praegr. Mon. 407. ὅταν ἂν εἴπωσι σοφοί. — μή τι λέγωσι] Sic libri omnes tam scripti quam editi. *Schäferus* ad Gregor. Corinth. p. 824. corrigebat μή τι λέγουσι (*num forte dicant*), idque amplexus est Stallbaumius in Var. Lectt. p. 424. et ad Menon. p. 45. „ἀλλὰ σκοπεῖν (δεῖ) μή τι λέγουσι, ubi vulgo inepte λέγωσι." Nos quoque Praef. p. VI. hoc probavimus, nunc vero aliter sentimus. Etenim ineptum funderet sensum μή τι λέγουσι: *numquid dicant*, int. sapientes, quasi de hoc addubitare quis possit (λέγειν enim τί est, ut constat, dicere quod alicuius momenti, h. e. quod verum vel consentaneum est, v. *Hermann.* ad Viger. p. 731. et Matth. Gramm. gr. p. 912.). Sensus igitur, ni fallor, postulat σκοπεῖν μή τι λέγωσι: *videndum ne verum dicant* (vern. *ob sie nicht Recht haben*, in quo latet cogitatio sapientes non posse nisi verum dicere), contra σκοπεῖν μή τι λέγουσι esset *videndum num quid* vel, *num verum dicant*, vern. *vielleicht Recht haben*, in quo significatio ine... dubitationis, ergo cogitatio, etiam fieri posse ut dicant quod non sit verum, h. e. eos putari

non verum dicere, quod, quum de sapientibus h. l. agatur, repugnaret. Laudanda est igitur hoc quoque loco Bekkeri, viri praestantissimi, prudentia qui volgatum μή τι λέγωσι retinuerit. Oratio autem σκοπεῖν μή τι λέγωσι vide ne Graecorum more e duabus sit in unam coacta; quemadmodum enim in verbo σκοπεῖν duplex sententia inest, *explorandi* et *videndi*, sic etiam μή τι λέγωσι ita positum videri possit ut sit τί λέγουσι *(explorandum quid dicant)* et μή τι λέγωσι *(videndum ne verum dicant)*. Quocirca plena sententia haec esset: *sed explorandum quid dicant*, quia vereri nos oportet ne verum sit quod dicant (h. e., siquidem cogitare debemus eos, quippe sapientes, verum dicere). — καὶ δὴ καὶ] posterius καί om. G. Proxime Σ Vindd. 1. 3. 6. πύθοιμι. In seqq. art. τούς ante v. πολεμίους ignorant Clark., Bekkeri libri (praeter Ξ), Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ, Vindd. 1. 4. 6. 7. α. et Mon. 407. Quos recte sequuti sunt Bekk. et Stallb.

ἀγνοοῖμεν] Γ ἀγνοοῦμεν. In praegressis Mon. 407. ἵππων. Proxime pro ἡμέρων ΣΦΝr Mon. 407. et pr. Γ ἡμετέρων. Mox Mon. 407. γάρ pro γ' ἄν, deinde ὦ σώκρατε οἴη (ut NO), P Mon. 11. cum rc. Π et pr. D οἴει. A Clark. ΔGT abest εἴη. Post v. ὦτα oratio interposita Phaedri responsione interrumpitur; continuatur vero in seqq. ὅτε δή cett. — οὔπω γε] Clark. ΔΠDGNOPT Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc. οὔπωτε. In seqq. Clark. Vindd. 2. 3. 4. 7. et Monacc. ἄλλοτε, H ὅτι pro ὅτε. Deinde δή abest a Clark. ΔΠ DGNOPT Vindd. 2. 3. 4. 7. et Monacc. — σπουδῇ] Clark. σπουδή. Proxime Φ (Stallbaumius memorat praeterea Vindd. 2. 3. 4. 7., male addens Bodl., quum e libro Bodl. s. Clark. nihil enotaverit Gaisfordius) πύθοιμι, Σ πυθοίμην. — λόγον ἔπαινον] Substantivum ἔπαινον explicationis causa (vern. *als Lob* s. *zum Lobe)* appositum est ita ut adiectivi videatur partes obtinere, v. *Stanlei.* ad Aeschyl. Prom. 2. *Valcken.* ad Eurip. Phoeniss. p. 38. *Fischer.* ad Weller. III. 1. p. 292 sq. *Ruperti* Ind. ad Sil. Ital. p. 176. Subst. I. Varr. Lectt. p. 40. et *Iacob.* ad Lucian. Tox. p. 120 sq. Monacc. λόγων; deinde NO et Monacc. λόγου pro ὄνου (Mon. 11. περὶ τ. λόγου). Proxime E ἵππων. — κεκτῆσθαι] ΣΦr κεχρῆσθαι. Deinde στρατείας T pro eo quod libri reliqui omnes habent στρατιᾶς; et hoc Heindorfius iam, Spaldingio suasore, reposuerat. Frequentissima est autem vocum στρατιά et στρατεία permutatio, vid. *Ruhnken.* ad Tim. 240. (p. 200. Koch., qui plura adiecit). — ἀποπολεμεῖν] Vind. 3. πολεμεῖν. Heindorfius: „ἀποπολεμεῖν est πολεμεῖν ἀπ' αὐτοῦ, τοῦ ὄνου. Protag. 350. A: ἀπὸ τῶν ἵππων πολεμεῖν. Neque

aliter intelligendum *ἀπομάχεσθαι* relatum ad *βασιλεῖα* in Cyrop. III, 1. 1. et ad *τεῖχος* ib. V, 2. 2.“ Cf. *Buttmann.* Exc. 1. ad Alcib. 1. p. 174. ubi explicat *sedentem in eo pugnare.*

εἴη] NT et Mon. 407. a pr. *οἴει*, a corr. m. *οἴη.* In praegressis Clark. *παγγελοῖον.* In seqq. Mon. 407. om. *ἄρ' οὖν.* — *φίλον*] Sic FNO Vindd. 4. 6. 7. *a.* et Morae. Eandem expressit Ficinus scripturam vertens: *nonne praestat ridiculum amicum esse, quam gravem et inimicum?* Hermias (p. 182.) videtur legisse *οὐ κρεῖττον γελοῖον καὶ φίλον, ἢ δεινὸν καὶ ἐχθρόν;* Libri interponunt *ἢ* (*ἢ φίλον*), quod Cornarius iam deletum voluerat, scribi iubens *τὸν φίλον* (sed articulo hîc nihil est loci). In P desunt *εἶναι ἢ φίλον*, quod Bekkerum videtur adduxisse ut v. *ἢ φίλον* uncis secluderet. Egregie tamen sensum adiuvat appositum *φίλον* (vern. als *Freund),* quod refertur ad *γελοῖον* simulque ad *δεινόν* et *ἐχθρόν* (ut *φίλον* ratione habita vocis *ἐχθρόν* idem sit quod *ἀντὶ φίλου*: vern. *sich als Feind zu zeigen, statt sich als Freund zu beweisen).* Etenim *φίλον* spectat tam ad praegressa (ubi Socrates dicit: si ego *amicus* tibi persuaderem ut ad hostes propulsandos asinum pro equo tibi parares), quam ad sequentia, ut bene Heindorfius animadvertit: „nimirum ille *ῥητορικός*, qui callide persuadendo populum in perniciosam inducit fraudem, *φίλον* tamen civitatis se esse profitetur, ut h. l. qui *φίλος* esse putetur, vel maxime esse possit *ἐχθρός.* *Sophocl.* Oed. Tyr. 581: *Ἐνταῦθα γὰρ δὴ καὶ κακὸς φαίνῃ φίλος.*“ Quocirca *φίλον* (sine *ἢ*) veram existimo scripturam, quam Stallbaumius quoque sequutus reperitur, ipseque nunc antiquo quod conieci *φίλῳ* (quod penderet e v. *ἐχθρόν*); significantius est enim *φίλον* (*als Freund,* h. e., *demjenigen Feind zu seyn, dessen Freund man seyn will* vel *zu seyn vorgiebt).* — *περὶ ὄνου σκιᾶς*] N et Mon. 407. *ὄνους.* Proximum *σκιᾶς* Spaldingius et Heindorfius delendum esse arbitrabantur (et exterminavit Buttm.), tamquam „a glossatore intrusum proverbii illius *περὶ ὄνου σκιᾶς* male memore.“ Addit Heindorfius: „agnoscit tamen hoc additamentum Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 191., itemque scholl. Plat. Ruhnk. p. 64. et in Anecd. Siebenk. p. 66., ut iterum adsit exemplum glossematis ante grammaticorum aetatem illati.“ At vero nullum omnino scripturae discrepantiae in libris deprehenditur vestigium, nec est quod in v. *σκιᾶς* offendas; immo venuste proverbium positum est *περὶ ὄνου σκιᾶς* propter opposita *ἀλλὰ περὶ κακοῦ*; est enim ridiculum et pro nihilo fere putandum (hinc *σκιά*) si quis asinum pro equo commendat, at malum pro bono si suaserit, perniciosum hoc censeri oportet. *Μὴ περὶ ὄνου*

ικῶς est igitur: *non de asino, qui nihil est ad malum*. De proverbio illo vid. Schol. Aristoph. Vesp. 191. *Zenob*. VI, 28. et *Solan*. ad Lucian. Hermot. §. 71. T. IV. p. 417. Bip. *Taylor*. Proleg. ad Demosth. T. VIII. p. 770. Reisk. interpp. ad Demosth. Orat. de pace p. 63. Apparat. ad Demosth. I. p. 403. al. Proxime art. τόν om. NP et Mon. 407. Deinde ποιούμενος abest a Florr. g. h. — πλήθους] DNP Florr. g. h. Vindd. 3. α. Monacc. et corr. F πλήθει. Proxime Mon. 407. μεμελετικῶς.

P. 204. ὧν ἔσπειρε] Sic ΓΣΒΗr Florr. a. c. h. et Vindd. 1. 3. 6., quod coniecerat Stephanus et cum Heindorfio Bekkerus reposuit; praestantissimi tamen libri, ut Clark. ΔΛΠ al. cum libris editis tuentur ὃν ἔσπειρε; etiam Ficinus vertit: *segetem quam sevit messurum*. Etenim καρπὸν ὃν ἔσπειρε θερίζειν Plato sine dubio posuit propter proverbium quod Hermias p. 182. affert: ὁ κακὰ σπείρων κακὰ θερίζει. Cf. Schol. Ruhnk. p. 65. (p. 317. Bekk.) et *Erasm*. Adag. III, 7. 60. p. 649. ed. Colon. Verba, praemisso ποῖόν τινα, in quo sententiae vis inest, ita coacta sunt ut solvi possint: καρπὸν ὃν ἔσπειρε ποῖόν τινα οἴει εἶναι ὃν μετὰ ταῦτα ἡ ῥητορικὴ θερίζει; Quocirca recte arbitror Stallbaumium volgatum ὃν retinuisse. In N et Mon. 407. ὃν om. — οὐ πάνυ γε] Sic Clark. ΔΠDGNOPT Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc., quos sequuti sunt Bekk. Stallb. et Buttm. A reliquis libris, ut edd., part. γε abest. — τέχνην] Libri edd. omnes post τέχνην interrogandi signum ponunt; rectius vero, ni fallor, habet μέση quae dicitur στιγμή (ut in Mon. 407.), siquidem ἆρ' οὖν etiam extra interrogationem ponitur sensu affirmandi (vern. *wohl*), vid. ad Protag. p. 69. — τί ποτ'] Mon. 407. τί ποτε. — οὐδένα] Γ et Florr. i. θ. οὐδέν', quod cum Bekkero recepit Stallb. In libris ΔΠDGNOT Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc. οὐδέν. Ceterum idem tractatur argumentum idque copiosius Gorgia, vid. inprim. p. 459. D. Proxime Flor. b. ἀληθές. — εἴ τις] Clark. ΔG et pr. Π εἴ τι. — ἐμῇ ξυμβουλῇ] Stephanus: „Videri possit aliquid deesse huic loco, alioqui scribendum ἐκτήσατο: sed crediderim potius desiderari verbum χρῆται post illos dativos ἐμῇ ξυμβουλῇ, cum quo λαμβάνει scribendum fuerit hoc modo: ἀλλ' εἴτις ἐμῇ ξυμβουλῇ χρῆται, κτησάμενος ἐκεῖνο, οὕτως ἐμὲ λαμβάνει, id est, sed si quis meo consilio utitur, postquam veritatem sibi comparavit, tum demum me assumit vel adsciscit, q. d., non prius me assumit, quam veritate instructus fuerit. Posset autem scribi etiam ἐμοὶ ξυμβούλῳ χρῆται, ut libro De rep. quinto: ἐμοὶ μὲν (ἔφη) συμβούλῳ χρώ-

μενος μενεῖ ἐπὶ τούτῳ τῷ βίῳ. Siquis vero lectionem nostram retinere vellet, primum verbum ἐστί cum part. κτησάμενος vel addi vel subaudiri saltem oporteret (quorum utrumque durum fieret), deinde cum infinitivo λαμβάνειν repetendum esset per subauditionem ἀναγκάζω: sed vereor ut satis rationi consentaneum sit illam dicere Cogo illum me assumere." Heindorfius: „Primum dativi hi ἐμῇ ξυμβουλῇ, *ex meo consilio*, non sunt ex usu Platonis. Tum dure post κτησάμενος deest ἐστί, cuius ita omissi velim exempla mihi Platonis indubitata monstrari. Denique infinitivus hic λαμβάνειν quamquam possit quodammodo defendi repetendo συμβουλεύω vel huiusmodi verbo ex praegresso ἀναγκάζω, tamen parum est commodus. Verum igitur vidisse puto Stephanum ita emendantem: ἀλλ' εἴ τις ἐμῇ ξυμβουλῇ χρῆται, κτησάμενος ἐκεῖνο οὕτως ἐμὲ λαμβάνει: *sed si mea quis utatur auctoritate, cognita prius vera rei cuiusque ratione, tum demum me adhibet.*" Neque tamen eius quod interpositum volebat Stephanus χρῆται ullum in libris deprehenditur vestigium. Quocirca in ed. Phaedri (a. 1810) dedi εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή, quod Vind. 3. postea confirmatum vidi, idque recepit Stallbaumius et Schleiermacherus quoque (Vers. ed. II. a. 1817. emiss. p. 389.) proposuit vertens: *sondern gilt mein Rath.* Bekkerus, quem Buttmannus sequutus est, volgatam retinuit, quae, si quid video, nullo potest pacto defendi, licet *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1094. ad anacoluthiam quae dicitur confugiens ita haec explicare studuerit ut εἴ τις κτησάμενος positum esse sumeret pro εἴ τις κτησάμενος μανθάνειν βούλεται. Quod vereor ut probari cuiquam possit. Pro εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή (int. ἐστί) scribi etiam posset: ἀλλ' ἔστιν ἐμὴ ξυμβουλή, quum εἴ τις et ἔστιν facile potuerint inter se confundi. Attamen praetulerim εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή, quippe quod maiorem vim habeat: *si consilium meum alicuius est momenti, ut audiatur*, h. e., *si hoc quod moneo auditur.* — κτησάμενον] Libri habent κτησάμενος — λαμβάνειν; illud, κτησάμενος, cum edd. libri tuentur omnes; contra plures libri (v. infr.) habent λαμβάνει, quod propter participium κτησάμενος res ipsa docet reponendum esse; cohaerent enim, ut partic. οὕτω (de qua vid. ad Protag. p. 95.) iam declarat, κτησάμενος et λαμβάνει. Hanc igitur genuinam existimo scripturam: ἀλλ' εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή, κτησάμενος ἐκεῖνο οὕτως ἐμὲ λαμβάνει. Λαμβάνει est *discit*, i. q. *mox discet*, vel discere eum oportet; λαμβάνειν enim, *percipere*, est h. l. *addiscere*, ut Lachet. 182. B: ταῦτα λαβών, al.; praesens autem ita ponitur, ut, si sensum lenius velis exprimere, vel futurum vel verbum aliquod auxiliare (vern. sollen,

aüssen al.) ponere debeas, ut in notissimis illis πῶς λέγομεν, id. *Heindorf.* ad Gorg. p. 109. Theaet. 441. *Iacobs.* ad Achill. Tat. p. 558. et *Iacob.* ad Lucian. Toxar. p. 159. Pro κεῖνο N et Mon. 407. ἐκεῖνον, Σ τὸ ἀληθὲς ἐκεῖνο. Vind. 4. τησ. τἀληθὲς οὕτω. Deinde DNOP Vindd. 4. 7. α. Flor. h. t Monacc. λαμβάνει, quod Stallbaumius recepit. — τὸ δ' οὖν] Clark. τοδεδουν, ΓΔΠBCDGHNOr Florr. a. b. c. . h. i. ϑ. et Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. τόδε δ' οὖν (Mon. 407. ὁ δὲ δ' οὖν), quod rite revocarunt Bekk. Stallb. et Buttm. Σ τότε. Ceterum μέγα dici grave s. quod magni est momenti onstat, v. *Hemsterhus.* ad Lucian. Nigrin. §. 1. T. 1. p. 230. Bip. *Valcken.* Opusc. critt. V. II. p. 206. al. In T lacuna est; deinde vv. ἄνευ ἐμοῦ — ἐάν οἴγε om. Γ. — τέχνῃ] Clark. BC τέχνῃι, idque iam Heindorfius de coniectura dederat pro volgato τέχνη. Sic 261. B. C. D: τὸν οὖν — Παλαμήδην λέγοντα οὐκ ἴσμεν τέχνῃ. 266. D. al. Est Latin. *ex arte* vern. *kunstmässig*), ut Anthol. gr. T. 1. p. 152. Iac. al. Cf. *Ernesti* Lexic. rhet. p. 353. Verbum πείθειν spectat ad notam llam artis rhetoricae definitionem ex quo πειθοῦς dicitur δημιουργός, vid. Gorg. 452. E. 453. A. Phileb. 58. A. al. Hinc *Cicero* de invent. I, 5: Officium autem eius facultatis videtur esse dicere apposite ad persuasionem, finis, persuadere dictione. Cf. *Quintil.* Inst. Orat. II, 15. al.

Οὐκοῦν — ταῦτα] In libris edd. haec verba Socrati, E et sqq. Φημί cet. Phaedro tribuuntur; sed res ipsa clamat haec esse Phaedri, sequentia vero Socratis; accedit Vindd. 1. 3. 4. auctoritas. Etenim Phaedrus, qui rhetorum se causae addixisset, quî poterat non assentiri id quod Socrates rhetoricam ipsam fecerat loquentem? Quam hominis inconsiderati temeritatem restringit Socrates reponens: Φημί, ἐὰν οἵ γε ἐπιόντες αὐτῇ λόγοι μαρτυρῶσιν εἶναι τέχνη κτλ. Atque hanc orationis distributionem sequuti sunt Bekker. et Stallb. Heindorfius ita hunc locum volebat constitutum: ΦΑΙ. Φημί. ΣΩ. Ἐὰν οἵ γε — τέχνη. Sed φημί Socratis esse patet. Sic Ficinus quoque: *Annon iure haec dixerit? Socrat. Fateor equidem* cett. Sic in ed. Venet. a. 1491.) — ἐὰν οἵ γε] om. Γ. Pro γέ Florr. g. h. ϑ. et Monacc. γ'. Proxime ΔG αὐτοὶ, deinde T λόγω. In seqq. Vindd. 1. 6. μαρτυροῦσιν, deinde Mon. 407. Σr Vindd. 3. 6. τέχνην. — ὥςπερ γάρ —] ὥςπερ est quodammodo, *fere*, vid. ad Protag. p. 173. — λόγων] T λόγω. Deinde ψεῦδος pro ψεύδεται. — ἄτεχνος τριβή] *Appulei.* de doctr. Plat. p. 16: *usus nulla ratione collectus; hic enim ἄλογον τριβὴν eloquuti sumus, quae persuasum velit quod docere non valeat.* Gorg. 463. B: οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ'

ἐμπειρία καὶ τριβή. 501. A: ἄλογος — τριβὴ καὶ ἐμπειρία. Legg. XI. p. 938. A: εἴτ' οὖν τέχνη, εἴτε ἄτεχνός ἐστί τις ἐμπειρία καὶ τριβή. Phileb. 55. E: τὰς αἰσθήσεις καταμελετᾶν ἐμπειρίᾳ καί τινι τριβῇ, ταῖς τῆς στοχαστικῆς προςχρωμένους δυνάμεσιν, ἃς πολλοὶ τέχνας ἐπονομάζουσιν. Appellatus vero locus laud., et *Plutarchi* illa (de virt. docend. p. 440. A.) ἄλογος τριβή spectant ad Gorg. 501. A., non ad h. l.: sine causa *Wyttenbachius* Bibl. crit. V. III. P. IV. p. 7. coniecerit duplicem antiquitus in Platonis dicto lectionem versatam esse. Hunc autem locum et Gorgiam respexisse *Cicero* videtur de Orat. I, 2: „quod ego prudentissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam, tu autem illam ab elegantia doctrinae segregandam putes, et in quodam *ingenii* atque *exercitationis* genere ponendam.“ In Δ scribitur ἀτεχνοστριβῇ. — τοῦ δὲ λέγειν — γένηται] Haec verba et per se absona sunt atque a Platonis ingenio aliena; ineptum enim foret si Plato Socratem faceret orationes quasdam non sine aliqua superbia nuntiantem vel indicentem, quibus probaretur rhetoricam non artem, sed exercitationem artis expertem esse, deinde Laconis nescio cuius dictum adiungeret. Accedit quod orationis continuatio (ὥςπερ γὰρ ἀκούειν δοκῶ τινῶν — λόγων — ΦΑΙ. Τούτων δὴ τῶν λόγων κτλ.) plane interrumpitur interiectis τοῦ δὲ λέγειν — γένηται. Denique Phaedrus in responsione haec plane praetermittit et v. τούτων — τῶν λόγων ponit, quae indicant proxime praecessisse τινῶν — λόγων. Quocirca recte iam Heindorfius et Schleiermacherus haec pro spuriis habuerunt, quamquam Bekkerus et Stallbaumius aliam tenent sententiam. Verba illa τοῦ δὲ λέγειν — γένηται Laconis cuiusdam dictum sunt quod memorat *Plutarchus* Apophthegm. Lacon. 233. B: Μεγαλυνομένου τινὸς ἐπὶ τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, εἶπέ τις Λάκων, Ἀλλὰ νὴ τὼ σιώ, τέχνη ἄνευ τοῦ ἀληθείας ἧφθαι οὔτε ἐστὶν οὔτε μήποτε γένηται. Quod quidem margini quum adscriptum esset, in ipsam deinde Platonis illatum est orationem. In P pro τοῦ exstat τοῦτο. Mox ἔτυμος NOP et Mon. 407. ἕτοιμος. In Δ lacuna est. In Clark. „ἕτοιμος ἄνω ex emend. vetusta; sed aliud nescio quid a p. m.“ Gaisf. Proxime NO Mon. 407. καὶ ἄνευ. Deinde μήποθ' Γ, om. ΣΦr Vind. 4. Mox ὕστερον dant libri scripti (etiam Florr. a. b. c. g. h. i. Vindd. 1. 6. et Monacc.) cum Bas. 2.; reliqui, ut Paris. E., cum Ald. Bas. 1. et Steph. ὑστέρως scribunt. Stephanus in Annot. „Legitur etiam ὕστερον, quo uti potius solet; sed fortasse Lacon ὑστέρως quam ὕστερον dicere maluit.“ Merito ὕστερον revocarunt Bekk. Stallb. et Buttm. Denique pro γένηται Δ γινητε, Σr et Vind. 6. γενήσεται.

Τούτων δὴ τῶν λόγων] DNOP Flor. g. Vindd. a.261 f. et Monacc. τούτω δὴ τὼ λόγω (Mon. 407. τῷ λόγῳ). Pro δὴ ΣCr Florr. a. c. Vindd. 1. 3. 6. (E δὴ) scribunt δεῖ (ex solemni fere vocum δή et δεῖ permutatione), quod, quum orationem reddat languidam et ieiunam, miror Bekkerum et Stallbaumium recepisse. Etiam Schleiermacherus id sequutus est vertens: *Diese Reden brauchen wir, o Socrates.* Annotavit vir doctus p. 390: „Warum soll man nicht in schlimmer Sache (?) die Hülfe auch weniger Handschriften annehmen, welche δεῖ lesen statt δή?" Quam pravam dicit causam vir ingeniosus, eam ipse depravavit, quum per se optima sit. Etenim genitivi τούτων — τῶν λόγων absolute positi sunt, sicut solet a Graecis genitivus poni, ubi aliae linguae praepositiones vel alias dictiones usurpant (ut Latin. *de*, nostrum illud obsoletum: *von wegen*, h. e., *in Betreff* s. *was betrifft*); atque huiusmodi genitivi praecipue ita poni solent, si nomen, de quo sequens oratio agit, quia sententiae pondus habet, elatum volt scriptor, ut h. l. τούτων — δὴ τῶν λόγων, ἀλλὰ δεῦρο αὐτοὺς παράγων ἐξέταζε: *diese Reden nun* (i. q. *was nun diese Reden betrifft*), *bringe sie doch her um zu sehen* cet. Idem vero nomen praemissum, quasi per se positum sit, in sequente oratione etiam repetitur, ut *Xenoph.* Oecon. III, 11: τῆς δὲ γυναικός, εἰ μὲν διδασκομένη ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς τἀγαθὰ κακοποιεῖ, ἴσως δικαίως ἂν ἡ γυνὴ τὴν αἰτίαν ἔχοι. Sic Phaedon. 78. D: Τί δὲ τῶν πολλῶν καλῶν, οἷον ἀνθρώπων ἢ ἱματίων ἢ ἄλλων ὡντινωνοῦν τοιούτων — ἆρα κατὰ ταὐτὰ ἔχει κτλ. Gorg. 509. D. Polit. V. 470. A. Legg. VI. 737. D. VIII. 849. E. IX. 869. D. X. 904. D. Charmid. 165. D. De lege 318. A. Cf. *Matthiaei* Gramm. gr. pag. 650. et *Schäfer*. Apparat. ad Demosth. T. II. p. 202. *Stephanus* in marg. „Nihil deesse puto, sed ex praeced. subaudiri ἀκούειν δοκῶ, q. d. Has, inquam, rationes, audire mihi videor. „*Heindorfius* ante τῶν insertum volebat τίνων: τούτων δὴ τίνων τῶν λόγων (int. δοκεῖς ἀκούειν). Quae pro nihilo sunt putanda. Particula ἀλλά refertur ad imperativum ἐξέταζε. — *τί κ. πῶς*] F πῶς κ. τί. — *Πάριτε δή, ὦ θρέμματα γενναῖα*] Libri edd. (etiam Heindorf.) πάριτε δὴ θρέμματα γενναῖα. Recte Bekk. et Stallb. Πάριτε δή, θρέμμ. γενν. Illud ὦ, quod interposuimus, ab omnibus abest libris, nec eo opus est, vid. *Bornemann.* ad Xenoph. Conv. p. 145. De v. θρέμμα vid. ad p. 240. B. Lepide vero Socrates orationes, quas indixerat, coram Phaedro orationum avidissimo quasi collocat, et festive Phaedrum vocat καλλίπαιδα, quippe qui tam pulchra θρέμματα procreet, h. e.,

excitet; παῖδες enim dicuntur orationes, scriptiones al., quippe ingenii fetus, ut ap. *Liban.* Ep. 929. pag. 434. Ep. 1037. p. 485. al. Simul vero Phaedri irrisio, quippe qui pulchras habeat delicias (Lysiam), in hac voce videtur inesse. Respexit h. l. *Plutarch.* Quaest. Plat. p. 1000. F: τῶν δὲ ἐρωτικῶν λόγων πατέρα Φαῖδρον ἐν συμποσίῳ προςεῖπεν, εἰςηγητὴν αὐτὸν γενόμενον, ἐν δὲ τῷ ὁμωνύμῳ διαλόγῳ καλλίπαιδα (scribitur vitiose *Καλλιπίδαν*). — πείθετε] Clark. et Mon. 407. πείθεται. — ὡς ἐὰν] Sic Clark. ΔΞΠΣΦDGNO PT Vindd. 4. 7. *a.* Monacc. et γρ. F (H ἕους ἐὰν); hoc etiam *Spaldingius* ad Quintil. Inst. Plat. II, 15. p. 357. reponi iusserat. Libri edd. habent ἕως ἄν. Stephanus in marg. „Videtur desiderari ὅτι vel ὡς ante ἕως." Bipont. „forte leg. ὡς, ἂν μὴ cet." (sic Flor. g., idque Heindorfius receperat). Sententiam expressit *Proclus* in Alcib. I. p. 306: τὸ ἐν τῷ Φαίδρῳ λεχθὲν ὅτι οὐδὲ λέγειν ἱκανός ἐστιν ὁ μὴ διὰ φιλοσοφίας ἀχθεὶς μηδὲ ἐπιστήμων γενόμενος τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως. — ἱκανῶς] ΣΦ ἱκανὰ, NP et Mon. 407. ἱκανός. Proxime NP et Mon. 407. φιλοσοφίση, T φιλοσοφῇ. — ἐρωτᾶτε] Hoc Bekkerus et Stallbaumius, quos Buttmannus et Schleiermacherus sequuti sunt, cum libris ΓΞΣBCr Flor. a. et Vindd. 1. 3. 6. Phaedro tribuerunt. Festivitas tamen quae in hac exhortatione inesset, vereor ut Phaedro conveniat, quem Plato, ni fallor, hoc fecisset dicentem; *fac interrogent* (oratione ad Socratem conversa), non: *interrogate* (int. θρέμματα γενναῖα). In Bas. 1. et 2. verba sic distincta sunt: ὁ Φαῖδρος, ἐρωτᾶτε ἆρ' οὐ, quod magis placet quam illa verborum distribuendorum ratio. Quamquam hoc solum, si libri praeberent, mihi quidem satis esset facturum ἀποκρινέσθω δὴ Φαῖδρος, ἃ ἐρωτᾶτε. Sic enim ἀποκρίνεσθαι cum accusativo ponitur (verb. *beantworten*, respondere ad aliquid), velut Gorg. 448. D: τὸ ἐρωτώμενον οὐ πάνυ μοι φαίνεται ἀποκρίνεσθαι. 461. E: μὴ ἐθέλοντος τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι. al. Pro relativo ἃ si scriptum erat ὅ, ex hoc ὅ, tamquam articulo nomini Phaedri praefixo, facile nasci potuit vulgata scriptura ὁ Φαῖδρος. ἐρωτᾶτε. — ἆρ' οὐ] Clark. ΓΔΠΦDGNOTr Florr. a. g. h. ϑ. Vind. 4. et Mon. 407. exhibent ἆρ' οὖν οὐ, quod iure reposuerunt Bekk. Stallb. et Buttm. Pro οὐ G scribit εἰ, omisit Γ. — ἡ ῥητορικὴ — τέχνη] „Verbum τέχνη additum alteri ῥητορικὴ, quamquam abesse poterat commode — probum tamen est." Heindorfius. Sic infra 269. B: ὡς ῥητορικὴν τέχνην. 270. B: Ὁ αὐτός που τρόπος τέχνης ῥητορικῆς, ὅςπερ καὶ ἰατρικῆς. Gorg. 449. C: ῥητορικῆς γὰρ φῂς ἐπιστήμων τέχνης εἶναι. 450. C: διὰ ταῦτ' ἐγὼ τὴν ῥητορικὴν τέχνην

...ζῶ εἶναι περὶ λόγους. al. — ψυχαγωγία τις] Ars quasi ...nimi oratione flectendi eoque quo velis deducendi (quocirca ...lexanima a Pacuvio dicta est, v. Cicer. de Orat. II, 44.). Et...nim ψυχαγωγεῖν, quod proprie in magica animorum ex inferis ...vocatione ponitur (Legg. X. 909. B. al. Vid. quae *Ruhnken.* ...d Tim. p. 114 sq. et *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. ... 40. collegerunt), in universum est animum flectere, allice...re, impellere, capere et quae alia sunt generis eiusdem, v. *Cu*...*per.* Observatt. II, 14. *Wesseling.* ad Diod. Sic. I, 2. p. 5. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. 1. p. 20 sq. et *Krebs.* ad Plut. de ...oet. leg. 2. pag. 119. Sic Tim. 71. A: ὑπὸ δὲ εἰδώλων καὶ ...αντασμάτων νυκτός τε καὶ μεθ' ἡμέραν μάλιστα ψυχαγω...ήσοιτο. Icciroo poesis quoque tragica dial. de lege pag. 321. ...: ἔστι δὲ τῆς ποιήσεως δημοτερπέστατόν τε καὶ ψυχαγωγι...ώτατον ἡ τραγῳδία. Quod bene adumbrat *Horat.* Ep. II, ... 210:

poëta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falsis terroribus implet,
Ut *magus.*

...ν ἰδίοις] *Quintilian.* Inst. Orat. II, 21. 4: Et in Phae...dro palam non in iudicio modo et concionibus, sed in rebus et...am privatis ac domesticis rhetoricen esse demonstrat. *Cicer.* ...le Orat. 1, 6: quamquam vis oratoris professioque ipsa bene ...licendi hoc suscipere et polliceri videtur, ut omni de re, quae...cumque sit posita, ornate ab eo copioseque dicatur. Cf. I, 15. ...le Invent. I, 5. al. — σμικρῶν τε] Voc. τε om. Ξ.

τό γε ὀρθὸν — γιγνόμενον] *rectus eius usus, sive ...es graves sive viles tractat.* Mon. 407. ἐντιμώτερον — ...σπουδέα. Ante v. φαῦλα e libris et plurimis et optimis cum ...Bekkero et Stallbaumio interposui praep. περί, quam E et pr. Σ cum edd. ignorant. Proxime Florr. g. h. et Mon. 407. ταῦ...τα. Verba ἢ πῶς — ἀκήκοας respiciunt superiora illa Phaedri ...259. E.): Οὑτωσὶ περὶ τούτου ἀκήκοα, ὦ φίλε Σώκρατες. — Οὐ μὰ τ. Δ.] οὐ om. T. — λέγεταί τε] Part. τε ...Clark. ΓΔΠBCDGHNTr Florr. a. c. g. h. Vindd. 1. 3. 1. 6. α. et Mon. 407. suppeditarunt; a reliquis libris, ut ab ...edd., abest. In seqq. volgo scribitur τέχνη, quod in τέχνῃ mu...andum esse ex se intelligitur, idque sequuti sunt recentiores. — δημηγορίας] G δημιουργίας. Mox Flor. c. Vindd. 1. 3. ...5. et Mon. 407. ἐπίπλεον. De his dictionibus (ἐπὶ πλέον, ἐπὶ ...μεῖζον al.) vid. ad Legg. p. 132. Adde quos *Stallbaumius* ad ...Euthyphr. p. 79 sq. et ad h. l. affert, *Lobeck.* ad Phrynich. p. ...49. *Bast.* Ep. cr. p. 184. *Schäfer.* ad L. Bos. Ellips. gr. pag. ...557. et *Werfer.* Act. Phil. Mon. I, 2. pag. 238 sq. — Ἀλλ'

ἦ] Sic Vindd. 1. 6. Vulgo ἀλλ' ἤ; illud quod interrogantis est: *an vero* (vid. *Valcken.* ad Eurip. Hippol. 932. Monk ib. 936.) iam Heindorfius de coniectura reposuerat. — *Νίστορός τε καὶ Ὀδυσσέως*] Festive artis rhetoricae principes, Gorgias, Thrasymachus, Theodorus al., cum heroibus comparantur Homericis, Nestore, Ulixe al., etenim „etiam heroicis aetatibus Ulixem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos esse sapientes" *Cicer.* Tusc. Disput. V, 3. Id. Brut. 10: Neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulixi tribuisset Homerus et Nestori (quorum alterum vim habere voluit, alterum suavitatem), nisi iam tum esset honos eloquentiae. Cf. *Aristoph.* Nub. 1355 sq. *Quintil.* Inst. Orat. II, 17, 8. ib. Spalding. Quin etiam tria illa dicendi genera (uber, gracile et mediocre) ab Homero suo repetiverunt veteres, vid. *Quintil.* Inst. Orat. XII, 10. 63. 64. *A. Gell.* Noct. Att. VII, 14. *P. Victor.* Var. Lectt. XV, 17. et Comment. in Aphthon. in Bibl. Coislin. p. 591. 596. Ac Nestor quidem dicitur Gorgias Leontinus (Schol. p. 318: *Γοργίας παράλληλος Νέστορι ὡς αἰδήμων καὶ πολυετής· ὀκτὼ γὰρ καὶ ἑκατὸν ἔζησεν ἔτη*), Ulixes vero Thrasymachus Chalcedonius vel Theodorus Byzantius (ut Phaedrus verba accipit in seqq.). Schol. l. l. ὡς δεινοὶ οἱ ἄλλοι Ὀδυσσεῖ. Hos vero heroas lepide narrat ad Troiani temporis traducendi causa artes oratorias conscripsisse; veteres enim Palamedem versutum et artificiosum (vid. *Aristoph.* Ran. 1488. ib. Bergler. Cf. *Schweighaeus.* ad Athen. T. I. pag. 145.) tradebant ad Troiam otii terendi gratia cuborum calculorumque ludum invenisse, vid. *Sophocl.* ap. Eustath. ad Il. II. p. 172. Bas. T. I. p. 433. ed. Flor., ubi v. Politus. *Gorg.* Or. in Palam. pag. 118. T. VIII. Reisk. *Alcidam.* in Ulixis Orat. contra Palam. p. 76. al. Verbis igitur ἅς ἐν Ἰλίῳ σχολάζοντε συνεγραψάτην heroum, quos Plato irrisor vocat, significari videntur percursationes et quasi expeditiones in nobiliores Graeciae urbes quas et pecuniae faciendae et gloriae comparandae causa obirent. Atque fieri potuit ut in Graeciae urbibus otium, quod ipsis tribueretur, ad praecepta rhetorica institutionis causa colligenda artesque componendas conferrent. — *Νέστορός τε*] Part. τε om. ΔGT et pr. Π, quos audivit Bekkerus.

P. 206. *μόνον*] om. Γ et Flor. ϑ. Proxime NP et Mon. 407. ἡλίῳ. — *σχολάζοντε*] Clark. ΔΠΣDGHIr Florr. g. h. Vindd. 1. 3. 4. 7. u. σχολάζοντες, NP et Mon. 407. σχολάζοντι; quod reliqui libri cum edd. habent σχολάζοντε, id comparet etiam in Γ a corr. m. Proxima Παλαμήδους — ἔγωγε om. Γ. Pro τῶν Vind. 4. τὸν. Ceterum Palame-

is nomine non rhetorem aliquem significari, et praegressa ἀλλ' ἢ τὰς Νέστορός τε καὶ Ὀδυσσέως τέχνας μόνον περὶ όγων ἀκήκοας) et sequentia: Τὸν οὖν Ἐλεατικὸν Παλαμήην λέγοντα οὐκ ἴσμεν τέχνῃ palam faciunt. Itaque non rheor est quem Palamedem Plato h. l. vocat, sed philosophus leaticus, qui rhetoricam (artem videlicet persuadendi verboumque praestigiis fallendi: ὥςτε δοκεῖν φαίνεσθαι τοῖς ἀκούσι τὰ αὐτὰ ὅμοια καὶ ἀνόμοια, καὶ ἓν καὶ πολλά, μένοντά ε αὖ καὶ φερόμενα) cum philosophia copulaverit, h. e., qui hetorica philosopha s. arte dialectica abusus fuerit ad philosohiae eleaticae adversarios impugnandos atque refellendos (v. 'armenid. 128. D.). Is autem fuit Zeno eleaticus, artificiosus lle dialecticae auctor (διαλεκτικῆς ἀρχηγός, ut Aristoteles um vocavit, vid. *Diog. Laert.* VIII, 57.); quod quidem recte tatuerunt *Diogen. Laert.* IX, 25. Schol. p. 318. Bekk. (*Ζήωνά φησι τὸν Παρμενίδου ἑταῖρον, ὅτι δὴ πανεπιστήμων χεδὸν ἦν ὁ ἀνήρ, ὡς καὶ Παλαμήδης*. Immo describitur hoηο artificiosissimus, versutissimus ac fere praestigiator, quem ermani vocitamus *Tausendkünstler)*, *Tiedemannus* (Geist d. pecul. Philos. T. I. p. 298.) et *Spaldingius* ad Quintil. Inst. rat. III, 1. 10. p. 423., cui plane assentior verba: *quem alamedem Plato appellat* „pro glossemate habenti ex margine invecto." Ipse vero Zeno Athenis videtur artem suam diaecticam ostentasse, vid. Alcib. I. p. 119. A. *Plutarch.* vit. Periel. pag. 154. A. al. — ἀνήκοος] P ἀνηκοώς, Mon. 407: νήκοας.

ναὶ μ. Δία] ναὶ om. G. Intellige ex praegressis ἀνήοός εἰμι. Male Ficinus et Cornarius, id quod Heindorfius iam otavit, *et per Iovem de Nestoris orationibus audivi.* Deinde mbros. r. δί' pro Δία, quod Bekkerus recepit. Proxime lark. κατασκευάζῃς, ΣΦ r Florr. i. ϑ. Vind. 3. παρασκευζεις. Κατασκευάζειν est facere, h. l. sumere s. fingere sse. De pronomine τινά (aliquo modo s. aliquatenus, h. e. *fee, vern. etwa)* vid. quae posui ad p. 248. D. Adde *Fritzsch.* uaest. Lucian. pag. 16 sq. Ceterum de his ipsis oratoribus, orgia Leontino, Thrasymacho Chalcedonio et Theodoro Byantio vid. *Ernesti* Clav. Cicer. et *Groen. v. Prinster.* Prosoogr. Platon. p. 96 sq. 107 sq. et 111. Part. τε post v. Θρασύμαχον om. DNOPT et Mon. 407. In libris ΔΠG scribiur δέ. — τούτους] NP Mon. 407. τούτοις. Mox Vind. . Ὀδυσσέα: ἴσως: ἀλλά. Vindd. 4. 7. a. et Flor. g. Ὀδυσέα ἴσως: ἀλλὰ γάρ. Vind. 6. Ὀδυσσέα, ἴσως. ἀλλὰ γάρ. lon. 407. ὀδυσσέα ἴσως ἀλλὰ γάρ. — οἱ ἀντίδικοι] *Adersarii s. iure disceptantes*, ut infra 273. C. Theaet. 172. C

E. Legg. VI. 766. D. IX. 855. E. XI. 937. B. *Xenoph. Mem. Socr.* IV, 4. 8: *παύσονται δὲ οἱ πολῖται περὶ τῶν δικαίων ἀντιλέγοντές τε καὶ ἀντιδικοῦντες.* Cf. *Isocrat.* π. ἀντιδ. pag. 2 Orell. De partt. οὐ — μέντοι vid. ad Protag. p. 10. Quae sequuntur τί φήσομεν — οὐκοῦν om. Σ. — Τοῦτ' αὐτὸ] P et Mon. 407. αὐτῷ, H αὐτός. Γ καὶ τοῦ. — τοτὲ μὲν δίκαιον] Florr. a. b. c. i. τότε, Vind. 6. τότε μὲν δίκαιον, τότε δὲ ἄδικον, vulgata tamen in marg. apposita. Proxime Γ ἄδικον βούληται.

δή] P et Mon. 407. δεῖ. Proxime N et Monacc. δοκεῖ. In seqq. ΣΦ τἀγαθά. Deinde Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. οὕτω, quod Stallb. reposuit E et pr. F. om. οὕτως. — Τὸν οὖν Ἐλεατικὸν Παλαμήδην] *Bouherius* Animadv. ad Cic. Tusc. Quaest. pag. 99. scribi volebat Ἐλαιτικόν, *Quintiliani* (Inst. Orat. III, 1. 10.) adductus auctoritate; sed cf. a Spaldingio ad h. l. disputata. Significatur autem Zeno Eleaticus qui primus dialecticam illam videtur adhibuisse non verum, sed speciem sectantem ideoque ad sophisticam inclinantem. Parmen. 128. A: *ταὐτὸν γὰρ γέγραφε (Ζήνων) τρόπον τινὰ ὅπερ σύ* (int. Parmenides), *μεταβαλὼν δὲ ἡμᾶς πειρᾶται ἐξαπατᾶν ὡς ἕτερόν τι λέγων.* Cf. seqq. 127. C sq. 129. E. collato Sophist. 253. D. al. De ipsis his dialecticae artis praestigiis (propter quas Plato Zenonem Palamedem vocat Eleaticum) legimus Platonis iudicium Sophist. 251. B. 259. C. D. et Phileb. 14. C. D. E. 15. D. E. Neque enim audiendi sunt qui Parmenidem putaverunt Palamedis nomine significari (v. *Tiedemann.* Dialog. Plat. Argum. p. 378.); hic enim *αἰδοῖος* et μέγας vir, quem Plato dixit, dialecticos hos lusus nihil esse nisi philosophiae *προγυμνάσματα* existimavit, vid. Parmen. 135. C. D. — ὥστε δοκεῖν φαίνεσθαι] Sic libr. edd. cum pluribus Mss. Verbum δοκεῖν om. Clark., Bekkeri (praeter EF) et Stallbaumi (Florr. a. c. g. i. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. *a.*) libri; accedunt Monacc. Atque horum librorum auctoritati Bekkerus obtemperavit. At vero in verborum *δοκεῖν* et *φαίνεσθαι* coniunctione nihil est in quo offendas, siquidem Graeci hanc haud spernunt orationis plenitudinem et amplificationem. Quemadmodum enim eandem rem bis saepius exprimunt (affirmative et negative, quod dicimus), sic etiam eius, quod vocamus subiectivum, et eius quod obiectivum vocatur copulationem amant (v. c. in partt. *μὴ οὐ*). Pariter *δοκεῖν*, cui sententia eius subiecta est quod nobis videtur, quod putamus, et *φαίνεσθαι*, quod in re ponitur quae se exhibet vel apparet coniunguntur. Sic infra 269. D: *δοκεῖ μοι φαίνεσθαι ἡ μέθοδος.* Polit. II. 381. E: *ἡμῖν δὲ ποιοῦσι δοκεῖν σφᾶς παντοδαποὺς φαίνεσθαι* ἐξαπ-

πατῶντες καὶ γοητεύοντες. Legg. XII. 960. D: ἡμῖν δ' ἔτι μοι φαίνεσθαι δοκεῖ τοῦτ' ἐλλεῖπον τοῖς νόμοις εἶναι. *Xenoph.* Memor. II, 1. 22: τὴν δὲ ἑτέραν — κεκαλλωπισμένην δὲ τὸ μὲν χρῶμα, ὥςτε λευκοτέραν τε καὶ ἐρυθροτέραν τοῦ ὄντος δοκεῖν φαίνεσθαι, τὸ δὲ σχῆμα, ὥςτε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι (ubi εἶναι idem fere est quod praegressum φαίνεσθαι). III, 1. 4: οὐ δοκεῖ ὑμῖν — ὅδε στρατηγεῖν μαθὼν γεραρώτερος φαίνεσθαι; Cyrop. VIII, 3. 14: τῷ δόξαι μέγαν τε καὶ καλὸν φανῆναι τὸν Κῦρον. al. Simile est Polit. IV, 432. D: κινδυνεύομέν τε ἔχειν δοκεῖν ἴχνος. Cf. quae collegerunt *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 98. *Fischer.* ad Weller. III, 2. p. 39. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 96. et *Weisk.* de pleonasm. p. 92 sq. (qui hic quoque pleonasmum fingit), al. Iam si sensum exploraveris, facile perspicies δοκεῖν φαίνεσθαι rem et plenius et significantius exprimere, quam simplex φαίνεσθαι; significatum enim hoc volt Plato, dialecticam illam fallacem hoc spectare ut hominibus persuadeat eadem esse et similia et dissimilia, unum et multa, stabilia et agitata; hanc igitur persuasionem (h. e. falsam opinionem) iniicere studet hominibus; quam quidem opinionem designat verbum δοκεῖν. Maxime cum loco nostro convenit Polit. II. 381. E. supra iam laudatus: ἡμῖν δὲ ποιοῦσι δοκεῖν σφᾶς παντοδαποὺς φαίνεσθαι ἐξαπατῶντες καὶ γοητεύοντες. Quocirca δοκεῖν arbitror ab iis, qui hoc verbum sequente φαίνεσθαι redundare putassent, sine causa exterminatum fuisse. Laudare igitur debemus Stallbaumium et Buttmannum qui volgatum δοκεῖν φαίνεσθαι retinuerint. — καὶ ἀνόμοια] desunt haec in N Pr Mon. 407. et pr. Φ. Deinde pro τέ post part. μένοντα Φ habet γέ. — δικαστήριά τε] O τι, r τ'. Proxime pro ἡ N et Mon. 407. καί; O om. articul. Ceterum voce ἀντιλογικῆς conversatorium illud atque contentiosum disserendi genus significatur quod Plato copiosius describit Sophist. 232. E sq. et Polit. V, 454. A., ubi inter alia ἔριδι, οὐ διαλέκτῳ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι. De qua quidem ἐριστικῇ cf. *Wyttenbach.* ad Plutarch. T. VI. P. I. pag. 574. Ad v. περὶ δικαστήριά ἐστιν annotat Heindorfius: „versatur in iudiciis. Gorg. 450. A: ἑκάστη αὐτῶν (τῶν ἄλλων τεχνῶν) περὶ λόγους ἐστὶ τούτους, οἳ τυγχάνουσιν ὄντες περὶ τὸ πρᾶγμα οὗ ἑκάστη ἐστὶν ἡ τέχνη. Et conf. *Dorvill.* ad Charit. pag. 142." Adde *Iacob.* ad Lucian. Toxar. p. 88.

εἴπερ] Ξ Florr. ϑ. i. Vind. α. ἥπερ. Mon. 407. εἴπέρ F. ἐστι αὕτη, ἂν εἴη. *Nieuport.* in Nouv. Mém. de l'acad. royale, Brux. T. I. p. 170. corrigebat λεγόμενα. Μία τις τέχνη, εἴπερ ἐστίν, αὕτη κτλ. — ἥτις οἵα τ' ἔσται] Clark. cum

libris Bekkeri (exceptis ΞE) et Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 2. 4. 7. α. et Monacc. *οἷός τε ἔσται*, quod et sensus commendat et sequentia *καὶ ἄλλου ὁμοιοῦντος καὶ ἀποκρυπτομένου εἰς φῶς ἄγειν*. Hoc autem *οἷός τε* vel τ' ἔσται reposito praegressum ἥ in ᾗ mutandum esse liquet, quod Ficinus expressit: *qua quis* poterit cett.; atque adscriptum erat ἥτις pro γρ. ἥτις in F et Γ a corr. m.; DNOP Vindd. 2. 4. 7. et Monacc. εἴ τις. Illud ᾗ τις οἷός τ' ἔσται iure reposuerunt Bekk. Stallb. et Buttm. — πᾶν παντί] Ald. et Bas. 1. πᾶς παντὶ, Clark. ΔΠGT παμπαντὶ; in DNOP Vind. 4. et Monacc. deest πᾶν. — τῶν δυνατῶν] int. ὁμοιοῦσθαι. Significare autem Plato hoc volt: omnis disserendi ars, si via et ratione processura est, in veri cognitione (s. philosophia) nititur; quocirca etiam fallax illa dialectica (quae ex Eleaticorum philosophia quum per Zenonem emanasset, in Gorgiae Siculorumque rhetoricam ac sophisticam redundavit) rerum et discrimina et similitudines cognoscat necesse est, siquidem falsa persuadendi vel fallendi ars in hoc consistit ut, quae aequalia vel unum sint, diversa vel multa esse probet. Haec enim nisi cognitionem nactus fuerit dialecticus, ipsi quoque accidere poterit ut ab altero artificiose et tecte diversa assimilante fallatur (*ἄλλου ὁμοιοῦντος καὶ ἀποκρυπτομένου*). — τὸ τοιοῦτον] τὸ om. P. Proxime pro τῇδε NP et Monacc. ᾗ δέ. Mox T ζητούσῃ. Verba haec τῇδε δοκῶ ζητοῦσι φανεῖσθαι versus heroi clausulam faciunt: ut e Parmenidis Eleatici (agitur enim hic de dialectica ex Eleaticorum, inprimis e Parmenidis philosophia, profecta) videantur carminibus sumpta esse. — Ἀπάτη] Laudat h. l. *Galenus* de Hippocr. et Plat. plac. IX. p. 331., ubi scribitur ἡ ἀπάτη. — γίγνεται] NP et Monacc. γίγνεσθαι.

Ἀλλά γε δή] Pro ἄλλα Δ habet ἔχ. Deinde part. γέ et Clark. ΔΠDGNOPT Flor. g. Vindd. 4. α. et Monacc. recte revocarunt Bekk. Stallb. et Buttm. In Galen. exstat ἀλλὰ μήν. In Σ a pr. m. deest δή. Proxime Galen. καταβαίνων. Deinde μᾶλλον om. EΠ et pr. B. — λήσεις] N et Mon. 407. λήσεις. Mox Mon. 407. τὸναντίον. Mox Galen. p. 329. δὲ ἄρα πρῶτον.

P. 208. αὐτὸν δεῖ] Flor. a. τὸν δέ. — ἀπατᾶσθαι] Δ ἀπατεῖσθαι, EF ἀπατηθήσεσθαι, idque etiam ap. Galen. p. 329. et 331. comparet. Deinde ap. Gal. pro ἀδέναι p. 329. εἰδέναι, p. 331. διϊδεῖν. — ἢ] T εἰ; a libris NP et Mon. 407. verba ἢ οὖν absunt. Proxime Galen. p. 329. οἷόν τέ ἐστιν, sed p. 331. οἷός τ' ἔσται. Deinde Galen. p. 329. ἀγνοῶν τις. Mox τοῦ abest a Galen. p. 329. In seqq. σμικρὸν

ap. Galen., ut in libris paene omnibus Platonis, scribitur; solus E cum Ald. Bas. 1. 2. et Steph. habet μικράν.

ήτων

δι' ὁμοιοτήτων] Φ δι' ὁμοιότητα. Qui alios volt fallere, non statim a vero ad contrarium transit (fallacia enim ita manifesta foret), sed sensim et pedetentim progreditur in rebus assimilandis, donec alteri persuaserit res diversas et inter se contrarias similes vel easdem esse. Proxime N et Mon. 407. τιμῶν. — γίγνεται οὖν] Sic edd. libri cum BFG; sed scribendum esse patet γοῦν cum reliquis libris (etiam Monacc.), quod receperunt Bekk. Stallb. et Buttm. Deinde Clark. Mon. 407. et Galen. οὕτω. — τεχνικὸς] Δ τεχνικῶς. Ceterum subiectum quod dicitur verborum τεχνικὸς ἔσται (h. e. τέχνῃ δυνήσεται, int. μεταβιβάζειν — ἀπάγων; de v. τέχνῃ vide supra posita) est quod infra sequitur ὁ μὴ ἐγνωρικώς. — μεταβιβάζων] Sic edd. cum Paris. G; reliqui vero omnes libri, etiam Galen., dant μεταβιβάζειν (Clark. et Δ μεταβιβάζει), quod recte, opinor, receperunt recentiores. Vid. quae notabimus ad seq. ἀπάγων. Deinde pro δι' ὁμοιοτήτων scribendum διὰ τῶν ὁμοιοτήτων cum Clark. ΓΔΠΣDGNOPT Florr. a. b. c. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. Monacc. Galen. et Bas. 2. Φr Flor. g. et Vind. α. ἀπὸ τῶν. — ἀπάγειν] Hoc dedi e Mon. 11.; sed reliqui omnes adversantur libri qui ἀπάγων scribunt. Quocirca μεταβιβάζειν — ἀπάγων pro genuina equidem habuerim scriptura. Licet enim verbum primarium sit ἀπάγων, ut videri possit scribendum esse μεταβιβάζων — ἀπάγειν (ut supra: κατὰ σμικρὸν μεταβαίνων — λήσεις ἐλθὼν ἐπὶ τὸ ἐναντίον), tamen recte etiam habet μεταβιβάζειν — ἀπάγων, propterea quod saepenumero participium et verbum finitum (h. l. infinitivus) sic inter se permutantur, velut Gorg. 483. E: ὃν ἡμεῖς τιθέμεθα πλάττοντες, ubi vid. *Heindorf*. p. 124 sq. *Stallbaum*. p. 136 et 139. et *Matth*. Gramm. gr. p. 1097. Stephanus in marg. „Legisse videtur Fic. μεταβιβάζειν et ἀπάγειν et intellexisse τεχνικὸς ἔσται dictum pro τεχνικῶς δυνήσεται." Vertit Ficinus: *Num igitur poterit quisquam — artificiose aliquem sensimque a vero in contrarium per similitudines aliquas sigillatim traducere*. Ceterum in verbo ἀπάγειν (ut in eo quod sequitur παράγειν, vid. *Wolf*. ad Demosth. Leptin. p. 355.) fallendi ac dolose fere a vero deflectendi notio inest, vid. *Toup*. ad Longin. XVIII. §. 2. pag. 342. Weisk. — ὁ μὴ ἐγνωκὼς] Sic ΞDNOP Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. Monacc. (Mon. 407. ἐγνωκὸς) et Bas. 2. Stephanus in marg. „Malim ἐγνωκώς, quod est in quodam vet., ut μὴ ἐγνωκὼς sit quod modo dixit ἀγνοῶν." At reliqui

omnes Bekkeri et Stallbaumi libri (etiam Clark. et Galen.) dant ἐγνωρικώς, quod recte retinuerunt recentiores. T ἐγνωκώς. — λόγων ἄρα τ.] C ἔτι, H ἐάρα, Flor. g. ἄρα, om. E. Florr. b. i. et pr. F. Deinde H τέχνη.

δόξας] BFH Florr. a. c. g. h. δόξαν. Proxime τεθραχώς exhibent ΞEF alii libri cum edd. (Bas. 2. τεθραχώς; Clark. vero cum reliquis Bekkeri libris (accedunt Florr. a. c. g. h. ϑ. Vindd. 1. 6. 7. Galen. et Monacc.) τεθηρευκώς. Verbum θηρεύειν, ut Latin. *venari*, poni constat in quovis captandi, aucupandi et sectandi genere, ut ὀνόματα θηρεύειν al. Gorg. 489. B. 490. A. Theaet. 166. B. 200. A: ἐπιστήμην ἄρα οἰήσεται τεθηρευκὼς ἔχειν, alia fere innumerab. Vid. *Wyttenbach*. Ep. crit. p. 5. ad Phaedon. p. 156. *Heusd.* Spec. crit. p. 88. et *Boissonad.* ad Philostrat. p. 418. Deinde Ξ καὶ ἄτεχνον ὡς ἔοικε. Proxime Mon. 407. κινδυνεύειν. — ἣν φέρεις] *quam* (orationem) *attulisti*. De praesente vid. ad Protag. p. 20. et 135. Proximum ἐν οἷς — εἴπομεν est ἐν τούτοις (τοῖς λόγοις) οὓς εἴπομεν. Vid. ad Protag. p. 36 sq. Pro οἷς F ὄν. — ἀτέχνων τε καὶ ἐντέχνων] Sic Heindorfius correxit volgatum ἀτεχνόν τε καὶ ἔντεχνον, quod, licet omnes tueantur libri, tamen cum praegresso ὧν φαμὲν nullo modo convenit; hoc enim postulat ἀτέχνων τε καὶ ἐντέχνων (i. q. ἰδεῖν τι τούτων ἃ φαμεν ἄτεχνά τε καὶ ἔντεχνα εἶναι), ut Euthydem. 282. D: οἵων ἐπιθυμῶ τῶν προτρεπτικῶν λόγων εἶναι. Phaedon. 74. D: οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν τοῖς ἴσοις al. Talia autem quae sermonis legibus repugnant etiam in omnibus libris corrigenda esse liquet. Volgata ἄτεχνόν τε καὶ ἔντεχνον ex vitiosa illa, quae in libris Ald. (in quo scr. τί, ὧν) Bas. 1. et 2. comparet scriptura τί ὧν φαμὲν proficisci potuit; ad ὧν enim si adiectiva trahebantur, sane scribendum erat ἄτεχνον et ἔντεχνον. Flor. ϑ. cum Γ scribit ἔντεχνόν τε καὶ ἄτεχνον (sc. ἐντέχνων τε καὶ ἀτέχνων), quod cum Ficino convenit vertente: *ubi artificiose et ubi sine arte agitur*. Et hoc vide ne praestet. In seqq. Mon. 11. ὡς νῦν γε που. — ψιλῶς] Τ ψιλως. Mon. 407. ψιλὸς. Bene Schol. p. 318: ψιλῶς τὸ μὴ ἐξ ὑποδείγματος φησίν. Proxime Vindd. 1. 3. λεγόμενοι οὐκ ἔχοντες. — γέ τινα] om. G. Deinde Γ ἔοικέ γε. Proxime Clark. τῷι λόγωι. Mon. 407. τῷ λόγῳ.

τὸ ἀληθὲς] Art. ὁ abest a P. Deinde pro ἐν λόγοις DNOP Flor. g. Vindd. 2. 6. 7. a. Monacc. et γρ. F τοῖς λόγοις. Ad v. παράγοι Heindorfius annotavit: „proprium est hoc παράγειν in cavillatione rhetorica, qua auditor subdole a proposito abducitur, vid. *Wolf*. ad Demosth. Lept. p. 355." Vid. supra posita ad v. ἀπάγων. — καὶ ἔγωγε] abest part. καὶ

ı T. Mox Mon. 407. *αἰτιῶμε.* Ceterum *αἰτιῶμαι, causam attribuo*, est h. l. *acceptum refero.* Verbis *τοὺς ἐντοπίους* (Mon. 407. *ἐντοποίους*) significantur Pan, Achelous et Nymphae, v. p. 232. B. 238. C. 263. D. 279. B. De his *ἐντοπίοις* s. *ἐγχωρίοις* vid. *Cuper.* Observv. III, 16. p. 335. Solita autem ironia, ne ostentationem, quae sophistarum ac rhetorum propria erat, prodat, orationes quas habuit de amore diis *ἐντοπίοις*, quin etiam iocose cicadis attribuit, simulque verbo *προςπαίζων* orationes illas indicat per lusum se habuisse: quo recte fere significat artem oratoriam ludicram quandam esse exercitationem. Cf. infra 276. C. D. — *καὶ οἱ*] P om. *καί.* Mox Ξ *ᾠδὶ* pro *ᾠδοί.* — *ἐπιπεπνευκότες*] NP et Monacc. *ἐπιπεπρακότες.* Mox EF *ἰεῖεν.* Deinde art. *τὸ* ante v. *γέρας* om. NP et Monacc. Verba *τοῦτο τὸ γέρας* (*hanc orandi facultatem*, non, quod Schol. p. 318. ponit, *τὸ δύνασθαι διακρίνειν τοὺς κατὰ τέχνην λέγοντας καὶ μή*) referuntur simul ad superiora 259. B: *ὃ γέρας παρὰ θεῶν ἔχουσι ἀνθρώποις διδόναι, τάχ' ἂν δοῖεν ἀγασθέντες.* — *οὐ γάρ που*] ΣΦr et Flor. c. *οὐ γάρ πω.* Proxime Ξ a pr. *ἐγώ.* In seqq. Mon. 407. *ἴσθι* pro *ἴθι.*

P. 210. *Περὶ μὲν*] F *μὲν οὖν.* Deinde P *ἐπίσταμαι.*

ἡμῖν] Clark. *ΔΠ ὑμῖν.* Mox Flor. *ϑ. διὰ ταῦτα.* Pro- E
xime Ξ Flor. b. i. *σου ὢν.* Deinde *μέν* abest a *Γ.* — *ὧν ἂν εὖ — παύσωνται*] Desunt haec in Clark. ceterisque Bekkeri libris (E in marg. adscripta habet a rc. m.), accedunt Florr. a. b. c. g. h. i. *ϑ.* Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. *α.* et Mon. 407.; hisque recte obtemperavit Bekkerus, quem sequutus est Buttmannus. — *τί — ποιεῖ, λεκτέον·*] Sic libri edd. distinguunt cum Ficino (qui vertit: *in quo enim iste delinquat et quid sine arte faciat, dicendum*). Bekkerus, quem Stallbaumius sequutus est, Schleiermachero praeeunte, verba ita distinxit: *τί δὴ οὖν οὗτος — ποιεῖ; λεκτέον. ἦ γάρ;* Sed quum ante iam Socrates significaverit in Lysiae oratione explorandum esse quid artis esset contrarium, ita ut illa hic repetantur tantum, rectius habet haec distinctio: *τί δὴ οὖν — ποιεῖ, λεκτέον* (*iam igitur exponendum quid contra artem fecerit*).

ἦ γάρ;] om. E et pr. F. — *Ἆρ' οὖν οὐ*] Laudat h. l. 263
Galen. de Hippocr. et Plat. decret. IX. p. 331. 16. usque ad v. *ἄριστα λέγεις.* Part. *οὖν* om. E. Deinde *Π*T et pr. D *τόδε τοιόνγε.* Proxime *Γ τοιούτων ὄντων*, Flor. *ϑ. τῶν ὄντων.* — *ὁμονοητικῶς*] F *ὁμονοικῶς*, *Π*T *οὐ μόνον ποιητικῶς*, in Clark. ex emend. erat *οὐ μόνον . . ητικῶς.* Deinde Clark. *ΓΞΣΦ*CGr Florr. a. b. c. i. et Vindd. 1. 3. *α. στασιωτικῶς.*

Proxime Gal. δ' εἰ περὶ pro δ' εἰπέ. — τὸ αὐτὸ] G τοῦ αὐτοῦ. Flor. g. τοῦτ' αὐτό. Mox G ἄλλῃ ἄλλον. Proxime Φr διαμφισβητοῦμεν; deinde ΣΦr ἐν ἡμῖν.

μὲν ἄρα] om. E Florr. b. i. et pr. F. Mox pro τῆς συμφ. Δ τοῦτο συμφ. Deinde edd. (etiam Stallb.) cum Mon. 407. οὕτω. — Ποτέρωθι οὖν] Galen. ποτέρωθεν. Proxime part. οὖν om. ΠDNPT Florr. g. h. et Monacc. Mox Flor. g. h. εὐαπατώτερά. Deinde art. ἡ abest a ΠDNOPT Florr. g. h. et Monacc. Post v. δύναται Galen. interponit ἄρα. — Δῆλον ὅτι] Sic Florr. a. c. ϑ.; reliqui cum edd. Δηλονότι. Mox H τὴν τέχνην. Deinde pro δεῖ E Florr. a. b. i. et Gal. δή. — ὁδῷ] ut Latin. *via et ratione*, h. e., recte, sicut oportet. Polit. VII. 533. B: ὁδῷ περὶ παντὸς λαμβάνειν. Sic etiam καϑ' ὁδόν Polit. IV. 435. A. Cratyl. 425. B. De v. ὁδός (i. q. μέϑοδος) v. *Budaei* Comment. gr. lingu. p. 336. et *Stephan*. Thes. II. p. 1160. Verbum διαιρεῖσϑαι, *distinguere*, deinde *diiudicare*, in universum est etiam *rem perpendere, perscrutari, explorare*, ita ut quae in ea diversa sint internoscas et explices. Polit. IX. 571. A: τὸ τῶν ἐπιϑυμιῶν — οὔ μοι δοκοῦμεν ἱκανῶς διῃρῆσϑαι. X. 595. B: ἐπειδὴ χωρὶς ἕκαστα διῄρηται τὰ τῆς ψυχῆς εἴδη. al. Vid. ad Legg. p. 371. et *Dorvill*. ad Charit. p. 645. Ap. Galen. ηὑρῆσϑαι scribitur. — τὸ πλῆϑος] ΔΠDGNOPT Florr. g. h. Vindd. 3. 4. 6. 7. α. Monacc. et Schol. Plat. p. 67. Ruhnk. γράφεται καὶ τὸ εἶδος. Hoc e praegressis per librariorum negligentiam profectum esse liquet. — Καλὸν γοῦν] NP et Monacc. οὖν. Deinde E ἢ pro εἴη. Galen. γοῦν — εἴη ἄν. — εἶδος] Heindorfius: „*Utrumque* illud a Socrate modo memoratum rerum *genus*, τὸ εἶδος τῶν ἀμφισβητησίμων et τῶν μὴ ἀμφισβητησίμων, unius εἴδους nomine comprehendit Phaedrus. τοῦτο, int. τὸ εἶδος, vel potius τὸν χαρακτῆρα ἑκατέρου τοῦ εἴδους."

Ἔπειτά γε οἶμαι] Heindorfius: „*deinde*, opinor, *quando in singulis rebus versatur, non fugere eum oportet, sed acute ipsum animadvertere, de quacumque re dicturus est, utrius ea sit generis.*" De v. γίγνεσϑαι πρός τινι (*in aliqua re versari* s. *aliquam rem tractare*) vid. ad p. 249. D.

P. 212. μέλλῃ] E μέλλοι. Deinde DNP Mon. 407. πότερον. Flor. g. ποτέρου ἄν, Mon. 407. ὂν τυγχάνειν. Proxime τοῦ abest a Σ. Ap. Galen. τοῦ γένους τυγχάνει. — Τί οὖν τὸν Ἔρωτα, πότερον φ.] Ald. Τί οὖν τὸν Ἔρωτα πότερον φῶμεν. Bas. 1. 2. Τί οὖν τὸν Ἔρωτα; πότερον φῶμεν. Steph. Τί οὖν; τὸν Ἔρωτα πότερον φῶμεν, quod sequuti sunt Heind., Bekk. Stallb. et Buttm. Sed solum verum habeo quod libri Basileenses dant Τί οὖν τὸν Ἔρωτα; πότερον

ῦμεν (int. αὐτόν) κτλ. Germ. *Was sagst du nun vom Eros? was meinst du nun in Betreff des Eros?* Solent enim sic ccusativi absolute poni praegresso τί, τί οὖν al., ita ut verm dicendi, cuius legitima fere est praetermissio, intelligi ssit. Sophist. 266. C: Τί δὲ τὴν ἡμετέραν τέχνην; ἆρ' οὐκ τὴν μὲν οἰκίαν οἰκοδομικῇ φήσομεν ποιεῖν κτλ. Gorg. 474. : Τί δὲ τόδε; τὰ καλὰ πάντα κτλ., ubi v. Heindorf. p. 94. o ἔρωτα Φ ἐρῶντα. Deinde εἶναι om. r. Proxime Mon. 407. ν ἀμφισβητημένων, ἢ τῶν μή. — Τῶν ἀμφισβ.] Art. ν a Galeno abest. Pro ἢ Florr. b. ϑ. Vindd. 3. 4. 7. α. et on. 407. ἤ. Ceterum haec usque ad v. τυγχάνει in libris edd. crati tribuuntur; sed Phaedri esse ipsa res docet; Socrates im, non Phaedrus, contrarias illas habuit de Amore oratios; accedit quod Socratis verba quae sequuntur ἀλλ' εἰπὲ καὶ δε non haberent quo referrentur, nisi Phaedri oratio ἢ οἴει — τυγχάνει praecederet. Eandem suaserat orationis distritionem Heindorfius, quam recte sequuti sunt Bekk. et Stallb. v. οἴει συγχωρῆσαι int. αὐτόν (τὸν Ἔρωτα, quocirca recte ρωτα in praegressis scribitur, ut ipse designetur Amor). Pro ι Ξ σε superscripto οι, σε ΦΤ. — νῦν δή] DNOP orr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc. δὴ νῦν. A Galeno est νῦν.

D τυγχάνει] de hoc verbo sine participio posito vid. *eindorf.* ad Gorg. p. 190. et quae annotavi ad Protag. p. 42. οὐ πάνυ μέμνημαι] Loquitur irrisor perinde quasi sciat quid dixerit (h. e., quasi divino afflatu concitatus sibi nscius non fuerit semet ipsum eas recitare); simul vero aedrum tangit utriusque summam orationis tam diligenter emoria custodientem, quippe qui ludicram perorandi exercitionem rem gravissimam studioque dignissimam existimet. — ς σφόδρα] Part. ὡς abest a Clark. ΔΠDGNOPT orr. g. h. Vindd. 7. α. et Monacc. — τεχνικωτέρας] NOP Flor. h. et Mon. 407. καὶ τεχνικωτέρας. Apud Aristim, qui respexit h. l. Orat. Plat. II. p. 173. et laudavit pag. 99. T. II., scribitur τεχνικώτέρας λέγεις. Lepide vero Ache- Nymphae (cf. 238. D. 241. E.) et Pan, Mercurii filius f. Cratyl. 408. D. ibique Heindorf. p. 85.) Lysiae, Cephali io, opponuntur, i. e., naturalis quasi oratio et eloquentia tificiosae illi atque fraudulentae, quippe quae fallere falsaque rsuadere studeat. Ambros. r τὰς νύμφας. Libri edd. (etiam ekk. et Stallb.) νύμφας; sed res ipsa postulat Νύμφας, ut umina vel deae designentur, quo quidem loci festivitas adiuatur; cf. 241. E. — Πᾶνα] Clark. ΔΠΦGPT Florr. g. . et Vind. 1. πάντα, in Clark. em. πάνα. De Nymphis et

καταπληττόμενοι τὸν ἰδιώτην." — συντομίαν τε λόγων] Mon. 407. λόγον. Ad rem cf. Protag. 334. E. Gorg. 449. B. C. Proxime Vind. 1. ἂν εὗρον. Mox Flor. ϑ. δ' ἀκούων. — Πρόδικος] Insignis ad festivitatem locus est. Etenim quod homini mediocri et ab artificiis alieno liquere debet mediocritatem in orando esse tenendam, id Prodico suo, cui permultum se debere fingit, Socrates Platonicus tribuit. — μόνος αὐτὸς] ut πρῶτος αὐτός, v. *Fritzsch.* ad Lucian. deor. dial. p. 44. — δεῖ] Florr. b. i. δή. — τέχνῃ] Clark. ΓΔΞΠ ΣBCGHNOPTr Florr. a. b. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. et Mon. 407. τέχνην, quod Bekk. Stallb. et Buttm. receperunt. Ac τέχνῃ videri possit retinendum esse, ut sit: *quibus opus esset orationibus*, non *arti*, sed *ex arte* (h. e. si quis ex arte esset dicturus, vid. supra de v. τέχνῃ posita); attamen librorum praestantissimorum auctoritas videtur τέχνην postulare, ut sit accusativus absolute positus: *quibus uti oporteret orationibus artis ratione habita*, vel *ex arte*, *secundum artem* (de hoc accusativi usu vid. ad p. 249. D. annotata), h. e., *si quis ex arte vellet dicere*; et τέχνην, accusativus absolutus, si ponitur, sententiae vis adaugetur; egregie enim ita inter se oppositae sunt artis notio et sententia quae sequitur: *neque brevibus neque longis opus esse orationibus*, *sed mediocribus*; haec scilicet ars est Prodici, hominis simplicissimi, quam quidem Phaedrus, homo vanissimus, admirans exclamat Σοφώτατά γε, ὦ Πρόδικε. Sed vide ne τέχνην ex interpretatione fluxerit; quum enim in hac dialogi parte de arte oratoria agatur, facile fieri potuit ut grammaticus vocem λόγων explendam esse putaret voce τέχνην; et hoc τέχνην propter verbum δεῖ (quibus orationibus opus esset *arti*) deinde mutatum est in τέχνῃ. Certe τέχνην exterminato nihil prorsus desideraveris: *quibus opus esset orationibus*: *opus esse neque longis neque brevibus* cet. — δεῖν] P δεῖ, Clark. ΔEGT et pr. ΞB δεινά. Proximum δὲ om. E. Deinde T μακρῶ.

ϑ

P. 222. Ἱππίαν] Clark. ἱππίαν. De Hippia Eleo vid. ad Protag. p. 44. In seqq. Clark. ΔG et pr. Π ἥλιον.

Πῶλον] De Polo Agrigentino, Gorgiae auditore, v. C *Routh.* ad Gorg. 448. A. *Mongitor.* Bibl. Sic. II. p. 188 sq. et *Groen. v. Prinster.* Prosopogr. Plat. p. 102 sq. Proxime Ξ Florr. b. i. πῶς ἄν, H πῶς οὖν. Deinde Clark. ΞGH Florr. b. i. φράσωμεν. Mox αὖ om. ΣNPr Vindd. 1. 4. 6. 7. a. Monaco. Proxime μουσία Florr. b. i., Vindd. 1. 4. 6. 7. a. μουσεῖα. Hermias p. 191: ἐκεῖνος γάρ, φησίν, ἐξεῦρε τὰ τάρισα· διὸ καὶ μουσεῖα λόγων ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ ἐδόκει τῇ

καλλιλεξία πάνυ κοσμεῖν τὸν λόγον. Unde Heindorfius coniicit *μουσεῖα λόγων* ipsius libri a Polo compositi inscriptionem fuisse (v. Groen. v. Prinster. p. 103.). Ipse tamen Plato irrisionis causa Poli inventa videtur appellare *μουσεῖα λόγων* quasi mythologiam quandam orationum; haec enim verba, ut nunc iam indicat (*Πώλου πῶς φράσομεν* et *μουσεῖα λόγων*, quorum quidem posterius pro versus heroi membro haberi possit) poëticam prae se ferunt speciem, ut recte Plato poëticum μουσεῖα λόγων posuerit ut voces illas sonantes, quibus Polus inventa sua designaverit (v. c. *διπλασιολογίαν*, *γνωμολογίαν* al.) indicaret (illo *λόγων* in vocc. *μουσεῖα λόγων* ludere videtur voces a Polo artificiose e v. *λόγος* compositas: *εἰκονολογία*, *γνωμολογία* al.). Etenim quo magis Plato vanos illos videtur homines laudare et heroi carminis specie celebrare, eo acerbius eos exagitat. Etiam verba *πῶς φράσομεν*: *quomodo dicemus* s. *explicabimus* irrisionis speciem prae se ferunt; est enim quasi: *an explicare s. enarrare poterimus?* (quippe quae res sit grandis quaedam atque ardua). — ὃ ς] Clark. *Δ Φ* G T ὡς, al. ἕως. Illud Schleiermacherus expressit vertens: *wie die Doppelrederei* cet. Ὡς esset potius *nempe*, vid. ad Legg. p. 68. et quae infra disputabo. Flor. b. i. ὃς δὴ πλασιολογίαν. — διπλασιολογίαν] Hermias: τὸ τὰ αὐτὰ δὶς λέγειν, ὡς φεῦ φεῦ. *Ernesti* Lex. Techn. p. 88. refert ad voces compositas. Heindorfius: „nisi hoc referendum est ad artem voces compositas sive iunctas, ὀνόματα διπλᾶ, fingendi. Arist. Rhet. III, 3. 13.“ Mox *καὶ γνωμολ.* om. P., in O est γυμνωλογίαν et in commentariis γυμνολογίαν, quod praeferendum videbatur Schleiermachero, nescio quam ob causam. Γνωμολογία sine dubio refertur ad sententiarum usum, ut δεινὸν γὰρ ἡ πονηρία, quod Hermias affert. — εἰκονολογίαν] Hermias: τὸ δι᾽ εἰκόνος καὶ δι᾽ ὑποδείγματος παραστῆσαι τὸ λεγόμενον. Mox part. τε post ὀνομάτων om. NOP. — Λικυμνίων] T λυκυμνίων, P λυκυμνείων (saepius Λυκίμνιος reperitur, vid. *Krüger.* Commentatt. ad calc. Dionys. Halic. p. 287.); Λικυμνείων praetulerunt Schleiermacher. et Buttm. Cf. *Olear.* ad Philostr. p. 497. et *Fabric.* ad Sext. Empir. p. 700. Sed verum existimo Λικυμνιείων, quo ducit scriptura Λικυμνείων; idque iam in transl. germ. pag. 343. conieci. Λικυμνιείων, adiectivum, est formatum a v. Λικύμνιος; rhetor enim vel sophista Λικύμνιος (non Λικυμνίων) intelligendus est, cuius veteres crebro mentionem faciunt, v. c. *Aristot.* Rhet. III, 2: κάλλος ὀνόματος τὸ μέν, ὥσπερ Λικύμνιος λέγει, ἐν τοῖς ψόφοις ἢ τῷ σημαινομένῳ, καὶ αἶσχος δὲ ὡσαύτως; idem eius τέχνην memorat

, 13. 14. Cf. III, 2, 37; 12, 6; 13, 14. *Dionys.* Halic. Thucyd. iud. 24. §. 4. p. 130. Krüg. εὕροι δ' ἄν τις οὐκ ίγα καὶ τῶν θεατρικῶν σχημάτων κείμενα παρ' αὐτῷ, ς παρισώσεις λέγω καὶ παρονομασίας καὶ ἀντιθέσεις, ἐν ς ἐπλεόνασε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος καὶ οἱ περὶ Πῶλον καὶ ικύμνιον καὶ πολλοὶ ἄλλοι τῶν κατ' αὐτὸν ἀκμασάντων. Id. *Dionys. Halic.* Lys. T. V. pag. 458. de grav. Demosth. 1035. Herm. Schol. Suid. al. Atque hunc Licymnium diverm esse a Licymnio Chio, poëta lyrico, Heindorfius existiabat, de qua quidem re aliter statuit *Passow.* in: Jahrb. f. hilol. u. Paedag. Jahrg. I. T. I. F. I. pag. 152. Stephanus in arg. „Deesse videtur accus. post genit. ὀνομάτων. Fic. lesse videtur ὀνομάτων τε χρῆσιν ἃ Λικυμνίων ἐκείνῳ ἐδωρήατο, vertit n. *Nominumque usum ad orationis splendorem, rout a Licymnione didicit.*" At vero Λικυμνίων nullo pacto eri possumus. Λικυμνείων autem si scribimus, ex hoc ad erba quae sequuntur ἃ ἐκείνῳ (int. τῷ Πώλῳ, quippe disciulo suo) ἐδωρήσατο intelligi debet Λικύμνιος; Graeci enim lteram orationem ita conformant ac si substantivum praecesrit, ut hoc e praegresso adiectivo peti oporteat, ut Theaet. 68. A: τοὺς συνόντας ἀντὶ φιλοσόφων μισοῦντας τοῦτο τὸ ρᾶγμα (i. e., τὴν φιλοσοφίαν s. σοφίαν, quod petendum e raegresso φιλοσόφων) ἀποφανεῖς, vid. ib. Heindorf. p. 369. *Orelli* ad Isocrat. de bonor. permut. pag. 250 sq. et nostra ad egg. p. 447. Quem loquendi modum Latini quoque frequenant, vid. *Gronov.* ad Liv. VIII, 11. IX, 41. et *Davis.* ad Cier. de fin. V, 6. Neque est quod in pronomine ἐκείνῳ, quod d nomen proxime praegressum refertur, offendas; sic enim κεῖνος poni solet, vid. *Matth.* Gramm. gr. p. 874. — πρὸς οίησιν] N προςποίησιν, quod sequutus est Schleiermacheus vertens: *und den Erwerb des Wohlklangs der Lykimnichen Wörter die er jenem geschenkt hat.* At vero προςποίησις nihil posset aliud esse nisi *professio*, ut Lachet. 184. B: πίφθονος γὰρ ἡ προςποίησις τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης. Quoirca satius erit scripturam quam omnes tuentur libri πρὸς οίησιν retinere. Hoc autem servato ποίησιν (quum non de oësi, sed de arte oratoria agatur: ut nihil aliud esse possit isi *confectio* vel *effectio*) coniungi oportet cum εὐεπείας (genit.): *ad orationis iucunditatem* vel *suavitatem efficiendam*, aec est enim εὐέπεια, ut ap. *Dionys. Halic.* de comp. verb. . 356. 366. 414. Schäf. Anthol. gr. T. III. p. 239. *Theodoret.* Therap. Prolog. p. 461. T. IV. Therap. Serm. I. p. 465. D. 470. A. Serm. II. p. 500. D. Serm. V. pag. 543. C. 557. D. XII. p. 679. B. Cf. *Valckenar.* Diatr. in Eurip. Rell. pag.

261. Cornarius corrigebat προςεποίησεν εὐεπείας vertens: *qui verborum duplicationem et sententiarum insertionem et similitudinum inductionem et nominum, quae Licymnios ipsi largitus est, suavitatem induxit.* Idque probatum est Heindorfio et Stallbaumio; sed rectius, ni fallor, esset προςεποιήσατο. *ad se vindicavit* vel *assumsit*, quod nos olim (in transl. vernac. p. 243.) coniecimus. Sed nihil nunc censeo mutandum esse nisi ὃς et Λικυμνίων. Scribendum enim: μουσεῖα λόγων, ὡς (i. e. nempe) διπλασιολογίαν καὶ γνωμολογίαν καὶ εἰκονολογίαν, ὀνομάτων τε Λικυμνιείων, ἃ ἐκείνῳ ἐδωρήσατο πρὸς ποίησιν εὐεπείας; Ad ὀνομάτων Λικυμνιείων intelligo μουσεῖα (i. e. venustates), ut distinguantur fere μουσεῖα λόγων (h. e. vocum e λόγος artificiose a Polo fictarum, velut διπλασιολογίαν cet.) et μουσεῖα ὀνομάτων, quae Licymnius magister iocose dicitur Polo discipulo dono dedisse. Hermias: τὸν Πῶλον ἐδίδαξεν ὀνομάτων τινὰς διαιρέσεις, οἷον ποῖα κύρια, ποῖα σύνθετα, ποῖα ἀδελφά, ποῖα ἐπίθετα καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς εὐεπείαν. Immo εὐέπεια h. l. ad nominum artificiose fictorum vel alio sensu usurpatorum videtur sonum referri, Aristot. Rhet. III, 2: κάλλος — ὀνόματος, ὥςπερ Λυκίμνιος λέγει, ἐν τοῖς ψόφοις ἢ τῷ σημαινομένῳ. c. 13: οἷον Λικύμνιος ποιεῖ ἐν τῇ τέχνῃ, ἐπούρωσιν ὀνομάζων καὶ ἀποπλάνησιν καὶ ὄζους. Fateri quidem debemus plura in hac oratione inesse artificiosa vel insolita; sed de industria mihi videtur Plato haec posuisse ut inanes hominum vanissimorum artes vel potius ineptias irrideret. — Πρωταγόρεια] pr. Ξ πρωταγόρα, ἢ πρωταγόρου. Deinde Σ μὲν pro δέ. Verba ὦ — ἄττα om. Ἰ. Proxime Σ ταῦτ' pro τοιαῦτ'. Mon. 407. τοιαῦτα. Heindorfius interpretatur: *Protagorae autem nonne huiusmodi quaedam exstant artificia?* — ὀρθοέπεια] *Quintil.* I, 5. § 33: Remotis igitur — vitiis erit illa, quae vocatur ὀρθοέπεια, id est, emendata cum suavitate vocum explanatio; nam sic accipi potest recta (int. pronuntiatio). Cf. G. I. *Voss.* de art. grammat. I, 7. Hoc autem loco potius est i. q. κυριολεξία, ut Hermias interpretatur, addens: διὰ γὰρ τῶν κυρίων ὀνομάτων μετήρχετο ὁ Πρωταγόρας τὸν λόγον, καὶ οὐ διὰ παραβολῶν καὶ ἐπιθέτων. Vox ὀρθοέπεια, *recta eloquutio*, etiam ap. *Dionys. Halic.* de Demosth. grav. p. 179. legitur, ut Heindorfius annotavit. Neque tamen hanc Protagorae ὀρθοέπειαν in serium convertere debemus, ut Protagorae censeamus propriam fuisse rectam eloquutionem; nam haec quoque iocose posita esse declarant quae sequuntur καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλά. Immo ὀρθοέπειαν (oppositam fere εὐεπείᾳ rhetorum Siculorum) tribuit Socrates Protagorae, ut eius ὀρθότητα irrideat, cuius doctorem

e homo profitebatur. Cratyl. 391. C: λιπαρεῖν χρὴ τὸν ἀδελ-όν καὶ δεῖσθαι αὐτοῦ διδάξαι σε τὴν ὀρθότητα περὶ τῶν οιούτων ἣν ἔμαθε παρὰ Πρωταγόρου. De Protagora vid. de Geel. Hist. crit. Sophist. in Nov. Act. liter. Societ. Rheno — rniect. P. II. pag. 109 sq. Respexit h. l. *Themist.* Orat. IV. p. 13. XXIII. p. 289. D. — ὦ παῖ] om. pr. Φ. Lepidissime ero Socrates, Protagorae doctoris eiusque senis (Protag. 317: : οὐδενὸς ὅτου οὐ πάντων ἂν ὑμῶν καθ᾽ ἡλικίαν πατὴρ ἡν) quasi personam sustinens, verbis ὦ παῖ appellat Phaedrum. Proxime Flor. b. om. καί. — οἰκτρογόων] N et Mon. 407. οἰκτρογόνων. De *Thrasymacho Chalcedonio* (vid. . 261. C. Adde *Eudoc.* Violar. T. I. p. 231. et *de Geel.* l. l. 201 sq.) Hermias: ὁ γὰρ Χαλκηδόνιος, τουτέστιν ὁ Θρασύμαχος ταῦτα ἐδίδαξεν, ὡς δεῖ ὡς οἶκτον (sic Mon. 11. et 407. Schol. Siebenk. p. 70. ὡς δεῖ οἶκτον ἐγείρειν) καὶ ἐπισπᾶσθαι ἔλεον (Heindorf. corrigebat εἰς ἔλεον) γῆρας, πενίαν, τέκνα ἀποδυρόμενα καὶ τὰ ὅμοια. *Aristoteles* Rhet. III, 1. Thrasymachi memorat miserationes: οἷον Θρασύμαχος ἐν τοῖς ἐλέοις, qui quidem videtur index fuisse libri a Thrasymacho e arte miserationis commovendae conscripti. Cf. *Corrad.* ad Cicer. Brut. 23. Magna vero irrisio vel potius dicacitas, mea quidem sententia, in hoc conspicitur quod arte misericordiae concitandae, i. e. arte miserabili, κεκρατηκέναι dicitur ir Χαλκηδόνιος (quasi aeneus vel ferreus, nomine ducto χαλκός), et irrisio illa adaugetur poëtica illa circumloquutione: τὸ τοῦ Χαλκηδονίου σθένος (ut βίη Ἡρακληείη al.). — ἐπὶ γῆρας — ἑλκομένων] *arte orationum ad senectutem et paupertatem* (h. e., ad extremae miserationis argumenta) *producendarum:* ut orator totum quasi miserationis decurreret spatium. ΣΦr μοι τέχνη (τέχνη etiam Mon. 407. Ald. al. . Proxime art. τοῦ ante v. Χαλκηδονίου om. Monacc. Mon. 407. χαλκ δονίου. — ὀργίσαι τε] Clark. ὀργίσαι ι (sic Gaisf.). ΔΠGT ὀργίσαιτο αὖ. In seqq. Heindorfius malebat ὁ ἀνήρ; Bekkerus scripsit more suo ἁνήρ; sed vid. supra posita.

ἐπᾴδων] Mon. 407. ἐπῴδων. De v. κηλεῖν vid. ad Protag. pag. 315. A. Mox ΣΦ ἔφην. Deinde Δ διαβον. — D ὅθεν δή] Ald. Bas. 1. 2. Steph. ὅθεν δή. Heindorfius: „*ut-cumque, quocumque id modo fieri potest*, ut ὁπωςδή, ὁπηποτε, ita orationi interiecta, occurrunt ubivis. Monui, ne quis ex Ficino, vertente *unde opus fuerit*, coniectet ὅθεν δεῖ." Hoc ipsum vero exstat in Clark. ΓΔΞΠΣBCDGHr Florr. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. *a.*, in F ὅθεν δή. E —

enim itacismi vitio millies inter se permutata reperiuntur δή et δεῖ (utrumque pronuntiatum *di*). Cl. *Nieuport.* in Nouv. Mém. de l'acad. royale (Brux. 1820.) T. I. pag. 170. conjicit ὅθεν ἔδει. Sed recte habet ὁθενδή, *quacumque ratione.* — συνδεδογμένον] P συνδεδομένον, N et Mon. 407. συνδεδομένων, G συνδεδεμένον. Proxime pro ᾧ ΣΦ ὅ. Deinde Ambr. r. et Mon. 407. δ'. — τίθενται] Clark. ΔΠΠ NOPT Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc. τιθέντες. Orationis conclusionem alii dixerunt ἐπάνοδον, ἐπίλογον, ἀνακεφαλαίωσιν al. Vid. *Aristot.* Rhet. III, 13. *Gregor.* Expl. Hermog. T. VIII. p. 912. Oratt. gr. ed. Reisk. et G. I. *Fab.* Instit. Orat. III, 6. — λέγεις] HNP Florr. g. h. i. Vindd. α. et Monacc. λέγειν. Proxime ET λέγων. Flor. ϑ. et Vindd. 4. α. εἰρημένων δὲ ταῦτα λέγω — πέρι. — τά — γε σμικρὰ] γέ om. Φ. Mox ταῦτα, *haec*, refertur ad rhetorum artificia modo memorata.

ὑπ' αὐγὰς μᾶλλον] Clark. ΔΠGT ὑπαύγασμα καλόν. Loquutionem ὑπ' αὐγὰς ἰδεῖν (*Eurip.* Hecub. 1136. ὑπ' αὐγὰς τούσδε λεύσσουσαι πέπλους), ad solem inspicere (und εἰλικρινές, v. *Ernesti* Clav. Cic. h. v.), est diligenter examinare (vern. *bei Licht besehen*). Vid. Ruhnk. et Hemsterh. ad Tim. Lex. p. 220 sq. Koch. — τίνα καὶ πότ' ἔχει] Sic Mon. 407. et Heindorf. Etiam Schleiermacherus vertit: *was für eine Kunstgewalt, und wann, sie eigentlich habe.* Libri edd., Ald. Bas. 1. 2. Steph., τίνα καί ποτ' ἔχει, quod recte Bekkerus revocavit. Etenim καί interrogationis vim addit (vern. *denn*), et vocibus interrogativis sic solet subjici (v. *Porson.* ad Eurip. Phoeniss. 1373. *Stallbaum.* ad Euthyph. p. 13.). Etiam part. ποτέ (Latin. *tandem*, vern. *doch*) sic constat interrogationi interponi. Τίνα — τὴν δύναμιν est i. q. τίς καί ποτ' ἐστὶν ἡ δύναμις τῆς τέχνης ἣν ἔχει. A libro G abest art. τήν. — μάλα] Γ Florr. g. ϑ. μάλ', quod receperunt Bekk. et Stallb. In Σ om. μάλα. Deinde ΠT et pr. ΓF ἔχει μένην. — Ἔχει γάρ] Ald. συνόδοις. ἔχει γάρ. Σω. Ἀλλ' ὦ δαιμόνιε. Verba ὦ δαιμόνιε nota sunt illa Homerica compellatio, qua Homerus utitur etiam tum quum quis monetur vel increpatur, ut Iliad. II, 190. 200. al. — διεστηκὸς — τὸ ἦτριον] *textum rarum atque tenue* (*Quintil.* Instit. Orat. IX, 4. p. 179. Bip.), vel *hians* (sic διεστηκός in navi passim *D. Chrysostom.* Orat. XXXIV. p. 420. C.), filis non coarctatis, sed diductis (v. *Wyttenbach.* ad Plutarch. V. VI. P. I. p. 362.). Schneiderus in Ind. ad Script. rei rust. p. 368: „Plato dicere videtur praecepta istorum rhetorum male contexta argumentis minimeque invicem apta cohaerere sibi videri vel...

xelam male pectine densatam, quae stamina singula inspectanti monstret.“ Cf. *Ruhnken.* ad Tim. pag. 114. Koch. Libri edd. Ald. Bass. Steph. et recentiores cum Monacc. al. scribunt ἠτρίον; sic etiam Hermias in Schol. (Mon. 407. p. 169. fol. vers.): τὸ ἠτρίον λέγεται τὸ εὐυφὲς (scribitur εὐφυὲς) ἱμάτιον καὶ ἀραιὸν, ὅπερ φαίνεται μὲν εὐυφὲς (sic in marg., in Schol. εὐφυὲς), τῷ δὲ καταvοοῦντι διεστηκός ἐστι καὶ ἀραιὸν καὶ οὐκ εὐπαγές, ἀλλὰ ταχέως διαῤῥηγνύμενον. In lexicc. ἤτριον, quae sequutus est Ruhnk. ad Tim. l. l. — ὥςπερ] N P et Mon. 407. ὡς παρ᾽. — Εἰπὲ] Clark. a pr. m. et G εἶπερ.

P. 224. σου] abest in H. Mox Flor. h. ἐῤῥιξυμάχῳ, deinde ΓΣBCEGT Florr. a. b. c. i. Vindd. 1. 3. 6. ἀκουμένῳ, quae sollemnis in hoc nomine variatio est, velut in Convivio. — τοιαῦτ᾽ ἄττα] ΞBCF Florr. a. b. c. i. τοιαῦθ᾽ ἄττα. Mon. 407. τοιαῦτα ἄττα; etiam 11. τοιαῦτα. Deinde Paris. C. Vindd. 1. 3. 6. et Florr. σώματι; reliqui cum edd. (Ald. Bas. 1. 2. et Stephan.) σώμασι. In libro Bipont. exstat σώματι, quod, quum exempl. Steph. habeat σώμασι, e libro Lugdun. p. 353. patet manasse. Quocirca in exempli Bipontini titulo non ponendum erat: *ad editionem Henrici Stephani accurate expressa*, sed hoc: *ad exemplum Lugdunense;* quam quidem rem saepius iam attigi in annott. ad Protagoram. Σώματι (*Ficinus* quoque: *corpori* admovere) recte sequuti sunt Heind. Bekk. et Stallb. Proxime Florr. b. i. προςφέρει.

θερμαίνειν τε] Ambr. r Florr. et Monacc. τ᾽, quod Stallbaumius recepit. — ἐὰν μὲν] ΔΠGT Flor. c. ἐὰν μή. Etiam Clark. ἐὰν μὴ δόξηι. Proxime T ἐμὴν pro ἐμεῖν. Deinde ΔΠΣΦGT, etiam Clark. et B a pr. m. ἐπισταμένους. Paullo post NP et Monacc. ἀξιῶν. — ἰατρὸς] Clark. ΔΠ DGNOPT Flor. g. et Mon. 407. ἰατρικὸς, ΣΦ ἰατρούς. Mox Flor. h. ἂν τούτων, omisso τήν. — οἴει] ΣNT εἴη. — Τί δ᾽ ἄλλο κτλ.] Clark. ΔΠDGT Flor. h. Vindd. 4. 7. a. τί γε ἄλλο ἤ, Flor. τί ἄλλο γε ἤ. Monacc. τί δὲ ἄλλο ἤ, NOP τί δ᾽ ἄλλο ἤ. Proxime ἐρέσθαι scribendum cum ΔΞΠ FGNOP et Mon. 407.; sic etiam Bekk. et Stallb. Idem reponi iusserat Stephanus. Vid. ad Protag. p. 116. Mox εἰ καὶ C, deinde ΣΦDNOP Flor. h. Vind. a. et Mon. 407. προςεπίστασαι. Proxime οὕςτινας (int. ἀνθρώπους) pendet e v. ποιεῖν, quod sic duplicem solet adsciscere accusativum. —, δεῖ] Σ δή. Proxime ὅπου τε pro ὁπότε E. — μέχρι] Sic Clark. ΔΠΣBCGHTr Florr. a. b. c. h. θ. Vindd. 1. 3. 6. Reliqui libri cum edd. μέχρις. Vid. ad Protag. p. 100 sq.

B

ποιεῖν] Heindorfius: „non illud quaerebatur quaenam C

essent facienda, sed in quibus et quando et quem ad finem. Itaque suspectum olim hoc ποιεῖν mihi fuit. Sed nunc video esse loco repetiti illius προςεπίστασθαι etc., ut saepe ποιεῖν ad praecedentia refertur etiam ubi sermo non de actione, sed de πάθει aliquo.“ Cf. idem ad Sophist. p. 403. Ποιεῖν autem declaratur appositis verbis ἃ ἐρωτᾷς, nec ad προςεπίστασθαι refertur, sed ad v. οὕςτινας δεῖ καὶ ὁπότε καὶ μέχρι ὁπόσου ἕκαστα τούτων ποιεῖν. Sensus: *sed existimo eum qui illa a me didicerit, ipsum per se ista facere posse quae quaeris*, h. e., *remedia adhibere posse quibus, quando et quoad oporteat*. Schleiermacherus expressit id quod coniecerat ἱκανὸν, cui adversari additum οἷόν τ' εἶναι recte observavit Heindorfius. Vertit enim: *wer jenes von mir lernt, müsse diess schon selbst verstehen, wonach du fragst.* — Εἴποι ἄν] Stephanus: „Aut ἀκούσαντας in ἀκούσαντα aut εἴποι ἄν in εἴποιεν ἄν mutandum fuerit: quam mutationem magis probo, ut de utroque medico, Eryximacho et Acumeno, intelligamus.“ Cornarius corrigebat: τί εἴποιεν; ΦΑΙ. Εἴποιεν ἄν, οἶμαι, ὅτι cet. Heindorfius: „Stephanus coniecit Εἴποιεν ἄν, quod amplectendum nunc videtur. Quamquam non inepte ex Ficini interpretatione *quid respondebunt?* Ph. *Certe huiusmodi hominem insanire*, suspicetur aliquis eum legisse: ἃ ἐρωτᾷς· τί εἴποιεν ἄν; Φ. Οἶμαι, ὅτι cet.“ Cf. idem ad Cratyl. p. 3?. Sed nulla locus indiget correctione. Εἶ οὖν εἴποι more positum est non sequente τί εἴποιεν ἄν, vid. ad Protag. p. 29. Nec est quod in singulari εἴποι offendas, licet ἀκούσαντας praecesserit; etenim, si sensum spectas (et hunc, non formam grammaticam, graecus sermo attendit) h. l. nihil differt inter pluralem et singularem; ille enim est: Eryximachus *et* Acumenus, hic: Eryximachus *vel* Acumenus (ut supra Ἐρυξιμάχῳ ἢ Ἀκουμενῷ). Atque hic loquendi usus praecipue in verbis dicendi (velut εἰπέ sequente plurali) obtinuit, vid. *Priscian.* XVIII. p. 1178. et nostra ad Protag. p. 28. In seqq. Heindorfius malebat ὁ ἄνθρωπος, et Bekkerus scripsit ἅνθρωπος, quod minime probandum. Etenim ἄνθρωπος et ἄνθρωποι, ut ἀνήρ, sine articulo ponuntur (v. *Bornemann.* de gem. Cyrop. recens. p. 65. *Krüger.* ad Dionys. H. de Thucyd. ind. p. 110 et G. I. *Bekker.* Spec. Lectt. Philostrat. p. 70.), ita ut hominem vel homines iam nominatos designent; quocirca simpliciter fere pronominis personalis (*er*, *sie*, *ihn*, al.) vim habent. Sic Latini quoque *homo* usurpant, vid. *Facciol.* Lexic. lat. v. homo T. II. p. 434. et *Scheller.* v. homo not. 3. Cf. ad Protag. p. 46 sq. — βιβλίου] Clark. βυβλίου. — φαρμακίοις] Sic edd. Ξ φαρμάκοις. Scribendum vero cum membranis

ραρμακίοις; φαρμάκιον enim, non φαρμακεῖον, a φάρμακον ormatur; sic Theaet. 149. C: διδοῦσαι — αἱ μαῖαι φαρ-ιάκια. L. *Bachm.* Anecd. gr. I. p. 403: φάρμακα — τὰ δὲ ῶν ἰατρῶν φαρμάκια. Quocirca audiri non debet *Schneiderus* .ex. gr. scribens: φαρμακεῖον, τὸ Plato Phaedri 116. — ine Bude, wo Arzneien verkauft werden." Bene Buttman-ius: „mihi aliquid contemptus inesse videtur formae in —ιον." 'ernaculum est *Arzneimittelchen*; deminutivi enim forma rem leprimit. — Τί δ' εἰ] G et pr. T δή. Proxime pro αὖ NP :t Mon. 407. ἄν. Mox προςελθὼν om. T. — εἰπεῖν] Clark. ΓΞΣΦCDGHNOPT Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. l. 6. 7. α. Mon. 407. et Bas. 2. ποιεῖν, quod iure revocarunt 3ekkerus, Stallb. et Buttm. De vv. ῥήσεις παμμήκεις (Mon. 107. παμήκεις), quo sophistarum luditur μακρολογία (vid. ad ?rotag. p. 133.), vid. *Ruhnken.* ad Tim. p. 191. Koch. Pro-ɛime πάνυ om. Γ. — καὶ τοὐναντίον αὖ] Libri edd. Mon. 407. al. καὶ τοὐναντίον, καὶ αὖ, in libris vero Σr et Vindd. 1. 3. 6. abest καί, quos recte sequuti sunt Bekk. Stallb. :t Buttm. In Mon. 11. καὶ αὖ om. — ὅσα τ' ἄλλα] Clark. Δ καὶ ὅσα, ταλλα, ΠDNOPT Florr. g. h. Vind. 7. et Monacc. καὶ ὅσα παραδιδόναι.

καὶ διδάσκων] Part. καί om. Clark. ΔΠDGNOPT Florr. g. h. et Monacc. — οἶμαι] om. G. Deinde Vind. 3. καταγελῷεν: εἴ τις — συνισταμένην· ἀλλ'. Deinde Mon. 407. τραγῳδίας. Verba τὴν — συνισταμένην om. Σ. Proxime Clark. ΔGT et pr. Π τρέπουσαν. Deinde Flor. b. ἀλλήλοις ἐν τῷ. De re, Phaedrum lepide Plato ea, quae modo a Socrate audiverat, facit repetentem. Sic 264. C: πρέποντ' ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα. Heindorfius: „pro πρεπόντως συνι-σταμένην." Potius participium, ut adiectivum, proleptice quod dicitur positum est: *compositionem ita factam ut omnia inter se et toti conveniant.* — ἀγροίκως] Mon. 407. ἀγροίκης, pr. Ξ ἀγροίως. Pro γε ΞΣCEHTr Florr. a. b. c. i. Vindd. 1. 3. 6. τε. Deinde NOP ἐντυχὼν μουσικὸς, Mon. 407. ἐν-τυχῶν μουσικός. — ὅτι δή] T δεῖ. Proxime pro ἀγρίως Σ ἀξίως. Cl. *Osann.* Auctar. Lex. gr. p. 140: „ni ingens codi-cum numerus obstaret, continuo ἀγροίκως (cf. 269. D.) re-scribendum esse dicerem." At vero ἀγρίως *(acerbe et iracunde)* per se recte habet (τὸ ἄγριον est enim a musico alienum; v. Polit. IX. 591. D. E. Quocirca sequitur ἅτε μουσικὸς ὢν πρᾳότερον), et efflagitatur fere ab apposito πρᾳότερον, quod musico convenit. Verba ὦ μοχϑ. μελαγχολᾷς adhibuit *Aristid.* Orat. Plat. II. p. 210. T. II.

ἀλλ' ἅτε] Flor. b. ἄλλα τε, Clark. et Mon. 407. E

Nn 2

ἀλλάτε. Mox Δ πραο, Clark. πραότε sine ι, ΣΝ πρότερον, Mon. 407. ὦ πρότερον. — καὶ ταῦτ'] καὶ om. ΣΦr. In Monacc. scribitur καὶ ταῦτα. — οὐδὲν μὴν] ΔΠΣBCD GNOPT Monacc. et pr. ΞΗ οὐδὲ μὴν. Proxime T κωλύειν. — μηδὲ] Libri edd. cum EF οὐδέ, reliqui vero scripti (etiam Monacc.) μηδὲ (Clark. μὴδὲ), quod iure Bekk. Stallb. et Buttm. reposuerunt. In libro T exstat δέ.

P. 226. ἕξιν] *facultatem*, vid. *Wyttenbach.* Bibl. crit. III. 1. p. 43 sq. et *Schäfer.* ad Plin. Epist. II, 3. p. 69. In seqq. Clark. ΓΔΠCHNPT Florr. a. b. Vindd. 3. 7. Monacc. Bas. 2. et pr. BDG πρὸς ἁρμονίας. Mox ἐπίστασθαι ENP Mon. 407.

τόν σφισιν ἐπιδεικνύμενον] Pluralis σφίσι positus est, licet singularis ὁ Σοφοκλῆς praecesserit; refertur enim haec oratio ad illa supra posita Τί δ' εἰ Σοφοκλεῖ ἐι προςελθὼν καὶ Εὐριπίδη τις λέγοι κτλ.: ut Sophocles positus sit pro: Sophocles *et* Euripides. — καὶ ὁ Ἀκούμενος] Verba καὶ ὁ — τὰ ἰατρικὰ om. T. Flor. g. et Mon. 407. Deinde ΓC Florr. a. b. c. i. ϑ. Vindd. 1. 6. ἀκούμενος, G ἀκουμένος, Σ ἀκουόμενος. — Τί δὲ τὸν μελ.] Sic Ald. Bas. 1. 2. Mon. 407. et Heind., Steph. et Stallb. τί δέ; τὸν μελ., Bekk. et Buttm. τί δαί; τὸν μελ. (in libro enim Γ δαί scribitur pro δέ). Equidem praetulerim volgatum δέ, quo orationis membra nectuntur, oratio igitur ipsa continuatur. Deinde rectius τί δὲ cum sequentibus coniungitur, ut fere sit: *quid porro Adrastum vel Periclem censemus* (h. e. quid putamus facturos esse?), et interrogatio repetitur ita ut magis definiatur verbis: πότερον χαλεπῶς ἂν αὐτοὺς — ῥῆμα τι εἰπεῖν ἀπαίδευτον cet., ut Conviv. 211. E: τί δῆτα — οἰόμεθα — ἆρ' οἴει cet. Etiam Latini, ut *Cicer.* de Offic. II, 7. 12: Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum cet., ubi v. Heusing. Add. *Matthiae.* ad Cic. Or. pro S. Roscio §. 49. — μελίγηρυν] EF Mon. 11. μελίγυριν, ΞΝ Florr. b. i. Vind. 4. Mon. 407. μελίγηριν, P μελίχηριν, Vind. 7. μελιγυρυν, Flor. g. μελί-
υ η
γηρυ. *Adrastus* suaviloquens notissimus ille est Argivus, qui supplex ad Theseum venisse facundissimeque eius opem traditur implorasse, v. *Isocrat.* Panath. p. 529. et *Pausan.* I. p. 37. Cf. *Böckh.* ad Pindar. Olymp. VI, 13. p. 155. Quod quidem iam colligitur e voce addita μελίγηρυν (ap. *Simonid.* Anthol. gr. T. I. p. 73.); eadem enim laude Tyrtaeus affecit Adrastum heroa, Eleg. III, 8: Γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι. Ubi v. Klotz. p. 76. et *Matthiae.* de Tyrt.

carmin. p. 237. Neque tamen ipse Adrastus intelligendus est tamquam orator quem Plato cum Pericle composuerit (quam ab Heindorfio profectam sententiam repetivit *Spengel.* Artt. Scriptt. p. 119.); nam prorsus contra rationem Adrastus ille heros et Pericles, orator celeberrimus, componerentur (sicut in prioribus Eryximachus et Acumenus, Sophocles et Euripides); immo, quemadmodum Plato supra 261. B. C. oratores cum heroibus (Nestore, Ulixe et Palamede) iocose comparavit, sic h. l. sine ulla controversia Adrasti nomine oratorem nobilem designare voluit, quem equidem *Antiphontem Rhamnusium* esse existimavi et adhuc existimo (licet *Spengelius*, ut asso-et, l. l. repugnet). Etenim Antiphon suavissimus erat orator, ut propter *μέλιτος γλυκίονα αὐδὴν* Nestor diceretur (v. *Ruhnk.* Dissert. de Antiph. orat. Att. T. VII. p. 810. ed. Reisk. Licet *Dionys. Hal.* de compos. verbor. c. 10. p. 114. et c. 22. p. 302. Schäf. aliter iudicaverit). Hanc ob suavitatem Plato eum vocavit *μελίγηρυν Ἄδραστον*, Tyrtaei, ut videtur, versus ratione habita. Accedit quod Antiphon, quum proditionis accusatus esset, sicut Adrastus Argivus olim ad Theseum, supplex ad Athenienses accessit tantaque facundia se ipse defendit, ut neminem umquam melius ullam oravisse capitis causam Thucydides (VIII, 68.) scripserit. Cf. *Cicer.* Brut. 12. Has igitur ob causas Antiphonitem, oratorem praestantissimum, nullo cum alio heroe rectius comparare potuit Plato quam cum Adrasto. Assentiuntur cl. *Stallbaumius* et *Groen. v. Prinster.* l. l. p. 141. — *νῦν δὴ*] *δὴ* om. EF et pr. Ξ cum libris ante Bekkerum editis. Mon. 407. *νῦν δέ.* — *διῆμεν*] Clark. Π ΣT cum pr. Γ et corr. Ξ *δίημεν*, DEF Florr. a. b. i. *δίειμεν*, B *δίειμεν*, edd. cum Mon. 407. al. *δῄμεν*, quod cum Buttmanno Heindorfius iam correxit annotans: „nam illud *δῄμεν*, Platoni Atticisque semper futuri potestate adhibitum, loci huius ratio prorsus non fert.“ Ficinus quoque: *quae nunc ipsi referebamus.* — *τεχνημάτων*] T *τε χρημάτων*. Mox G *διελθόντας.* Deinde pro *αὐγὰς* Clark. Δ G T et pr. Π *αὐτὰς*, NO Mon. 407. *αὐγαστάς.* Proximum *ἔφαμεν* a ΣΦr abest. — *πρότερον*] Σ *πρότερον.*

γεγραφότας] Flor. ϑ. *γράφοντας.* A Flor. g. abest C *ε.* — *ὡς τέχνην ῥητορικὴν*] quum *τριβὴ* tantum et *ἐμπειρία* sit, vid. p. 270. B. In seqq. Flor. ϑ. *ἡμῶν αὐτῶν ὄντας.* Mox Ald. Bass. Steph. Mon. 407. al. *νῶιν.* — *χρὴ*] NOP *χρῆν.* Mon. 407. *χρὴν.* Mox Γ *συγινώσκειν.* Libri edd. cum Monn. al. *συγγινώσκειν*, Florentini vero *συγγιγνώσκειν.* Deinde *μὴ* abest a NP et Mon. 407. Infinitivus *διαλέγεσθαι*

est i. q. τὸ διαλέγεσθαι vel τὴν τοῦ διαλέγεσθαι τέχνην, ut substantivi fere munere fungatur. Gorg. 448. D: ὅτι τὴν καλουμένην ῥητορικὴν μᾶλλον μεμελέτηκεν ἢ διαλέγεσθαι. Cf. Euthyd. 286. E. 305. C. Vid. *Bach.* ad Xenoph. Oecon. IX, 11. *Hermann.* ad Viger. p. 703. et *Heindorf.* ad Cratyl. p. 110. — τί ποτε] Ambros. r et libri Florr. ποτ', quod recte Stallbaumius recepit. Deinde ἔστι ῥητορική Clark. ΔΠΣDG NOPTr Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. *a.* et Mon. 407., quod iam sequuti sunt qui recens Platonem emiserunt. In seqq. Mon. 11. πρὸς τῆς τέχνης. Proxime Γ et Florr. μαθήματ', quod Bekk. et Stallb. receperunt.

ταῦτα δή] Part. δή abest a Flor. b. — ἕκαστα] NO et Mon. 407. ἕκαστον. Pro τὸ δὲ Stallb. e Florr. dedit τὸ δ'. — οὐδὲν ἔργον] CH Florr. a. c. h. et Ambr. r a rec. m. ὡς οὐδὲν ἔργον, quod Stallbaumius reposuit. In CH et rc. Br exstat ἔργον ὄν. Stephanus in marg. „Videtur deesse particula ὡς ante οὐδὲν ἔργον, interpungendo etiam ante αὐτούς: ut intell. Tamquam rem minime operosam vel difficilem. Fortassis autem legi etiam posset ὡς οὐδὲν ὂν ἔργον." Etiam Heindorfio ὂν videbatur post ἔργον excidisse. Sed neque ὡς (vid. ad Protag. p. 104.) neque ὂν (vid. ad Protag. p. 90 sq.) interpositis opus est; verba enim οὐδὲν ἔργον *(quod quidem haud difficile sit)* appositionem efficiunt, ut ἀνήνυτον κακόν Gorg. 507. E. al. Vid. ad Protag. 350. D. *Heindorfius:* „per parenthesin quandam haec intexta" accepit sensum sic constituens: „*Quomodo autem singula horum cum persuasione proferantur totaque componatur oratio, id, quasi difficile non sit* (potius: *hoc quum haud difficile sit*) *discipulis ipsis esse in dicendo inveniendum.*" Vox ἔργον est i. q. χαλεπόν, cf. *Goens.* ad Porphyr. de antro nymph. p. 4. In seqq. Vind. 7. αὐτὰ δεῖν. Libri edd. (etiam Heindorf.) μαθητὰς σφῶν, Clark. ἐφῶν; sic vel ἐφ' ὧν etiam ΔΠDGNOPT Florr. g. h. i. Vind. 4. 7. et Monacc. — κινδυνεύει γε] NO Mon. 407. κινδυνεύειν. Deinde a Clark. ΔΠDGNOPT Florr. g. h. Vindd. 3. 4. 7. *a.* et Monacc. abest part. γε, quos sequuti sunt Bekk. Stallb. et Buttm. Mox Mon. 11. τῆς ante τέχνης om. Proxime NPT Florr. g. h. Vindd. 7. *a.* et Monacc. ἐμοί pro ἔμοιγε. Deinde ΔΠDGT Flor. g. Vind. *a.* δοκεῖ. — τὴν τοῦ τῷ ὄντι ῥητορικ.] art. τήν omitt. Cod. Darmst. v. Creuz. ad Plotin. p. 461. τοῦ om. N et Mon. 407. Deinde τῷ abest a ΣΦ et Darmst., τε om. NO et Mon. 407.

τὸ μὲν δύνασθαι κτλ.] Laudat haec *Aristid.* Plat. Orat. I. p. 114. T. II. — ὥςτε] post v. δύνασθαι sic illatum ut fere redundet, vid. ad Protag. p. 150. Heindorfius:

i. e. *τὴν δύναμιν τοῦ ἀγωνιστὴν τέλ. γενέσθαι.*“ Buttmannus ero annotat: „Male hunc locum, praeeunte Cornario, ceperat Idf., ita ut iungeret *δύνασθαι ὥςτε γενέσθαι.* Sensus est: *Verisimile est et fortasse etiam necessarium, huius faculta-is, videlicet ut quis perfectus decertator fiat, eandem ut in eteris rationem esse.*“ Sed recte, si quid video, iunguntur *ύνασθαι ὥςτε — γενέσθαι*, verba autem *τὸ μὲν δύνασθαι*, quippe in quibus orationis vis insit, absolute praemissa sunt nos: *was die Möglichkeit betrifft ein vollkommner Kämpfer zu werden, so verhält es sich — damit, wie mit allem andeen).* In seqq. *ἀγωνιστὴς* dicitur orator, sicuti actiones foenses *ἀγῶνες* et *ἀγωνίζεσθαι* causam agere et in universum erorare (vid. Conviv. 194. A. Menex. 235. D. al. Cf. *Cresoll.* Theatr. Sophist. p. 256. *Spanhem.* ad Iulian. Orat. I. p. 11 sq. *Olear.* ad Philostr. vit. Soph. I. 22. §. 1. et *Wyttenbach.* ad Plutarch. V. VI. P. I. p. 342. — *γενέσθαι*] H et Flor. b. *γενήσεσθαι.* Proxime *Γ* Flor. *ϑ.* et cod. Darmst. (Creuz. Plot. p. 461.) *ὥςπερ καί.* Ald. Bas. 1. 2. *τ' ἄλλα*, Steph. *τἄλλα.* Flor. *ϑ.* Mon. 407. al. *τἄλλα*, ut Bekker. et Stallb. solent scribere. Aristid. *τὰ ἄλλα.* — *εἰ μέν σοι*] T *τοι.* Stephanus in marg. „Aut desiderari aut subaudienda relinqui videtur part. *γάρ.*“ Recte adversatur Heindorfius. Vid. ad Protag. p. 100. Mox *Γ* et Darmst. *ῥητορικῷ φύσει*, *Δ Π* D G N O P T Florr. g. h. Vind. 4. 7. *a.* et Monacc. *φύσει ῥητορικός.* Clark. *ῥητορικὸς* superscr. *ῷ.* De re, notissima est sententia, ei, qui in arte vel disciplina aliqua perfectus sit futurus, subesse oportere *naturam*, h. e., ingenium (*φύσις*, vid. *Valcken.* diatr. in Eurip. p. 76. E.), quod doctrina s. disciplina (*ἐπιστήμῃ* vel *μαθήσει*) et studio exercitationeque (*μελέτῃ* vel *ἀσκήσει*) excolendum sit. *Isocrat.* contra Sophist. p. 295. Corai. *καὶ δεῖ τὸν μὲν μαθητὴν πρὸς τῷ τὴν φύσιν ἔχειν, οἵαν χρή, τὰ μὲν εἴδη τῶν λόγων μαθεῖν, περὶ δὲ τὰς χρήσεις αὐτῶν γυμνασθῆναι.* Cf. *Isocrat.* de bonor. permut. p. 93. Orell. *Aristot.* Polit. VII, 12. §. 6. p. 297. Schneid. *Simyl.* in Stob. Serm. LVIII. p. 378, 7 sq. *Diogen. Laert.* V, 18. Locum nostrum respexit qui librum de pueris educandis condidit c. 4. p. 2. A: *ὃ κατὰ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἐπιστημῶν λέγειν εἰώθαμεν, ταυτὸν καὶ κατὰ τῆς ἀρετῆς φατέον ἐστίν, ὡς εἰς τὴν παντελῆ δικαιοπραγίαν τρία δεῖ συνδραμεῖν, φύσιν καὶ λόγον καὶ ἔθος. καλῶ δὲ λόγον μὲν τὴν μάθησιν, ἔθος δὲ τὴν ἄσκησιν. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἀρχαὶ τῆς μαθήσεως, αἱ δὲ χρήσεις τῆς μελέτης, αἱ δ' ἀκρότητες πάντων. καθ' ὃ δ' ἂν λειφθῇ τούτων, κατὰ τοῦτ' ἀνάγκη χωλὴν γίνεσθαι τὴν ἀρετήν· ἡ μὲν γὰρ φύσις ἄνευ μαθήσεως*

τυφλόν, ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως ἐλλιπές, ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν ἀτελές.

P. 228. ἔσει] Sic Clark. N Florr. g. h. Vindd. 1. 4. 7. a. et Monacc.; libr. edd. ἔσῃ, Steph. ἔσῃ. Mox pr. Γ προλαβών. — ὅτου] Stephanus in marg. „paulo post autem ὅτου scriptum fuit pro ὅπου, ex vet.“ Ald. et Bas. 1. ὅπου, Bas. vero 2. ὅτου. Heindorfius, quem libros veteres patet neglexisse, annotat: „ὅπου malim pro ὅτου propter sequens ταύτῃ.“ Sed ταύτῃ est ἐν τούτῳ; quocirca recte praecedit ὅτου — τούτων; verbum vero ἐλλείπειν cum genitivo rei, qua quis defici vel quam non assequi dicitur, coniungitur, ut Polit. 311. C: τούτου μηδαμῇ μηδὲν ἐλλείπουσα ἀρχῇ τε καὶ ἐπιστατῇ. Tim. 29. B: τούτου δεῖ (fortasse scrib. δεῖν) μηδὲν ἐλλείπειν. 90. B: τούτου μηδὲ σμικρὸν ἐλλείπειν. al. — ἐλλίπῃς] ΓΞΣBCr Florr. a. b. c. i. Vindd. 1. 6. Cod. Darmst. et Aristid. ἐλλείπῃς. Proxime Mon. 407. ταύτῃ, Clark. ἀτελές; deinde Clark. N et Monacc. ἔσει. — ὅσον] Δ ὅσων. Deinde Arist. δ' αὐτοῦ. Mox Monacc. Arist. et al. dant τέχνη pro τέχνῃ, quod libri vett. habent. Aristid. Orat. Plat. I. p. 34. T. II: ὅσον αὐτῇ τέχνης. Qui quidem genitivus haud videtur repudiandus esse ut sit: ὅσον δ' αὐτοῦ τέχνης (ἐστί), h. e. ad artem pertinet, artem requirit. Vid. de hoc genitivi usu *Matth.* Gramm. gr. p. 620 sq. Stephanus in Annotatt. „Sed ego et τέχνῃ retinendum puto et alium huius loci sensum esse existimo: ut videlicet dicat, quatenus arte potest aliquis orator evadere, sive quantum in arte situm est ut quispiam evadat orator, eius rei methodum sibi non videri patere eam tenendo viam quam Lysias et Thrasymachus teneant.“ Recte adversatur Heindorfius absonum existimans ad v. τέχνῃ intelligere ῥήτωρ τις ἔσει s. ἔσται, et τέχνη praeferens, quod Ficinus expressit vertendo: *quanta vero ars huiusmodi sit, non ea via — constare videtur.* Ipse Heindorfius sic locum interpretatur: *quantum autem huius rei ars est* s. *quantum arte, non naturali quadam facultate, continetur, non ea, quam Lysias et Thrasymachus ingressi sunt, via patefieri mihi videtur institutio.*“ Μέθοδος potius est secta ratioque, ut infra 270. C. D. Vid. *Muret.* ad Aristot. Ethic. T. III. p. 139 sq. Ruhnk., δοκεῖ vero φαίνεσθαι, si quid video, non est: *videtur patefieri* (ut sit: *non ea quam — ingressi sunt via patefieri mihi videtur ratio* s. *via*), sed φαίνεσθαι, *reperiri, patere*, est *esse*, sicut millies ponitur et per se et participio adiuncto. Cohaerent igitur ᾗ — πορεύεται et ἡ μέθοδος, ut vertere possis: *quantum autem huius rei ars est, eius adipiscendae vel addiscendae ratio non ea mihi videtur esse*

quam Lysias et Thrasymachus ingrediuntur, h. e., *quatenus vero rhetorica continetur arte*, *haec mihi non videtur addisci posse ea quam Lysias et Thrasymachus sequuntur ratione.* Inepte haec vertit Schleiermacherus: *Was aber an der Sache Kunst ist, dazu scheint mir die Anleitung nicht auf dem Wege herauszukommen (!), den Lysias und Thrasymachus gehen.* Proxime T *οὐχὶ* pro *οὐχ ἤ*. — *Λυσίας*] *Ficinus:* quam *Gorgias* et Thrasymachus sequuti sunt: ut legisse videatur *Γοργίας καὶ Θρασύμαχος*, non *Λυσίας καὶ Θρασύμαχος*. *Stephanus:* „Quorsum hîc Lysiae fit mentio? quid illi cum Thrasymacho commune est? nihil certe, quantum ex aliis colligere locis possumus. male enim in uno eorum cum Gorgia, in Ficini quoque interpretatione, copulari, quum *Τισίαν*, non *Λυσίαν*, Plato scripserit, antea docui. Quid igitur hîc dicemus? nimirum Ficinum tam sequendum hoc in loco esse, quam recedendum ab eo in altero illo fuit, id est, cum illo scribendum hic esse *Γοργίας καὶ Θρασύμαχος*, non *Λυσίας καὶ Θρασύμαχος*. atque ita denuo prohibebimus ne Lysiae fiat iniuria.“ At hoc quoque loco, ut supra 267. A., *Λυσίαν* et *Τισίαν* inter se confusos esse liquet; commemorandi enim erant h. l., ubi de arte rhetorica *docenda* agitur, primarii eius magistri (non oratores, quorum Lysias fuit, qui, quum orationes scribere aliis coepisset, artem removisse dicitur *Ciceroni* Brut. 12.), hi autem fuerunt Siculi Corax et Tisias (v. *Cicer.* Brut. 12.), quos insequuti sunt Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius (qui *τέχνην ῥητορικὴν* conscripsit, vid. *I. Geel.* in Act. Soc. Traiect. p. 206 sq.) aliique dicendi praeceptores, vid. ad p. 267. A. Infra quoque 273. A: *ἀλλὰ μὴν τόν γε Τισίαν αὐτὸν πεπάτηκας ἀκριβῶς* cet. C: *δεινός γ' ἔοικεν ἀποκεκρυμμένην τέχνην ἀνευρεῖν ὁ Τισίας* cet. Eandem tenuerunt sententiam *Schäfer.* ad Sophocl. Oed. Col. 1350. et Schleierm. not. p. 394. ed. II. Deinde *τέ* post *Λυσίας* vel potius *Τισίας* interponendum est e *ΓΔΞΠΣ*BCGHNOPT Florr. a. b. c. g. h. i. *ϑ*. Vindd. 4. 7. *a*. et Mon. 407. De libro Clarkiano, quem Stallbaumius libris illis annumerat, nihil notavit discrepantiae Gaisfordius.

E *κινδυνεύει*] N et Mon. 407. *κινδυνεύειν*, P *κινδυνεύσει*. Proxime *πρὸς* pro *εἰς* T. — *ἀδολεσχίας* — *μετεωρολογίας*] Designant haec verba altiorem (quam nos speculativam vel transcendentalem vocitamus) rerum investigationem et expositionem, leni quadam adiecta multitudinis irrisione, quippe cui nugas viderentur agere philosophi mentem in rebus defigentes ad hominem nihil pertinentibus nullamque afferentibus utilitatem; quocirca multitudo philosophos in con-

temptionem adducens *ἀδολέσχας* (gerrones vel nugatores) et *μετεωρολόγους* (rerum sublimium speculatores) vocitabat (cf. Parmen. 135. D.). De qua quidem re copiose exposuerunt *Spanhem.* ad Aristoph. Nub. 94. 227. interpp. Aristoph. T. II. p. 85. Beck. et *Hemsterhus.* ad Lucian. T. I. p. 221. Bip. et Anecd. I. p. 23. Praecipue vero *ἀδολεσχία* verbis quae sequuntur *φύσεως πέρι* convenit, siquidem *φυσικοὶ* inprimis *ἀδολέσχαι* dicebantur, v. Etym. M. et *Hemsterhus.* Anecd. l. l. Quamquam vox *φύσις* h. l. non naturam sensu arctiore designat, sed id quod per *se* est (quam nos dicimus *das Wesen* der Dinge); quocirca in sequentt. *ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας*, ψυχῆς *φύσιν* al. Post *τεχνῶν* Ald. Mon. 407. recte distinctionem nullam habent. Respexit h. l. *Plutarch.* vit. Pericl. p. 154. C.

ὑψηλονοῦν] *Π* G N O P T Flor. b. et Monacc. ὑψηλόνουν, *Δ* *ὑψηλὸν εἰς*. *Plutarch.* vit. Pericl. 154. C: τὸ φρόνημα σοβαρὸν καὶ τὸν λόγον ὑψηλὸν εἶχε cet. Τὸ ὑψηλόνουν καὶ ἐπὶ τὰ πρῶτα αἴτια ἀναγόμενον. *Iamblich.* π. τ. κοιν. μαθ. ἐπιστ. in Villoison. Anecd. gr. T. II. p. 212. Deinde καὶ ante v. *πάντῃ* omitt. *ΔΠΣ* D G H N O P T Florr. g. h. ϑ. i. Vind. 4. Monacc. et Plutarch. (v. infra), quos recte secuti sunt recentiores. — *τελεσιουργὸν*] Sic cum Bekk. Stallb. et Buttm. dedi e Clark. *ΔΠ* D G N O P T Florr. g. h. Vind. 7. et Monacc. pro eo quod libri edd. habent *τελεσιουργικόν*; accedit scriptorum posterioris aetatis auctoritas, qui non *τελεσιουργικόν*, sed *τελεσιουργόν* norunt, velut *Plutarch.* Pericl. 156. A: *τὸ γὰρ ὑψηλόνουν τοῦτο καὶ πάντῃ τελεσιουργόν, ὥς ὁ θεῖος Πλάτων φησίν* cet. De prof. in virt. sent. 76. D. De fort. Alexandr. Or. II. p. 342. F. De pueror. educ. 2. D: *ὡς ἀνύσιμον πρᾶγμα καὶ τελεσιουργὸν ἐπιμέλεια καὶ πόνος ἐστίν*. *Damasc.* ap. Phot. Bibl. 242. p. 337, 39. a. Bekk. τὸ *ὑψηλόνουν καὶ τελεσιουργὸν εἶχεν οὐ περὶ τὰ κάτω στρεφόμενον*. Ib. *τὸ μὲν ὑψηλόνουν καὶ τελεσιουργὸν ἐπιφαίνοντας*. *Themist.* Orat. XV. p. 384. Petav. *ῥήτορας τελεσιουργούς τε καὶ ὑψηλόγους* (cf. *Wyttenb.* ad Eunap. p. 313 sq.); id. pag. 385. A. *Procl.* in Tim. III. pag. 172, 11. in Cratyl. pag. 60. Boisson. *Suid.* v. *τελεσιουργόν*. al. Quocirca recte videtur cl. *Osannus* in Auctar. Lex. gr. pag. 155. posuisse *τελεσιουργικὸν* hoc unico Platonis loco (in libris videlicet pluribus) reperiri. Ceterum quemadmodum *τὸ ὑψηλόνουν* animum significat elatum, qui in sublimi quadam rerum consideratione atque expositione cernitur, sic *τελεσιουργὸν* (de v. *τελεσιουργεῖν*, efficere vel perficere, vid. Polyb. Lex. p. 615. Adde *Max. Tyr.* Diss. XXII. 4. pag. 267. al.) facultatem indicat eius efficiendi quod oratio sibi proposuerit, h. e. non artificiis ac fallaciis persua-

ndi, sed ipsa veritate capiendi ac permovendi. Quam quidem iorem, ut ita dicam, persuadendi animorumque pellendorum ultatem Pericli inprimis tribuerunt veteres, vid. *Eupol.* ap. hol. Aristoph. Acharn. 529. *Plin.* Epist. I, 20. 17. 18. *intil.* X, 1. 82. ib. Gesn. al. Cf. *Wyttenb.* ad Plut. de S. V. p. 7. — ὃ] Δ οὗ. Mox τὸ T pro τῷ. De Pericle, Anagorae discipulo, vid. *Isocrat.* de honor. permut. pag. 109. *utarch.* vit. Pericl. 154. C. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 773. *haubach.* ad Anaxag. fragm. p. 17 sq. *H. Ritter.* Gesch. d. n. Philos. p. 204. al. Ipse vero Pericles ὁ μέγιστος τῶν τόῥητόρων etiam a *Dionys.* Halic. de Thucyd. iud. pag. 190. rüg. dicitur. Cf. *Procl.* in Alcib. 1. p. 147. Creuz. *Heeren.* een z. Polit. cet. P. III. pag. 394 sq. al. Inprimis vero huc rtinet *Ciceronis* locus Orat. 4: siquidem etiam in *Phaedro* latonis hoc Periclem praestitisse ceteris dicit oratoribus Soates, quod is Anaxagorae physici fuerit auditor, a quo censet ım, quum alia praeclara quaedam et magnifica didicisset, uberm et fecundum fuisse gnarumque (quod est eloquentiae maimum), quibus orationis modis quaeque animorum partes pelrentur. Cf. c. 34. Brut. 11. de Orat. III, 34. ubi inter alia: tantamque in eo vim fuisse, ut in eorum mentibus qui auissent quasi aculeos quosdam relinqueret." Hoc est ipsum quod lato dixit πάντῃ τελεσιουργόν. — προςπεσὼν γ.] Lauat haec *Aristid.* Orat. Plat. II. p. 283. T. II. — τοιούτῳ] lark. ΔΠDGNOPT Flor. g. Vindd. 4. 6. 7. a. et Moacc. τῷ. Aristid. τοιουτωΐ. Verba μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς mplificavit *Plutarch.* vit. Pericl. 154. C: καὶ τῆς λεγομένης ετεωρολογίας καὶ μεταρσιολεσχίας ὑποπιμπλάμενος. — νοίας] G ἀγνοίας, (quae frequentissima est confusio, v. ad Legg. p. 168.). CHNOPr Flor. b. et Monacc. ἐννοίας, Flor. , Vind. 6. (ap. Bekk. Φ.) et Aristid. διανοίας, quod *Canterus* Novv. Lectt. VII, 9. coniecerat; sed recte tuetur Heindorfius νοίας, quippe praegresso νοῦ oppositum, ut Legg. X. 897. 3.; quocirca sequitur ὧν δὴ πέρι. Anaxagoram vero constat νοῦν s. mentem sumpsisse quae res in ordinem adduxisset, amque opposuisse materiae vel naturae elementis sua sponte et ἄνευ διανοίας (cf. Sophist. 265. C.) res procreantibus. Cf. Phaedon. 98. C. *Aristot.* Metaphys. I, 4. al. Liber Φ in mg. habet μανίας ἢ ἀνοίας ἄλλοι. In Mon. 407. post ἐμπλησθεὶς scribitur καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἐννοίας ἐμπλησθεὶς, καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἐννοίας ἀφικόμενος. — ὧν δὴ] Aristid. ὧν γε δή. G et a pr. m. Clark. ὄν. Proxime H λόγων. *Περὶ ὧν — τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο: de quibus maximam partem disputabat s. exponebat Anaxagoras,* est i. q. quae (duo prin-

cipia) Anaxagorae philosophiam ex maxima parte continebat. — πρόςφορον] ΔΠGT προσφέρον.

ῥητορικῆς ὅςπερ καὶ] om. Δ, inverso ordine ἰατρικῆς ὅςπερ καὶ ῥητορικῆς Clark. ΓΞΠΣBCDGHNOP T r Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. a. Monacc. et Cod. ap. Creuz. p. 462. Praeterea pro ὅςπερ ΓΗΝP Mon. 407. et cod. Creuz. ὥςπερ, quod solet sane praegresso αὐτός poni, vid. *Reisig.* ad Sophocl. Oed. Col. 903. et *Fritzsch.* Quaest. Lucian. p. 82. — πῶς δὴ] F δὴ. Mox ἐν om. Clark. ΔΠDGNOPT Florr. g. h. Vindd. 4. 7. a. et Monacc. In Flor. i. ἀναμφοτέραις. Deinde F δεῖ superscr. ἦ, Monacc. ἐν. Deinde δ' ἐν τῇ ἑτέρᾳ scribunt Florr. a. b. c. i. Mon. 407. et cod. *Creuz.*, quod Stallbaumius recepit. — τριβῇ] P ἰατρικῇ. Deinde μόνον om. G et cod. Creuz. Mox Florr. b. i. ἐμπορία. — φάρμακα] NP et Monacc. φάρμακον. — ἐμποιήσειν] T ἐκποιήσειν, P ποιήσειν, Florr. g. h. ϑ. ἐμποιῆσαι, quod Stallbaumius sequutus est. At equidem, licet μέλλειν etiam cum infinitivo aoristi iungatur (vid. quae in *Matthiaei* Gramm. gr. pag. 951 sq. collecta reperiuntur), tamen h. l. futurum, quod omnes reliqui tuentur libri, praetulerim. — τῇ δὲ] Clark. ΔΠDGNOPT Florr. g. h. Vindd. 4. 7. a. et Mon. 407. τῷ δέ. Mox T νομίμως. — πειθὼ] Mon. 407. πειθών. Cornarius corrigebat πείθων. Heindorfius: „A quo eum deterrere debebat vel illud καὶ ante ἀρετήν. Ad λόγους καὶ ἐπιτηδ. νομ. supplendum ex praegressis προςφέρων; illa autem πειθὼ καὶ ἀρετὴν respondent verbis ὑγίειαν καὶ ῥώμην. Atque πειθὼ παραδιδόναι est idem quod πείθω ποιεῖν 271. A." Pronomen ἣν om. DNP Florr. g. h. Vindd. 4. 7. a. et Monacc. Deinde Monacc. βούλει. Quemadmodum vero inter se φάρμακα et λόγους, τροφὴν et ἐπιτηδεύσεις νομίμους respondent, sic ὑγίειαν et πειθώ, ῥώμην et ἀρετήν. Etenim sicut φάρμακα corpori ὑγίειαν afferunt, ita λόγοι animo πειθώ, τροφὴ autem corporis ῥώμην efficit, sicut ἐπιτηδεύσεις νόμιμοι animo ἀρετὴν conciliant. Male Schleiermacherus voce fere primaria λόγους omissa vertit: *durch angeordnete (?) Belehrungen und Sitten.* — οὕτως] Sic pro vulgato οὕτω Clark. Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. (in quibus scribitur οὔτως) et Mon. 407. — ψυχῆς οὖν κτλ.] Laudat haec *Galenus* Therap. meth. I. p. 56, 26. T. IV. ed. Bas. Idem in libr. Hippocr. de natura hom. T. V. p. 1, 32. et p. 16, 41.

τοῦ ὅλου] Clark. ΔΠCDGHNOP Florr. a. g. h. i. Vindd. 4. 7. a. Monacc. et corr. F τοῦ λόγου. — εἰ μὲν] Flor. g. et Galen. loco alt. et tertio οὖν addit, quod Stallbau-

us assumpsit. — Ἱπποκράτει] Libri edd. Ἱπποκράτει ; sed vocula τέ non potest hîc locum habere; quocirca vel m Galeno l. l. omittenda est, quod Heindorfius fecit (appronte *Groen. v. Prinster.* Prosop. p. 193.), vel mutanda in (Heindorfius: „mutari id saltem debebat in γέ)," quod allbaumius sequutus est, mea quidem sententia recte; partilâ enim γέ Hippocratis nomen acuitur et effertur, vid. ad otag. p. 64. Bekkerus τε uncis inclusit. Festive autem Plato aedrum, medicorum cultorem obedientissimum (vid. ad aedr. init.), medicorum patrem, Hippocratem Coum (Prog. 311. B: Ἱπποκράτη τὸν Κῶον, τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν, i vid. annot. pag. 26.) citat auctorem. De hac Hippocratis ntentia vid. quae recens disputavit I. S. *Lichtenstaedt.* in lio: *Plato's Lehren auf dem Gebiete der Naturforschung* u. *Heilkunde* (1828.) p. 83 sq. Proxime Mon. 407. τε τῶν σκλ., ΔΠΤ ἀσκληπιάδων.

ἕνεκα, ὡς σὺ δοκεῖς), quemadmodum ὥςπερ etiam praegresso ὁ αὐτός poni solet pro ὅςπερ, v. *Fritzsch.* Lectt. Lucian. pag. 82. — καὶ ταῦτα] *haec quoque dicendi ars* ex illa perscrutandi discernendique ratione, quam philosophia vel dialectica docet, optime proficiscetur ac procedet. — παγκάλω] T πάγκαλος. Mox libri edd. οἷός γε. Recentiores οἷός τε praeeunte Heindorfio scripserunt. Deinde Paris. E. Ald. Bas. 1. 2. οἴει, Steph. εἴει, Lugdun. εἴη, unde in Bipont. fluxit; atque hoc εἴη Clark. reliquique habent libri. Equidem desidero particulam ἄν, quam et sermonis attici ratio et sensus, ut mea fert opinio, addi iubent; neque enim haec oratio est optantis (cui adversatur iam εἴπερ), sed dubitantis ac paene verentis ut id fieri possit. — ἐπιχειροῦντί τοι] Part. τοί om. T. Heindorfius: „particula τοί tolerari vix potest.“ Sed vid. ad Protag. pag. 175.

ὅτι] Clark. ΔΠDOPT Florr. g. h. Vind. 7. et Monacc. ὅτῳ (in plerisque ὅτω, ut in seqq. ἄν τω). In libro f om. Verba Οὐκοῦν τὸ μὲν τέχνης — Γελοῖον ἦρου leguntur ap. Stob. Eclog. Ethic. pag. 159., ubi om. δὴ γραφῆς πέρι καὶ ἀπρεπείας. Mox T λέγων. Proxime v. ἱκανῶς — πέρι absunt a H. — δή] G δεῖ. Deinde pro πῇ *Schäferus* Melet. crit. p. 74. not. corrigebat ὅπῃ; recte autem Stallbaumius reponit interrogativa et relativa (h. e., voces directe et non directe interrogantes) in uno eodemque orationis membro saepenumero coniungi. Laudavit *Herodot.* I, 35: ὁπόθεν καὶ τίς εἴη. Gorg. 500 A: ποῖα ἀγαθὰ — καὶ ὁποῖα κακά. Cf. eiusdem annot. ad Criton. p. 122. et *Lobeck.* ad Phrynich. p. 57. — γιγνόμενον] Δ γιγνόμεθα. Deinde F et Flor. θ. ἔχῃ. Proxime Mon. 407. v. ἀπρεπῶς — ὅπῃ om. — θεῷ] Clark. ΓΔΠ ΣBCEGHTr Florr. a. b. c. i. Vindd. 1. 3. 4. 6. θεῷ. Deinde pro vulg. χαριῇ (Ald. Bass. χαριῆ) Clark. DNOPT Florr. a. b. c. i. Vindd. 1. 3. 4. 6. Monacc. et pr. Γ χαριεῖ, ει F χαριῇ. Mox σὺ δέ om. pr. r. — ἀκοήν] sensu, qui dicitur, obiectivo, ut Latinor. *auditio* vel *auditum*, est *fama* s. *narratio*, v. *Valckenar.* ad Eurip. Phoeniss. v. 826. Mox Stob. ἔσχον. Deinde Mon. 407. εὕροιμεν αὐτὸν ἄρα (sic etiam Mon. 11.) ἔσθ' ἡμῖν. Vind. α. ἄρ' ἂν ἔθ' ἡμῖν. — μέλοι] Ambros. r. Vind. 4. 6. 7. α. Monacc. Ald. Bas. 1. 2 μέλει, Flor. b. i. μέλλοι. Mox Mon. 407. Ald. et Bass. τί.

P. 240. ἀλλ' ἃ φῇς] Sic Ald. Mon. 407. al. (vid. ad Protag. pag. 12.). Reliqui libri ἃ φῄς, praeter T, qui scribit ἀλλ' ἀφ' ἧς; O Flor. h. Monacc. et corr. D. ἀλλ' ὃ φῄς. — Ναύκρατιν] Clark. Δ et pr. Π Ναυκράτην. Naucratis urbs

erat Aegyptii, quod dicebatur, Delta. Mox Ξ παλαιόν. — τὸ ἱερὸν] Stephanus in annot. „Non dubito quin expungendus sit posterior articulus qui est ante ἱερόν. alioqui certe aliud significaretur quam hoc: *Cui sacra est avis illa*, sive *Cui dicata est*.“ Cui recte Heindorfius assentitur excitans Phaedon. 85. B: ἱερὸς τοῦ αὐτοῦ θεοῦ. Mox scribe ἶβιν pro Ἶβιν, quod Bekkerus et Stallbaumius iam admonuerunt. Ibes, aves excelsas, quae maximam vim serpentum conficiebant, propter utilitatem Aegyptii consecraverunt, v. *Cicer.* de nat. deor. I, 36. ibique interpp. p. 165. ed. Creuz. Ibin Mercurio sacram fuisse tradit etiam *Aelian.* H. Nat. X, 29. In seqq. εἶναι deest a librr. ΞCH et Florr. a. b. c. i. θ. — Θεῦθ] Sic libr. edd. cum plurimis scriptis; in libris vero DFNOPT Vindd. 2. 7. c. et Monac. 407. Θεύθ (G θεύθ), quod sequuti sunt Bekker. Stallb. et Buttm. Ceterum de hoc fabuloso Theuth (apud alios Thoth, Thoyt, Taaut cet. Cf. *Allgem. Schulzeit.* 1828. T. II. Nr. 58. pag. 474 sq. et Nr. 82. p. 671 sq.), dici non potest quam multa veteres fabulati sint; videsis v. c. ingentem qua oneramur citatorum molem in virorr. doctt. notis ad Cicer. de natura deorum III, 22. p. 610. ed. Moser. et Creuz. Equidem, quod magis ad rem pertinet, vocem *Theuth* generalem fuisse censeo numinis divini designationem, quippe cognatum cum Graec. Δεύς (Latin. *de — us*) et antiquiore linguarum orientalium radice *di*, (unde *dia*, *dio* al.) *deu* et *dew* (unde samscr. *dew*-ta, Latin. dei-tas) al., quae hic attingere tantum licet. Quemadmodum vero populi vetustissimi ab historia rerumque gestarum monumentis destituti uni omnia attribuunt, quem propter utilia inventa consecrant, sic Theuth quoque arithmeticam, geometriam, astronomiam, calculorum tesserarumque ludum atque etiam litteras perhibetur invenisse; ac de posteriore quidem inventione vid. Phileb. pag. 18. B. *Cicer.* de nat. deor. l. l. „quartus (Mercurius) Nilo patre — qui Argum dicitur invenisse ob eamque causam Aegyptum profugisse atque Aegyptiis leges et litteras tradidisse. Hunc Aegyptii Thoth appellant“ cet. Cf. *Tychson.* Comment. über die Buchstabenschr. d. alt. Aegypt. in Biblioth. vett. art. et litterat. P. VI. p. 27 sq. Quamquam alii, ut *Gorgias* de Palamed. T. VIII. p. 118: γράμματά τε (εὑρών), μνήμης ὄργανον, Palamedi litterarum inventionem assignant, vid. *Eustath.* ad Iliad. II. p. 433. T. I. ibi v. Polit. ed. Florent. De aliorum narratt. vid. interpp. ad Diogen. Laert. VIII, 11. inprimis Menag. p. 355 sq. — Sententia autem si quis secum reputaverit qui poterit non admirari Platonem fabulas ingeniose in rem suam adhibentem ut suis ipse cogitatis externam quandam conciliet auctoritatem?

Quod quidem ipse sentiens Phaedrus 275. D. ῥᾳδίως, inquit σὺ Αἰγυπτίους τε καὶ ὁποδαποὺς ἂν ἐθέλῃς λόγους ποιεῖς. — τοῦτον δὲ πρῶτον κτλ.] Laudat haec *Eudoc.* Violar. pag. 40. et *Eustath.* ad Odyss. ά. p. 28, 20. Pro δέ Cod. Stob. (Eclog. Eth. p. 159.) δή. Deinde τέ abest a Flor. g. Eudoc. et Eustath.

πεττείας] Eud. et Eust. πεττείαν τε καὶ κυβείαν. Ceterum πεττείαν intellexerunt veteres quidam interpretes loco τοῦ πεττευτηρίου s. πεσσευτηρίου, i. e., calculi astronomici v. *Eudoc.* l. l. *Eustath.* ad Odyss. l. l. Suid. D. *Souter.* de aleatoribus in Gronov. Thes. gr. ant. T. VII. pag. 1023 et *Meurs.* de lud. Graec. in Gr. Thes. ib. pag. 985. *Salmas.* ad Vopisc. Proc. p. 466 sq. ed. Par. *Polit.* ad Eustath. in Iliad. II. p. 433. ed. Flor. et *Ruhnken.* ad Tim. p. 218. Sed vulgarem intelligendum esse calculorum ludum res ipsa docet. Et sic Hermias quoque pag. 199. locum interpretatus est. In verbis καὶ δὴ καὶ Eud. et Eustath. posterius omittunt. — βασιλέως] T καὶ βασιλέως. Deinde pro δ' αὖ N P et Monacc. γάρ. — Θαμοῦ] FNOPT Flor. i. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. a. Monac. 407. θάμου, Γ a corr. m. θαμοῦν, Ξ ὁ ὀλησθάμου, G ὀλισθάμου, Ald. ὁ λησθαμοῦ. Ceterum Θαμοῦς est i. q. Ἀμοῦς s. Ἀμμοῦς, Latin. *Iuppiter Ammo* (de quo vid. *Herodot.* II, 29. *Ouzel.* ad Minuc. Felic. Octav. p. 195 sq. *Spanhem.* de Usu et Praest. num. II. p. 292. al. et de diversa huius nominis scriptura cf. *Gal.* ad Iamblich. de myst. IX, 4. pag. 306.); sequitur enim καὶ τὸν θεὸν Ἄμμωνα, et infra 275. C: τὴν Ἄμμωνος μαντείαν. — τοῦ ἄνω τόπου] G τοῦ ἄνω τόπου. Significatur autem superior Aegyptus s. νομὸς Θηβαῖος (Thebais), in quo Thebae (Diospolis) sitae erant. — ἣν] Sic Vind. 6. pro eo quod in libris reliquis omnibus comparet ὅν; illud iam Heindorfius scribi iusserat. Ficinus: *civitate quas Graeci Aegyptias Thebas appellant, deumque ipsum Ammonem vocant.* Receperunt Bekker. et Stallb. ἥν, retinuit ὅν Buttmannus laudato *Herod.* II, 15: τὸ δ' οὖν πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο. Adde *Aristot.* Meteorol. I, 14. Sed praegressum περὶ τὴν μεγάλην πόλιν, praecipue articulum τήν, postulare mihi videtur in seqq. ἥν. Proximum οἱ abest a Ξ. Deinde Vind. 1. Ἄμωνα. — τοῦτον] G τοῦτο, Clark. T τούτων. — ἐπέδειξε] ΔΠDGNOPT Flor. g. Vindd. 4. 6. 7. a. et Monacc. ἀπέδειξε, quod Bekk. et Stallb. receperunt; sed vide ne praeferri oporteat ἐπέδειξε, ut iocose Theuth ille Aegyptius significetur artes a se inventas iactavisse (ἐπιδεῖξαι), non ostendisse tantum (quod esset ἀποδεῖξαι), illud enim (ἐπιδεικνύναι) praecipue constat usurpari in sophistis et

hetoribus artem vel inventa sua ostentantibus. — δεῖν] T ἔον. Mon. 407. δεῖ. Mox T εἴρετο pro ἤρετο. — ἔχοι] Sic Clark. ceterique Bekk. et Stallb. libri, praeter NO (qui, ut

οι

Mon. 407., scribunt ἔχῃ, F ἔχει) et ΞΕr, qui cum edd. exhibent ἔχει. Illud ἔχοι iam Heindorfius de coniectura dederat. Mox Ambros. r ὅτι μὴ καλῶς ἢ καλῶς, T καλὸς. — δοκοίη] Clark. ΓΔBCDGNOb Florr. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. . 6. 7. Monacc. et mg. F δοκοῖ, quod Bekk. Stallb. et Buttm. are reposuerunt. Heindorfius e cod. Stob. δοκοίη dederat pro volgato δοκεῖ (quod Π quoque a corr. m. habet), de quo Stephanus in marg. „In δοκοῖ vel ἐδόκει mutandum est.“ Verbum hoc abest ab E et pr. F.

ἐπήνει] Mon. 407. τὸ δὲ ἐπαίνει (sic). Florr. a. c. i. E τὸν μὲν — τὸν δέ. In seqq. T δὴ οὖν. Deinde art. τῆς om. Flor. ϑ. et Monacc., quem Heindorfius malebat abesse. Sed vid. ad Protag. p. 49. Mox vv. ἐπ' ἀμφότερα („*in utramque partem, laudando vituperandoque*,“ Heindorf.) absunt a Σr t Φ pr. Deinde Σ ϑαμοῦ. Proxime ἃ — διελϑεῖν om. ΓB E G et Florr. a. b. c. i., in marg. apponunt CF. Quae sequuntur ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τοῖς γράμμασιν ἦν illustravit *Hoogev.* ad

οι

Viger. de idiotism. p. 624. Herm. — παρέξει] T παρέξει, ΞBCEr Florr. a. b. c. i. Vindd. 1. 3. 6. et pr. Γ cum Ald. Bass. παρέξειν, Clark. ΔΠDNOP Florr. g. h. Vind. 4. 7. et

οι

Mon. 407. παρέξοι, F παρέξειν. Mox part. γάρ om. FNP et Mon. 407. Quod sequitur φάρμακον, remedium, h. l. valet id quo aliquid servatur, vid. *Wyttenb.* ad Eunap. p. 35 sq. T. II. Boiss. — τεκεῖν δυνατὸς] F δυνατὸς τεκεῖν. Mox art. τῆς abest a ΓΦBCEFGHOr Florr. a. b. c. i. et Stob. Mox Florr. g. h. et Mon. 407. τίνα. Deinde G et Stob. ἔχοι. De voce μοῖρα vid. ad p. 255. B.

εἶπες] P et Mon. 11. εἶπας, Mon. 407. εἶπε. — τοῦ- 275 το γὰρ τῶν μαϑ. κτλ.] *Quintilian.* XI, 2. 9: „quamquam invenio apud Platonem, obstare memoriae usum litterarum, videlicet quod illa, quae scriptis reposuimus, velut custodire desinimus et ipsa securitate dimittimus.“ *Memoria* videlicet, ut *Seneca* ait Ep. 88. §. 28., *certior est quae nullum extra se subsidium habet.* Cf. *Alcidam.* Orat. de Sophist. T. VIII. Oratt. gr. p. 84 sq. Pythagoreorum autem inprimis erat nihil litteris mortuis demandare (v. *Plutarch.* Num. T. I. p. 74. D.); quocirca in his quoque Platonem Pythagoreos maxime sequutum esse merito posueris. — ἀμελετησίᾳ] DH et corr. ΠF

ἀμελετησίαν, OP Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Mon. 11. δ' ἀμελετησίαν, N et Mon. 407. δ' ἀμελετισίαν. Proxime Vind. 4. et Flor. g. a. sec. m. δι' ἀπιστίαν. Mox H τόπων. — ἔνδοθεν] ΔΠDNOPT et Monacc. ἔνδον, quod Bekkerus reposuit. Expressius habeo volgatum ἔνδοθεν, quod opponatur praecedenti ἔξωθεν, sicuti ὑπ' ἀλλοτρίων τύπων et αὐτοὺς ὑφ' αὐτῶν inter se respondent. In seqq. Florr. a. c. ἀλλὰ ἐπομνήσεως. — εὗρες] Clark. PT Flor. h. Vind. 4. et Monacc. εὗρε, quippe litt. σ sequens in v. σοφίας absorpsit. Liber C ἐφεῦρες. — πολυήκοοι — γενόμενοι] *multis et auditis s. auditu intellectis et lectis.* Verbum enim ἀκούειν non solum audiendi, verum etiam legendi (Phaedr. 268. C: ἐκ βιβλίου ποθὲν ἀκούσας. Alcib. 1. p. 112. B: ἀκήκοας γοῦν ἄλλων τε πολλῶν καὶ Ὁμήρου· καὶ Ὀδυσσείας γὰρ καὶ Ἰλιάδος ἀκήκοας. Cf. *Krebs.* ad Plutarch. de aud. poet. pag. 94 sq.) et in universum percipiendi vim habere constat, v. *Budaei* Comment. G. L. h. v. *Reitz.* ad Lucian. T. III. p. 848.

ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος] *maximam partem, plerumque.* Polit. II. 364. A: λυσιτελέστερα δὲ τῶν δικαίων τὰ ἄδικα ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος λέγουσι. Sic ὡς πλήθει (Polit. III. 389. D.), ὡς ἐπὶ τὸ πολύ al. Vid. P. *Leopard.* Emendatt. XIV, 19. et *Heindorf.* ad Theaet. p. 318. In Vind. α. superscriptum ὡς ἐπὶ τὸ πολύ illius interpretatio est, quae in Vind. 7. in ipsam illata est orationem; scribit enim hic liber ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πλῆθος. Mox Florr. g. h. et Mon. 407. συνεῖναι. Vind. 4. om. καὶ — γεγονότες.

P. 242. Αἰγυπτίους τε] A Clark. ΔΠDOP Flor. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc. τέ abest, idque, ni fallor, sequi nos oportet: ut scribatur Αἰγυπτίους, καὶ ὁποδαποὺς ἂν ἐθέλῃς, λόγους. Etenim particulis τε καί connectuntur Aegyptiae et aliae cuiuscumque generis narrationes s. fabulae; simplex vero καί est praegressum accuratius definientis ac paene corrigentis, ut sit vernaculum *oder vielmehr.* Excute, quaeso, exempla quae *Fritzschius* collegit in Quaest. Lucian. p. 11. Latet vero sine dubio in his, quae Plato Phaedrum loquentem facit, verbis aequalium irrisio, quippe Platonem vituperatione illa reprehendentes, quam Timo, ut constat, significavit verbis Πλάτων, πεπλασμένα θαύματα εἰδώς. Etenim Aegyptias narrationes fingere non solum spectat ad eam quam Socrates modo narravit fabulam, sed latius patet, ut sit fere fabulas, utcumque collibuerit, fictas proferre. Aegyptii videlicet toti ex fraude et mendacio facti in proverbii consuetudinem venerant, vid. *Aristoph.* Thesmoph. 928. Schol. ad Nub. 1133. et *Eustath.* in Iliad. ι'. p. 637, 21. et in Odyss. δ'. p.

65, 13. Sine dubio enim in hoc postremo sermone Platonis a fuit ratio ut et Socratem contra eos defenderet qui, quod ihil scripsisset vel scriberet ei obiicerent idque ipsum inscitiae argumentum haberent, et semet ipsum ab eorum opprorio vindicaret qui ipsius sermones totos esse fictos tantumque ıbulis contineri clamarent, quippe veritatem postulantium istoricam, non philosopham, h. e., non interiorem fabularum el narrationum fictarum (quales sunt universi Platonis dialogi) ensum perscrutantium, sed exteram earum speciem probabiːmque formam intuentium. Veteres etiam quercum audiebant i quid boni ac veri diceret, vos autem, sapientiores scilicet octioresque vetustis illis simplicibusque hominibus, quaeritis uis dicat cuiatisque sit, non, an vera sit dictorum sententia, . e., vos non verum, sed personam spectatis. Eiusmodi vero ıaec est et Socratis et suimet ipsius defensio, ut Plato, dum Socratem et semet ipsum defendere videatur, ipsam potius philosophiam philosophumque animum ab hominum conviciis vinlicet: quapropter quo magis persona (Socratis et Platonis) ıbsconditur, eo magis res ipsa (veritas animusque philosophus) minet atque apparet. Tales sunt quas Plato composuit apologiae (et omnes eius dialogi hoc sensu sunt apologiae), diverissimae illae quidem a rhetorica ista omnisque philosophiae xperte quae falso ei tribuitur. — ὁποδαποῦς] Florr. c. i. t C a pr. m. ὁπαδοὺς. — ποιεῖς] Sic libri fere omnes etiam Monacc.), praeter EF, qui cum edd. exhibent ποιοίης. Vind. α. ποιοῖς. Flor. h. ποιῇς. — Οἱ δέ γ'] Haec verba in Ald. et Steph. falso Phaedri orationi annexa leguntur; recte Bass., quos Stephanus neglexit, ut libri ΓΞΣΦBCDFGH, Socrati ea dant. Libri ΣΦ οὐ δέ γ' ὦ, Vind. 1. οὐδ' ἐγώ, NPT Mon. 11. οἶδ' ἐγώ, Mon. 407. οἶ δεγώ, Vindd. 4. 7. x. οἶδ' ἐγ' ὦ, Florr. g. h. οἱ δὲ ἐγώ. — ἐν τῷ — ἱερῷ] In Iovis templo prope Dodonam, Epiri urbem, quercus sacrae raduntur prima fudisse oracula, vid. *Herod.* II, 52. et cf. *Davis.* ad Maxim. Tyr. Dissert. XIV. 1. p. 547. *Spanhem.* ad Callim. Hym. in Del. 284. Mémoir. de l'acad. d. Inscript. T. XXXV. interpp. ad Aeschyl. Prometh. 835. et *Heyn.* Excurs. II. ad Iliad. XVI. T. VII. p. 283 sq. Art. rhet. script. p. 12. Schott.: τὴν μὲν δρῦν, ὅτι ἱερὰ Διὸς καὶ ὅτι ἡ πρώτη καὶ πρεσβυτάτη τροφὴ τῶν ἀνθρώπων καὶ ὅτι οὐκ ἄφωνος, ἀλλὰ καὶ ἐφθέγξατό ποτε ἐν Δωδώνῃ. Pro δρυὸς P διός. — ἔφασαν] Clark. ΔΠDPT Florr. g. h. Vind. α. et Mon. 11. ἔφησαν, NO et Mon. 407. ἔφυσαν. Mox μὲν om. F. — ὑμεῖς] ΣG ἡμεῖς, idque Heindorfius malebat, recte adversante Stallbaumio qui annotat: „sed ridet Socrates vanam ae-

qualium suorum sapientiam." Ridere autem hanc posset Socrates etiam ita ut, quod solet, semet ipsum non exciperet. Sed gravius et severius hic Plato Socratem facit ab aequalium vanitate sese vindicantem. Quocirca Phaedrus: *Ὀρθῶς ἐπέπληξας*. Ficinus quoque *ὑμεῖς* expressit qui verterit *vos recentiores*. — *δρυὸς καὶ πέτρας*] T *διός*. Voci *δρυός*, quae refertur ad vocalem illam quercum Dodonaeam, appositum est *πέτρας*, ita ut Plato videatur Homericum illud *ἀπὸ δρυὸς ἢ ἀπὸ πέτρης* (Odyss. XIX, 163. Iliad. XXII, 126. Cf. *Hesiod.* Theog. 35.) amplificasse. Etenim *ἀπὸ* s. *ἐκ δρυὸς ἢ πέτρας εἶναι* dicebantur homines nullam fere originem habentes (*ἀγενεαλόγητοι*, v. *Eustath.* ad Iliad. *χ'*. p. 1360, 38.) s. ex nihilo procreati (hinc Polit. VIII, 544. D: *ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι;* Cf. Apolog. 34 D. al.). Prisci videlicet homines credebantur non domum habuisse, sed in arborum et rupium cavis habitasse (v. *Iuvenal.* VI, 11. Cf. *Eustath.* ad Iliad. XXII. p. 1360, 19. interpp. ad *Virgil.* Aeneid. VIII, 315. et *Boissonad.* ad Nicet. T. II. p. 77 sq.). Tum transfertur haec loquutio ad res rudes, viles ac pro nihilo fere putandas, ut Sophist. 246. A: *ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες.* — *σοὶ δ' ἴσως*] Verba *δ' ἴσως* absunt a Clark. ΔΠDHNOPT Flor. g. Vind. 4. et Mon. 407.

διαφέρει] Vindd. 1. 3. *διαφέρῃ*. Mox C *ποταπός*. Deinde Γ *εἴθ'*, Flor. ϑ. *εἴθ'* — *εἴτ'*; illud Bekk. et Stallb. receperunt. Pro *οὕτως* T *ὄντως*. — *ἔχειν*] N et Mon. 407. *ἔχει*. Mox T *λέγειν*. — *γράμμασι καταλιπεῖν*] Haec usque ad *ὥς τι σαφές* cet. absunt a Mon. 407. Pro *ὥς τι* T *ὅστις*. Mox *ἂν* om. Clark. ΔΠDNOP Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Mon. 407. Deinde DNP Florr. g. h. Vindd. 4. 7. a. et Mon. 407. *γέμει*, Ald. et Bas. 2. *γέμοι*. Verba quae sequuntur *τὴν Ἄμμωνος μαντείαν* significant quae supra Thamus vel Ammo dicitur litterarum usui opposuisse: *τοῦτο γὰρ τῶν μαθόντων λήθην — ἐν ψυχαῖς παρέξει μνήμης ἀμελετησίᾳ* cet. — *ἀγνοοῖ*] Sic Clark. ΓΔΠBCH Florr. a. c. Vind. 1., G *ἀγγοοῖν*, N *ἀγνοεῖν*, Mon. 407. *ἀγνωεῖν*, reliqui cum edd. *ἀγνοεῖ*. Stephanus in marg. „Non videtur necesse mutare in *ἀγνοοῖ*, quamvis praecedat *γέμοι*." Reponit Heindorfius: „Imo mutari prorsus non debet, quum *γέμοι* additum habeat *ἄν*, contra *ἀγνοεῖ* inferatur post illud *τῷ ὄντι*, quod optativum non admittit." Recte Buttmannus: „quodcumque modo indicativo dicitur *τῷ ὄντι ποιεῖ*, illud modo conditionali efferri potest et debet ita: *τὸ οὕτω γενόμενον (si ita fieret) τῷ ὄντι ποιοῖ ἄν (revera faceret).*" Omnino aut *ποιεῖς*

εὐηθείας γέμει καὶ — ἀγνοεῖ (Ficinus: *ineptus est ac — ignorat*) aut πολλῆς ἂν εὐηθείας γέμοι καὶ — ἀγνοοῖ scribi oportet; atque prius, quippe asseverantius dictum, equidem praetulerim. — πλέον τι — εἶναι] Heindorfius: „multo magis placeret ἔχειν quam εἶναι vel ἐν λόγοις γεγραμμένοις pro λόγους γεγραμμένους; sed nihil tamen moveo; τὸ ὑπομνῆσαι enim est i. q. ὑπόμνησις. Infra autem §. 143. dicit τῶν λόγων τοὺς βελτίστους εἰδότων ὑπόμνησιν γεγονέναι.“ At vero πλέον τι εἶναι est *prodesse* (vid. ad 271. E.), non *plus esse;* propter comparativum vero πλέον sequitur τοῦ ὑπομνῆσαι, quod non est i. q. ἢ ὑπόμνησιν, ut Heindorfius accipiebat et Schleiermacherus vertit (*geschriebene Reden wären noch sonst etwas als nur demjenigen zur Erinnerung),* sed: *quam in hoc* (int. prodesse) *ut* scienti *in memoriam revocent* ea de quibus exponant scripta. Etenim licet πλέον τι εἶναι exprimi possit verbo prodesse, tamen loquutio per se est comparativa (ut recte sequatur τοῦ ὑπομνῆσαι). Vernaculum videlicet est *mehr seyn*, ut τί δὲ πλέον; *was ist es mehr?*, i. e., *was nützt es?*

δεινὸν] Σ δεινοῦ. Deinde NP et Monacc. ταῦτ', Σ et D pr. Φ ἔχειν, Δ ἡ γραφὴ, ΓΣΦΕGT Florr. b. i. ϑ. Vindd. 1. 6. γραφὴν, H γραφέν. Heindorfius: „*molestum enim hoc et incommodum habet scriptura.*“ bene comparans *Themist.* Orat. VII. p. 181. Cf. Protagor. p. 329. A. ibique annot. p. 116. — ὡς ζῶντα] i. e., ἔμψυχα, *animata* et *spirantia.* Vid. *Valcken.* ad Theocrit. XV, 83. p. 377. A. *Huschk.* Anal. crit. p. 61 sq. Frequentissima est autem ut poesis (v. c. *Horat.* Art. poet. 361. ubi v. Lambin. T. II. p. 377.), sic etiam orationis (v. c. Polit. 277. C.) cum pictura comparatio. Cf. *Alcidam.* de Sophist. T. VIII. p. 87 sq. — ἀνέρῃ] ΠDNO PT Florr. g. h. Vind. 4. 7. *a.* Monacc. et Stob. Eclog. Eth. p. 159. ἔρῃ. In Clark. „ἂν ἔρῃι (sic) i. e. primo sc. ἂν ἔρηι quod mutatum voluit rec. in ἀνέρηι.“ Gaisf. — σεμνῶς] *cum gravitate quadam ac superbia. Themist.* l. l. μετὰ πολλῆς σεμνότητος ἡσυχάζει. Cf. Protag. 329. A. E. Mox ταὐτὸν est *eodem modo*, ut Polit. 308. E. Polit. X. 605. B. al. Ad σημαίνει ex praegressis repetendum esse arbitrabatur Heindorfius τὶ τῶν λεγομένων; immo intelligendum est ὁ λόγος, vid. ad Protag. p. 92. Mox pro ἂν G οὖν. Deinde Π βουλομένων pro λεγομένων. — ἕν τι] Mon. 407. ἕν τι, deinde σημαίνειν. Mox Florr. g. h. et Monacc. αἰεί. Proxime in Mon. 407. om. γράφῃ (Clark. γράφηι) — ὁμοίως. Mox Σr Vindd. 1. 3. 6. καλινδεῖται. Sic in libris Platonis et Xenophontis semper fere fluctuatur inter formas κυλινδεῖσθαι et καλινδεῖ-

σθαι, v. *Fischer.* ad Phaedon. p. 341. (qui recte praefert formam κυλινδεῖσθαι, cf. eund. ad Xenoph. Cyrop. 1, 4. 5. *Coraio* contra ad Isocrat. de permut. p. 235. καλινδεῖσθαι magis atticum videbatur) et *Bornem.* ad Xenoph. Conv. p. 208. De hoc v. vid. *Wyttenbach.* ad Eunap. T. II. p. 136.

πᾶς λόγος] ΣΦr πᾶς ὁ λόγος. Mox Florr. g. h. ἐπαΐσουσιν, Flor. ϑ. ὡσαύτως. Deinde οὐκ om. G. — πλημμελούμενος] Cf. *Demosth.* Orat. pro Coron. p. 279, 11. R. Mox E ἐνδίκως. Deinde Florr. g. h. et Mon. 407. αἰεί. In seqq. βοηθός est *defensor*, ut βοηθεῖν *patrocinari*, *defendere*. Theaet. 164. E: οὔτι ἄν οἶμαι — εἴπερ γε ὁ πατὴρ τοῦ ἑτέρου μύθου ἔζη, ἀλλὰ πολλὰ ἂν ἤμυνε· νῦν δὲ ὀρφανὸν αὐτὸν ἡμεῖς προπηλακίζομεν. καὶ γὰρ οὐδ' οἱ ἐπίτροποι, οὓς Πρωταγόρας κατέλιπε, βοηθεῖν ἐθέλουσιν. *Isocrat.* Epist. I. ad Philipp. p. 409. Cor. ἀπόντος γὰρ τοῦ γράψαντος ἔρημα (int. τὰ ἐπιστελλόμενα) τοῦ βοηθήσοντός ἐστιν. Cf. *Liban.* Ep. 151. p. 75. Eandem fere adumbravit sententiam *Cicer.* de nat. deor. I, 5: non enim hominum interitu sententiae quoque occidunt, sed lucem auctoris fortasse desiderant. — οὔτ'] Mon. 407. οὔτε ἀμύνασθαι. Deinde Florr. a. c. i. Mon. 407. αὐτῷ.

ὁρῶμεν] Π et Vindd. 1. a. ὁρῶμεν, BC ὁρῶμεν (ἐ οὐ ... ἐ superscr.), ΣΦr ἐροῦμεν, DNOP Flor. b. i. Mon. 11. et γρ. F ἐρῶμεν, Mon. 407. ἐρῶ μὲν, H ὁ ἐρῶ μὲν. V. ὁρῶμεν est *spectemus* s. *consideremus*. Ceterum germanus orationis litteris mandatae frater est vivus sermo (institutio, doctrina), qui in discentis animo inscribitur. Haec autem fuit Socratis scriptio, quae vanae sophistarum rhetorumque scriptioni non sine aliqua severitate h. l. opponitur. Mox Monacc. ἀδελφοὶ, Clark. ΔΠ ΣBCDEFGHNOPTr Florr. a. c. Vindd. 3. 4. 7. a. et Monacc. γνήσιος, Vind. 6. ὅσῳ γνήσιος, Γ corr. γνήσιον.

P. 244. τῷ τρόπῳ τε] Sic libri scr. (etiam Monacc.) praeter E et pr. F, qui cum edd. τὲ omitt. T scribit γε. Deinde ὅσῳ om. Φ. E ἀμείνω. Proxime τούτου om. Ambros. r. — φύεται] P φαίρεται, ΠT Florr. g. h. Vindobb. 4. 7. a. et Mon. 407. φαίνεται. — Τίνα τοῦτον] P τοῦτο. — γράφεται] Γράφειν ἐν ψυχῇ, in animo inscribere et quasi insculpere (vid. de v. γράφειν *Wolf.* Proleg. ad Hom. p. XLV.), h. e., animo vel memoriae infigere, loquutio est et poetis et prosae auctoribus orationis frequentata, v. c. *Aeschyl.* Prom. 795. *Pindar.* Olymp. X, 3. Cf. *Martini* Var. Lectt. p. 205. — τὸν τοῦ εἰδότος λόγον] P λόγον εἰδότος, N λόγου εἰδότος, Mon. 407. λόγου εἰδότως.

ὁ νοῦν ἔχων] Clark. ΠΝΟΡΤ Flor. g. Mon. 407. et B
pr. Δ ὁ νῦν ἔχ. Mox Σ r Vindd. 4. 6. ὧν ἄν, ΝΟΡ Vind. 7. Mon. 407. ὧν τινῶν vel ὧν τινων (Flor. h. ὧν τίνων), Vind.
τίνων δὴ
α. ὧν σπερμ., Flor. θ. ὧν σπέρματα, T ὡς, Clark. ω σπερμάτων. Mox *καί* est i. q. καὶ ἅ (quod latet in praegresso ὧν), quae frequentissima est loquendi ratio, etiam apud Latinos (v. *Wopkens.* Lectt. Tull. p. 105.). Velut Conviv. 201. B: οὗ ἐνδεής ἐστι καὶ (int. ὃ) μὴ ἔχει al. innumerab. Cf. *Duker.* ad Thucyd. VIII, 73. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. T. II. p. 277. et quos *Matthiae* Gramm. gr. p. 792. excitavit. — πότερα] Ξ πότερον. — εἰς Ἀδώνιδος κήπους] Adoniis exponebantur urnae floribus corbulaeque fructibus repletae, atque etiam vasa figlina terraque repleta quibus insitae erant plantae cito periturae; quocirca Adonidis horti proverbialiter fere in rebus ponuntur brevi perituris, vid. Schol. Suidas: Ἀδώνιδος κῆπος ἐπὶ τῶν ἀώρων καὶ ὀλιγοχρονίων καὶ μὴ ἐῤῥιζωμένων, ib. Küster. *Eudoc.* Violar. T. 1. p. 24 sq. Cf. *Schott.* ad Paroemiogr. p. 355. *Valcken.* ad Theocrit. Adoniaz. v. 132. *Wyttenb.* ad Plutarch. de S. N. V. p. 79. *Groddeck.* Antiquar. Vers. I. p. 105 sq. 149 sq. *Böttiger.* Sabin. p. 225 sq. et *Bast.* Epist. crit. p. 191 — 93. — ἀρῶν] Vindd. 1. 4. 6. ὁρῶν. In P et Monaco. ommiss. Data vero opera verbum ἀρῶν pro σπείρων posuisse videtur Plato, ut rei perversitatem significaret; quocirca inter se opposita fere sunt σπουδῇ ἀρῶν (*sedulo et serio inarans*, h. e. inserens) et εἰς Ἀδώνιδος κήπους, qui non ἄρουρα, sed res ludicra sunt (ut labor inutilis insumatur in rem ludicram cito perituram: quibus quidem rhetores carpi omnem operam in orationibus exarandis ponentes liquet). Verbo ἀρῶν in seqq. respondet γεωργικῇ τέχνῃ χρώμενος. Atque fieri potuit ut verbum arandi iam Platonis aetate in proverbii consuetudinem venerit hoc sensu ut esset *sterilem operam impendere;* sic αἰγιαλὸν ἀροῦν, *litus arare* (v. *Iuvenal.* VII, 49.) al. Vid. *Erasm.* Adag. p. 126. Col. et interpp. ad Ovid. Heroid. V, 115. Neque est quod cum Heindorfio in praesente ἀρῶν haereas; more enim graeco verba inter se permutata sunt, ut unum idque primarium in participio sit positum, alterum in modo qui dicitur finito: igitur ἀρῶν χαίροι pro ἀροίη χαίρων vel ἀροίη καὶ χαίροι. Sic infra χρώμενος — ἀγαπῴη. Vid. quae *Matthiae.* Gramm. gr. p. 1097

o

sq. collegit. — χαίροι] Florr. g. i. χαίρει. Vindd. 1. 6. χαίρει. Mon. 407. χαίρειν. Mox GO Flor. h. et Mon. 407. ἡμέραις. Deinde Cod. Darmst. δή om. Pro παιδιᾶς T παιδείας.

Aristid. Orat. T. 1. p. 86: ὥςτε ἔμοιγε τὸ τοῦ Πλάτωνος αὐτοῦ παρίστασθαι, παιδιὰν εἶναι δοκεῖν τὰ ἐν τοῖς γράμμασι πρὸς τὰς ὁμιλίας αὐτὰς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν. Vox ἑορτῆς quae sequitur ad dies festos (Adonia, quae latent in praegressis Ἀδώνιδος κήπους) refertur, simulque oblectationis notionem habet adiunctam, qua quidem sententia poni ἑορτή constat, vid. *Wernsdorf.* ad Himer. p. 31. — ὅτε καὶ — ἄν] om. Σ. Proxime Φ ποιῇ, DOPr et Mon. 407. ποιεῖ. — τῇ γεωργικῇ χρώμενος] Sic ΓBCDEFGHNOPr Flor. a. b. c. g. h. i. ϑ. Vindd. 3. 4. 6. 7. α. et Monacc., quos secuti sunt Bekk. et Stallb. Libri edd., quos Heind. et Butm. audiverunt, dant τῇ γεωργικῇ ἂν χρώμενος ἂν τέχνῃ; sed duplex ἂν ferri non posse (quum prius ἂν nihil haberet quo referretur; nam in substantivo τῇ γεωργικῇ τέχνῃ nihil inesse dubitationis vel conditionis ex se intelligitur) recte statuit *Hermannus* ad Viger. p. 815. 817. (cf. *Weisk.* de Pleonasm. p. 141.). Voluit vir ille praestantissimus scribi τῇ γεωργικῇ αὖ χρώμενος; sed librariorum vitio bis positum esse ἂν librorum iam citatorum docet consensio. Locorum quibus ἂν bis, etiam ter positum reperitur, alia est ratio; quocirca cl. *Matthiaeus* Gramm. gr. p. 1204. non debebat nostrum locum cum his componere. In seqq. Clark. ΔΠΟΤ Flor. ϑ. τέχνῃ ἄν; a libris ΞDNP Flor. c. Vindd. 4. α. et Monacc. alterum quoque ἂν abest. — σπείρας] CDNP Flor. c. Vindd. 4. α. et Mon. 407. ἃ σπείρας, H σ σπείρας. Mox Vind. 4. πρὸς τὸ προςῆκον. Verba εἰς τὸ προςῆκον designant ἄρουραν, quippe cui cum fructu semina committamus. Mox Mon. 407. ἀγαθὰ κἄν. Deinde H om. ἐν. — οὕτω που] Φ πω.

ὡς ἑτέρως] „Particulam ὡς in ὡς ἀληθῶς, ὡς ἑτέρως similibusque abundare, nota hodie est res. Vid. *Koen.* ad Gregor. p. 31." Heindorfius. Immo ὡς (proprie: *wie*, *wie sehr*, h. e., *sehr*, *ganz*) vocis appositae vim leniter auget, ut ὡς ἑτέρως propr. *ganz anders*, et in universum *anders*. Sophist. 266. A: τὰ δέ γ' ὡς ἑτέρως αὖ διῃρημένα. Tim. 63. E: τὰ δὲ τούτοις ἔχοντα ὡς ἑτέρως θάτερα. Cf. *Matth.* Gramm. gr. p. 1283. — ἢ λέγεις] Om. ἢ Florr. i. g. In Mon. 407. Ald. et Bass. ἤ. Δ λέγει. Deinde ΣΦr ποιῇ. ΞD ποιεῖ, P ποιεῖς (ὁ suprascr.). — τὸν δὲ δικαίων κτλ.] F τῶν, T et Darmst. τῶν, deinde T ἀγαθῶν καὶ καλῶν. — ἐπιστήμας] NP Flor. h. et Mon. 407. ἐπιστήμονας. — ἧττον] Sic Ald. et Bas. 1. cum Clark. ΓΔΦBCDEFGHNOPT Florr. a. b. g. h. i. ϑ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. Mon. 407. et Darmst.; ceteri cum Bas. 2. et Steph. ἧττω. Illud recte receperunt Bekk.

Stallb. et Buttm. Deinde DOPT et Mon. 407. οὖν pro νοῦν, Π et Vindd. 7. a. ἔχειν ἧττον νοῦν (OPT οὖν), N et Mon. 407. ἔχει ἧττον οὖν. Proxime Flor. ϑ. εἰς τὰ ἑαυτῶν, Flor. ι. εἰς ἑαυτοῦ. — σπουδῇ] Mon. 407. σπουδή. Deinde Ξ et Flor. ϑ. ὕδασι. Sensus est: *non sterilem hanc ponet operam ut atramento* (μέλανι) *ea per calamum consignet orationes adhibens* (μετὰ λόγων), *quae neque se defendere neque verum docere possint.* Proverbio enim hoc dici solet *in aqua scribere* (v. c. *Lucian.* Catapl. §. 21. T. 1. p. 293. *Catull.* LXX, 4. al.), ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων, v. Suid. Cf. *Erasm.* Adag. p. 149. *Gatak.* Opp. crit. p. 527. *Huschk.* Anal. crit. p. 62 sq. Illud αὐτά, ut solet pronomen neutrum poni, ad praegressum ἐπιστήμας refertur. Verba μετὰ λόγων (in quibus Heindorfius sine causa offendebat; λόγοι enim h. l. sunt orationes non vivae, sed litteris consignatae, i. q. scripta, ut 275. D. E. 276. A. Parm. 127. C. D. E., Latinor. *litterae*, v. *Hotting.* ad Cicer. de divinat. II, 2.) opposita sunt praegressis ὃς μετ᾽ ἐπιστήμης γράφεται ἐν τῇ τοῦ μανθάνοντος ψυχῇ. — ἀδυνάτων] Sic, ut in seqq., ΔΠDFNOPT et Monacc. pro eo quod edd. habent ἀδυνατῶν, idque Schleiermacherus iam scribi iusserat. Sic infra 276. E: καὶ σπείρῃ μετ᾽ ἐπιστήμης λόγους, οἳ ἑαυτοῖς τῷ τε φυτεύσαντι βοηθεῖν ἱκανοὶ τε καὶ οὐκ ἄκαρποι. Proxime edd. (etiam Heind.) cum Mon. 407. αὐτοῖς. Mox λόγῳ est *verbo* (nos: *mündlich*); scriptura enim semet ipsam (h. e., verbo et coram) defendere nequit. Pro λόγῳ ΠT λέγω. — τἀληθὲς] Clark. ΔΠDNOT Florr. g. h. Vindd. 4. 7. a. et Mon. 407. τἀληθῆ, quod Bekk. Stallb. et Buttm. receperunt. P τὰ ἀληθῆ, G τἀληθῶς. Mox Clark. οὐκοῦν, Florr. g. h. οὐκ οὖν. Deinde γ᾽ om. E. In seqq. edd. οὐ γάρ· ἀλλά, Steph., quem recentiores sequuti sunt, οὐ γάρ· ἀλλά. De his partt. v. *Devar.* de gr. ling. partt. p. 285 sq. et *Wyttenbach.* ad Phaedon. p. 221. H. l. rectius, ni fallor, scribitur οὐ γάρ· ἀλλὰ κτλ., ut verbis οὐ γάρ responsio (h. e., confirmatio eius quod Phaedrus dixit) contineatur.

παιδιᾶς] T παιδείας. Mox T Flor. b. Vindd. 1. 6. σπερεῖται, NP σπαρεῖ τε, Mon. 407. παρεῖ τέ. — ὅταν γράφῃ] Libri omnes ὅταν δὲ γράφῃ, quod e sequentt. ὅταν δὲ ἄλλοι cet. huc videtur irrepsisse. Bekkerus, id quod sensus et oratio postulant, correxit ὅταν γράφῃ; cohaerent enim γράψει, ὅταν (*ut* vern. *wenn er anders*) γράφῃ; de hac particulae ὅταν vi supra iam exposui. Mox Mon. 407. ἑαυτῶν τε. — ὑπομνήματα] *commentarios s. annotationes* (*Mémoires*, vern. *Materialien*). Theaet. 142. D: ἐγραψάμην μὲν τότ᾽ εὐ- D

θὺς οἴκαδ' ἐλθὼν ὑπομνήματα, ὕστερον δὲ κατὰ σχολὴν ἀναμιμνησκόμενος ἔγραφον κτλ. Epist. VII, 344. D. Cf. *Oberlin.* ad Iul. Caes. Comment. p. 3 sq. et *Wyttenbach.* ad Eunap. p. 268. Locum nostrum respexerunt *Euryph.* in Stob. Serm. CI. p. 556, 10: *ἀνεύρετο δὲ καὶ γράμματα, θησαύρους τῷ μνήμα παρασκευασάμενος*, et *Damasc.* ap. Phot. 242. pag. 345, 38. Bekk. *εἰς τὸ τῆς λήθης γῆρας, ὡς ἔφη Πλάτων, ὑπομνήματα καταλείπων ἑαυτῷ καὶ ἀποθησαυριζόμενος.* — *λήθης*] P *ἀληθὲς*, Mon. 407. *λίθης*. Portus et Kusterus ad Suid. T. II. p. 438. corrigebant *εἰς τὴν τοῦ γήρως λήθην*; sed recte defendit volgatam scripturam *Toup.* Emendatt. in Suid. T. II. pag. 254. ed. Lips., eamque confirmat quoque Damasci locus paullo ante allatus. Mox Mon. 407. *ἡσθήσεται αὐτοὺς*, deinde H *ἁπλῶς* pro *ἁπαλούς*. — *ὅ τ α ν τ ε*] Libri edd. (etiam Bekk. Stallb. et Buttm.) cum E *ὅταν δέ*. Stephanus: „scribendum est *ὅταν τε ἄλλοι*. Sed Clark. cum reliquis fere omnibus libris scriptis (etiam Monacc.) *ὅταν ἄλλοι* dant (Ξ *καὶ ὅταν*), quos audiendos esse arbitror. Etenim nulla opus est particula, si quidem hac oratione praegressorum explicatio continetur: *καὶ δ ι ᾶ ς χάριν — γράψει*: *ὅταν* (int. *videlicet*, vid. ad Protag. p. 100.) *ἄλλοι π α ι δ ι α ῖ ς ἄλλαις χρῶνται — τότ' ἐκεῖνος π α ί ζ ω ν διάξει*. Praegresso *μέν* in verbis *τοὺς μὲν ἐν γράμμασι κήπους* respondet in seqq. *πολὺ δ', οἶμαι, καλλίων σπουδὴ περὶ αὐτὰ γίγνεται*. — *ἄ ρ δ ο ν τ ε ς*] G *ἄρδοντας*. Mox ad v. *τούτων ἀδελφά* Heindorfius annotat: „vide an agnoscendus sit euphemismus, quo res venereae significentur.“ Simpliciter est: *et aliis quae horum* (conviviorum) *similes sunt voluptatibus*, h. e., *aliisque eiusdem generis rebus* s. *voluptatibus* (in quibus etiam res venereas numerari per se intelligitur). Ceterum *P. Victor.* Var. Lectt. XII, 18. hunc locum comparavit cum *Ciceronis* Orat. pro Archia poet. 13: „Quare quis tandem me reprehendat — si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates — conceditur temporum, quantum alii tribuant tempestivis conviviis, quantum denique aleae, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero.“ — *ἀ ν τ ὶ τ ο ύ τ ω ν ο ἷ ς λ έ γ ω*] Libri edd. *ἀντὶ τούτων οἷς λέγων*. Stephanus in marg. „Scribendum puto *ἕν τι τούτων οἷα λέγω*.“ Illud *ἕν τι τούτων* pro nihilo est. Praepos. enim *ἀντί* sic poni constat ut id quo alterum potius sit ideoque praeferendum designet, (vern. *dafür wird er lieber —*), velut Gorg. 526. E: *τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ὃν ἐγώ φημι ἀντὶ πάντων τῶν ἐνθάδε ἀγώνων εἶναι*. Vid. quae *Fischer.* collegit ad Weller. T. III. P. II. p. 101. Neque hoc probandum est quod οἷς

omnium librorum auctoritate confirmatum in οἷα mutatum volebat vir praestantissimus; sed λέγω recte scribi iussit pro λέγων, idque confirmant Vindd. 4. 7. *a.* et γρ. F.; in NOP Flor. h. Mon. 407. et corr. D. οἷς λέγοι, quam scripturam (in Flor. b. quoque annotatam et in cod. Gothano repertam, v. *N. Allg. Deutsch. Biblioth.* LXXII, 1.) Stallbaumius commendavit annotans: „Verba ita connectenda sunt: *παίζων τούτοις ἃ λέγοι.* Particulam ἂν vero ne quis desideret, optativus ideo adhibetur, quia ex mente illius hominis Socrates loquitur." Sed λέγοι, si quid video, et ab oratione et a sensu abhorret. Cornarius (vertens: *tunc ille horum loco illis quae dixi ludens vitam deget*) corrigebat ἔλεγον; sed λέγω hoc ipsum est (*quae modo dixi*), v. ad Protag. p. 20. Heindorfius coniecerat ἐν οἷς λέγω; neque vero praepositione ἐν addita opus est; licet dicatur *παίζειν ἐν τινί,* ut in seqq. *τοῦ ἐν λόγοις δυναμένου παίζειν;* solet enim graecus dativum ponere simplicem, ubi sermo v. c. latinus praepos. *in* cum ablativo usurpat, praecipue si locus indicatur ubi quis moratur vel res in qua versatur, vid. L. *Bas.* Ellips. gr. p. 696 sq. Schäf. Est igitur: *in his quos dixi lusibus tempus ponet* s. *versabitur;* ita enim v. διάγειν cum participio poni constat ut participium id indicet in quo quis degat, semper fere occupatus sit, tempus ponat et quae alia sunt generis eiusdem, vid. *Sturz.* Lexic. Xenoph. I. pag. 676 sq. Vir doctus in Ephem. Litt. Ienens. 1798. nr. 145. legendum proponebat *διὰ λόγων,* nos in libello qui est de Plat. Phaedro pag. 144. et *Nieuport.* in Nouv. Mém. de l'acad. roy. Brux. T. I. p. 170. *ἐν λόγοις*: quae quidem omnia eiusmodi sunt ut in vaga tantum opinatione nitantur. Verissimum igitur existimo quod Bekkerus quoque et Stallbaumius reposuerunt *ἀντὶ τούτων οἷς* (i. q. *ἐν τούτοις ἃ*) *λέγω παίζων διάξει.* In seqq. T *παίζω,* Φr *παίζει, παίζων* Σ a corr. m. Deinde Clark. ΔΠ *διέξει,* CDNOP Florr. a. c. g. h. Vindd. 4. 7. *a.* Monacc. corr. Σr et γρ T *διέξεισι,* H *δέσι.* De re, cf. Epist. VII, 344. C. coll. 341. C. D. E.

P. 246. *παρὰ φαύλην παιδιάν*] G *παρὰ φαύλων,* DNP Florr. g. h. Vindd. 4. 7. *a.* Mon. 407. *παρὰ φαῦλον, παραφαῦλον* γρ F. Deinde T *παιδείαν.* De praepos. *παρά* vi (Latin. *ad,* collatum cum —, vern. *gegen*) v. *Matth.* Gramm. gr. p. 1173. Ceterum egregie hic quoque Phaedrus exprimitur orationum voluptatem (*παγκάλην λέγεις — παιδιὰν — τοῦ ἐν λόγοις δυναμένου παίζειν*) reliquis omnibus anteponens et Socratica vel Platonica (*δικαιοσύνης τε καὶ ἄλλων ὧν λέγεις πέρι μυθολογοῦντα,* cf. supra C: *τὸν δὲ δικαίων τε καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἐπιστήμας ἔχοντα* cet.) in rem suam convertens. Bene E

Heindorfius: „Huius (Phaedri) enim verba — spectant tantum modo ad Socratis illud παίζων, adhibitum ab hoc in re, ut vero quidem videbatur, satis seria; ut commode is in universum loquatur neque hic curet magnopere, quales λόγους dixerit Socrates, scriptos necne.“ Neque sine causa, ut videtur, Plato facit Phaedrum verbo μυθολογοῦντα utentem, quippe quod ponatur in rebus fere occultis, quas cogitatione tantum percipimus, ideoque fabulis vel narrationibus, imaginibus, similitudinibus al. illustramus, vid. Phaedon. 61. E. 70. B. al. Cf. interpp. ad Longin. XXXIV, 2. et *Creuzer*. Symb. et Myth. T. I. p. 44 sq. ed. II. Licet enim in universum quoque disserendi vel colloquendi (ut Legg. 1. 632. E. Apolog. 39. E. al.) sensu ponatur, tamen nescio an hoc loco potius proprio sensu accipi oporteat, ut Plato Phaedrum ex volgi et ratione et opinione loquentem faciat, quippe quod sermones et habitos et scriptos (Socratis et Platonis) de iusto, bono, pulchro cet. pro otiosorum hominum commentis fere habuisse videatur. — Flor.

ου
b. δυνάμενον, Flor. ϑ. μυθολογοῦντες, Mon. 407. μυθολογοῦνται. — ἄλλων] om. Φ a pr. m. — Ἔστι] NP Mon. 407. ἔτι. Deinde φίλε om. Δ., T exhibet καλλίω σπουδή. — ἱκανοὶ] int. εἰσί, quo expleri quoque oportet sequentia ἄκαρποι et ἔχοντες, ut paullo post ἱκανοὶ (int. εἰσὶ) — ποιοῦντες (int. εἰσί, i. q. ποιοῦσι). Sic enim solent adiectiva ἕτοιμος, ἱκανός al. absolute poni, ut verbum quod dicitur substantivum intelligi possit, v. *Matth*. Gramm gr. p. 606 sq.

ἱκανοί τε καὶ] part. τε abest a Δ Π N P Florr. c. g Vindd. 7. α. et Monacc., quos recte audiverunt Bekk. et Stallb. Deinde Γ et Flor. ϑ. ἀλλ' pro ἀλλά, quod receperunt Bekk. et Stallb. Proxime Γ ἔχοντ'. Mox Flor. h. ἐν ἄλλοις ἄλλως quod recte Stallbaumio probatur. Proxime Florr. a. c. h. et Monacc. αἰεὶ. Ad v. τοῦτ' ἀεὶ ἀϑάν. παρέχειν annotavit Heindorfius: „int. τὸ βοηϑεῖν ἑαυτοῖς τῷ τε φυτεύσαντι. Conf. §. 137. [275. D.], ubi in scriptis hanc vim desiderari docuit.“ Immo τοῦτο refertur ad σπέρμα. Est enim haec seminis in alios semper animos propagatio immortalis fere procreatio veraque animi vita, h. e., philosophia viva et aeterna, cuius simulacra tantum existimanda sunt ea quae litteris consignantur. In seq. Γ ἔχοντ' pro ἔχοντα, quod Bekkerus assumpsit. Deinde Vindd. α. 6. δυνατόν: μάλιστα: πολυ κτλ. — ἔτι] NP et Monacc. ἔχει. Deinde O ὡμολογουμένων, N et Mon. 407. ὁμολογουμένων. — ἰδεῖν] om. T. In seqq. Flor. b. τοῦ Λυσίου pro τὸ Λυσίου. Heindorfius: „obiectum illud Lysiae probrum.“ Cf. 257. C.

οἷ] T ἧ. Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. οἷ τε. Proxime pro B
τέχνη NPT Monacc. et pr. D τε χρὴ, Σr Vindd. 5. 6. τέχνη
vel τέχνη) ἢ καί. Proxime Σr Vind. 1. 3. 6. γράφονται, quod
Ficinus videtur sequutus esse qui verterit: *qui vel arte vel
sine arte scribuntur.* — Ἔδοξέ γε δή] Δ γάρ, a libris
NOPT Monacc. et pr. Π γέ abest. Quae sequuntur πάλιν δὲ
ὑπόμνησόν με πῶς libri edd. proximae Socratis orationi anne-
ctunt; sed Phaedri esse verba res ipsa clamat. Recte igitur
Vindd. 4. α. Tennemannius (Gesch. d. Philos. T. II. p. 212.)
et Schleiermacherus Phaedro dederunt. Male autem Heindorfius
πῶς interrogativum in encliticum (μέ πως) mutavit. Πῶς per
se expletur oratione praegressa δοκεῖ μοι δεδηλῶσθαι (agitur
δεδήλωται), et ad seqq. πρὶν — οὐ πρότερον δυνατὸν ἔσεσθαι
κτλ. int. τοῦτο δεδήλωται, quod repetitur quodammodo in
seqq., ὥς ὁ ἔμπροσθεν πᾶς μεμήνυκεν ἡμῖν λόγος: ut nec hoc
opus sit quod Heindorfius coniecit: ὥς, πρὶν ἂν τις κτλ. —
τό τε] DNOP Flor. h. et Monacc. τό γε. Proxime DNPT
et Mon. 407. ἑκάστῳ. Deinde Clark. ἴδῃ, Δ T et pr. Π ἴδῃ,
Mon. 11. εἴδει. Mox T ἡ γραφὴ, P om. In seqq. ΓΔΠΣD
FNOPT Florr. c. g. h. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. Monacc. Ald.
Bas. 1. et Steph. κατ' αὐτό, Clark. καταυτότε, G κατ' αὖ τε.
Bas. 2. καὶ αὐτό, BCH et corr. r καὶ ταυτό, Florr. a. b. i. θ.
καὶ ταὐτό. *Ficinus: universamque rem definire.* Stephanus in
marg. „Legitur etiam καὶ ταύτο γε πᾶν. at ego malim αὐτὸ
retinere, sed pro κατ' scribere κἆτ', ut sit pro καὶ εἶτα.“
Heindorfius corrigebat: καθ' αὐτό τε πᾶν. Bene Buttmannus:
„sed diligentius locum consideranti patebit reflexivo pronomini
locum hic non esse.“ Recte igitur retinuerunt Bekk. et Stallb.
κατ' αὐτό. Pro αὐτό G αὖ, BCH et corr. r ταυτό. Florr. a.
b. i. θ. ταὐτό. Deinde pro γέ Clark. ΓΔΠΣΦBCDEFGT,
Florr. a. b. c. g. h. i. θ. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. α. τέ (NOP
Monacc. τὸ), quod receperunt Bekk. et Stallb. Mox ΣΦ δυ-
νατὸς γένηται om. — κατ' εἴδη] Clark. κατιδη, ΔΞDT
κατίδῃ. In seqq. G δυῶν. Deinde Ald. Bas. 1. 2. et Steph.
ταῦτα, Bip. vero ταυτὰ, quod e libro Lugdunensi fluxisse pa-
tet (hunc enim, non Stephan., Bipontinos expressisse saepius
iam indicavimus). Atque hoc recte sequuti sunt Heindorf. Bekk.
et Stallb. Ficinus: *hac ratione*; sed sensus postulat κατὰ
ταὐτά, *eodem modo.* Proxime NOP et Monacc. τότε, deinde
Monacc. προσαρμόττων.

εἶδος] om. Γ et Flor. θ. Mox r τιθεῖ καὶ διακοσμεῖ, C
in Σ et pr. Φ r om. τὸν λόγον. In seqq. advertenda est verbo-
rum collocatio: ποικίλῃ μὲν ποικίλους ψυχῇ — διδοὺς λόγους:
sic enim solent Graeci, quo quidem orationis vis et perspicuitas

adaugetur, verba paria vel cognata componere, in quo attractionis quoddam genus recte mihi videtur cl. *Matth.* Gramm. gr. p. 1296. agnovisse. Cum vv. *ποικίλους* et *παναρμονίους* (similiter has voces coniungit *Lucian.* §. 7. T. I. p. 749.) conferenda sunt ea quae Plato de musica instrumentisque musicis Polit. III. p. 399 sq. disputat (collat. *Böckh.* de metris Pindari p. 260 sq. T. I. P. II. ed. Pind.). Haec porro verba: ποικίλης ποικίλους ψυχῇ καὶ παναρμονίους διδοὺς λόγους satis declarant quorsum spectet secunda, quam Plato Socratem fecit recitantem, oratio, τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἠναγκασμένη ποιητικοῖς τισὶ διὰ Φαῖδρον εἰρῆσθαι (257. A.). Neque enim simplex, h. e., philosopha, oratio adhibenda erat Socrati si id agebat ut Phaedro persuaderet amorem et divinum et summum esse bonum, sed omnibus poesis luminibus, descriptionibus, similitudinibus al. illustrata, h. e., λόγος ποικίλος et παναρμόνιος. — τέχνῃ] DNP Flor. g. Vindd. 7. a. et Mon. 407. τέχνην. Mox καθ' ὅσον abest a Vindd. 1. 3. Deinde Mon. 407. οὐ ταί τι. — ὁ ἔμπροσθεν] art. ὁ om. NP et Monacc., Vind. 7. τὸ. Deinde Δ ἔμπροσθε. Proxime pro μεμήνυκεν ΣDNOPr Florr. b. i. Vindd. 1. 3. 4. 6. 7. a. Monacc. et corr. Π μεμνημόνευκεν.

P. 248. οὖν] om. G. Mox Clark. ΔΠT περὶ τὸ καλὸν. — τὸ λόγους] τὸ om. G. — λέγοιτ' ἄν] Clark. λέγοι τὰν, T λέγοιντ' ἄν, N et Mon. 407. λέγειντ' ἄν. — ἢ μὴ ἄρα] Libri edd. ὄνειδος. εἰ μὴ ἄρα οὐ κτλ. Quae *Hoogev.* Doctr. de Part. gr. p. 83. Schütz. vertit: *nisi forte, quae paullo ante dicta sunt, rem satis declarant.* Ita vero supervacaneum foret οὐ. Veram scripturam ἢ μὴ (DF εἰ) et ἄρα (sic Florr. b. i.) expresserunt Ficinus: *et quomodo studium hoc iure vituperari queat, quomodo nequeat? Num superiora nobis hoc satis declaraverunt?* et Cornarius: *quomodo, si fiat, merito probrosum aut contra dicitur: nonne paullo antea relata declaraverunt?* In Flor. b. verba εἰ μὴ abrasa sunt. Proxime Γ ὀλίγον τὰ λεχθέντα ἔμπροσθε. — ἤ τις ἄλλος] Flor. ϑ. εἴτε τις ἄλλος. Sed post εἴτε sic inferri ἢ (v. c. Legg. V, 739. D.) docuerunt, quos Stallbaumius citavit, *Schäfer.* Melett. critt. p. 5. *Lobeck.* ad Sophocl. Ai. p. 245 et 442. et *Iacobs.* ad Achill. Tat. p. 946. Adde *Matth.* Gramm. gr. p. 1254. In G scribitur ἢ τις λυσίας. — γράψει] Sic pro γράφει Clark. ΔΞΠDNOPT Florr. g. h. ϑ. Vind. 7. et Monacc., F γράφει. Deinde libri omnes νόμους

τιθεὶς σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων. Priora νόμους τιθεὶς Heindorfius et Schleiermacherus pro insitivis habuerunt, quam coniecturam Ficinus videtur confirmare vertens: *scribet privatim quidquam vel publice civiles quasdam constitutiones, ita ut suis in scriptis magnam — certitudinem putet inesse.* Sed quum libri omnes agnoscant, verendum ne temeritatis sit tamquam glossema quod dicitur ea exterminare. Etenim τὸ πολιτικὸν σύγγραμμα explicatur et accuratius definitur apposito νόμους, ita ut summum fere scriptionis civilis genus, legum scriptio, ponatur, et legum latores (qui divinis afficiuntur honoribus Conviv. 209. D. E.) eximia quadam ratione dicantur civiles ac publici scriptores. Sic 278. C: τρίτον δὲ Σόλωνι καὶ ὅςτις ἐν πολιτικοῖς λόγοις νόμους ὀνομάζων συγγράμματα ἔγραψεν. Neque offendere debemus in particc. τιθείς et γράφων; verbis enim νόμους τιθείς, *dum s. eo quod leges constituit*, explicatio ac definitio sequentium πολιτικὸν σύγγραμμα γράφων continetur; in vernaculum sermonem sic convertere poteris: *indem er als Gesetzgeber eine Staatsschrift verfasst.* Quocirca recte libri vett. sine distinctione scribunt νομοὺς τιθεὶς σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων. Heindorfius: „adde quod post illa νομοὺς τιθεὶς ab accurato scriptore exspectaveris plurali potius numero συγγράμματα πολιτικὰ γράφων.“ Sermone graecus ut putidis illis coërcendus sit linguae legibus? Σύγγραμμα, legum corpus, vox igitur quae dicitur collectiva, recte excipit pluralem λόγους. Deinde male, si quid video, haerebat Heindorfius in copula καί ante v. μεγάλην, quam, ne tria inferrentur ἀσυνδέτως participia (τιθείς, γράφων, ἡγούμενος), insertam putabat. Immo oratio, ut fit, interpositis post δημοσίᾳ verbis νομοὺς τιθεὶς σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων, ita mutata est ut sequentia proxime praegressis annecterentur et ad haec conformarentur. Itaque pro εἴτε Λυσίας — γράψει — καὶ ἡγήσεται vel ἡγεῖται positum est εἴτε Λυσίας — γράψει, νομοὺς τιθεὶς σύγγραμμα πολιτικὸν γράφων καὶ — ἡγούμενος. — μεγάλην τινά] P μεγαλῶν τινῶν. Mox Δ ἑαυτῷ pro ἐν αὐτῷ, P ἐν ἑαυτῷ. Deinde καί abest a Γ et Flor. ϑ. Proxime E βεβαιότητι. Mox εἴτε τις om. T. — ὕπαρ τε καὶ ὄναρ] proprie: *vere et specie*, h. e., omnibus modis, plane, vid. *Valcken.* ad Ammon. p. 218. *Dorvill.* ad Char. p. 151. et *Lobeck.* ad Phrynich. p. 422 sq.

δικαίων τε] Part. τε om. ΔT et pr. Π. Deinde καὶ κακῶν om. T. Proxime Mon. 407. ἐφεύγει. De partt. μὴ οὐχ v. *Matth.* Gramm. gr. p. 1228 sq. — τῇ ἀληθείᾳ] ΠΔΝ OPT Florr. g. h. Vindd. 4. 7. α. et Monacc. τὴν ἀλήθειαν. Mox εἶναι om. T et Vind. α. Deinde Γ et Flor. ϑ. γὰρ ἄν. E

